

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

K. R. 388
2Bc
(Ink.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bibliothecae Collegiatae Dussel
dorpij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit ſumma ſuper titulos decr̄taliū conpilata a magiſtro ganfredo de trano dn̄i pape ſubdiacono ꝛ cappelano .:.

GLoſarū diuiſitas intelligenciā textus n̄ nūquaꝫ obtenebrat et dū p eas ꝗ ꝛ ſup diſcurrit̄ ſtudentiꝰ diſtrahitur animus ebetatur ingeniū ꝛ q̄ſi laborinthū lector ingreſſus ꝛ piſcis itra recia ꝓuolutus laqueos videt vndiqꝫ. latus ꝑtimeſcit vtrūqꝫ. et quo diuitat ignorat. vt qui prius inct⁹ fuerat incredior reliquat̄ Idcirco Ego ganfred⁹ de t̄no dn̄i pape ſb̄diaconus et capellanus tam frequentibꝫ q̄ꝫ deuotis ſcolarū precibus exortatus. ac officialiū romane curie inſtancia ꝓuocat⁹ Ad coēm vtilitatē ꝛ eoꝝ maxie qui iur̄ canonici ſūt alumpni. q̄rum ꝑfectum libent̄ ꝓſeq̄r ꝛ amplector. ſup rubricas decretaliū ſummā aggredior. de illi⁹ auxilio ſperans qui dat affluenter et non improperat. q̄ dixit. Api. os tuū et ego adimplebo illud. A quo om̄s mod⁹ locucōis poetice. et quelibet decore ꝓnūciacōis varietas ſumpſit exordiū. in quo oīs racio ſupne ſcie vel t̄rene creature cōſiſtit. vt pote qui eaꝝ caput auctor eſt et origo In eo enī pfcā virt⁹ ꝛ ſapia inuenit̄ In hoc igit̄ ope plene inuenies quidquid alibi ſparſim q̄ris In hoc in ſuis t̄ctatibꝫ oia decident̄ Et tam rudes in iure canonico q̄ꝫ ꝓuecti potiſſime tenentes cathedras mḡrales vias inueniēt luminoſas. per q̄s data copia diſſerēdi errores eliminabūt antiquoꝶ. et reprobas opinioēs veteꝝ ꝯfutabūt. Hic Iudices aiaꝝ ſalubria querēt ꝯſilia. hic ſb̄certiꝶ rubricis inuenient ex q̄bꝫ cauſꝫ irregularitaꝶ diſpēſabil̄ vel i diſpēſabil̄ incurratur ꝛ p quos valeat diſpenſari. q̄lit̄ cōſideratis cnibꝫ ꝛ circūſtācijs peccōꝝ adhibeant̄ remedia ꝯſciencijs ſauciatis Hic prelati et alij forences iudices inſtruent̄ quō ꝓ tribunali optꝫat iudicare. vīn qꝫ nouū ꝛ ab alijs intēptatū aſſumo ꝛ rude op⁹ limā correctiōs expoſcit Si quid dixero i hoc qđ videatur veritati ꝯ̄riū. peritoꝝ correccōni ſbicio et expono Nam ſi quid alit̄ ſapitis hoc vob' dn̄s reuelauit ꝛ q̄lis ego ſum in ſcptis aliorū. tales alios volo intellectores eſſe meorum

De ſumma trinitate ꝛ fide catolica

POſt prohemiū in quo breuit̄ edocemur quare h̄ noua ꝯpilacio fcā ſit. vetei diſſoluta videlicꝫ quia diuſe ꝯſtitucōes ꝛ decretaleꝰ epl̄e ſūmoꝝ pontificum in diuerſā ſparſe volumia. q̄ꝝ alique ꝓpt̄ nimiā ſimilitudinem. ꝛ quedā ꝓpt̄ ꝯrietatem. nonnulle ecīa ob ſui prolixitatem ꝯfuſionem inducere vide



LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bantur . alique vero vagabantur
ex volumia supra dicta que tamq̄
incerte frequenter in iudicijs vacil
labant Et iō Gregori⁹ pp . ix⁹ pie
meōrie ad vtilitatem pblicam in
vnū volumē resecatis sup̄fluis mā
dauit redigi . adiectis suis ɔstituci
onibus p quas nonnulla que in
priorib⁹ erāt dubia declarant' vt
in eodem ꝓhemio ɔtinet' ¶ Poni
tur prima rubrica De sūma trini .
et fi . ca . nec sine misterio ponit' p°
loco . ip̄a ei ē vniuersorū p̄ncipiū vt
ff . c . i . in pn̄ . ab ea elemēta et eorū
disposicio producta sunt in orbē
terrꝝ vt . C de ve . iu . enu l . i . in pn̄
¶ Hec scā trinitas p̄mā p moisē
et alios ꝓphetas doctrinā prebuit
humano generi salutarem vt ff . c . i .
§. hec scā Et licʒ de hac materia nō
humano ore loquendū sit . sed di
uino vt de . ɔ . di . ij . in x° pat' Aliq̄
tamē sub ɔpendio videamus Et p̄
mo cur summa dicatur ꝛ quid qz
maior ꝛ prior est omnibus rebus vt
superi⁹ dcm̄ est ¶ Trinitas dicit'
eo q̄ licet vna sit sub̄a essencia seu
natura dina Est tn̄ pat' qui genuit
filius q̄ gignit' ꝛ sp̄s scūs q̄ pro
cedit vt distincciōes sint in personis
et vnitas in natur̄ Nam licʒ ali⁹
sit pater alius filius alius sp̄c sc̄⁹
ñ tn̄ aliud Sz id qd ē pr̄ ē ꝛ fili⁹ .
idē ꝛ oio ē ꝛ sp̄us scūs vt ff . e . c . dap
namus ¶ Fides aūt catholica . hec
est que in symbolo ɔtinet' qm̄ romā
tenet ecc̄a vt xxiiij q . i . hǣ est fides

q̄ firmiter credē ꝛ simplicit' ɔfitei
debem⁹ vt ff . e . c . i . in pn̄ ꝛ xxiij di . q̄
ep̄us de q̄ t'bis adunatis puplice
disputare nō licet vt . Ce . ti . l . nemo
in pn̄ Polliciti ei esse debemus vt
margaritas nrās āte porcos ñ mit
tam⁹ vt . xi . q . iij nolite Et ne de se
crecioribꝰ diuine scie oibꝰ prologm̄
vt . xliij . di . i mādat' . nec ingr̄s ca
nonū et custodibꝰ fas ē inīē c̄tamē
cū hoibꝰ aliē coionis . vt . xxiiij . q .
iij . Cū qbꝰ in fi . q̄d intellige cū q̄s
pblice de fide ɔtēdit ꝛ ex hoc tumul'
tus ꝛ p̄fidie occōem q̄rens vt dicit
lex pall' nemo . alit' in fide instruen
di sunt simplices vt . x . q . i . placuit
et hereticā ɔfutandi vt . xix . di scd̄m
de . ɔ . di . ij . In xp̄o pater . ꝛ in ple
risqz capl'is in eadem di . positis . et
. C de epis . ꝛ cle . l qm̄ Non solum
autem virgines ꝛ continētes verꝫ
ecīā ɔiugati p fidē rectā ꝛ opacōeʒ
bonam dō placentes ad eternā me
rentur beatitudiem puenire vt ff .
e . firmiter in fi . Violatores aūt
fidei . ineternum peribunt saluis pe
nis temporalibꝰ que talibus impo
nuntur vt dicemus ff . de here

¶ De constitucionibus

POstquam deus formauit hoi
nē ad imaginem ꝛ similitu
dineʒ suam vt . xxxiij . q v . hec ima
go ꝛ in etate virili vt . de peni . di .
secunda . §. Romanos . prodijt cū
eo ius naturale Illud enim in ce

pit ab exoꝛdio rõnabil̾ creatuř vt
v·di·in pri Demū lex vet⁹ data eſt
per moyſen ꝛ ꝓphās · p⁹ mod̾ trāſ
lato ſacerdocio lex noua ſucceſſit · vt
ꝗ· e· c· trāſlato· Sed quia hoim
creſcente malicia effrenata cupidi
tas cotidie noua litigia generabat
vt ꝰ in ꝓhemio· ita vt plura eſſent
negocia ꝙ vocabula vt ff· de p̄ſcp·
v̾b l· natura Ideo p̄res decreta ꝛ cō
ſtituciones ſummi pontifices edide
rūt vt ſub iuris regulis hoīes coar
tari diſcant · honeſte viuere Alteꝝ
nō ledere· ius ſuum cuiqꝫ tribuē· hͤ
enī ſunt precepta iuris vt ff· de iuſ
ticia ꝛ iuř· l· iuſticia §· iuř precepta
Et licꝫ hoc verbum conſtitucio ad
oēs decretales omīſqꝫ leges valeat
prorogari Nā al̾s reſtricto vocabu
lo conſtituciones dicunt̾ pn̄cipū le
ges ꝓpli romani ꝛ edicta pretoꝝ
In hac tn̄ rubrica tractatur ſpeci
aliter de quibuſd̾ conſtitucoīb9
que dici poſſūt conſtitucões conſti
tucionum· quia ſub rubrica iſta t̾c
tat̾ de alijs ſtatutis canonicis obſ̾
uandis vt ꝗ· e· ti· c· i· Et de vi et po
teſtate aliarū ꝯſtitucōnū ⸿ Ois ei
cōſtitucio cū edit̾ futuř dat formā
negocijs ꝛ p̄tita diſpēdijs nō ꝯmē
dat vt ꝗ· e· c· ij· ꝗ pūt i rebꝫ eccaſti
ꝯſtituē· quia nō laici vt ꝗ e· ti· que
in eccīaꝝ ꝛ c· Eccīa et xcvi· di bene
quid̾ Oꝫ conſtitucio debet eſſe cla
ra· mclꝫ ambiguū continēs vel ob
ſcuꝝ vt ꝗ· e· c· vlt̾· iiij di· erit ꝗ· de v̾
bo· ſigni· abbate· mclꝫ eſt adeo con

ſtitucionum et legum proprium ſi
cut claritas vt in aūt de teſt imper
fec· §· nos igitur coll̾ viij ⸿ Vidē
dū eſt igitur quid ſit conſtitucio ·
vnde dicatur· Quis poſſit facere ꝯ
ſtitucionem · que cauſa conſtituen
di· que virtutes conſtitucionum ·
ꝛ qualiter conſtitucionibus dero
getur· et quando conſtitucio īcipit
artare· ꝛ que ſit pena non obſeruā
cium· ⸿ Conſtitucio eſt ius ſcrip
tum· i· di· §· cum itaqꝫ Dicit con
ſuetudo eſt ius non ſcriptum mori
bus vtencium approbatum vt · e·
di Conſuetudo Nam ex non ſcrip
to ius venit vt iſti de iure na· gen ·
et ci· §· Ex non ſcripto· et ergo ꝯpe
tent̾ poſt iſtum tractatū ſequit̾ t̾c
tatus de cōſuetudine ⸿ Dicit̾ Con
ſtitucō ꝗſi cōe ſtatutū ⸿ Nā papa
cū frībꝫ ſuis ꝛ ceteri p̄lati cū catplis
et canonicis ſuis ꝯſtituciones facē
poſſūt vt ꝗ· de ſen· ex· inter alia ꝗ· de
hijs ꝗ fi· a prela· p totū Poteſt
et legat⁹ ꝯſtitucionē facere vt ꝗ· d̾
v̾bo ſigni· ex parte ꝗ· de loc· ꝛ ꝯduc
Ex r̄ſcp̄to ꝗ· de ꝯſang̾ et affi· qd̾ di
lectio ꝗ· de offi· le· c· vlt̾ Itē ꝛ capi
ttulum circa ea que ad ip̄ꝫ ſpectāt
vt ꝗ· e· c· Cū acceſſiſſent· ꝛ· c· Cum
in ferrař· poteſt ꝛ aliud collegium
approbatū vt ꝗ· e· c· ex lr̄is Item
ſynod⁹ ꝓuincialis vt · xvi· di qd̾ di
citis· ſynod⁹ ep̄alis vt xviij di · de
ꝯcilijs· ꝛ c decreuim⁹· ſic ꝛ pn̄cep̾
c̄ ſuis ꝓceribꝫ ꝯſtitucōeꝫ facē p̄t vt
C· d̾ le· ꝛ cōſti· l· hūanū Et p̄fect⁹

pretorio vt·C·de offi·p̄fec·preto·l
normam Item hij quibꝫ mādat
impr vt ⁊ in prologo inſti·§·cūqꝫ
hoc ꝺo ꝓpicio pactū ⁊ h̄ eſt qꝺ ali
bi dicit̄ oīa mā facimus q̄bus a no
bis auc̄tas impt̄it̄ vt·C·de ve·iure
enu·l·i·§·cūqꝫ ⁊·§·ſed neqꝫ Item
ꝑplus ro manus ecīā legem hodie
vel conſtitucōez cōdere pt vt patet
ex deſcꝑcione legis vt inſti·de iure
na·gen·⁊ ci·§·lex eſt·licet dicatur
ptās in pncipem tranſlata·vt·C·ꝺ
ve·iure enu·l·i·§·⁊ hoc ecīam·dicit̄
eīn tranſlata·i·ꝯceſſa·non ꝙ oīo
ꝑpl'is a ſe abdicauit poteſtatem·⁊
ſic dicit̄ transferri iuriſdictio a dele
gante in delegatum vt ff·de offi·
eius cui man·eſt iuriſ·l·i·§·qui mā
datum nam ⁊ ſi olim ptātem ꝯden
di legem ꝑplus in principem tranſ
tuliſſet tn̄ poſtea reuocauit vt ff·ꝺ
ori·iu·r·l·ij·§·ex act §·qꝺ ad ingra
t⁹ et §·cū placuiſſet Itē ſenat⁹ le
gem ꝯdē pt vt ff·de le·⁊ ſe·ꝯ·l·nō
ambigitur·nec obſtat ꝙ al' dicit̄
ſoli principi licet condere leges vt
·C·e·ti·l·vlt·quia ſupiores de qui
bus dictum eſt ꝙ poſſit ꝯdē legē·
principis auc̄te ꝯdē intelligūtur·
Dic ⁊ in ꝓp·dicendum eſt vt lega
ti·prelati·capl'a ⁊ concilia auc̄te ip
ſius facere cōſtituciones intelligū
tur·vnde ⁊ in conſilijs excepta ītel
ligitur auc̄tas dn̄i ꝑpe vt ꝗ·de elec·
ſignificaſti·xvij·di·p totum·iij·q
vi·duꝺ·⁊·c·peregrina·ix·q·iij cūcta
et·c·ſaluo·⁊ ita vidimus ꝙ fit cō

ſtitucō vnde dicatur ⁊ quis ꝯſtitu
cōez facē pt ¶ Cā vero ꝯſtitucōnū
ē vt appetitus noxi⁹ ſb̄ iur regulis
limitet̄ vt ꝭ in ꝓhemio·⁊ vt hūa
na coherceat̄ audacia tutaqꝫ ſit in
ter improbos innocēcia·vt·iiij·di
fcē ¶ Virtutes āt cōſtitucōnū ſūt
quatuor·oīs eīn ꝯſtitucio ꝗ preci
pit·vt ſtatuta canonica obſeruari
vt ꝗ·e·c·i·vt clerici regulare ꝓpoſi
tum ⁊ honeſtū habitū deferētes cō
tinent̄ ⁊ caſte viuē ſtudeāt vt ꝗ·de
vita ⁊ ho·cle·c·deus qui ⁊·c·vt cle
ricoꝝ Aut prohibꝫ·vt clericos ſe
cularibus negocijs immiſci vt ꝗ·ne
cle·vel mo·et ꝗ·ne prelati vices ſu
as p totū·⁊ idem ioībꝫ edict ꝓhi
bitorijs Aut pmittit vt vir fortiſ
p̄miū petat vt·iiij·di·oīs lex xxiij·
q·i·militare Item miora committi
vt maiora vitent̄ vt·xiij·di·nerui
Aut puit ſceleā ⁊ delicta vt ꝗ·ꝺ pe·
p totū vniuerſis | Quatuor ex v̄b
v̄tutes collige leges·pmittit puit
ipat atqꝫ vetat ¶ Cōſilia vō q̄ i iuē
īueniūt̄ volūtat̄ ſunt n̄ necītatis vt
xxviij·di·ſic ei neqꝫ ⁊·c·iā nūc·xiiij
q·i·ꝙ p̄cipit̄ ff·ꝺ ri ve·l·is q̄ deſtia
uit·⁊ ideo nō adicitur quit̄ mem
brum nam hoc continetur ſub illo
membro pmittit qui enim cōſulit
ſatis pmittit ¶ Derogat̄ ei ꝯſtitu
cōi p̄ori p poſteiorē vt ꝗ·ꝺ ꝯgn̄ ſpi
c·i ff·ꝺ le·⁊·ꝯ·n̄ ē nouū ecīā ſi nulla
in poſteriori ꝺ p̄ori mencō hēat̄ licꝫ
ſec⁹ ſit i r̄ſcpt vt ꝗ·ꝺ r̄ſcpt Cetm̄
et·c·ex parte Et ē racō diuſitat̄ qꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in legibus ⁊ ꝯſtitucionibꝫ ꝯtinēt
iura Qia autem iura ſunt in pectore
pape vel principis vt·C· de teſta·l·
oim Et ideo cum priceps condit le
gem poſteriorē q̄i ex certa ſcia faci
at memor prioris tollit prior·Pꝫ
in reſcriptis ꝯtinētur fca̅·fcō̄ꝝ autē
habere memoriā et i nullo peccare·
diuinitat ē potiꝰ ꝙ hūanitat vt·C· d̄
re·iu·enu l·i§· ſi qđ āt·vn̄ n̄ pſuit
ꝙ ip̄a ꝯſciꝰ primi reſcripti ꝯcedat
ſcđm·⁊ hoc intelligo i prior e ⁊ in
poſteriore ſm tempa non ſm ordi
nem ſcripture·nam decre̅ꝭ·de ma·⁊
obe·ſtatuimꝰ poſterior eſt i ordie
ſcripture illa dec̄ꝭ·h̄ e·ti·qm̄ ⁊ tn̄ q̄
prior eſt ordie non tempore inter
pretatur poſteriorem ordine· Pic
et al̄ canon poſterior ordine corri
gitur per priorem vt xxx q·iiij poſt
ſuſceptum et·c·ſuper quibꝫ vnde i
legibus ⁊ decretalibus nō ordo ſcrip
ture ſed temporū ſucceſſus atten
dit Nā lex·C· que confirmat Codi
cem fcm̄ ⁊ ꝯfūmatū poſt Codicē
edita eſt·⁊ tn̄ in principio·C·poſita
eſt·vt·C· de iuſtia· Co·ꝯfir·l·vna
ſic ⁊ lex que ē i·C·de ſac̄ ca̅l·l·i·facit
mencionem de lege poſterius edita
·C· d̄ iud̄·l·rem non nouā·ſic lex·C·
de colla̅c·illam·facit mencionē de le
ge poſterius edita·C·de ſuis ⁊ legi·
h̄di·l·ſi defunctus·nec em̄ ordo ſcrip
ture inſpiciendus eſt vt ff·de ſoluc̄
l·nec em̄·ꝯtrris lex alibi dicat pri
mis primo loco ponendis·poſteri
ore ſis vt·C· de no·Cōfir·l·vna·

Incipit aūt ꝯſtitucio artare poſt
duos menſes poſtꝙ·inſinuata et
publicata fuerit vt i aut vt fcē no·ꝯſt
in rubrica ⁊ in principio l·coll̄ v ꝭ·
ne cle·vel mo·c vlt·⁊ ſic intelligo
xvi di·qđ dicitur·xij q·ij quia ⁊ hu
manis·ante hoc tempus ignoran
tes non ligantur vt e·c·ꝯgnoſcen
tes lxxxij di·ꝓpoſuiſti Reſtat vi
dere de pena nō ſuancium conſtitu
ciones canonicas Et eſt ſciend̄
ꝙ ſi quis eas non habet arguēdꝰ
eſt de neglectu·qui habet ⁊ non ſer
uat corripiendus eſt d̄ temeritate·
vt xx di·ſi decreta· Pꝫ ſi in contēp
tum romane eccleſie quis non ſer
uet·hereticꝰ eſt cenſendus·vt xx
di·de libell̄i ſi· Saluis alijs penis
que p ſingula iurā ſingulariter im
ponūtur non obſeruantibus eaꝯ
Vnum nō omitto ꝙ oīs illi·
qui conſtituciones ꝯdē poſſūt eas
interpretantur vt ꝭ·d̄ ſen·ex·inter
alia·C· e·ti·l·vlt ꝭ·de ſequeſtrac̄ c·
i·C· de lega·l·i· Item conſuetudo
vt·ff·e·ti·ſi de interpretacione et l·
minime ꝭ·de conſue Cum dilcꝰ et
hec interpretacio eſt generalis et
nccīa Sed non in ſcriptis redigen
da eo qđ dicit ius n̄ ſcriptum vt ff·
e·ti·l·de q̄bꝫ·§·i·Interpretat mgr̄
vt·C· de profeſſo q̄ in ꝯſtan·ci·l·i·
ꝯtrris eiꝰ interpretaº nō ſit nccīa qꝛ
nullius addictꝰ iura ē i v̄ba mgrī
Interp̄tat ⁊ iudex vt ff·de leg·et
ꝯ·l·nā vt ait·q̄ interpretaº et ſi ſit
nccīa ⁊ i ſcriptis redigēda non tam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt generalis qꝛ res inter quoſdã iudicata alijs non ꝑiudicat vt·C· quibꝰ res iudi·nõ no·l·i·ꝛ·ij· Ali qñ minoꝛ interꝑtaꝛ mãdatũ maio ris vt ĩ·ò poſt·ad hec· Sequtur ru brica de·:·

¶ De reſcriptis

DIctum eſt ſ·de conſti· Sꝫ qꝛ reſcripta quo ad illos quibꝰ et inter quos conceduntur vim conſti tucõnũ habẽt iõ ſubſequẽt de reſcri ptis ſubiciamus ¶ Videamus ergo Quid ſit reſcriptũ Quis cõcedẽ poſ ſit Quis reſcriptũ ipetraẽ·ſup qbus rebus Que vis ac ptãs eoꝝ Qua liter reſcriptũ elidatꝰ Quis reſcripta iterꝑteẽ ſi ſup eo dubitare ꝯtigat Qñto tempore durat eorũ auctas Que reſcripta ſint generalia Que ſpãlia Que iuriſdictõez ꝯferũt·ꝛ que meram execucõez Que ius cõe cõtinent Et que grãm ſpecialem·ꝛ que pena debeatur hijs q̃ reſcripta impetrant per ſuggeſtionem falſi tatis ꝛ veri ſuppꝛſſionem ¶ Reſcri pta ꝑpe vel principis ſunt mandata que ad inſtãciam alicꝰ vel aliquo rum ſeu ꝓprio motu vel ex relacio nibus abſencium vel ex ſuggeſtiõe pñcium vel ad conſulta cioẽm facit vel cũ aliqd alicui vel aliquibus coꝛpori ul' collegio vniũſitati vel ciui tati mandatur ſeu indulgeẽ Talia enĩ ius faciunt nõ generale ſed ſpe ciale in negocijs ꝛ inter perſonas in quibꝰ ꝛ inter quas ꝓmulgata

ſiit vt·C·de legi·ꝛ conſt·l·ij· ¶ Reſcri ptum ꝯcedere pt i eccleſiaſticis ꝑpa in ſecularibꝰ ipr ¶ Quicũqꝫ noĩe ſuo pt agere pt ꝛ reſcriptum per ꝓ cũrem impetraẽ dũ mõ ſup hoc ha beat mandatũ ſpãle vt ĩ·e·c nõnul li ¶ De viribus aũt reſcriptorũ ſciẽ dũ ẽ qò aut reſcriptũ ẽ ſm ius Aut preter ius Aut ꝯtra ius Si eſt ſ ius vim ꝯſtõnis habet Tal' enĩ ẽ decꝰ epl'a ꝛ in cauſ diffiniendis aũc tem habet vt·xix di·p totum Si preter ius ſimiliter vim cõſtõnis habet Et artat illos ad quos diri gitur Nam ꝛ ſi vix ferẽdũ iugum a ſcã romana ſede iponitur pia tñ deuocõe tollerandũ eſt vt·xix di·in memoriam·aut is cui mandatum dirigitur rõnabilem cãm aſſignet quare ꝙ mandatur adimplere nõ poſſit vt ĩ·e·c·ſi qñ Si contra ius et forte contra dictum dei aplorũ Ewangeliſtaꝝ aliqꝰ prodeat oĩo reſpuiẽ vt·xxv·q·i·ſunt quidam qꝛ nec dũ minoꝛ in maiorẽ ſed par in parẽ ñ habet ipiũ ff·de arbit·l·nã ꝛ ff·ad trebe·l·ille a q·§·tẽpeſti nũ·eoꝝ tamẽ dicta ul' ſtatuta pt ꝑp· modificare vñ illud Quos deus ꝯ iũxit hõ nõ ſepet·ſic modificaẽ p ſumũ põtificẽ·ꝯiũxit ꝯſẽu aioꝝ et cãnis ꝯmĩcio al's pñ ĩtueiat ñ ſcõꝫ ſepãẽ p ingreſſũ religionis vt ĩ· de ꝯiũ ꝯiuga voꝝ ꝛ·c·Ex pblico·ñ ſic ſi alẽ ꝯiugum velit remanere i domo ꝓpia·vt·e·t·ex pte tua i ſi· Item modificaẽ ꝛ aliẽ illò vbũ q̊s

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deus diũxit homo non ſepet·ſ· vio
lenter ſine lege ⁊ abſqз rõne Hic
modificꝫ yſodoꝛꝰ xxiij q·ij· Quos
deus coniunxit· Hic modificatur
dictũ apſi oportet oꝛdiand̄ eẽ unũꝰ
vxoꝛis virũ vt xxvi di·in pñ ⁊ c·i·
ſ·ad ſacros oꝛdies vt ꝫ· d̄ biga·ſup
eo Nec obſtat qd̄ diat xxxiiij ·di·
lectoꝛ vbi ex diſpẽſacione ad ſub
diaconatũ bigamus ꝓmouetꝛ· il
lud intelligitꝛ ſm ſtatum p̄mitiue
ecc̄e qñ ſubdiaconatꝰ ñ erat ſacer
oꝛdo ut xxxij di· Eos·⁊ lx·di·nullꝰ
hodie ſecus vt ꝫ· de ſiuis non oꝛd̄
minãñ ꝫ· de tempo·oꝛdina A mul
tis q̈uis dicatur luciũ p̄pm diſpen
ſaſſe cũ panoꝛmitano Archiepõ q̄
bigamus erat· Sed nicholaꝰ furi
oſus ſcp̄ſit non ſine furoꝛe qꝫ ſi ex
diſpenſacione bigamꝰ oꝛdinaretꝛ
nõ reciperet caracterem ſicut nec a
ſinus Sed hoc non approbo per id
qd̄ legitꝛ ·l·di·quicũqз Ité apl̄s
dicit optꝫ oꝛdiand̄ ſine crĩie eẽ vt
xxv·di·§· nunc autem Sed hoc
modificatꝛ per ſummos pontifices
qui oꝛdinauerũt·etiã per epõs diſ
penſari poſſe in crĩie adulterij ⁊ in
minoꝛibus vt ꝫ· de iud̄ At ſi clerici
Sed certe hec non ſũt ꝫ aplm qꝛ
apl̄s non prohibuit diſpenſari vꝫ
dic qꝫ p̄p ẽ maioꝛ paulo in admiſtr
cõe vt xx·di·§·i· Nam p̄pa eſt loco
petri vt xxiiij q·i·qñ vetus ⁊ ſic ſit
vicarius ihũ xp̄i vt ꝫ· de tranſlacio
p̄la·c·intꝛ coꝛpalia ꝫ·vt ec·bene ſñ
di·ꝫ·vt nr̃m Petrus autem i ad

miniſtracione maioꝛ fuit paulo
vt·ij·q·vij·puto·xxi·di·in nouo·
ſic ⁊ mandatum dñi de dãdis deci
mis qd̄ habetꝛ xvi·q·i·reuertimi·
modificatꝛ p ſummos pontifices q̄
ſup hoc quibuſd̄ immũitatẽ indul
gent vt ꝫ· de deci·Ex pte·q̄ ſtatũnt
ſuper decĩs amicabiliter poſſe cõpo
ni vt ꝫ· de decimis ſuggeſtum ⁊ c·
Ex multiplici ꝫ· d̄ trĩſac· Statuꝰ·
et·c·de cetero ꝫ· de confir vti·ul̄ mu
ti verirabiles·ſic ⁊ modificatꝛ illud
verbum dñi In oꝛe duorum·⁊c̄ vt
ij·q·iiij in pñ ꝫ· de teſta relatum·
nam exponitꝛ negatiẽ·i·⁊ non pau
corum vt ꝫ· de teſti·licꝫ·ſic ⁊ ſtatũ
veteris teſtamẽti de nõ dandis tem
poꝛalibꝰ ꝓ ſpũalibꝫ modificatur·
qꝛ p̄t quis dare de redimẽdo vexa
cionez vt ꝫ· de ſimo· matheus Itẽ
p̄t dari tempale pro ſpũali ex ꝓui
ſione ſupioꝛis vt ꝫ· de pactis Cũ
pridem ꝫ· de prebẽ·miſi· qi ſuperioꝛ
auctꝫ uiciũ purget vt ff· d̄ de hijꝰ
q̄ no·infa·l furti·§· qui iuſſu ꝫ· de
trĩſac·ſtatuimꝰ ⁊ c·veniẽs·ſicut et
auctꝫ principis miꝰ ſolẽpne teſtm̃
facit ſolempne vt·C de teſta·l·oim
que facit ex nudo pacto dari accio
nem vt ff·de pac·l·legitima que
mutat ſbalia vt·C ꝫia del̄·l·ij·C
de rei vxoꝛi ac·l· vna Si autem
contra ius poſituũ aliqd̄ reſcriptũ
emãꝫ abiciẽd̄ ẽ vt xxv q·ij·reſcp̄ta
·C· d̄ p̃ci·impa offe l·r̃ſcp̄ta Nec ei
rõe reſcp̄ti·recedẽd̄ eſt a iuẽ cõi vt
ꝫ· de eta·⁊ qua·Cam te·miſi exp̄ſſ

in reſcripto ↄtineat᷑ · nō obſtāte ↄ
ſtitucōe vel iure tali vt ff · de le · iij · l ·
ſi quis i pñ ext̄ · de offi · del᷑ ſup qōnū ·
al's non eſt veriſil'e ſūmū pontificē
vñ ep'la niſi ta velle tollē iura vt ext̄ ·
de elec Eccīa vrā · C̄ de inoffi · teſta ·
l · ſi qñ · Sed ſi ſup iuē aliq̄ dubita
cio oriat᷑ · pp · ↄſulendus eſt · vt ext̄ · d
fide inſtru · paſtoralis · ⁊ in h' poſſ3
poni exēplū ext̄ · d ↄceſſio · preben · di
lect9 · de qua ꝓbabiliter dubitat᷑
an ſit reuocata p aliā decretalē poſ
teriorē tempore ñ ordine ext̄ · de elec ·
ne p defcū Sed ſi reſcriptū ſit cōt᷑
ↄſuetudinē preualet ↄſuetudo nā
p̄ualet iuri ſi ſit rōnabil' ⁊ p̄ſcp̄ta ·
vt ext̄ · de ↄſue c · vltio ⁊ vt dicem9 in
ti · illo Item ſi r̄ſcp̄tum ſit ꝯ fiſcū
vl' ꝯ publicam vtilitatē reſpicitur
p̄ma iuſſio ⁊ expcātur ſcd'a vt · C̄
de p̄ci · impa of · l · nec dampnoſa · ⁊
in auc̄ vt nulli iud · § · ⁊ h' quoq3 iu
bemus ⁊ de man · pñcipum · § · deīn
Si vero ꝯ ius p̄uati diſtiguitur
Aut in leuē ⁊ modicam leſionē vt
ſi pp · mandet in ſuo reſcp̄to ꝙ non
admiſſis dilatorijs excepcōib9 ꝓ
cedat᷑ in pñcipali · vel ſi mādet ac
cōem ſeu peticōe3 alic9 differri vt
cū indulget cruce ſignatis ñ ↄueni
ri tēpore crucis tale reſcp̄tū valet ·
vt · C̄ de preci · impa offe · l · quociēs
et · l · reſcp̄ta · nā modica dāpna tol
lerāt᷑ ar · xij · q · ij · t̄ rulas · ⁊ · c · ſi q̄s
de p̄uis · ⁊ · c · bone rei ext̄ · de his que
fi · a pre · ſine · ↄ · c · paſtoralis · ff · de
in int᷑ reſti · l · ſcio Sic ⁊ decepcio

modica tolleratᷣ vt · ff · de mio · l · in
cauſe · § · idem pomp̄ · magna vero
reſcindit᷑ vt · C̄ de reſcin · ven · l · rem
maiores · Ceteꝝ ſi reſcriptum enor
mem alic9 leſionem inducat ⁊ in
totum ius eius abſorbeat nō val3
vt in predicta · l · quocī ⁊ ext̄ · de deci ·
ſuggeſtū ext̄ · de dona · Ap'lice ext̄ · d ver
bo ſig · quid p nouat᷑ · ff · ne quid i
loco pub · l · ij · § · ſi quis a principe ·
ff · ne quid i flu · pub · l · i § · ſunt qui
putant · eo ſaluo qd' ex delicto aufe
runt᷑ oia boñ vt · C̄ · d bonis damp ·
per totum ext̄ · de iudeis et ſarra · ad li
berandam ext̄ · d here vergentis ext̄ · ne
cle · vel mo · relatum · alias non eſt
veriſil'e ꝙ pp · vel impr improbam
indulgeat accōem vt · C̄ de pet᷑ bo ·
ſub · l · i · li · x · ff · d mio · deniq3 · i pñ ·
vbicūq3 enim denegatur peticio d
negandum eſt ⁊ reſcp̄tum vt · C̄ ſi
mip · ex reſcripto pe · l · ij · niſi forte a
liquid ſit qd' proſit impetranti et
nulli obſit · ff · de ſena · l · ricpē vel ſi
cui princeps ſine exemplo ſubue
nit vt inſti de iure naturali genci
um et ciuili · § · ſed et qd' principi
placuit vt · xxv · q · ij · reſcriptum
Tollitur reſcriptum ſi per ſug
geſtionem falſitatis vel veri ſupp̄ſ
ſionem fuit impetratum ⁊ ſcienter
vel ignoranter Sed p talem qua
non interueniente lr̄e non fuiſſent
obtente vt ext̄ · e · ti · ſuper lr̄is · eciam
ſi reſcriptum ſit ↄſentancū iuri vt
xxv · q · ij · et ſi legibus · C̄ ſi contra
ius vel vti · pub · et ſi legib9 Et eo d

de reſcript

mō tollitur ſi p mendacium iuris
obtineatur vt xxv·q·ij·preſcpcō
et·C·ſi ɔ ius vel vti·pub·preſcptū
vt cū quis ſuggerens pnāpi eſſe de
iurē qđ n̄ ē ipetrat·q̄uis n̄ ſit veiſiſe
pnāpē in h̄ falli·vt·C·đ teſta·l·oīz
¶ Tollit̄ reſcptū p̄mū p poſteriuſ
faciendo mencōnē de ipſo primo Et
tūc ipſo iure vt ꝭ·de of·dele Ex lrīs
et·c paſtoral·§·preterea in fi·Si
vero in poſteriori n̄ fiat mēcio de p̄
oꝛi tollit̄ poſteri? p p̄mū ꝫ nō ipo
iu·e ſed ope excepcōnis Et eſt rō
diu̾ſitatis·qꝛ in p̄mo caſu certi ſu
m? de voluntate pnāpis vel ip̄e ꝙ
voluit p̄mū tolli·cū in ſcđo đ ipſo
fecit mēcionē In ſcđo āt caſu cū
in vno de altro mēcio n̄ habeatur·đ
voūltate pnāpis ignora?·qđ illoꝝ
voluit p̄ualē ꝛ ideo reqrim? opē ex
cepcōis ex p̄mo ɔ ſcđm ꝛ ſic intelli
gim? ꝭ·e·c·Ceterū et·c·Ex parte·
huic opioni n̄ ob·dectal̄ preal̄ de
offi·dele Ex lrīs·in q̄ dicit̄ ꝙ p̄mi
iudices habuerūt iuriſdictōez cū i
ꝑis lrīs non fiat mēcio de p̄mis·ſed
itelligo ibi exceptū fuiſſe ɔ ſcđas·
et ſic Rn̄o ad decre·Cetm̄·qđ em̄
ibi dicit ꝙ ꝑe lrē non faciētes mēci
onē de p̄mis nullam obtinēt firmi
tatē·veꝝ eē intelligo ſi excipiat̄ ex
primis·Sꝫ mouebeis ꝛ dices·nō
ne abſurdū ē·ꝙ p̄mi iudices ex p̄
mis lrīs ꝛ ſecūdi ex ſcđis iuriſdic
tionē habeāt in eođ negocio·ꝛ int̄
eaſdē pſonas Rn̄o hoc cōtingit rōe
dubitacōis vt ꝭ·e·c·paſtoral·ꝛ·c·

Cū ɔtingat ſicut ꝛ alia ſiūt rōe du
bitacōis vt ꝭ·de app·Si duobus
et·c·Cum parati ſt·đ iuđ·l·ſi quiſ
ex aliena·et eodem modo intellige
tolli reſcriptum per excepcionem
vt in ſuperiori caſu·qn̄ impetratur
reſcriptū per mendaciū nam ꝛ tūc
reſcriptum taliter impetratum cō
fert iuriſdiccōem·ita·vt ſi excipia
tur de vicio lrārum ſuper hoc emer
genti excepcōe iudex ɔgnoſcet·vt
ꝭ·de app·ſuper eo·§·ſi autem·
xxv·q·ij ꝛ ſi n̄ cognicio·C·ſi cont
ius vel vti·pub·l·ꝛ ſi non cognicio
et per ſniām ſuam decnet ꝙ impe
trator careat impetrat̄ ſuata tam̄
diſtinctione que habetur ꝭ·e·ſuper
lrīs·et ſi nimia mencientis impro
bitas inuenitur·ſeueritati ſubiace
at iudicantis·vt·xxv·q·ij·ꝛ ſi legi
bus·C·ſi contra ius vel vti·pub·l·
et ſi legibus ¶ Sed tan·ſcripſit ꝙ
ꝑe lrē non facientes mencionem de
primis ipo iure non valent ꝛ hāc
opinionem fundauit ex verbo quo
dam qđ erat in decretali ꝭ·e·ti·ce
terum ſcđꝫ veterem ɔpilacōez·ita
em̄ continebat̄ i ea·nec ꝑe lrē đ iurē
optinent alic? roboris firmitatē·
exponebat ipſe·i·ipſo iure·Sed
ɔpilatoꝛ h? voluis ex induſtria ſi
cut puto ammouit illud verbum
de iurē·qđ materiā preſtabat erro
ris·Confunditur autē tan·opinio
ꝭ·e·ſi autem ꝛ·c·plerūqꝫ nam ſi
ego impetrem reſcptū p̄mū Et tu
ſcđm non facta mencione de primo

et ego malicioſe vel negligenter nõ
vtor meo reſcripto infra annum ·
cõputandũ a tempore tui reſcripti · vte
ris tuo ſine metu exceptionis qḋ nõ
fieret ſi ſecundum impetratum · non habi
ta mencione de primo eſſet nullũ ip
ſo iure. Item ſi ante ſecundarum literarum · nõ
faciencium mencionẽ de primis · per ſe
cundos iudices procedatur · niſi ex
cipiatur de primo proceſſu · et ſnia lata
per primos iudices · valet ſecunda ſnia · vt
infra. de ſen · et re · iud · inter monſteriũ ·
vbi autem dubitatur de duobus re
ſcriptis qḋ ſit primum qḋ ſit poſte
rius · vtpote quia eadẽ eſt data vtri
uſque Si impetrata a diuerſis ſup
diuerſis Sed ad eoſdẽ iudices · tunc
ſuperior conſulatur vt infra de offi · dele Sa
ne · Si vero diuerſa fuerunt obtẽta
reſcripta a diuerſis et ad diuerſos iu
dices · et ſup eodẽ negocio · et dub
tatur · qḋ ſit prius et quod ſit poſteri
us tũc ſeruando eſt doctrina illarum de
cret infra · e · paſtoralis · et c · Cum conti
gat Itẽ elidit primũ reſcriptum ge
nerale per poſterius ſpeciale etiam ſi i
ſpeciali de generali nulla mẽcio habe
retur · in eo tñ quod i ſpeciali ſpecialiter conti
netur vt infra · e · c · paſtoral · Vbi autẽ
vtrũque reſcriptum ẽ ſpeciale Sed vnũ
eſt ſup certo et aliud ſup incerto re
quiritur in ſcdo mencio de priori vt
infra · de offi · dele · Ex parte Itẽ tollũ
tur reſcripta ſi ab eodem duo paria
fuerint impetrata quorum poſterius men
cionẽ de priori nõ faciat · ſi ad diuerſos
iudices obtenta ſint cauſa vexãdi

reum coram diuerſis nũc coram iſtis
nunc coram illis · Secus ſi hoc fiat
ad cautelam ne alterum amittatur · vel
ne iudices vnius interim moriantur ·
vno tñ impetrator vti intendit ·
vt infra · e · ti · Ex tenore et · C · de aſſeſſ tolli
l · i · §. vltio · ſed ſi duo reſcripta eiuſ
dem tenoris impetrentur ad eoſdẽ iu
dices · tunc nullũ eſt viciũ · vnũ enĩ
eẽ videntur vt ff · de teſta · l · vnũ ·
ff · de hijs que inter ſ · dele · l vlt · et ff ·
de · bo poſſ ſecundum ta · l · i · § · ij · et idõ conſu
etudo curie habeat frequencius du
plicare literas propter pericula viarum · vbi
vero quis impetrat diuerſas literas · ad
diuerſos contra diuerſos talis diuerſitas
nichil obeſt Sed ſi contra eũdẽ talis diuer
ſitas obeſt in perſonalibus accõibus que
comodius coram eodẽ vel eiſdẽ iudi
cibus poterãt expediri vt infra · e · ti · c vlt
ff · de quibus rebus ad eũdem iudi · ea
Item ſi diuerſi impetrãt diuerſas
literas ſuper diuerſis et contra diuerſos hec
diuerſitas nichil obeſt et idem ſi contra
eundem · eo ſaluo quod ſi plures impe
tiũt diuerſas literas ſup diuerſis bñficijs
contra eãdẽ eccliam · vnus illorum obtiebit
qui prius ad execu tores literas repor
tabit vt infra · e · c caplm · quod intelligo
cũ papa non intẽdit grauare ecclam i
recepcione duorum · vt infra · e · ti · caplm ·
quam intencõem ipſe colligo ex forma
literarum · vt ſi in literis contineatur · ſi pro alio
vel aliis ibidem non ſcripſimus · vt infra ·
e · ti · mãdatum · et ſic · niſi pro alio
per nos veſtra eccla ſit grauata · vt
infra · e · c · literas · Ceterũ ſi hec vel ſimilia

eccā cui ſcribiẗ ſit grauata in recep
cione alic⁹ vel aliquoꝝ de mādato
dn̄i ppe non tn̄ ↄpetit excepcio·nā
et ſi graue quid apponatᷣ ab eccīa
Rō·ferendꝰ ē·vt·xviij di·in memo
riam·vel ſaltim excuſandū·vt ꝑ·e·t
ſi qn̄ Item elidiẗ rſcptū ſi ab ap
pellato fuit impetratū īfra temp⁹
appellacioni perfixum vt ꝑ·de app·
Sepe·ꝛ·c·oblate ꝑ·de ↄſir vti·vl
muti·bone memorie Item elidiẗ
ſi ab excato fuit impetratum vt ꝑ·
de eta·ꝛ qua·c·Cū bone ꝑ·de ꝓba
poſt ceſſionē ꝑ·de ꝓcu·c·vlt· Itē
eliditur reſcptum obtentū lite pē
den̄·vt ꝑ·vt lite pen·c·i·n̄ ꝛ vlt·nā
lite pendente ſupplicare non licet n̄
i caſibꝰ vt·C vt lite pen·l·ij·i aūc°
in medio li· non expec·ſacꝰ iuſ·§·
ſup hoc coll·viij· Item tolliẗ re
ſcptū ex vicio viſibili et inuiſibili
intelligibili tn̄·vicia enim reſcrip
toꝝ Quedam ſunt viſibilia que
dam inuiſibilia ſed intelligibi
lia·viſibilia ſunt que arguto ige
nio proſpicacio oculo cerni poſſunt ꝺ
q̄bus ponunẗ vij·exēpla ꝑ·de cri
fal·licet·inuiſibilia ſed intelligibi
lia ſunt vt ſuggeſtio falſitatis·et
ſuppreſſio veritatis·de quibꝰ dcm̄
ē ſupra· Item cū lrē impetrātur nō
ↄtinētes ſeriē fcī·vt ꝑ·de coha·cle·
et mu·ſup eo·ꝛ cām facti vt ꝑ·e·ti
dilectus ꝑ·de ſen·ex· Cum pro cā
Itē cum non ↄtinēt litē eſſe motā
et pēdē vt ꝑ·vt liẗ pē·c·dilcūs fili⁹
Item ſi non fiat mencio de diſpē

ſacōe vt ꝑ·de filijs pſbi·ex tua·ꝺ ↄ
poſiciōe vt ꝑ·de decī ex mltiplici·de
ſtatuto vt ꝑ·e·ↄſtitut⁹·ꝺ puilegio
vt ꝑ·e·t·Cū ordinē·de ſinā vt ꝑ·de
ſinā ꝛ re iudꝰ iẗ mōſteriū·vn̄uerſ⁹
| Si puilegiū ſi diſpēſacio pactū |
vel ſi reſcptum ſinā ſiue ſtatutū ſi
nis tolleẗ n̄ mēcio fcā ꝓbeẗ Sz
q̄ritur q̄ ſit rō q̄re i reſcptis reqriẗ
mēcio in ſcdo vt pimū tollatᷣ n̄ aūt
reqriẗ in legibꝰ vel teſtis·lex ei poſ
terior tollit poꝛē ꝛ ſi nullā de pori
hēat mēcionē·vt ff·ꝺ le·ꝛ ſena·ↄ·l
n̄ ē nouū· Similiẗ ꝛ vltia volūtas
ꝑuāda ē vt·xiij·q·ij vltia·Rn̄o i le
gibꝰ ↄtinenẗ iura·oīa āt Iura i pec
tore pn̄cipis ſūt·vt·C ꝺ teſta·l·oīz
vn̄ cū legē ↄdit poſterioꝛē·q̄ꝛ ex cta
ſcia memor poris tolliẗ por· In re
ſcptis vō ↄtinēẗ fcā·fcōꝝ āt oīum
habere memoriā ꝛ in nullo peccarᷣ
diuinitatis eſt pociꝰ qm̄ hūanitatᷣ
vt·C de vete·iu·enu·l·ij·§·ſi quid
autem·nec preſumiẗ ppa ex certa
ↄſcia indulgere ſcdm reſcptū poſt
primū ſine cā·ſi poris imemor ē vt
ꝑ·de offi·dele Ex parte· In teſtis
aūt illa ē racio ne libtas ſupremi
iudicij reſtrīgatᷣ vt ff·pro ſocio·l·
cū duobꝰ·§·idē rn̄dit·michil enī ita
hoībꝰ debeẗ ſicut vt vltie volūtatᷣ
lib ſit ſtil⁹·vt·C ꝺ ſacro ſanc·ec·l·i
Hoc tn̄ fallit i teſtō iẗ liberos qꝺ
p ſcdam diſpoſiciōez nō tolliẗ n̄ teſ
tator in hꝰ teſtamēto declaret pmū
teſtamentum nolle valē·vt·C de
teſta·i auc hꝰ iẗ liberos Itē fallit

cū quis in pmo teſtō intˀdixit ſibi licenciam iterū teſtandi nam hoc teſtūn non tollitur niſi in ſᵒ de pri ori mencio habeatur vt· ff de le· iii l· ſi quis in pri Vnum non omitto qꝫ ſi quis excepcionem pemptoriā ꝗ aptam ad litem conteſtandam· conuītat ad dilatoriā ꝯ reſcptum iudex eam admittere non debet in vi dilatorie ·ſꝫ dicet ꝓponēti vt eā ꝓponat in ꝓpria vi Nam alias q̄li bet pēptoriā poſſꝫ reduci ad dilato riā ꝗ hoc ridiculū eēt· Sꝫ videt̄ ob ſtare ꝭ· de dona· inter vi· ꝗ vx· per virās· vbi excepcio rei iudicate que eſt pemptoria· reducatur ad dila toriam cōn̄ reſcptum· Sed dic qꝫ ibi non ꝓponebat̄ excepcō rei iudi cate· ſed excepcō dilatoria ꝯ reſcp tum· eo qd̄ in ipo nō fiebat mēcio de proceſſu· vt ꝭ· de ſen· et re iudi· it̄ monaſteriū· Aliqn̄ ſuggeſtio falſitatis ul̄ ſuppſſio veritatis ex ſim plicitate prouenieñs nō elidit reſcp tum Sed impedit formā· Et tūc dat⁹ iudex ꝑ tenore veritatis non ꝑ depcantis affirmacōe ꝯgnoſcē dꝫ vt ꝭ· e· ſup lrīs xxv q· ij· pſcpcōe · C ſi ꝯ ius vel vti· pub l· pſcpcione Aliqn̄ ſuffiat aliqua narratoꝝ in lrīs eē vā dūmō eoꝝ reſpcū ꝯpetat ꝯcluſio lrāꝝ vt ꝭ· de iudic̄ Exhibi ta· ꝗ ſcd̄m hoc intellio ꝭ· de preben· Cum iā duō ꝭ· d app· ſignificauit· ſec⁹ ſi non ꝯpetēt· vt ꝭ· e· ti· olim in fi· Eliditur reſcptum ſi per alium ſine mandato dn̄i impetrat̄ vt ꝭ· e

ti· non nlli· q̄ excepcio hodie ſm ob ſuatam ꝯſuetudinē locū habet in audiēcia lrāꝝ non i iudicio negōꝝ Sed oppones· ex illa dec̄ ꝭ· e· ti· ex parte in fi· ſed illa loquit̄ in procu ratore reuocato· c⁹ intˀpretacōem ratā dn̄s non habebat· ſec⁹ ſi is c⁹ nomie impet̄tur· ꝗ ſine mandato ratam hēat impetracōem Pōt āt quis impetrare pro alio· ſine man dato ſi ſit d illis perſonis a quib⁹ nō exigitur de iure mandatū· vt in dec̄· illis nō nlli ꝗ c· ex parte· Que autem ſint ille perſone legit̄ ff· de procu· l· ſed et hee perſone Sed nūqꝫ canonicus impet̄bit ꝑ ecc̄a ſua ſine mandato· non puto · Nū quid pro canonico· videt̄ cum q̄ꝫ quedā proximitas ſpūalis ſit inter eos· que maioꝛ eſt carnali vt xxx· q· iij· c· i· et ij· nam ꝗ int̄ ſocios vin culū ſinitatis eē videt̄ ut ff ꝑ ſocio l· verꝫ· ꝗ miles admittit̄ ꝑaūr pro ꝯmilitonib⁹ ſuis· vt ff· de procu· l· nō ſolū ſ· vet̄ani· puto tn̄ cōn̄ ꝗ ſto legi q̄ loqt̄ de proximitate carnali diſtinguēs ḡdus ꝯgnacōis· Itē reſcpta ſūt ſtricti iur̄ vt ad alias res vl̄ pſonas nō extēdant̄ vt ꝭ· de offi· de· Cū oli· inſi in lrīs ſit clā ge nerlis vt ꝭ· e· t· paſtōlis Sꝫ ꝗ tūc heredes illoꝝ q̄ tūc vocari poterāt nō vōnt̄ vt e· t· ſignificauit· ſunt ꝗ alie plures excepcōes ad elidenda reſcpta q̄s p ſe nōre pt̄ q̄lib⁹ ſtudi oſus· ¶ Nūc videam⁹ de interpre tacōe reſcptorum Et eſt ſciendum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ quilibet iudex lr̃as de bn̄ficio ple
niſſime dz interp̄tari vt ꝫ. de dõcı̃.
Cum dilcꝰ. ff. ꝺ ꝯſti. pri. l. bn̄ficia.
Sed ſi iudex aliqs malicioſe iter
pretet̃ infamis effiat̃. vt. C. de le.
et ꝯſt. l. ij. Et ad ſupiorem ꝑ inter
pretacõe recurrēdū eſt. vt ꝫ. ꝺ v̓bo.
ſigni olim ⁊ c. cū iptibꝫ. ⁊ c. cum
olim ⁊ c. tua ⁊ c. trāſmiſſe. ſaluo eo
qꝺ de priuilegijs dn̄i ꝑpe dicat̃. de
quibꝫ non licet alicui iudicare. vt
ꝫ. de cōfir. vti vel inuti. c. i. ⁊. ij. et
vt ibi de hac materia plenius dice
mus ¶ Durat autē reſcptor̄ auc
tas p decēnium ſi impetrātes copi
am iudicum habuerint ⁊ neglexe
rint vti. nam infra illud tempus
qn̄q; poſſunt experiri vt. C. de diu.
reſcptis. l. falſo Alij autem docto
res dixerunt ꝙ ſi quis impetret re
ſcptum. ⁊ infra annū cum copiam
iudicum habuit. non vtat̃. perit re
ſcptum lapſu ān̄i. vt ꝫ. e. ti. ſi autē
et. c. plerūq;. qui ſic dicunt aſſert
ꝺ plano legē illā. falſo. fore correc
tam Sed quia ꝓmptum eſt iur̃
iuribꝫ ꝯcordare vt. C. de moſſi. dõ.
l. vna. ſic legem et dec̃. ad ꝯcordiā
reduco. legem intelligo vt cum pꝰ
p̃mum reſcptū ſcdm̄ nō fuerit im
petratū. decr̃ illas intelligo. cū impe
tro p̃mū reſcptū. tu impetras ſcdz
non fcā mencione de p̃mo. agis ex
ſcdo. excipē non poſſum ex p̃mo ſu
per eod negcio ad alios iudices
obtēto. ſi illo fraudulēt ⁊ negligē
ter infra annum ab impet̃cõe tui

ſcdi vti omiſerim. ſic loqt̃ illa dec̃.
ſed huc caſum lex illa n̄ ꝯſiderauit
et ſi hͦ opinio placeat dic vt ſupi
us dictū ē. ꝙ ānus iſte incipit cur
rere a tempe ſcdi r̄ſcpti. ꝙ tali rōe
ꝓbab. Annꝰ p ſe. ſn̄ ſcdo reſcpto
n̄ tollit p̃mū r̄ſcptū. vt dcm̄ ē. nec
ſcdz reſcptū p ſe ſufficit ad tollen
dū p̃mū. cū de eo n̄ faciat mencionē
Eſt igit̃ vtrūq; necēm. ⁊ ſcdz reſcp
tum ipet̃ri ⁊ annū cedē. ⁊ ſic ambo
ꝯiūcta p̃mū perimāt̃ iux̃ illꝺ ⁊ ſi nō
ꝓſint ſingl'a iml'a. iuuant. ⁊ ad hͦ
habes optimū ſile qz impfcā volū
tas p ſe non tollit ſolempne teſtm̄
precedens. ſed cum decēmo tollit.
vt. C. de teſtā. l. ſcāmꝰ doctores tam̄
multi dicunt p̃mū reſcptum nullo
alio impet̃to ſuper eodem negõ tol
li per lapſū anni Priuilegia vero
ſunt ꝑpetua quia ſūt p̄uate leges
vt. iiij. di p̄uilegia ꝫ. de v̓bo ſigni.
abbate. i. inꝑpetuū duratuā ſi ad
excipiendum cōcedant̃. qz ſi nūꝙ
agitur nūꝙ excipitur ex p̄uilegijs
et ſic ꝑpetuo durant ⁊ ꝓpt ea dictū
eſt. que tēporalia ſūt ad agendū.
ꝑpetua ſūt ad excipiendū. vt ff. de
doli excep. l. pure. §. vlt̃. inſti. ꝺ ex
cep. C. e. ti. l. ſi pactum. Si vero ali
qn̄ agatur ⁊ non excipiatur ex pri
uilegio. ſit preiudicium quo ad il
lum actum in quo omittitur ex
cepcio. vt. C. de epiſ. ⁊ cle. in auc̃
pbr̃. C. de excuſ. tu. l. voluntarie.
Pz ſi tanto tempore contra priuil
gium petatur. nec p̄uilegiatꝰ vta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tur exceptione. vt veriſimile ſit pri
uilegio renunciatum: tūc in totum
tollitur priuilegium. vtpote ſpa
cio xxx vel xl annoꝝ ⁊ idem puto in
tempe ātioꝝ ⁊ ſic intelligo ꝫ. de p
uil' ſi de terra. ⁊ c. Accedentibus. et
hoc locum habet i p̄uilegio cōceſſo
ad excipiendū. vt cū ꝯcedit' immuni
tas decimaꝝ ſoluendaꝝ ꝭ ſi detur
p̄uilegiū ad agend' vtpote ad de
cimas quas nūq̄ quis pcepat exi
gendas. tanto tempore durat pri
uilegiū q̄nto tempore durat actio.
quia non eſt veriſimile ppū vel pri
cipem q̄ p̄uilegium concedit. muta
re velle nām actionis. vt ꝫ. de elec
eccleſia. C. de moſti. teſta. l. ſi quan
do. Sed ſi priuilegium ꝯcedatur
ad fem. ſ. vt liceat aliquid facere.
puta vt alicui caplo canonicos et
prebēdas reducē ad certū numeꝝ
vel vt aliquis nūdinas faciat tūc
tale reſcptū ſiue priuilegiū durat
vſq3 ad decēniū vt liceat hoc fieri
qd̄ pmittitur vt. ff. de nūdi. l. i.
Si vero papa. ſtatuat in aliqua
eccīa certum numeꝝ canonicoꝝ et
ſup iam idulto vel ſtatuto ab alijs
etiam p papā confirmato. lr̄e con
cedant'. hmōi priuilegio derogat'
p vnicū ꝯrium actū. vt ꝫ. de cōſti.
Cum acceſſiſſent ꝫ. de pben. pro il
loꝝ ꝫ. de hijs que fi. a ma. par ca.
Ex ore. xi q. ij p̄uilegiū. C. de iur' do.
impe. l. ij. C. de pact' int' emp. ⁊ vē l.
ꝯmiſſorie. ¶ Generalia ſūt r̄ſcpta
illa in quibus generales ſeu indi
ffinite clauſule ꝯtinēt' .ſ. cū dicat'
tal' ⁊ tal' quid alij iniuriāt' eid'. ut'
ſic ſup decimis poſſeſſiōibꝫ ⁊ reb9
alijs quo caſu reſcpta ad maiores
et digniores pſonas. vel ad maio
ra negocia expreſſis nō extēdunt'.
vt ꝫ. e. c. ſedes aplīca. ⁊ c. paſtoral'.
Item ſi ponat' cl'a illa ꝯdictores.
⁊c̄ Itē ſi illa amoto iude. ⁊c̄ Itē
illa vocatis ⁊c̄ tales em ⁊ ꝯſimiles
clauſule faciūt generale r̄ſcptum.
Item cū lr̄e dirigunt' ad ōs vt ꝫ. d
peni ⁊ r. Cū ex eo ¶ Spāle r̄ſcptū
ē q̄ int' certos dirigit' ⁊ ſup cāis ⁊
expreſſis rbꝫ ſeu negocijs. ſine cl'a
generli. vt ꝫ. e. t. c. i. ⁊c. paſtoōl'. Et
tale reſcptū nō extēditur ad alias
res vel perſonas. vt ꝫ. de offi. dele.
Cum olim. ⁊ c. p. a. g. ſic ⁊ priuile
gium pſonale. pſonam nō trāſgre
ditur. ut ꝫ. de auct ⁊ vſu pal. c. ij ꝫ.
d offi. dele. Qm̄ abbas. ff. qbꝫ mo.
vſuſf amit. l. ſi vſufruc. vij q. iij pe
tiſti iſti. de iuē na. gen. ⁊ ciui ¶. Sz
q̄ pncipi. ff. d iudi. l. ꝭ ⁊ ſi r̄ſtituat'
ff. d reg iur'. l. ⁊ p̄uilegia. ij q. vi ¶.
diffinitiua. in vb̄ qn̄q3. nō obſtat
ꝫ. de iudic. Quia w. nā ibi agit' p
pmas lrās. ꝭ ſcdaꝝ nō ob. excep
cio ꝫ. de offi. deleg. Qm̄. cū fit ꝯmiſ
ſio expreſſo noīe dignitatis. ibi em
trāſeunt lr̄e ad ſucceſſorem. qui ſuc
cedit primo i onē et honore vt ꝫ. de
offi. ordi. Paſtoral'. Item non ob
ſtat de offi dele. c. i. vbi iuriſdictio
ex lrīs ſpālibꝫ extēdit' ad alios Nā
ille caſ9 ſpālis ē ut extēdat' iurdicō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad illos qui proceſſū iudiciū ipe
diunt vt ꝗ̄. de offi. dele. Ex lr̄is. De
de prorogacōe iuriſdcōis non pro
ſequor hic amplius quia notabo ꝗ̄.
de offi. dele. ¶ Iuriſdictōem confe
rūt om̄s ille lr̄e i quibus cauſe ↄg
nicio demandatur ꝙ ex for̄ colligitur
lr̄aꝝ. vt cum in lr̄is cōtinetur. ſi ē
ita. ſi p̄miſſis veritas ſuffragatur
cognita veritate. iuſticia mediāte.
ſicut de iure fuit. qd̄ canonicū. qd̄
iuſtū. vt ꝓmiſit. vt tenetur. prout
in inſtrō inde confecto vel lr̄is con
tinetur. ⁊ talis iudex cui negocium a
pn̄cipe ↄmittitur ſub aliqua de hijs
formis pt̄ i figura iudicij procedē
pōt ⁊ alij vel alijs cauſam ↄmittē.
totam vel partē. vt ꝗ̄. de officiō dele.
Cum te. pn̄cipiū. mediū. vel finem.
ↄgnicōez. execucōem. vt ꝗ̄. de offi.
dele. ſup qōnū. talis pt̄ recuſari ex
cauſa. niſi fuit iudex petitus. vt ꝗ̄. de
offi. dele. Cū olim mgr̄. iij. q. iii. ſ.
ſpacium in autū offeratur iiij. q. iij
ſ. Item in crimiali in verſ ſi quis
teſtibꝰ. ſed tē poterit recuſari ex no
ua cauſa vt ꝗ̄. de offi. dele. inſinuāte
¶ Executorie lr̄e ſunt ꝑ quas ſine
aliq̄ iudiciali cognicione fcm̄ ſeu
miniſteriū delegatur vt ꝗ̄. de offi. del
c. vlt. talis n̄ eſt iudex ſed auditor
vel executor vt ꝗ̄. de offi. dele. ſup
qōnū. ſ. porro. et ſic poſſit recuſari
niſi de parcium recipiatur vel detur aſ
ſenſu. vt in decretˀ ſup qōnū ſ. nos
autem. ⁊. ſ. porro. a tali appellari
non pt̄ niſi fines mādati excedat.
vt i eadē ſup qōnū. ⁊ ꝗ̄. de appella.
nouit. ij q. vi. ſ. diffinitiua. in vˀſu
ab executore. C. quo. app nō rcā. l.
ab executore. fines āt mādati exce
dit cum aliud vel alitˀ exequitur qd̄
mandatur. vel cū exeqn̄do mādatū
p̄ter ↄmiſſū iniuriam infert. nam ⁊
tūc pt̄ ab iniuria appellari vt. C. de
app. l. ſi quis ꝓuocacōe. talis cū nō
ſit iudex vt dcm̄ eſt nec ei ſit iuriſ
dictio ſꝫ execucō demandata. vt ꝗ̄.
de offi. dele c. vlt. alteri delegare nō
p̄t qꝛ ex iuriſdictōe procedit iudi
cis dandi ptāꝫ. vt ff. de iuriſdic.
om. iud. l. iij. ⁊ quia cum miſteriū
ↄmittitur induſtria eligitur pſonal.
et iō a perſona recedi nō debꝫ. vt ꝗ̄.
de offi. del c. vlt. C. de caduc toll
l. vn̄. ff de. ſoluc. l. it artifices. talis
in exeqn̄do partes iudicis nō aſſu
mat vt. C. de execu. rei iu. l. ſi vt ꝓpoſ
nec obſtat xxv. q. ii. ⁊ ſi n̄ ↄgnicō
et. C. ſi contra ius vel vti pub. l. ⁊ ſi
non ↄgnicio. lex enim illa loquitur
in mixto executore. ſupior i mero.
miſcetur cū execucōi iuriſdictio p il
las clauſulas vel ↄſimiles. q̄s ſup
ius aſſignaui. ſꝫ dices nonne execu
tor audire debꝫ excepcōes ltimas qn̄
tūcūqꝫ ſibi pāſe ⁊ abſolute ſcbatur
vt ꝗ̄. de offi. dele. Ex parte ⁊ c. ſi qn̄
ꝗ̄. de crīie fal. Sup eo. Rn̄o audi
re debet ſummatim ⁊ ſi ↄſtiterit ve
ras eſſe. non ꝓnunciabit ⁊ ſic loqtur
l. illa ſi vt ꝓponis. ſic loquitur alia
lex. ff. de iud. l. ſi p̄tor. ſed ſuſpēdet
execucōez. vt. C. ſi ex fal. iſtru l iud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cati execucio ſolet ſuſpendi nec exe
quetur vt ꝫ. de crīie falſi ſup eo et
inſtabit apud ꝯmittentē vt ipm
ab execucōe mādati abſoluat vt
ꝫ. de offi. dele Paſtoralis §. quia
vero. vel vt differatur mandatum
ipſi? donec idem ſupior vel ali? cui
hoc ꝯpetat de veitate cognoſcat vt
ꝫ. de offi. dele ſi qn̄ ¶ Cōtinēt ius
comune lr̄e i quibus mādatur qḋ
ꝯſonat iuri ⁊ equitati ⁊ maxime cū
ille lr̄e continēt iuris dēt'minacio
nes. puta partib⁹ ꝯuocatis vel uo
catis qui fuerint euocandi. q̇d iuſ
tum. ꝯl canonicū. ⁊c̄. Item iuſticia
mediāte. vel ꝑut de iure fuerit. ⁊c̄
vel alias cōſimiles clauſulas ¶
Graciam continent lr̄e ille que cōti
nent diſpenſacōem. pene debite re
miſſionem. ⁊ in quibus ob fauorē
vel vtilitatem ſeu nccītatem recedi
tur a iure cōi. Tria ei ſunt q̄ faciūt
a iure comuni diſcedi. neceſſitas.
vtilitas. ⁊ euidens meritoꝝ ꝓroga
tiua. vt. i. q. ij tal'. ꝫ. de elec innotuit
¶ Reſtat videre de penis impetrāci
um lr̄as p ſurrepcionē. Et eſt ſcien
dū qḋ ꝯdempnādi ſūt ad expenſas
quas altera pars fecit in ea re. et
ēca ipm iter. vt ꝫ. e. t. ceteꝝ in fi. C
de hijs qui accu. poſ. l. q̄ crīē ⁊ al's
ſeueritati ſubiaceāt iudicancū. vt
xxv. q. ij. ⁊ ſi n̄ cognicio. C ſi ꝯ ius
vel vti. pub. l. et ſi non cognicō. nā
et p legem cornel' de fal. puniri poſ
ſunt vt ff. ad le. cor. de fal. ſi. quis
irrepſerit. nō ēgo iudices metuāt

ſi non effcim̄ mancipant que man
dantur Nam ſcḋm ymaginem
veritatis procedere debent. ⁊ legum
veritati. ac iudiciali uigori p omia
ſatiſfacē. vt C app. l. vl in fi. Que
dam em̄ ꝯdicōes tacite in r̄ſcptis
intelligunt' ⁊ ſine expreſſione aliq̄
ſunt ſuande. vt illa. ſi preces veri
tate nitant'. vt ꝫ. e. ti. Ex pte. ſi q̄s
ydone? vel aliq̄ ydonea fueit vt ꝫ.
de elec. Cām. ff. de muñ ⁊ hono. l.
gradati i ſi. i. Rñ. Itē cū q̄s natali
b⁹ reſtituit'. ſbītelligit' h' ꝯdicio. ſi
is qui reſtituit' ex ingenua natus
ſit. nam ſi ex ancilla p talē reſtitucī
onē nch' agit'. vt ff. de nata. reſt' l.
i. Item in ꝯceſſiōe vie tacite intelli
git' h' ꝯdicio vt is cui ꝯcedit' ciuilit'
vtat'. vt ff. de ſuit' l. ſi cui Itē i ge
nerali mādato p̄us querēdo ſpōſi
filie ſue hic ſubintelligitur vt per
ſona ſponſi patri oſtēdat' nec p? 
nupcie fiant vt ff. de ritu. nup l. ge
nerali.

## ¶ De conſuetudine

Diximus de iure ſcripto nūc
dicamus de iure nō ſcpto. ſ.
de conſuetudine ¶ Videam? igit'
quid ſit conſuetudo. et vnde dicat'
qualit' ⁊ ex quot actibus inducat'
ꝯſuetudo. que conſuetudo ꝑiudicꝫ
iuri: que ſit ſpālis. ⁊ que general'
Et an vna ꝯſuetudo tollat aliam
ꝯrariam ¶ Cōſuetudo eſt qḋdā ius
moribus. i. aſſiduis actibus homi
inſtitutum. qḋ pro lege ſuſcipitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum deficiát lex·vt·i·di·ↄſuetudo·q̄
cū̄ i ſcp̄tis redacta eſt vocatur lex
vel conſtitucio·Que aūt in ſcp̄tis
non eſt·retinꝫ ſuum nomē ↄ̄ſuetu
do·vt·i·di·§·cū ego·ꝛ ꝓptea alibi
dicat̄·Cōſtat autem ius nr̄m quo
vtm̄ ex ſcripto·ꝛ n̄ ſcp̄to vt iſti·d̄
iuē na·gen·ꝛ ci·§·Cōſtat ¶ Dicit̄
āt ↄſuetudo qd̄ in cōi ē vſu ut·i·di·
ↄſuetudo ¶ Inducit̄ āt ↄ̄ſuetudo
cū ꝓpl'ꝰ incipit aliqd obſuare·ea
mēte ut de cetero ſit ↄſuetudo·ul' vt
dicunt alij·cū exp̄ſſe placꝫ ꝓp̄l'o ali
qd obſuari ꝓ ↄſuetudie in futū̄·
al's v'o nō eo ipſo ꝙ aliquid ſit iuſ
ↄſuetudinariū inducet̄ ar·ff·de iti
nē actuqꝫ p̄ua·l·vltima ¶ Indu
at ↄſuetudinem binꝰ actꝰ vt xxv
q·ij ita nos·C de epāli audi·l·iij iſi·
ſicut ꝛ binꝰ actus vel t'nꝰ induát
poſſionem vel q̄i·ut ꝗ·de cā poſſ·ꝛ
ꝓprie·c·cum ecc̄a ſut na·ꝛ·c·vlt·
·C d̄ fidei ↄmiſ·l·i·licet et vnico ac
tu acquirat̄ vel pdat̄ poſſio ul' q̄i
·C de ſuit̄ ꝛ aqua·l·cum tal' ſ·d̄ cō
ſti Cum M ꝗ·d̄ p̄bend̄ ꝓ illorum
¶ Talis cōſuetudo ſic inducta vt
ſupiꝰ dcm̄ eſt tollit iꝰ in loco in q̄
ↄſuetudo viget dūmō ſit racionabi
lis·vt·ff·de leg̃·ꝛ ſe·cō·l·de quibꝰ·
talis legem interp̄tat̄ vt ff·e·t·l·ſi
de itep̄tacōe ꝗ·e·ti·Cum dil'cꝰ·qꝛ
non refert an ſcp̄tuā vel rōne cōſiſ
tat·vt·i·di·ↄſuetudo·talis ꝓ lege
ſuſcipit̄ cum deficiát lex·vt ſupius
dcm̄ eſt·ex tali ius venit vt inſti de
iure na·gen·ꝛ ci·§·ex non ſcripto·

¶ Cetm̄ ſi non ſit rōnabilis ſecus·ut
ff·de le·ꝛ ſe·cō·l·qd̄ non rōe·nam i
rebus nouis ↄſtituendis euidens
debet eſſe vtilitas·ne recedatur ab
eo iurē qd̄ diu equū viſum ē·vt·ff·
de ↄſti pri·l·in rebus Sed ſi de ta
li ↄſuetudine dubitet̄ vna pcium
aſſerēte fore ↄſuetudinē·alt'a hoc
negante·ꝛ ꝓnunciatum fuit eē cō
ſuetudiem·dicitur optinē in ↄ̄dic
torio iudicio vt ꝗ·de verbo·ſigni·
Abbate ſane·vnde in ↄ̄dictorio iu
dicio non dicit̄ ↄſuetudo induci ſꝫ
firmari·ut ff·d̄ leg̃·ꝛ ſe·cō·l·cū de ↄ
ſuetudie·q̄uis i dec̄ abbate i alle
gacōe ſua dicat̄ induci ¶ Cetm̄ ſi nō
ſit inducta ↄſuetudo ſed ꝑ qn̄daꝫ
aſſuefcōem et obſuanciā hoim·ſi n̄
ſit ad quadragenariā preſcp̄cōeꝫ
ſcd̄m canones inducta·non vincit
ius·ꝛ ſic loquit̄ illa iura ꝗ·e·ti·cum
ↄſuetudinis xi·di·conſuetudiniſ·
·C que ſit longa·conſue·l·conſuetu
dinis·nec perit ius vt ꝗ·de cle̅ Cu
mana ꝗ·de cauſa poſſ ꝛ ꝓp̄e·c·
Cum eccleſia·Sed ſi ad preſcrip
cionez ſit producta ꝛ perit ius vin
cit legem·vt ꝗ·e·ti·c·vlt·ſed
ſi tanto tempore fuerit obſeruata
conſuetudo·vt non ſit in memoria
hoim quādo inceperit·vicit legem·
vt·ff·de aqua plu·ar·l·i·in ſi·ff·
de aqua coti·et eſti·l·hoc iure·
§·ductus aque·Item illa quam
rō̄na eccleſia obſeruat et precipit
obſeruari·ut·xi·di nolite·de cō·di·
i·baſilicas·et illa quam quis in p̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iudiciū ſuum induāt· vt ff̄ cōi· pre
dioꝝ l· ſi venditor· §· ſi ꝯſtat· ſꝫ tūc
magis valet rōe pacti qm̄ ꝯſuetu
dinis· nec obſtat ff· de ſepul· vio·
l· iij· §· diuus· qꝛ lex illa loq̇tur qn̄
precedit cōſuetudo ⁊ ſequitur lex·
ſcḋm qḋ accur eam legit ⁊ punctat·
ꝙ̈ris placē· aliť itelligeret ip̄ ām·
et ꝙ dixi p̄ſcribi ꝯſuetudinem hoc
intelligo cū inducatur ēca illud qḋ
preſcriptibile eſt· al's ſecus vt ꝗ̄· ḋ
p̄ſcp̄· Cāꝫ ⁊ c· cū n̄ liceat· ¶ Spēa
les conſuetudines ſť que in certis
locis vigorem ⁊ obſuanciā habēt
vt xij· di· ſcit ſcā ⁊ c· nouit ¶ Gene
ralis eſt ꝯſuetudo que generaliter
obſeruať· vt in p̄ncalť· c· xi· di· no
lite· de ꝯſe· di· i· baſilicas· xi· di· ec
cleſiaꝝ ⁊ c· palam ¶ Tollit autē
conſuetudo poſterior ꝯſuetudinem
priorem vt ꝗ̄· de cogn̄ ſpi· c· i· ſicut
dixi in ꝯſtitucōibꝫ ſ̈ de cōſti· §· dero
gatur· ⁊ hoc verum eſt· ſi in eodē
mūicipio diuerſe conſuetudines
diuerſis temporibꝫ oriantť nam ſi
diuſis locis ſecꝰ· vt xij· di· ſcit ſcā·
nec enim diuerſe aliquoꝝ cōſuetu
dines alioꝝ debent ꝯ̄rio more ſub
uerti· vt xij· di· illud ¶ In ſumma
nōndū eſt ꝙ ꝯſuetudo con̄ ius na
turale nullo tempe conualeſcit· vt
xxxij· q· vij flagicia vn̄ male adin
uente ꝯſuetudines nullo tempore
confirmantur vt in autē· vt nulli
iudi· §· i· quia i hoc caſu quāto cō
ſuetudo diuť nior tanto piclōſior ⁊
perniciōſior vt ꝗ̄· de ſymo c· n̄ ſatis

et ꝗ̄· e· ti· c· vlť· xxiiij q· i· ſciſma
¶ Item ꝯſuetudines inḡuamen
ecclarum inducte ſuari non debent
ſed reuocari vt ꝗ̄· e c· i· ſicut ⁊ conſti
tucōes vt ſ̈ de ꝯſti Cum omīs· ⁊ c·
que i ecclāꝝ ⁊ c· Ex p̄te ⁊ ꝗ̄· e· ti ad
nrāꝫ· ⁊ c q̄nto ⁊ c· ¶ Cū venerabiliſ·
et c· Ex parte· Item ſicut iura iuri
bus ad ꝯcordiam reducūtur vt· C·
de moffi· do· l· vna ſic ⁊ conſuetudo
iuri ⁊ priuilegio ꝯ̄ria reducať ad
ꝯcordiam p interpretacōeꝫ vt ꝗ̄· e·
ti· Cum dilectus·

¶ De poſtulacōne prelatorum

Diximus· ſ̈· de iure ſcp̄to ⁊ n̄
ſcp̄to Sꝫ quia parꝝ eſt iura
ee niſi ſint qui regant iur̄· i· iuris
miſtri vt ff· de orīg iur̄ l· ij· §· poſt
originem Jō ſubſequenter de hijs
videndum eſt ⁊ qꝛ freq̄nter p poſ
tulacōeꝫ freq̄nter p electōnem miſ
tri iuris hoc eſt prelati eccľ aꝝ aſſu
muntur· videndum eſt priꝰ de poſ
tulacōe ꝙ̈ de electōne ¶ Videamꝰ
igitur quid ſit poſtulacio· quis de
beat poſtulari· qui valent poſtula
re· qualiť fieri debeat poſtulacio
et p quos· quis ſit effectꝰ poſtula
cōis· ⁊ quid iuris acquirať p poſtu
lacōeꝫ ¶ Poſtulacio eſt grē peticio
vt cū ex grā petitur aliquē ineligi
bilem licenter eligi· hō enim non tā
ex iuſticia ꝙ̈ ex gracia mouetur vt
ꝗ̄· e· t bone meōrie i p̄ bone Poſtu
lacioꝰ ē clericꝰ dioċ aliene uľ laicus

vñcumq3 vt lxxi. di. ꝑmatus ¶ Dz
et laic⁹ eiuſdem dioc̄ vt lxi. di. oñi
us ſ3 laic⁹ poſtulat̄ a ꝑꝑ. cū ſit ineli
gibilis vt lxi. di. p totum ꝗ. d̄ elec-
cū ad nr̄a3 ꝗ. c. officij. clericus alie
nus non ē ineligibilis in ſua dioc̄
vñ poſtulandus ē a ſuo prelato vt
cum cōcedat lxxi. di. ſr̄nitatē lxxxv
di. archid̄ ſloreñ. lxiij di lr̄as. lxxvi
di. dilcōis lviij di. c. i. et ij. ideo aūt
de tali ſit poſtulacō quia dum ydo
ne⁹ in ecc̄a in q̄ ſaciēda eſt electio
inuenit̄. d̄ ea eſt eligēdus vt xxiij
di. In noie dñi. lxi. di. null⁹ inuit⁹
¶ Sed qꝛ in fauorē c⁹lib3 congre
gacōis inductū eſt vt de ſe eligat
ſi i ea ydoneus inuenit̄ de ea eſt eli
gendus vt. xxiij di. in noie dñi. et
lxi. di. nec emeritus et. c. null⁹. ꝑt ꝯ
gregacio huic iuri fauorabili renū
ciaē. et aliūde eligere ul̄ poſtulare.
tota vel maior pars congregacōis
ipſius. q̄uis in ea aliquis dignus
exiſtat vt ꝗ. ti. prox. cum wicomieñ
et. c. ¶ Cum int̄ dilcos. ¶ Dz ſi is a q̄
poſtulat̄ nolit ꝯcedē poſtulatū vel
electū ꝯpellet̄ p ſupiorem vt vij. q
i. omis q̄ gemebat ix. q. iij nūc ve
ro ꝗ. de iuē pat° nullus ¶ Item poſ
tulat̄ hñs defectū ordinū. etatis.
ul̄ natiuitatis. vt h̄ necc̄a ē oimodo
poſtulacio nā ſi omiſſa poſtulacōe
eligatur cum ſit ineligibilis ꝓpter
vicium ſeu defcm̄ nō valet electio.
debuit ei p poſtulacōne3 peti diſpē
ſacio vel gracia circa defectum vt
ꝗ. ti. ꝓximo innotuit ¶ Itē poſtula
tur aliq̄s alteri eccīe matrimonia
liter alligatus qꝛ ineligibilis ē. qꝛ
ligatas habet alas quibus ſatagit
volitare vt ꝗ. e. t. c. vlt̄. ꝗ i tali necc̄a
eſt poſtulacō vt ꝗ. e. ti. bone me. in
ſcd̄a bone. et ſi p electōem ꝓceda
tur nō valet electio vt ꝗ. e. ti. c. vlt̄
quia aliter alligatus eſt ſicut dixi
nec debet ab ea ſepari et iungi alij
niſi p diſpenſacōe3 ex cauſa necc̄ita
tis vel vtilitatis vt ꝗ. t. prox. i cauſ
in ſi. et vij. q. i. ois q̄ ¶ Poſſunt
poſtulare illi ad quos ſpectat elec
tio vt ꝗ. e. ti. per totum ꝗ ꝗ. ti. prox
innotuit ¶ Fieri debet poſtulacio i
ꝯcordia. cum eñi per poſtulacōem
grā requirat̄ ꝯcordit̄ et cōiter eſt
petenda vt ꝗ. e. ti. bone me. in ꝑma
bone. al̄ rō. ec̄ nō ꝯſueuit poſtula
cōem recipē in diſcordia ꝗ dione.
poſſ3 ſiquidē ſi vellet admittē poſtu
lacōem factam a maiori et ſaniori
parte capl̄i minori parte nemiem
eligente nec fieret alicui iniuria.
nam in hoc et in alijs generaliter
preualet qd̄ ſit a maiori et ſaniori
parte capl̄i vt ꝗ. de hñs q̄ ſi. a ma.
parte ca. per totum et x. q. ij.
hoc ius porr̄cm̄. lxv. di. c. i. ij. et iij
¶ Item capl̄ᵐ n poteſt renunciare iu
ri pro ſe itroducto. vt de ſe eligat
q̄p diu ydoneus inueniatur vt ſupi
us dictum eſt ¶ Sed minori parte
aliquem dignum de gremio eccīe
eligente. tunc vt preualet poſtula
cio oportet vt due partes ꝯueniāt
in poſtulando vt ꝗ. ti. ꝓx. ſcriptum

bi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Effectus poſtulacõis eſt hͦ quia
poſtulacõe admiſſa habilitat⁹ ē eli
gi poſtulatus vt ꝗ̄·ti·prox·innotu
it in fi·hu̅c tñ ordinē ⁊ ſi a iure pro
cedat ñ ꝑuat rõna cura·nam ſi ab
ea aliq̇s poſtulet̃·poſtulacõe ad
miſſa nõ ſeq̇ ur electio·ſed appro
bacio poſtulacõis ⁊ poſtulacio pro
eleccõe ⁊ ↄfirmacõe habentur ⁊ ſi
mile ꝗ̄·ti·prox·cū int̃ canonicos et
hoc iõ facit vt euitet̃ circuitus q̇ vi
tandi ſũt vt ff·de ↄdic·idebi·l·dñꝰ
et vt vitet̃ diſcordia eccĩaꝝ ut als
ꝗ̄·t·prox·nichil ¶ Reſtat vidē q̇
ius acquirat̃ ꝑ poſtulacõem Et vi
detur ꝙ nullũ vt ꝗ̄·e·ti·poſtulacõeꝫ
Ad qḋ ita Rñõ veꝝ ē qḋ nullũ ius
acq̇rat̃ per quod agē valeat poſtu
latus·nõ eñ ex poſtulacõe fcā ⁊ nõ
dum a ſupiore admiſſa·aliq̈ dat̃
accio poſtulato·ex grā ei ꝓcedit ut
poſtulacio admittat̃ vt in ꝑma ho
ne gͦ ad hoc vt admittat̃·accio ñ
cõpetit ar·ad hͦ ff·de adimen leġ·l
rem legatam ⁊ ff·de euic·l·ad reſ
donatas·verũptñ ⁊ ſi poſtulato vel
poſtulantibꝫ non det̃ accio ſic̃ dic
tum ē ſi tñ poſtulacõ fiat i ↄcordia
et de digno ex debito icũbit ſupio
ri ipſam admittē·⁊ ſi ñ·admiſit i
iuriā facit poſtulãtibꝫ ⁊ poſtulato·
ſic̃ ⁊ pñtatus petē nõ ꝑt ꝑ accõeꝫ ſe
inſtitui·quia ius non habet i re et
quia ſñ iuris offenſa·⁊ pñtati iniu
ria ꝑt pñtator lapcꝰ variare ⁊ ali
um pñtare vt ꝗ̄ de iure pa·Cũ ad
uocatꝰ·vñ anꝗ̄ a plato fuerit ap
probatũ ratũ non ē qḋ a prõno fu
erit inchoatum vt ꝗ̄·de iuē pa·Qḋ
autem cõſulis·⁊ tamen offendit ꝑ
latus ſi ꝑmo preſentatũ et dignũ
nõ inſtituit·vnde non admiſſus a
git cõtra illum qui ipm̃ reſpuit vt
ei prouideat in bñficio ↄpetenti vt
ꝗ̄·de iuē patro·paſtoralis·ſicut et
alias diximus ꝙ diſpenſacio non
ex iure ſed ex gracia petitur ⁊ tañ
ad eam conſedendam ſupior tene
tur ex cā·vt·l·di·põderet et·c·dño
ſcõ ⁊·c·ſi quis dyaconꝰ·ſic ⁊ ad e
lemoſinā pauperi coñ diuitē accio
nõ datur·⁊ tñ diues ad dandam
eam tenetur iux̄ illud date elemoſi
nam ⁊c̈·ſic et prõnꝰ de gracia ad
mittitur repreſentans vt xvi·q·ii
ſi quis epõꝝ ⁊ ꝗ̄·de iuē pa·Quõ·et
ꝗ̄·de penis iquibuſdam·et tñ iniu
ria fit ei ſi non admittat̃ ⁊ ſi pñta
tus ab eo ñ inſtituatur ut ff·de aq̈
coti·⁊ eſti·l·i·§·plt̃·⁊ ff·q̇ ſatiſda·
co·l·ſi vero in fi·vel dicĩ ꝑt ꝙ per
poſtulacõem non ſubſcriptam nec
preſentatam nullum ius acquirit̃
poſtulato·⁊ ſic loquit̃ illa·poſtula
cõeꝫ·Si aũt fuit ſbſcripta·⁊ pñta
ta ſecꝰ·vt in·c·bone in ſcḋa bone·
ne alias illudatur ſupiori vt i vᵬ
ſi eñ·ideo acquirit̃ hoc ius poſtula
to ſi poſtulacio facta fuerit canoni
ce in concordia ⁊ de digno·quia
et poſtulantes anteꝗ̄ poſtulacio ↄ
probetur vel reſpuat̃ a poſtulacõe
reſilire non poſſunt ne al̃ illudat̃
ſupiori vt dcm̃ eſt·Item quia ſu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pior debet eam admittē ⁊ ſi nō ad
miſit iniuria fit poſtulato. ñ tamē
talis ⁊ tāta. vt ex ea agi poſſit. ſic ⁊
alſ iniuriā facit iudicō ⁊ reuēndiſſiē
ſinodi ſi quis ſemel iudicata ac rec
te diſpoſita reuoluē ⁊ in pblico diſ
putare ɔtēdit vt. C. de epā. au. l. iij i
pñ non tamē talē ⁊ tantā vt ex ea
agi poſſit vt. C. ꝺ app. l. ⁊ i maioib᷒
¶ Et nō ꝙ poſtulato acqͥritur hͦ ius
qꝺ dcm̄ eſt. elc̄o ius petēdi ɔfirma
cōem vt. ꝗ. de accu. ſup hijs. pñtato
acquiritur hoc ius vt ſi ſol᷒ a vero
prōno nec variante fuit pñtatus.
petē pt ſe iſtitui ⁊ ſi is ad quē ſpec
tat collo nō inſtituat. implorac̄ pt
ſupioris officium vt dixi c̄ca pñ.
hui᷒ ti. Sꝫ ſi prōn᷒ variet et aliū
repñtet. ⁊ epūs illū inſtituat. aget
pmus ɔ̄ epm vt ei prouideat vt ſu
pi᷒ dictū eſt Si vero inſtituat ali
um a non prōno pñtatū. aget pri
m᷒ ɔ̄ inſtitutū vt amoueat ⁊ ipe
inſtituat vt ꝗ. de ſen. et re iuꝺ Cū
bertoldus. noiato autē ſi ſolemnit
noiet per caplm alic᷒ ecc̄e vacāt.
pecijt ꝓuideri a ꝑp. ecc̄ia nominat
duos vel tres. et ponit in volūtate
ꝑpe. vt preeligat vnū ex illis acq̄
ritur hoc ius ſicut puto vt pendēte
noiacōe illa non poſſunt noiantes
a noiacōe reſilire. ne alr ꝑpe videa
tur illudi. ſic in poſtulacōe nōui p
dec. ꝗ. e. ti. bone me. in pma bone. et
q̄ꝰ ius acquirat noiato ē ar. xvi. q
vlt ɔtra ſcōꝝ ij. q. vi. §. diffinitiua
in uerſ noiacōes lxxxv. di. arꝺ
florent Cetiā ſi nominacio non ſit
ſolempnis. ſed canonica contra ul
ctra formā aliq̄ꝫ eligendi noiant
aliquos vel aliquē ſic dicēdo talis
eſſet bonus platus vel talis. ex hac
noiacōne nullū ius acquirit vt ꝗ.
ti. ꝓx. ꝙ ſicut in pñ. Item noiato
in ſcrutinio nullum ius acquiritur
añ publicacōem. ſec᷒ poſt vt ꝗ. ti.
ꝓx. publicato ¶ In ſūma nōndum
eſt ꝙ aliqñ p noiacōeꝫ petitur diſ
pēſacio vt cū poſtulatur irregula
ris ex delicto ul ex defcū nataliū. or
dinū. vel annoꝝ. Itē cum poſtula
tur alteri ecc̄e alligat᷒ vt ꝗ. t. ꝓx.
in cauſ i ſi. Aliqñ petit lnie dacio
vt cū poſtulatur cleric᷒ alien᷒ vt
in pñ. hui᷒. ti. nōui Dicēdū ē ci
am vt ſic ſcienter eligentes indig
nū ꝓuant ptāte eligēdi vt ꝗ. t. ꝓx.
Cū inaīcis. ſic et poſtulātes vt ꝗ.
e. c. i. ⁊ ij ⁊ ꝗ. ti. prox. bone me. ⁊. c.
ſcriptū. qꝺ itelligo cū poſtulatur
indignus vel irregulac ex c̄mie. ſe
cus ſi ex defcū ⁊ ſic intelligo finem
huius dec̄ ſcriptum eſt.:

¶ De electione ⁊ elcī ptāte

Dictū ē. ſ. ꝺ poſtulacōe Sꝫ qꝛ
poſtulacō pambula ē electōi
nā ad hͦ fit poſtulacō vt ſblato im
pedimēto poſtulatus q̄ ante ineligi
bil erat fiat abilis ⁊ legitimus ad
eligēdū. ꝓptēa p᷒ rubricā de poſtu
lacōe ponitur rubrica de electione
¶ Videam᷒ igit quid ſit electio q̄

pũt eligẽ· quis poſſit eligi· iſfra q̃d tempus debeat eligi· que for electionis· ad quẽ ſpectat electõis confirmatio· qđ ius ex electõe ꝓueniat· An eligentes poſſunt ab electione reſilire· ⁊ que ſit pena nõ canonice eligen iu ¶Electio eſt alic⁹ pſone ad dignitatẽ vocacio cõmunis a͛s verbum eligẽ ad multa ſe habeat· nã dicitur quis elegi in poſtulãđ ut ꝫ. e· ti· in cauſis et ꝫ· de renũc poſt tñſlacõnẽ· dicitur quis eligi i canonicum vt ꝫ· e· ti· cũ eccĩa vult ana ⁊ ꝫ. de pbẽ· dilecto· dicunt eligi arbitri vt ꝫ· e· i cauſis vt ꝫ· de fo· ↄpe· ſi q⁹ ↄ· ⁊ ꝫ· de appl' Cũ ſpãlis· ſed i hijs eccã et i ſimilibꝫ debet fieri electio laxato vocabulo ſic et dicũt poma eligi i caniſtro· hic autẽ ſtricte ſignificat verbum eligẽ vt ſupi⁹ dictum ẽ ¶Electio ſpectat ad collegiũ clericoꝝ ecíam ſi duo vel tres in collegio fuerint vt ꝫ· e· ti· c· i· ⁊ ꝫ· de cõſuetuđ Cũ dilc⁹ ꝫ· de cauſa poſſ ⁊ ꝓprie Cum eccĩa· lxiij di· adrian⁹· et· c· noſce ⁊ ſ· ex hijs xvi· q· vlt· c· vlt· Pꝫ ſi clerici nõ ſunt i eccĩa vt collegiũ vel ut corpus ſed vt ſingulares tũc ſupioꝛ prouidebit p ſe uł pñtãte prono ſi eccĩa pronũ habet vt ꝫ· de iuẽ patro paſtoral· hꝫ igiť eſt regulare vt ad collegiũ cuiuſlibet eccĩe ſpectet eleccõ· licꝫ plerũqꝫ ex ↄſuetudine vel ex priuilegio alieni vocẽtur vt ꝫ· e· c· Cumana· ⁊ ꝫ. de cã poſſ ⁊ ꝓprie Cũ eccĩa· ꝫ· t· ex bone me· i ſcđa bone· ꝫ· de cõſue Cũ dilc⁹· et ꝫ de iure pa· nobis· vocãt aliqñ religioſi ex boneſtate non ex debito vt xxiii di· in noĩe dñi· lxxix di· c· i· vocatur pp̃lus non ad eligẽdum ſed ad ↄſẽciendũ ut lxiij di· ſ· ecõñ ⁊· c· ſequentibus· vocantur et principes ut ab impſſionibus defẽdant vt lxiij di· ſ· pñcipibus Aliqñ tamen illi ad quos ſpectat eleccio non pũt eligẽ excõe impedĩte vt ꝫ de app· ↄſtituť· qđ itelligo in excacõe maioꝛi ſecus in mĩoꝛi vt ꝫ· de cle· ex· mi· c· vlt· nec obſtat ꝫ· e· ti· illa· non enĩ aſſꝫit defcm̃ eſſe in electõe ex eo ꝙ iuit fuit canonic⁹ excatus excacõe mĩoꝛi· ſed poſitiue loqtur ſi quis ex eo fuiſſꝫ defectus cũ reuera nullus fuiſſꝫ defc⁹ Et eſt racio quare excati excacõe mioꝛi nõ impediant eligẽ· quia tm̃ a percepcõe ſacramentorũ excludant vt ꝫ· de excp̃ A nob ⁊ ꝫ· de ſen· ex· ſi quẽ iij· q· iiij Engeltrudã· ab eligendo autẽ et ab hijs que iuriſdictionis ſunt non excluduntur ut ꝫ· de cle· ex· c· ult· Pꝫ iſtab nõne p eleccõeꝫ eligenciũ ⁊ ↄſpũ elcã cõtrahiť mm̃ ſpũale ſic ut ꝫ· de tñſla· prela· c· licꝫ et· c· inter corpalia ꝫ· e· ti· Cum inter canonicos· mm̃ ecíam ſpũale forcius eſt carnali vt in eađ dec· inter corpalia Pꝫ mmeſt magnũ ſacramentum in xp̃o ⁊ eccã ut ꝫ· de byga· debitũ Igiť excati minoꝛi excacõne non ſunt admittendi ad electionẽ Ad qđ ſñ nõ p electõeꝫ nõ ꝓprie cõñbitur mm̃· ſed inicíatur.

vt dicat illa·licet·vel aliter mr̄im̄ car
nale eſt ſacramētū qꝛ in eo inueni
untur illa ſignificata que notantur
in dec̄ debitū·non in mr̄io° ſpūali
nā et i mr̄ionio carnali p bigamiā
recedit᷑ a ſignificatis qd̄ in ſpūali
mr̄io° nō īuenit᷑ al's trāſlat⁹ de vn̄
ecc̄ia ad aliam bigamus cenſētur
¶ Item eligē non poſſūt ſuſpenſi ut
ṡ·de ↄſue·Cū dilectus ꝗ̄·de excep·
aplice·nec mireꝛ ꝙ aliud in excat̄
excōe mīori ⁊ aliud in ſuſpenſis qꝛ
ſuſpenſi non pñt bn̄ficia ↄſequi ut
ꝗ̄·de eta·⁊ qua·ord·pfici·Cum bōe
me·nec ipi aliis ↄferre valēt vt ꝗ̄·
ḋ ↄceſ·pre·c·qꝛ diuſitatē·Suſpē
ſi ↄtrahunt irregularitatē celebrn̄do
vt ꝗ̄·de cle·ex·aplice·ſecus in exca
tis excacōe mīori ut ꝗ̄·ḋ cle·ex·ſi cele
brat Item eligē non pñt interdicti
ꝗ̄·e·ti cū int᷑·R·ſeniorem Itē illi
q̄bꝯ iterdicit᷑ eligē abſqꝫ ſupioris
licēcia vt ꝗ̄·e·ti·c·vlt᷑ ¶ Itē illi q̄ in
eadem vocacōe in eligēdo peccaūt
ſcienter eligendo indignū vt ꝗ̄·e·ti
Cum in cunctis et·c·innotuit i fine
et·c·bone me·q̄ caſu ſunt ipſo iure
eligendi poteſtate p̄uati ⁊ idē eſt ſi
peccatur in poſtulando vt ꝗ̄·e·t·ſcp
tum Itē ſi peccm̄ ē i forma ⁊ ꝓptea
eligentes per fmām p̄uati ſunt po
teſtate eligendi vt ꝗ̄·e·quia ꝓpter
diuſas ¶ Eligi pt̄ qui de legitimo
mr̄imonio ſit natus qui eciam in ui
ta ⁊ ſcia ↄmendabilis demōſtrat᷑·
et qui triceſimum ānum etatis exe
gerit vt ꝗ̄·e·ti·Cū in cunctis·dum
mō n̄ ſit excōicatus maiori vel mi
nori excacōe ut ꝗ̄·ḋ cle·ex mīſ·c·Si
celebrat·Itē ſuſpēſus v̇·ṡ·de ↄſue
Cum dilc̄⁹ Item iterdicti·⁊ qui
non ſeruant int᷑dcm̄ vt ṡ·de poſtu
c·i·⁊ dūmodo ei canones non obſiſ
tant vt in dec̄ Cum in cunctis·§·hͦ
ſane ¶ Item eligi debꝫ ꝗ̄·tres mē
ſes ut·l·di poſtꝙ lxiij di obeūtibꝯ·
vlterius ei non debet vacare cathe
dral᷑ ul' r̄gl'ar̄ ecclesia vt ꝗ̄·e·t·ne
prodefcū·⁊ in hoc hodie exeq̄ta eſt
cōdicio epiſcopaliū ecc̄iaꝝ ⁊ mīoꝝ
in q̄bꝯ p electōēꝫ faciēda ē īſtitucio
nam ſcd̄m vetēa iura epāles ecc̄ie
et maiores vacaē non poſſunt ultra
tres menſes·miores vltra ſex vt ꝗ̄·
de eta·⁊ qua·Cam te ꝗ̄· vt lite non
ↄt qm̄ frequent᷑ ꝗ̄·ḋ cle·nō reſi·Ex
tue ¶ Conſecracio epoꝝ ⁊ maioꝝ vl
tra alios tres mēſes differri non
debet vt·c·di qm̄·et qd̄ dico dari
alios tres menſes benigna intp̄ta
cōe receptū ē·vt lxxv di·§·temp⁹·
ſi infra tres menſes non fuit facta
electio iuſto impedimēto ceſſante
ad proximum ſupiorem poteſtas
deuoluitur prouidendi·vt in illa
ne prodefectu·nec obſtat illa dilec
tus ꝗ̄·de conc̄ ſ·pre·que dicit ꝙ in
epālibus eccleſiis non ad proxi
mum ſuperiorem ſed ad ꝑpm poteſ
tas deuoluitur nam illam hodie
puto fore correctam·hoc tempꝰs
quod datur ad eligendum vtile
eſt quia nō cedit impeditis vt pa
tet per illā dec̄·ne prodefcū ⁊ ſimile

al's de ꝯceſ·p̄b·vel ·ec· n̄ va· Q m̄
et ꝗ·de ſup·neg·pre·licet·lapſus ei
ipſi⁹ temporis non ceſſantibus of
ficere non p̄t vt·C·ḋ moffi·teſta·l·
coñ Item ſimile al's ḋ reſcpt' Si
autem ꝛ·c·plerūqꝫ ij·q·vi·§·bidu
um ff·de diu·ꝛ tē·pſcp·l·i·ff·de re
dibi·l·cū ſex ꝛ ff·qn̄ ac·de pecu eſt
anna·l·i·§·ann⁹·Continuū aūt eſt
illud temp⁹ qḋ cōtinuo currit ſiue
quis poſſit expiri ſiue non·ut eſt vi
ḋe in acc·de dolo ut·C·de dolo ·l·vlt'
ſimilit' in reſciſoria vt ·C· de tempo·
inintè reſt' l·vlt'·Si vero infra ali
os tres menſes non fuerit petita cō
ſeccio · epc metropolitani ſui iudi
cio cedat·qḋ tempus ſimilit' negli
gentibꝰ cedit ut·c·di·Q m̄ ꝗ·de tn̄ſ
la·prela·Int' corpalia·Et qḋ dixi
in epis reſpcū metropolitani idem
puto i metropolitano reſpcū ſuorū
ſupior. ¶ Forme electiōis due ſūt
per ſcrutiniū ꝛ cōpromiſſum·qḋ ei
de iſpiracōe dicit' n̄ eſt forma pmo
eſt excepcio a formis vt ꝗ·e·ti·qꝛ
ꝓpter diuerſas·ſūt ꝛ queḋ alia cca
formas que tn̄ non ſunt de formis
vt illa pn̄tibꝰ oibꝰ qui debēt volūt
et poſſunt ꝯmode int'eſſe ·vbi ergo
fit contra for's electio eſt ipſo iure
nulla vt in eaḋ dec·quia ꝓpter diu
ſas et ꝗ·e·t·cum p⁹ petitam·Cumā
et·c·cōgregato· vbi autem contra
ea que nō ſunt de formis fit · tunc
electio nō eſt ipſo iure nulla ſed eſt
annullanda per excepcōem vt ꝗ·e·
ti·qḋ ſicut·ꝗ·de poſtul·bone me in

ſecunda Et eſt racio ne iura illa que
dicunt electionem non eſſe ipſo iu
re nullam ſed annullandam ꝓpter
ꝯtemptū·niſi ꝯtempti cōſenciant
vt dicunt iura prealle·tollant' ipo
verbo qḋ ponit' in illa dec· qꝛ ꝓpt'
diuſas·ſ·alr' facta eleccio n̄ valeat
ꝛc·Qḋ non ē intencōis dn̄i ppe vel
pn̄cipis q vno verbo tollat multa
iura magnis laboribꝰ condita ut ꝗ·
e·ti eccā vrā·C· de moffi·teſta·l·ſi
qn̄· Sed his oibꝰ obſtat ꝗ· e·ti·
Audit' ubi videt' q electio celebrta
aliquib⁹ contemptis ſit nulla ipo
iure Sed tu dicas qḋ nō ideo nul
la eſt ꝓpter contemptum Sed qꝛ
in impetu celebrata eſt ꝛ poſt ap
pellacōem legitimā al's legitime in
teriectā Scrutiniū fieri debet per
tres de collegio n̄ plures neqꝫ pau
ciores nec aliūde niſi de collegio·poſ
ſunt autem canonici vices cōmitte
re aliquibus viris ydoneis non cu
ro quot et an ſint de collegio an
non· Sed circa hoc queri conſue
uit quid ſi plures vel pauciores
ſint ſcrutatores Rn̄o ſi verba dec·
obſeruare velimus nō valet q agi
tur ſed cca hoc curia contrariū obſ
uat Item quid ſi clerici vni de col
legio vel aliunde vices committant
et ille puideat eccē viduate·Rn̄o·
ſm alia iura valet qḋ actum eſt
vt ꝗ· e·ti·cauſam· Cum inter cano
nicos ꝗ· de renūc poſt tranſlacionē
ſm verba illius dec quia ꝓpter · n̄
valet que dicit aliquibus viris

de. cler.

Item quĕritur q̃d ſi clericı̃ vel ca
nonicı̃ diſſenciunt c̃ca formas ma
ior ac ſanior pars ↄſenciat in viã
ↄpendij .ſ. in viã ↄ pmiſſi. paucı̃ ve
ro ↄſenciant in viã ſcrutinij. tenet
cũa et obſuat vt pualcat ↄ̃dictio
paucorum ꝛ h̃ tali racione. via ſcru
tinij ẽ via ordinaria p quã cuilibꝫ
ſaluũ eſt in quẽ vult dirigere votũ
ſuũ ſec⁹ in ↄ pmiſſo cõtingit p qđ
plerũqꝫ ꝓuidetur de pſona. de qua
prius nec creditum eſt nec ſpatũ
ꝗ. e. ti. cũ dilc⁹ fili⁹ arch̃ morinẽn.
cũ inuit⁹ nullus ſit dandus eps
vt lxi. di. nullus Item ad cõpro
miſſũ nullus inuit⁹ ↄpellitur. ff. de
arbi. l. ſed et ſi. §. ſi quis iudex iii. q
vij. §. tria. in vˢ ſi quis vero iudex.
¶ Sꝫ cõpuis placere debeat ꝙ cuua
ſuat tñ d rigore iur̃ ↄ̃rũ ſuadetur.
nã lex illa loquitur in ↄpromiſſo
qđ pena vallatur. ad qđ graue eẽt
aliquem inuitũ artari. dec̃ aũt illa
quia ꝓpter ñ loquit̃ i ↄpromiſſo
ſed in ↄmiſſo. ſic eñ dicit vel ſal
tem aliquibꝫ vices ſuas ↄmittant
vnde in ꝓprie dicim⁹ ꝓcedi p viã
ↄmiſſi pocı̃⁹ debet dici p viam cõ p
miſſi. ul̃ cõmiſſionis. ꝛ ideo nõ ob
ſtante lege illa. que non accedit di
ci poſſet ꝙ in hoc paucoꝝ ↄ̃dictio ñ
preualeat ſed ſuccũbat. hoc eñ ge
nerale eſt in cunctis actibꝫ eccleſie
vt obtĩeat ſniã plurimoꝝ vt ꝗ. de
hijs. que. fi. a. ma parte ca. per to
tũ. lxv. di. c. i. Sed videtur hodie
labor i electionibꝫ duplicat⁹ olim
enim labor erat i eligendo prelatũ
hodie ꝛ in hoc ꝛ in ſtrutatoribꝫ eli
gendis ꝓmo c̃te labor ẽ diminut⁹
et via ad electiones ſatis apta. nã
fcã publicacõe votoꝝ et collacione
ſecuta dũmodo nollent homĩes ma
ligñri certũ ẽ ꝛ expeditũ q̃s ſit eli
gendus. quia is in quem maior et
ſanior pars conſentit Sed ſi par
tes conſencienciũ ſint equales Et
tunc eciam eligendus ẽ is qui dig
nior eſſe videtur nam pars illa q
in ſcrutinio nominat digniorẽ in
meliori zelo ↄſ. ſtit. ꝛ ꝓptea ſi nõ
maior numero ſanior tamen eẽ cen
ſetur quia zelus ↄſideratur ex duo
bus. ſ. ex aũcte eligenciũ et dig
nitate electi vt ꝗ. e. ti. eccleſia Sꝫ ſi
tam ex parte conſencĩeciũ ꝙ̃ ex par
te eorum in quos cõſentitur ↄcur
rãt oĩa qđ raro ↄtingit et iõ ad hũc
caſũ iura trahi nõ dñt vt ff. de le. ꝛ
ſe. ↄ. l. nam ad ea. dici poſſꝫ ꝙ in ta
li caſu eſſet iteꝝ ad ſtrutiniũ recur
rend̃ ꝛ noua ordinacõe ꝓcedẽdũ vt
lxxix. di. ſi duo. vel debẽt ſupiori to
tũ ſcrutiniũ pñtari vt ſupior p g̃ti
ficacõeꝫ alt̃ in ꝓoptꝫ ar ꝗ. de iuẽ pa
¶ Cũ ãt aduocat⁹ ff. de reli. ꝛ ſump.
fu. l. vlt̃ Ad elcõeꝫ ãt p ſcrutiniũ
h̃ ordine puenit̃ nã q̃libꝫ itrogat⁹
a ſcrutatoibꝫ ſigillati ꝛ ſecreto uo
tũ ſuũ expõet i c̃tã ↄſẽciẽdo pſonã.
vot̃ gº oĩꝫ redactis i ſcp̃t ſcã pbli
cacõe. ꝛ collacõe ſecuta. nũ ad nũꝫ
zeli ad zelũ ꝛ meriti ad meritũ vt ꝗ. e
t. i geneſi patebit q̃ ps ſit maior ꝛ

ſanior· non reſpcū pcīi aliaꝝ ſed
reſpcū capli tocius vt in dec·e· Et
tunc maior pars dicet minori cum
maior ꝛ ſanior pars in talem ꝯſēciat ipſe eſt eligēdus vnde ſi placet
ipm ꝯiter eligamus· ſi acqeuerint
tunc is qui maiorem vocē habet in
caplo ſurgens dicet ego pro toto
caplo eligo talem ꝛ oīs accepta
bunt Si aūt non acqeuerīt tūc is q̄
maiorem vocem habet int illos q̄
maiorem et ſaniorem partem ꝯſti
tuūt· dicet ego ꝑ me et pro illis q̄
mecū conſenciūt eligo talem· et il
li dicūt placet nob ſic fit electio in
ꝯī aliter ſi qlibet ſingulariꝫ dice
ret ego eligo talem· vel ꝯſēcio i ta
lem iam tot eſſēt electiones quot
eēnt electores ar· ff· d verbo obliga
l· Sciēre ꝛ·l· qd diciꝫ ff· de don·l·ſe
natus cenſuit· vel id qd fcm̄ eſt in
ſcrutinio reperi videtur i eligēdo· ſꝫ
forma ſcrutinij locū habet i eccīis
cpālibꝫ ꝛ maioribꝫ ꝛ in minoribus
puta in archipreſbiteālibꝫ ꝛ in p̄
poſituris ꝛ in· plebanatibꝫ tales eī
eccīe per mortē ſuoꝝ prelatoꝝ vi
duari cēſentur· ſecus ſi agaꝫ de ar
diacono archipbro ul' p̄poſito ma
ioris eccīe· qꝛ per mortem talium
eccīe n̄ viduantur ꝙdiu epi ſponſi
eaꝝ viuūt vn̄ in electionibꝰ illaꝝ
pſonaꝝ locum nō habet forma cō
cilij ſicut dictum ē Sꝫ qꝛ dixi in p̄
poſituris ꝛ alijs pſonatibꝰ qui nō
ꝯſiſtunt i cathedralibꝫ eccīis locū
habere forma ꝯcilij verum eſt ſed
nō in omnibus Quid enim ſi ali
qua ex talibus eccleſijs modicum
collegium habeat puta trium vel
q̄tuor forma ſcrutinij n̄ poterat ob
ſeruari ꝛ ideo ꝓcedetur ſm morē a
tiquū ꝛ ita itelligo ꝗ· e· ti· c· i· Sꝫ
nunqd ſcrutatores dicēt vota ſua
i ſcrutinio ꝛ ꝯſēſus ſic nā in ꝯſtitu
ciōe cōcilij diciꝫ is eligatur i quem
oīs ꝛc̄ ſꝫ nūꝙ accideret ſi ſcruta
tores in aliquē non ꝯſētirent duo
āt tciū ſcrutabūtur· Ad electionē
vocandi ſunt oīs q̄ debent volūt
et poſſunt ꝯmode inteſſe ꝛ qui in
ꝓuincia eadē conſiſtūt vt i dec̄ qꝛ
ꝓpt et ꝗ· e· ti· corā· vocabunt āt per
lrās vel per nūciū· illi vero qui ma
nēt in ciuitate vocabūtur per camp
anā· vt ꝗ· e· tiº· in cauſis· ꝓuinciam
aūt non intelligas talē ꝛ tantā vt
dicit canon vi· q· iii ſcitote nā mul
te prouīcie diffuſe ſūt ꝛ mora i elec
tionibꝫ piculoſa ē vt ꝗ· e· ti· Cum
int et ꝗ· e· ti· ne· pro defcū· hic ego
intelligo prouinciam illā q̄ p ſe pro
uīcia appllatur vt lumbardiā tuſ
ciā cāpaniā iſpecta mag nūcupa
cione vulgari ꝙ iur int pracōe ſic
de dictis dicimꝰ vt no· ē· de reſcp·
non nulli Et eſt ſciendum ꝙ pꝰ
conſenſus adhibitos in ſcrutinio
mox fieri debet publicacio in con
muni et poſt publicacionem et
collacionem electio vt iconſt quia
propt et ꝗ· e· ti· Cum poſt· ve
rumptū n̄ ōe qd differendi cauſa
fit· more ānumeratur ut ff· d uſu· l· ſci

De elec

endū Item nō debemus precipita
re ꝯalia nrā ꝑmo tempore indige
mus vt aliquid maturius agam⁹
vt·l·di·ponderet vñ mox intelligo
fieri ſi ñ diuertat̃ ad alios act⁹ vt
ff·ad·l·iul̃ de adul·l·qđ ait ff·de
teſta·l·heredes palā i fi ff·ad t̃cul̃
ſe·ꝯ·l·ñ·§·ꝯfeſtim ita tamē vt nec
moratoria cũctacōe·nec precipiti
feſtiacōe·tā publicacio q̃ collacio
et electio fiāt·vt ff·de admīſ·tu·l·
tutor qui reptoriū·§·i·i fi·ff·ad le·
fal·l·i·§·ñ ſolū Quid g° ſi poſt pb̃
licacionē cū appeat plures in ſcru
tinio noīatos·et diſcordie ianua
fit apta·diuitant aliq̃ ad angulum
eccē cū aliq̃bꝫ ꝯferentes ꝛ q̄rentes
quō ad elcōnem vniformiter ꝛ cō
cordit̃ veniat̃·vel illi de parte ma
iori moneāt illos qui ſūt de parte
minori vt a ſua noīacōne deſiſtāt·et
illū eligāt i quē maior ꝛ ſanior ps
capli conſentit·vt forte miſſa cele
bret̃ ad honorē ſpūſſcī vt pax ꝛ cō
cordia inſpiretur nūquid ex hoc vi
cioſa erit electio Sed abſit vt vir
tutes in vicia ꝯūtamus vt·xi·q·iij
de q̊ dicitis Dicit nec econuſo vi
cia ñ ſūt conūtenda i v̉tutes vt xl·
di·ſepe ꝛ iō circa hoc lex caute ꝓce
dit que dicit·tūc vicium id qđ i cō
textu fieri debet cū act⁹ ꝯtrari⁹ int̃
cedit vt·ff·de duobꝫ reis·l·duos·
§·vlt̃ vt cū actū ꝯrīū intelligam⁹
oēm actū īpꝑtinētem Et nōbꝫ q̃
ecca electionē ſūmi pontificis ñ ha
bet hec forma locū de qua ſuperius
dictum eſt ſed illa que habetur ext̃
e·licet·is ei ab vniuerſali eccīa ro
manus pontifex habeat̃ qui a dua
bus partibꝫ cardinalium electus
fuerit et receptus vt ibi dicit duas
partes quidā intelligūt ꝯputato
elcō vt ext̃·e·ti·Cum in iure Alij āt
aſſerunt q̃ illud tm̄ in ꝯpromiſſo
obtieat In ſcrutinio due partes
eſſe debent eligentes vt dicit illa
licet non ꝯputato elco Sed certe
eciam idem videtur i elcōe decurio
num vt ff·de decre ab·or·fa·l·iii·ff
q̃ cuiuſqꝫ vel·l·nulli et·ff·de decu
l·noīacōes·Sꝫ ſi vē iſpicias illas
leges·ñ debes dicē q̃ due ptes eli
gere debeāt decurionē ſed adeſſe·
deruñt tñ Cardiales quādo volunt
renunciant illi ꝯſtitucioni et agūt
vt preualeat electio que a pluribꝫ
fuerit celebrata Item ſciendum ē
q̃ electiones epōrum maxime in ec
cleſijs cathedralibꝫ ſunt celebran
de ſi fieri poteſt vt ext̃·e·q̃ ſicut ꝛ·c·
cum terra·ar·ext̃·de appel qua fron
te·alioquin nedū extra ecciam īmo
extra ciuitatē fieri pūt vt xxiij·di·
i noīe dñi et lxiij·di·Q̄nto Item
ſciendum eſt q̃ ſcđa electōe facta
pᵃma nō caſſata·non valet ſcꝫ vt cū
dubium ſit de effcū prioris vt ext̃·e·
ti·conſiderauimus et c·auditis Ce
terum ſi ſit liquidum et euidenter
appens primam ipſo iure nullam
vtpote de manifeſte ineligibili vt
ext̃·e·ti·venbilē et·c·Cū wicomien
Item cum a ſuſpenſo et de ſuſ

b v

penſis ab ex̄catis vel de ex̄cato elec
tio celebrat̄ vt·ſ̄·de ↄſuetu· Cum
dil̄c9 ẜ. de app·ↄſtitut̄·tunc p̄ma
non preſtat impedimentū ſcđe et
hec locū habent cū due elcōes ſiūt
non ↄtinue nec in ↄcurſu ſed vna
pri9 et ex·int̄uallo alia· Ceterū ſi ſi
ant q̄i incontextu vel cōcurſu vna
poſt aliam tunc non habet locū hec
excepcio ex p̄ma ↄ̄ ſcđam· q2 ſcđa
celebrata eſt p̄ma non caſſata· Pz
habet locū ↄſideracio ↄperacionis
numeri ad numer2 ꝛ auc̄tatis ad
auc̄tē ꝛ zeli ad zelum ut illa q̄ hijs
collatis inuēta fuerit a maiore pte
capl̄i celebrata alteri preferat̄ vt ẜ.
e·ti·dudū ꝛ in·c·igenſi Itē ſcieđ
eſt q̄ electores ab electione reſilire
non pūt electo ↄſenciente vel ↄſen
tire volente vt ẜ·e·t·Cum int̄ cano
nicos Sic ꝛ al's hēde deliberātē ꝛ
inuētarium conſc̄bente nulla erit
ūtiā creditoribꝫ vel legatarijs ſeu
fideicōmiſſarijs eū inq̄etare vel ad
iudiciū vocare vel res hereditarias
vendicare vt·C de iuē deli·l·vltima
§· donec Item cū a diuerſis parti
bus elcō celebratur aliq̄n numer9
vni9 partis prefert̄ auc̄te alteri9
partis· aliq̄n auctoritas numero
vt ẜ·e·ti·dudū ff·de pac·l·maiorē
·C qui bo·ce·poſ·l·vlt· Aliq̄n exceſ
ſus numeri ex vna pte cū auctoita
te ptis alteri9 p̄eminēte cōpat̄ vt
xix·di·in canonicis ı̄ q̄ dicēdū ē q̄ ſi
multū excedat prefert̄ auctoritati
vt in·c·dudū et ẜ·de ap·ↄſtitutis·

ſi aūt modicū excedat ſuccūbit nu
merus ꝛ prefertur auc̄tas vt ẜ· de
teſti·i nrā p̄ñcia· In quot āt nume
rus excedē debeat ut preferat̄ ul' ut
ſuccumbat vel vt equipet̄ auc̄ti·n̄
inuenio det̄minatum in iure· ꝛ ideo
relinquo arbitrio iudicātis vt ff·
de iure deli·l·i·ff·de teſtibꝫ·ſcio q̄ſi
tum Item nōnđ eſt q̄ in electiōi
bus cū q̄ritur An digna ſit pſona
que eligitur An indigna·tempus
eleccōis inſpicitur·vt ẜ· e·dudū in
p̄ma ꝛ ẜ· de eta·ꝛ quali ord Cum
bone·ꝛ ẜ·de ele·ex mi· poſtulaſti·
nec obſtat ẜ·e·Audit̄ vbi iſpecto
poſteriori tempore electio ↄualeſcit
nam illud locum habet cū elcōi hec
ſolum deeſt·ſ·ↄſenſus vel ↄtēptus
aliquor2·quo caſu illorū accedente
ↄſēu non inſpecto tempore elcōis
ſed ↄſēſus poſtmođ accedētis elec
cio manet valida·ſūblata excepcōe
de contemptu ut ſ̄ · de poſtul' bone
me·in ſecunda ẜ·e·ti·q̄ ſic §· ſi aūt
Sed queritur quid ſi abſentes q̄
vocari debuerunt vocati non veni
ant·nūquid expectandi ſunt donec
veniant ſi vocati reſpōderunt ſe vē
turos·videtur q̄ expectari debent
vſq3 ꝑpe finem trium mēſiū ar ẜ đ
offi· dele·cōſuluit·C de iuđ·l·ꝑperā
dum n̄·q·vi in autē·appellatore ẜ·
de app· oblate·ff· de verbo ob·iſu
lam Sed certe cum mora in electi
onibus ſit dampnoſa vt ẜ· e·ti·
Cum inter vniuerſas ẜ· vt lite
non· cont· quī frequenter·durum

eſt canonicos ſic artari vt in palł
dec ↄſuluit ff. ſi quis cauc. l. ij in fi.
vn̄ puto ꝙ ſi vocati nō veniant in
fra ↄpetentem tīm eis a vocantibꝫ
preſinitū vlteri⁹ expectādi n̄ ſūt.
ↄ̄. e. ti. Cum inter ⁊ c. Cum nobis
olim ſc̄ā elcōe fieri dꝫ decretū ↄti
nēs formam ſeriē ⁊ proceſſum elec
tionis. noīa eligenciū ⁊ electi et ſb̄
ſcp̄cōes eligēciū ſingulares ⁊ debꝫ
hoc ↄſcribi manu publica vel pri
uata que ſuffiat ꝑpt̄ ſbſcp̄cōes vt
C. qui. po. in pig. ha. l. ſcp̄turas uł
ſigillo. uł ſigilł aūctēticis ſigillatū.
vt ↄ̄. de fide iſtru. ſi autēticā ſcp̄tu
ram. hoc autē decretū ⁊ ſi fieri debe
at vt ↄ̄. e. ti. c. innotuit lxi. di. epūs
non tn̄ eſt de ſb̄a ut xxx. q. v nr̄ates
C. de proba. l. Cum res Itē poſt
electōez ⁊ ante ↄfirmacionē ſi crīē
obiciatur electo i modū excepcōis
n̄ ē necē opponētē ad exordiariā
penā aſtrīgi ut ↄ̄. de accu. ſup hījs.
ſec⁹ ſi poſt. Et eſt racio quia an̄ cō
firmacōez ſpūale ↄiugiū ē icboatū
nō tn̄ eſt ratum ut ↄ̄. de trāſla. licet.
nam ante ↄfirmacōem non habet
elc⁹ iuriſdictōez. poſtea ſic. vt ↄ̄ e.
ti. noſtri ⁊ c. trāſmiſſe Item an̄ cō
firmacōem metropolitāi ſui iudicō
credit ſm quoſdā vt ↄ̄. de trāſla. p
iſ corporalia. poſtea ſec⁹. et ſi crīē
obiectum ante confirmacōez ꝓba
tum ſuit repellitur elc⁹ ab optinen
do. ſi p⁹ cōfirmacōez et ante conſe
cracōnem ⁊ ſi elc⁹ ↄfirmatus repel
latur ab optento. i. ab electione ⁊

admīſtracōe ac alijs q̄ per ↄfirma
cionem queſiuit. ⁊ ab obtinēdo. i.
a cōſecr̄cione. tamen beneficia pri⁹
habita non amittit vt ↄ̄. de accu.
et inquiſi. ſuper hījs. et ob hoc an
te cōſecracionem vel ante tempu⁹
de conſecrandis epīs non conferū
tur vt ↄ̄. e. t. Cū in cunctis Cō
firmacio prelati ↄ̄. epātuꝫ ad epm̄
ſpectat vt xv. q. vlt. nullus. niſi
aliqs inueniatur exemptus vt. ↄ̄.
de ↄſuetu. Cū venerabilis. Epōꝝ
ↄfir̄cio ſpectat ad metropoł ut ↄ̄. e.
ti. Cum inť canonicos ↄ̄. de trāſla.
prela. inť corporalia. lxiiij di. c. i. et
vlť. niſi aliqui ſubſint immediate
romane eccīe vt ↄ̄. e. ti. nrīb in ſi.
Archiepiſcoporum ad p̄mates vł
patriarchas q̄ i lb̄ et i qbuſdā alijs
parē morem ⁊ ſimilia priuilegia
hn̄t cum rōna eccleſia ut lxv. di.
mos ātiqu⁹ ⁊ c. qm̄ ↄ̄. de priuł. An
tiqua. in autn̄ de eccāſti. ti. in pri.
patriarchaꝝ ad ꝑpm. ut ↄ̄. e. t. ſcp̄tū
ꝑpe āt ↄſecracio ad epm̄ hoſtien̄ q̄
in hoc vicē metropolitani optinet
Et ē ſciēdū ꝙ is ad quē ſpectat cō
firmacio. ſpectat et electōis ⁊ elti
examiacō. ita ei ↄfirmaī debꝫ elc⁹
ſi nichil ē q̄ʒ ipſum ipediat ↄ̄. e. ti.
poſtꝗ. Alibi dicíť ſi n̄ iueniať i eo
q̄ ineptatio ↄtineť ut vij. q. i. q̄liť.
vn̄ triplex ē ſcrutiniū. vnū q̄d heť
an̄ elcōez de q̄ ſ̄ dictū ē. Aliud qd
habeť an̄ ↄfir̄cōnem vt ↄ̄. e. ti. v n̄
bilē. Terciū qd habeť an̄ ordiacōez
vt xxiij di. ma⁹ xxviij di. de ſiracu

ane·xxiij·di·q̄ epē et·xxiiij·di·qn̄ epūs ¶ Per confirmacōem acquirit electus ea·que ad admiſtracionē ⁊ iuriſdictōez ptinent vt ꝫ·e·ti·noſci·et·c·tñſmiſſe ¶ Saluo eo qd̄ dicitur de prelatis valde remotis et vltra ytaliam ↄſtitutis·qui ſi in ↄcordia eligantur·et fuerint rōne eccē ſubiecti immediate·poſſūt in ſpūalib⁹ ⁊ temporalibꝫ miſtrare·vt tñ de rbꝫ eccleſiaſticis mcħ peni t⁹ alienēt vt ꝫ·e·ti·mcħ ⁊·c·ꝙ ſic

¶ Sed querit̃ An rem eccīe in iudiciū deducē poſſit Et videt̃ ꝙ nō qꝛ in iudicio q̄i ↄtrahit̃ vt ff·de pecul'·l·licet·§·idem ſcribit·Et abſurdum eſt ei cui aliēcio interdicitur pmitti accōes exꝫcere vt ff·de iure deli·l·Ait pretor·Sꝫ lex illa loq̄t̃ in pupillo deliberante cui neutrū pmittit̃ nec aliēre nec accōes exꝫcere nec i aliq̄ diminuē res hereditaias ſine pmiſſu pretoꝛis·ſec⁹ i electo ↄfirmato cui generaliter ↄcedit̃ admiſtracio ſpūaliū ⁊ tempalium reꝝ qui pt in iudicio agere et defēdere Itē acq̄rit̃ per confirmacōez qꝛ ſn̄ metu calūpnie nō pōt crimē oppōi confirmato vt ꝫ·de accu·Sup hijs ¶ Ab elcōe autem elcōres reſilire non pūt ſicut nec poſtulantes a poſtulacōe pñtata vt·ꝭ·de poſtu·bone me in ſcd̄a i v̄·ſi ei nam eſc⁹ habet ius petēdi ↄfirmacōez·pmo pblicato ſcrutinio variare nequeunt elcōres·ſed ad eligēdum cogendi ſunt p ſupioꝛē vt ꝫ·e·ti publicato·⁊ ar·ad idem ꝫ·de iuē pa·nullus ix·q·iij·nūc vero viij q·iij·artald⁹·ſed hoc itelligo cū oīns in vnū ↄſenciunt ſꝫ cū vota capli diuidunt̃ ⁊ ↄſenciūt in diuſos adhuc dico ꝙ illi q̄ ſūt ex pte maioꝛi et ſanioꝛi reſilire ñ poſſūt Alij q̄ ſunt ex parte altēa poſſunt ymo debēt·nā is eligēdus eſt i quē maioꝛ ⁊c·verūptamē tūc ñ intelligūt̃ variare ħ ei fcūt iuꝫ aūcte ut ff·ō collac bono·l·ñ nūꝙ ff·ō moſſi·teſta l·pomponi⁹ §·ſꝫ nec ipubeꝫ ff·qꝫ lega·l·i §·qꝛ āt·ul' intellige hāc de cre·pblicato·ꝙ illi q̄ i ſcrutīio ↄſē ſerūt ñ poſſūt variare ⁊ a ſuis ↄſēſibus reſilire poſt ſcrutiniū publicatum āte collacōem ⁊ electōez quia ſcd̄ꝫ ↄſēſus i ſcrutinio adhibitos in ſcptis redactos ⁊ publicatos faciēda ē collacio ⁊ electio·nulli⁹ narracione admiſſa·Sꝫ fcā publicacōe ac collacōe cum iā appaeat quis ſit eligendus·is·ſ·in quem maioꝛ et ſanioꝛ pars capli cōſenſit·illi q̄ ſunt de mioꝛi parte reſilire poſſunt et variare·⁊ adherere illis qui ſunt in parte maioꝛi vna cum illis eligere vt no·ꝭ·e·§·ad electōez autē p ſcrutinium hoc oꝛdine venitur

¶ Sꝫ quid ſi publicato ſcrutinio appareat ꝙ maioꝛ pars decepta eſt eo ꝙ conſenſiit ignorāter in hominem mi⁹ dignum·nūquid illi q̄ ſunt i parte maioꝛi cum de iure ſuo diffidant poſſunt a ſuis conſenſibꝫ reſilire·videtuꝛ ꝙ ſic vt·ꝭ·de poſtu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bone me. in ſcda. Sz tn̄ ſecus eſt nam in hoc caū puto minorem partem ſaniorem eſſe. et ideo illum eligendum qui fuit a parte minori in ſcrutinio nomiat⁹ Sz q̄d ſi oms in vno in ſcrutinio ꝯſenciāt ⁊ publicacōe facta illum oio ieptum iueniant puto ad nouū ſcrutiniū poſſe redie Sed ſi iam electio ſit fcā uł poſtulacio pn̄tata fuit ſupiori sec⁹. vt in predicta dec. bone me et ē. de elec. bone ⁊. c. innotuit. nec turbeř ex eo qd̄ dicatur i decre. publicato q ꝯſēciētes i ſcrutinio cogēdi ſūt p ſupiorem eligē. nam h̄ intelligo ſi ydoneus ſit is in quem ꝯſenſum eſt vt ē. e. cauſam ff. de mu. ⁊ ho. l. vt gradatim in fine p̄mi rn̄ſi. Sz hoc totū ſine capcione intelligas. cū viciū qd̄ detegiť eſt i apto. tūc ei penitē licet ut ff. de int̄roga. acc. l. de etate §. celſus. nam q̄ optauit acetū p vio. pōt iteꝝ optare vinū ut ff. d̄ opc̄. leg. l. ii ar. ff. d̄ pigno. acc̄. l. elegāter §. qui reprobos. ⁊ q̄ iurat aliť q̄ ei defertur iterū iurare debet vt ff. iuē iur. l. qui p ſaltū ⁊ q̄ male pn̄ūciat itm̄ iudicat vt. C. de acc̄. l. iiij ff. de arbi. l. q̄d tn̄. i°. Rn̄. et ar ē. de accuſa. qualiť. Sz i hijꝰ q̄ iā eligeřt uł poſtulaueřt ⁊ poſtulacōez ſupiori pn̄tauerūt aliud obſeruať ut ſupi⁹ dcm̄ eſt ⁊ merito. videntur eīm̄ officio eoꝝ functi bn̄ vel male vt ē. de offi. deł. in lrīs ff. de re. iud̄. l. iudex ⁊. l. qd̄ iuſſit Et nō q ſi de aliq̄ facta fuit poſtulacō

et non admiſſa. itm̄ in ecca eadē et ead̄ ordinacione poſtulari nō debz vt ē. de. poſtu. gratū Et idem dico cū alicui⁹ electio caſſata fueit vicio eleccōis vt ē. e. ti. ꝯſideraūim⁹ hm vnā lcīam illi⁹ dec. preter iſtā ordinacionē que facienda eſt i vacacōe illa. nam in alia vacacōe p̄t idē in ead̄ ecca itm̄ eligi. vt ē. e. ſup eo. vbi aūt vicio pſone reprobať electio nec in vacacione illa nec in illa nec in alia ecca eligi p̄t. Sz obicitur cū elcōes conſueuerunt caſſari p mod̄ excepcōnis ut ē. d̄ accuſup hijs mirꝝ eſt qūo excepcio tantam efficaciam habeat coū id qd̄ legitur ē. de. ordi. cogni. Cum dilc̄⁹ ē. d̄ excep. demq3 §. vlť ff. d̄ hņs q̄ n c. infa. l. lucius Ad qd̄ Rn̄o in nullo vacillare debet opinio p mo uēdi. vt xxxiij di. lapci. ei⁹ autē cōdicio c⁹ p modū excepcōis caſſata fuit electio grauata videť. ſicut illi us qui p excepcōem repellitur a teſtimonio. vt ē. d̄ teſtibꝰ teſtimoniū et iō hmōi pmocio et in illa ecca in q̄ vicio perſone repbata fuit e⁹ electio ⁊ i alia ipediť. nā iſamia ſcā onerat aliq̄s apd̄ bonos ⁊ graues ut ff. d̄ obſeq̄. l. honori ⁊ a dignitate repellit ut. C. de digni. l. ii Sz cū alic⁹ electio caſſať vicio elcōis. tūc q3 viciū ē in materia n̄ iputať elcō ut ff. ad le. acq̄. l. ſi hu⁹ hui §. ſi caliceſ ff. loca. ⁊ cōduc. l. Itē q̄rit §. ſi gēma. vnd̄ caſſatū n̄ comitať iſamia vt ff. de re. mili. l. qui cū vno §. nō

oīs et. §. exauctorizatus. ff. de his q̄ no. infa. l. ij. §. ignominie ¶ Nūc videndū ē de pena male eligētiū. Et eſt ſciendum ꝙ ſi ſcient̄ eligant indignū ab eccleſiaſticis bn̄ficijs trienio ſūt ſuſpenſi ⁊ ꝑuati tūc .i. ea vacacōe vel tūc id eſt ꝑma vice vel elcōe que ocurrit faciēda ptāte eligendi vt ē. e. ti. Cum in cūctis. ita vt ſi oīs delinq̄rint trāſferatur ptās eligendi ad ſupiorem vt ē. e. ti. bone me. ⁊ .c. innotuit ¶ Si aūt n̄ oīs delinq̄rīt ſed aliq̄ de capl'o. tūc ptās deuoluit̄ ad alios q̄ nō delinq̄unt vt ē. e. ti. ¶ Cum vincon̄. ⁊ ſi illi ad quos deuoluit̄ eligant et eodem mō deliq̄rint vt ꝑmi. ptās redit ad ꝑmos non ad ſupiorem. ſic intelligere voluerūt quidā dec̄ illam ¶ Cum wincōn̄. dicentes. tūc demū deuolui ad ſupiorem ius eligēdi vel ꝓuidendi cū ōs parit̄. i. ſimil̄ delinq̄rint colligentes hoc ex illo verbo qd̄ ponit̄ in dec̄ bone. me. maguntin? i ſi. vbi dicit̄ ſi elcōres pariter deliq̄ſſent ad nos deuoluta fuiſſet ordiacio ecc̄ie maguntin̄ ¶ Sꝫ ego aliter intelligo dec̄ illā ¶ Cum vincōn̄ ſicut eam gloſaui ⁊ qd̄ dicatur in decre. bone me. pit̄ non intelligo concurſum i tempore delinq̄ncium ſed delicti ſimilitudinem. vt ſit ſenſus ſi ꝑmi elcōres delinq̄rint et ſcd̄i delinq̄rint pitate delicti non temporis. deuoluta ē ordinacio. ⁊c̄. ¶ Abſurdū enim eſſet dicere ꝙ nunꝙ ius eligendi a capl'o exeat niſi canonicī diuiſi delinq̄rint. ⁊ qd̄ vicium delinq̄ntum q̄i purget̄ ex delicto alioꝝ vt ad ꝑmos ius redeat eligēdi illi tamē ad h' rn̄debāt ꝙ iſte regreſſus ⁊ circuit? locū habet uſqꝫ ad tres mēſes q̄ dāt̄ ad eligēdum vt l. di. poſtq̄m lxiij. di. obeūtibus ⁊ qd̄ dixi deuolui ius ꝓuidēdi ad ſupiorē canonicis eligētibꝰ ſciēter indignū. locū habꝫ cū canonicī eligūt ꝯ formas. hoc ſaluo ꝙ in p° caſu delinq̄ntes ꝑuati ſūt ipſo iurē. in ſcd̄o ꝑuādi p ſnīām. vt patꝫ h' dicā. ex illis dec̄ vt ē. e. ti. Cū in cūctis ⁊ .c. q̄ꝛ ꝓpt̄ diuiſas ¶ Et nō ꝙ cū in p° caſu eligētes ſint a bn̄ficijs ſuis p trienū ſuſpēſi. durante ſuſpenſiōe alia bn̄ficia acq̄rē n̄ pn̄t ut ē. e. t. p inq̄ſicōem ē. de eta. ⁊ qua. Cū bone ¶ Et ē ſciēd ꝙ ab electo cōfirmato ⁊ ꝯſecrato exigit̄ ſacr̄m̄tū ſidelitatis. vt ē. e. t. ſignificaſti ꝑm formam quā habes ē. d. iurē iur. ego. ⁊ idē ſi metropolitan? fuerit cōcedit̄ palliū ad vſū ⁊ nomē vt. s̄. de poſtul̄ bone me in fi. in ſcd̄a. in q̄ plenitudo pōtifical̄ officij ꝯfert̄ vt ē. de vſu pallij niſi. l. in q̄nqꝫ in vocacōe ꝯcilij. ¶ Criſmat̄ ꝯfectione. dedicacōe baſilicaꝝ. ordinacōe clericorū. ⁊ epōꝝ ꝯſecracōe vt ē. e. ti. ꝙ ſicut. §. preterea.

¶ De tranſlacōe prelatorum

Dictū ē. s̄. de q̄buſd̄ modis p q̄s ꝓuidet̄ ecc̄ijs d̄ plat̄ ¶ Sꝫ q̄ꝛ pliqꝫ ꝓuidet̄ trāſfēndo platos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De tranſlacõe pla-

de eccĩijs ad eccleſias Jdcirco ſubi
citur hic rubrica ď tñſla- vel aliter
ɔtinuab- dcm̃ eſt- ſ- ď poſtula- ſed
q̃ pleruq̃z poſtulantur p̃lati- alijs
eccleſijs alligati- vt- ſ- de poſtula-
cone me in p̃ma ꝛ ſcda ꝗ- c- ſi vna
nimit- quos tñſferri optz iõ hic ď
tñſla- tꝛ̃ctat̃ ¶ Videamus igit̃ q̃d
ſit tñſlacio- qui poſſunt tñſferri ad
quē ptinet poteſtas tñſfendi- et q̃
ſit cã tñſferendi ¶ Tñſlacio eſt ď
ſede ad ſedem ɔmutacio- vnde ꝙ h̃
appellatur tñſlacio alibi appellat̃
mutacio vt vii- q- i- mutaciones
¶ Poteſt tñſferri aliquis de miori
ad maiorē eccã- qui eni̇̃ prouehit̃
de miori ad mai⁹ ꝓuehit̃ xiiij di-
legimus in ſi- ff- de mune et ho- l- ut
gradatim- ꝛ maxime optinet cum
agitur de tñſlacõe epõrũ- cũ enim
epĩ tñſferri non poſſint de ſedibus
ad ſedes niſi per diſpenſacionem
vt no- ſ- de poſtu- facilius diſpenſa
tur vt de miori quis tñſeat ad ma
iorē ꝙ̃ de pari ad parē vel de maiori
ad minorem ut ꝗ- e- t c- i- ꝛ- c- licet-
Eſt igit̃ hoc ſm̃ ordinem vt hũs
miorem dignitatē tñſferat̃ ad ma
iorem vt ꝗ- e- c- i- vij- q- i- mutacões
¶ Pertinet autē tñſlacio epõꝝ ad
ꝑpm ſolũ ut ꝗ- e- t- c- i- vij- q- i- muta
cões et ꝗ- e- t- int̃ corporalia- aliorũ
ãt prelatoꝝ inferioꝝ ab epis tñſ
lacões fieri debent aũcte epõꝝ vt
vii- q- i- epus de loco- ñ p̃lat⁹ is qui
tñſferendus eſt ſubſit ro- ec- imme
diate ut ſ- de ɔſue- Cum venerabil̃

¶ Jtem requiritur cõſ̃ſus caplorũ
ſeu clericoꝝ a q̃bus ſũt aliq̃ tñſfen
di ē ei quo ď alienacio ꝛ iõ ɔſ̃ſus cle
ricoꝝ eſt requirēdus ut x- q- ij i au̇c̃
h̃ ius porrcm̃ xij- q- ij ſine excepcõe
x- q- ij- c- vlt̃ nã maior ē alienacio p
ſonaꝝ ꝙ̃ reꝝ- q̃ pſone p̃ciofiores
ſũt reb⁹ vt xij- q- i- p̃apini⁹ ꝛ pri⁹
quēnda ē pſona ꝙ̃ iur̃ racio ut ff-
ď iuē codicil- l- quiď referũt ꝛ hoim̃
g̃cia res natura ɔpauit vt inſti- de
re- di- ſ- in pecudum- ꝛ qď dico req̃
rendũ i ɔſenſũ clericorũ hoc̃ hab;
in hijs prelatis qui ſubſunt epis i
mediate ar- lxxi- di- clericos ꝗ- de
renũc admonet ſed ſi alijs prelat̃
medijs ſubſint vt abbatib⁹ ſeu p̃
poſit̃ eoꝝ eciã ɔſenſus ē req̃rend⁹-
vt lviij- di- c- i- ꝛ ij- ix- q- iij- ɔq̃ſtus
liiij- di- c- i- ſed ſi ad aliũ epatũ cle
ric⁹ vocat⁹ ſit tũc ſiue habeat me
diũ prelatũ ſiue nõ- conſenſus epi
eſt requirend⁹ vt lxxi- di- p totum
lxxxv di- ſlorẽtinũ ¶ Sed quid ſi
prelatus aliquis vocat⁹ ad digni
tatē maiorē nolit tñſire- dixerũt q̃
dam cogi non poſſe quia nemo co
gitur creſcere inuit⁹ vt lxxiiij di-
geſta- ſed ſi ex cã vtilitatis vel necã
tatis petatur tñſlacio puto fore co
gēď ar- vij- q- i- omis q̃ gemebat-
nec obſtat ꝙ dixi ꝙ nemo creſcere
inuit⁹ ɔpellitur q̃ multa bona ɔfe
rũt̃ inuit̃ ut xliiij di- ꝛ q̃ en ēdat vñ ꝛ
inuit⁹ aliq̃s liberat̃ vt ff- de nego-
geſtis- l- ſoluēdo ff- ď ſolu- l ſolucõez
ar- ad idē ff- de libe- cã- l- i- ꝛ ij ff- de

app·l·nō trā·ff·qn̄ appa·ſit·l·iij·ſ.
vlt ¶ Trāſferre aūt epōs ⁊ ſupio
res ſolius ppe eſt vt dcm̄ eſt nā h̄
et quedam alia ſoli pape compe
tunt que hijs verſibus notātur
| Reſtituit pp·ſol⁹ depōit ⁊ ipē Di
uidit ac vnit eximit atqȝ probat
Articulos ſoluit ſinodūqȝ facit gen̄
le Trāſfert ⁊ mutat n̄ pūocat ullo⁹
ab illo vt h̄ ſingula pbantur per
iura ij·q·vi deo iij·q·vi cōtris ⁊·c·
dudū xvi·q·i·ſ capim⁹ vij·q·i·⁊ tē
pois xvi·q·i·frat nr̄ xvij·di·regula
xiiij·q·i·quociēs xvii·di·c·i·ij ⁊ iij
vij·q·i· temporis q̄litas·c·mutacō
nes ix·q·iij Cūcta ¶ Trāſlacōnum
cauſe due ſunt vtilitas·et nccītas
vt vij·q·i· Ois qui gemebat ⁊·c·
epūs de loco·qui enim ex alt̄a iſta
rū cāz trāſfertur non trāſit ſed trāſ
fertur vt vij·q·i·mutacōes·nō mu
tat ſ; mutat̄ ut vij·q·i·ſcias Tres
autem ſunt cauſe trāſitus·leuitatis
cupiditatis·et humilitat̄·Cum q̄s
vtilitatis cā trāſfert̄ oio eximit̄ ⁊
liberatur a prima vt ſ̄·de·poſtula·
tone me·in ſcōa in ſi·⁊ mch̄ cōe
hēat cū pori vt·xxi·q·ii·Si q̄s iā
trāſlat⁹ qd itelligo cū trāſlat⁹ ē cū
effcū ita vt poſſeſſiōez illi⁹ hāt ad
qm̄ trāſfert̄ ut·ſ̄·ti·px·Cū i cūctis
Alioqui ſec⁹ vt xcij di·ſi quis ep̄⁹
ordinat⁹ et·c·ſi quis epūs et·c·ſi
qui epiſcopi·ſic ⁊ ex eo tempore in
cipit quis poſſe teſtari iure milita
ri cum in numā militū eſt receptus
non cum electus eſt in tironē vt ff·
de milita·teſta·l·Ex eo tēpore·vel
qd verius puto cum epūs abſolui
tur a vinculo quo priori eccleſie te
nebatur data ſibi lnīa ad altam
tranſeundi antequam ad ſecundā
tranſeat·vel ſi non admittatur a
ſecunda adhuc dico mch̄ cōe habe
at cum priori a qua exēpt⁹ eſt·eſt
tamen epūs nullum poſſidens epā
tum vt·ff·de bo·poſ·ex teſ·mili·l·
vna in ſi·verumptn̄ cōtuis poſſeſio
nem eccleſie non habeat ad quam
trāſfertur·dominium tamen ul'ius
in ea queſiuit vt·ff·de acq̄·poſſeſ·
l·cum heredes ¶ Cum cauſa neceſſi
tatis quis tranſfertur·idem eſt qd
ſ̄·aliqn̄ enim ex cauſa neceſſitatis
fit trāſlacō ut cū prelat⁹ i ſua eccīa
pſecucōez patitur ⁊ hoſtilitatē Sȝ
et tūc dici pt cā vtilitat̄ trāſferri cū
in ſua eccīa infructuoſ⁹ exiſtat et
ob h̄ iſte due cāe plerūqȝ oiūgūt
vt vij·q·i·ſcias·ſ̄·ti·px·in cauſis
Si vero neceſſitat̄ cā n̄ trāſferatur ſ;
trāſeat tūc ceſſāte nccītate q̄i iuē p⁹
liminij redit ad ſuā eccīaz ut vij·q
i·paſtoralis Trāſit quis de eccīa
ad eccīaz cā leuitat̄ in q̄ caſu dixit
hugutin⁹ q ſi altei eccīe adhereat
ſn̄ monicōe pōt puari pma n̄ pma
volueit cū rpetē ſi āt adheſent alti
Aut habet eccīaz p derelicto Aut
n̄·Si habet puta obiit iūm·ſit mi
les·tūc ſine monicōe puatur·⁊ idē
dixit in aliis caſibꝫ ut cū q̄s deſiuit
ab eccīa p tres ſeptimās ul' duos
menſes ſn̄ iuſta cā et aſqȝ lnīā ſui

epi i ſtudio uł pegnacōe In hijs
oibus dixit poſſe p̄uari ſine moni
cōe quaſi in hijs oibus ecc̄a ꝑ de
relicto habeatur. honeſtū tn̄ eſſe di
cebat vt admōeatur vt vij. q. i. ſi
quis in cleō a. c. ſi q̇s pbr̄ ꝗ. de cle.
non reſi. int̄ quatuor. vei⁹ puto ꝙ.
in hijs caſibus ⁊ ꝯſimilibꝫ admo
nendus ſit abſens vt ꝗ. de ap. pue
nit ꝗ. de ſen. ex. in audiā ꝗ. de cle. nō
reſi. Ex parte ⁊ ar. vii. q. i. pueni t
ꝗ. de cle. nō reſi. Ex tue. nec ei facile
preſumendū eſt aliquē habē eccle
ſiam pro derelicto forte multis la
boribus acquiſitam vt ꝗ. de renūc
ſr hoc nec ex ſola abſēcia hꝰ preſūit̄
cū poſſit quis ex iuſta cā abeſſe vt
ꝗ. vt lite non ꝯt̄ qm̄ frequēter Sꝫ
ſi requiſit⁹ non inueniat̄ tunc pro
cedatur ſ̄m illā decͤ ꝗ. de cle. non re
ſiden. Ex tue. vbi v̊o certū eſſꝫ eccle
ſiā non habere pro derelicto ut cū
quis ex ſ̄ioris lr̄iā ſe abſētat. ⁊ ſi
vlt̄ moretur ꝙ̄ ſupiori placeat ad
monēdus ē ⁊ non ſine cā remouen
dus vt vij. q. i. pn̄cia Item trāſit
q̇⁹ cā cupiditatis ſiue ambicōis Et
tūc p̄uand⁹ eſt habita. ⁊ ambita
vt vij. q. i. Eos Si quis epūs ꝗ. e.
ti. q̄nto. Sꝫ tn̄ ecc̄a p̄t eum repetē
ſi vult vt vij. q. i. non oportet. Sꝫ
in hoc opponitur. nōne hodie pdit
p̄mā recipiēdo ſcd̄am ut ꝗ. de pben.
de mlta Rn̄o pdit ſꝫ n̄ pditur vnde
ſi ecc̄a p̄ma velit repetē ſuū p̄latū.
ſi ſine reſignacōe p̄oris ecc̄e. ⁊ ſine
ſupioris lr̄iā trāſiuit ad aliam bn̄

p̄t eſt tamen preſūpcio canonis ꝙ
eo ipo qd̄ quis trāſit ad maiorē vi
deat̄ ambicōis cauſa trāſire vt vij.
q. i. ſi quis epūs. nullus ei trāſit de
maiori ad minorem vt ꝗ. de cle. non
reſiden. c. i. Item trāſit aliquis cā
hūilitatis cū quis relicta ſua ecc̄a
religionē ingreditur. Nam licet i
p̄uatis pſonis ſufficiat lr̄iā petita
et ſi non obtenta. ut ꝗ. de regu. licꝫ.
eo ꝙ qui ſpū dei ducat̄ non eſt ſub
lege ut xix. di. due. In epis tn̄ ſec⁹
eſt vt dicam ꝗ. de renūc. ceteri v̊o
prelati inferiores epis et ſi licenciā
petere debeant. poſſunt tn̄ ea non pe
tita intrare. preter hanc cauſam. ſ.
religionis. ſi quis velit ecc̄am de
ſerē reſignꝫ in manu prelati vt ꝗ.
de renun. admonꝫ vel in manu ip̈e
ſi ei ſb̄e īmediate vt ꝗ. e. c. vlt. Ali
oquin ecc̄a p̄t eū repetē ſi vult vt
vij q. i. non oportꝫ vel ipſe ſuperior
vt vii. q. i. Si qui vero a. c. ſi quiſ
pbr̄ ipſe āt repetē ecc̄aꝫ non valet
vt vii. q. i. Eos. nam et ſi inutilis
ſit renunciacio habet tam̄ in ſe taci
tum pactū ne petat. ſicut ⁊ inutilis
acceptilacio vt ff. de pac. l. ſi vnuſ
§. plt̄ ff. de acceptil̄. l. an inutilis.
et hoc verum eſt in prelaturis iam
queſitis. ſecus in acquirendis vt
ꝗ. d̄ hijs q̄ fi. a ma. par. ca. Ex ore.
tūc ſi ex conſcia ciuis dimiſſa pre
latura ad vitam monachalem deſ
cendit ad prelaturam ſecularem
reſurgere de iure non p̄t Alioquin
ſecus vt vii. q. i. hoc nequaq̈ ꝗ. de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

renūc p⁹ trāſlacōez ¶ Vnū āt i ſūma
nōb̄ ꝙ doctores rales n̄ ſequūt trāſlatū
ut ſi p° fuit palliat⁹ ⁊ trāſferat ad
aliā ecciaz q̄ dignitatē pallij hēat oz
trāſlatū iterū palliari vt. ſ̄. ḋ poſtu-
lōne. me. i ſi. i ſcd̄a. q₂ licz palliū ui
deat pſōle adeo ut cum pſona ſepe
liat ut ī. ḋ uſu. pallij ad h̄. tn̄ grā ⁊
ɔtēplacōe loci dat ⁊ iō reale eēſet
vn̄ pſon̄ cui ɔcedit n̄ utit eo vlt lo
cū ut ī. ḋ vſu pallij Ex tuaꝝ. ⁊ ſi pal
liat⁹ loco renūciet n̄ retiet uſū pllij
ut ī. ḋ renūc ad ſupplicacōez et ſuc
ceſſ̄ palliato n̄ vtit eo n̄ palliū ei
ɔcedat ¶ Dz iiuria fieret ei ſi palliū
n̄ cōcedat eidē ar ad h̄ ff. ḋ aqua co
tidi. ⁊ eſti. l. i. §. plt

¶ De vſu pallij

Dictū ē ſ̄ de poſtulat ḋ electis
⁊ ḋ trāſlat ¶ Sz q₂ p hos mōs
aſſūptos uti pallio decz ¶ Si ecclijs
ad q̄s aſſumūt dignitas pallij debe
at iō p⁹ illos tractat⁹ ponit rubrica
ḋ vſu pallij ¶ Videam⁹ g° q̄d ſit
palliū. c. n. ɔcedi debeat. ⁊ a q̄. Itē q̄
bꝫ locis ⁊ tēporibꝫ utēdū ſit pallio
¶ Palliū ē iſigne ornamētū archi
epi ⁊ epi ſūptū ḋ corpore beati petri
vt ſ̄. de elec. ſignificaſti ¶ In pallio
āt plenitudo pōtifical officij ɔfert
ut ī. e. t. n. vn̄ an̄ pallij recepcōez ec
cia dicit uiduata ut c. di. qm̄. q₂ ſi n̄
pallio q̄ḋ expedir n̄ pūt ut ſ̄. ḋ elec
ꝙ ſic §. ptea. i ꝑ vō palliū deſigt
plenitudiez ptāt ut ī. e. t. ad honorē
¶ Cōcedit palliū archiepis ⁊ epis
aliq̄b⁹ ex ſpāli grā vt ī. de pſūpc
cū in iuuentute ¶ Cōcedit palliū ſū
m⁹ pōtifex alicui plato in curia exiſ
tēti ul' ei⁹ nūcio ul' mittit illḋ p apo
criſarios rō. ec. vt ſ̄. de elec. ſignifi
caſti. c. diſtinc. c. pallium ⁊ c. ſcrip
toꝝ ¶ Palliū ɔcedit fortit poſtulāti
ut c. di. pſca. ſic ⁊ lrē dimiſſōie ut ij
q. vi. p⁹ appllacōem ſic ⁊ pccōꝝ re
miſſio ut ḋ pen. di. i. iportūa ¶ Cōce
dit āt palliū hijs v̄b ad honorē dī
oīpotētī ⁊ btē marie vgīs ⁊ beatoꝝ
apłoꝝ Petri ⁊ Pauli dn̄i ꝑe gg.
et rōne ecciē nec n̄ ecciē t ɔmiſſe tra
di⁹ t palliū de corpore bti petri ſūp
tū. plenitudinē videlicz pōtificalis
officij ut vtaīs eo it ecciaz tuā cert
diebꝫ q̄ exprimūt i puilegijs ab ap
lica ſede ɔceſſis ¶ Cōcedit iuratū ut. ſ̄
de elec. ſigiſficaſti. c. di optatū. cū
augmēto honor pallij creſcē debet
cur paſtoralis ſollicitudis. ut ōrtu
ceſtiū accōnū ōrūmēta ɔuemāt vt
c. di. ōmis. augeri enim dz utilitas
p dignitatē ff. ḋ iuḋ. l. ſi lōgi⁹ i ſi.
ff. ḋ dōn̄. l. ſili⁹ fa. ff. ḋ uſu ⁊ ha. ple
nū ff. ḋ dele. i. ſi hu⁹ plurū ff. ḋ iuḋ
l. ſꝫ ⁊ ſi ſuſcepent. §. i. ⁊ ar ī. de offi.
ḋle. ſāe. xxiij q. i. q̄ ɔ pacē ij. q. vij
q̄ſq̄s. ¶ Dz hn̄ decoārī pallio volu⁹
forſā moribꝫ idecoārī ut. c. di ɔ mo
rē ¶ Sūm⁹ pōtifex vtit pallio ſēp
et vbiqz ¶ Alij aūt plati nec ſēp nec
vbiqz q₂ ille i plenitudie ptāt illi i
ptē ſollicitudis ſūt aſſūpti ut ī. e. ti.
¶ Ad honorē. vn̄ illi i ſua eccia. i. i q̄li
bꝫ eccia ſue ꝓuincie ſi ſit metropoli
tan⁹ vel ſue dioc ſi ſit epus utitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de vſu pallii

palliō. ⁊ ct̄ dicbꝰ q̄ i puilio ſue ecce ꝯtinet̄ ut ꝗ. e. c. i. ⁊ c. ad hō͛ē ⁊. c. vl. Aliqñ ex
ſpāli ꝯceſſioe lʒ alicui ex ſuā puiciā l̄ dioc̄ uti palliō. p miſſaꝝ ſolēnitatibꝰ ꝯſecñ
dis ſuffr̄ganeis. ⁊ clic ordiandis. dūmō fiāt de pmiſſiōe eiꝰ i cꝰ dioc̄ celebrat̄ ut
ꝗ. e. t. ex tuaꝝ ⁊ c. c̄ ſis. ſʒ lʒ ita ſit d̄ iu͛e ꝯi ꝙ q̄s uti ñ p̄t pall̄ ñ i ſua puīcia l̄ dioc̄
ut dc̄ʒ ē. ſic ſeica veſte utēd̄ ñ ē ñ i ceñ ut ff. d̄ uſufruc. l. ſʒ ⁊ ſiq̄d̄ §. ſʒ ⁊ ſi veſtimtoꝝ
videt̄ tñ q̄dā ar. legali ñ ēē abſonū ſi palliati utāt̄ pallijs ex̄ ſuas dioc̄ſ Nā ꝓſul
ſuis utit̄ iſignijs ubiʒ pꝰ ꝙ urbē egredit̄ ut ff. d̄ off. ꝓꝯ. l. i Sʒ illō͛ ꝯtigit rōe mit
tē͛t. mittit̄ ei a pn̄cipe ⁊ iō anq̄ꝙ pueiat ad puīciā ſibi decrā utit̄ iſignijs ⁊ excʒ ea q̄
ſt volūtaie iuꝛdictōis ut ff. d̄ off. ꝓꝯ. l. ij ſic ⁊ legatꝰ dn̄i ꝑpe q̄ digit̄ de lateꝛe ipꝰ
ut ꝗ. d̄ offi. le. ꝙ tñſlacōʒ ⁊. c. excat ⁊ ꝗ. d̄ ſē. ex. ad eminēciā. Nitm̄ at ⁊ ānulū paſ
toꝛ͛lē defert q̄lʒ metropolitāꝰ vbiʒ i miſſa puā. nā ⁊ flamīes ubiqʒ piliū portbāt vt
xxi di. cleros. i eis ei ñ ſigficat̄ pleitudo officij ſic i palliō In ſūm nōnd̄ ē ꝙ palliū
dād̄ ē ai ꝯceſſiōe noui puil̄ ij ꝛnouacōe ātiq̄ ut c. di. c. añ pen̄l. ⁊ ul. De ꝛnūciacōe

Quia ea q̄ poſtulacōibꝰ elec. ⁊ tñſl̄. acq̄rt̄ pleꝝqʒ renūciacōe pdūt̄ ideo pꝰ t̄c
tatꝰ illos ſb̄iat̄ rubca d̄ ꝛnūc̄ Videaꝰ gͦ ꝙ ſit ꝛnūciacō. q̄s poſſʒ ꝛnūciaꝛe. cui
faciēda ſit ꝛnūciacō. q̄ poſſit ꝛnūciāi. q̄s ſit effc̄s ꝛnūciacōis. ⁊ an ad ꝛnūciād̄ q̄s ꝯpel
lat̄ iutꝰ. ⁊ an pꝰ ꝛnūciacōeꝛ p̄t ꝛnūciās peñē Renūciaͦ ē ꝓpe ꝛi l̄ iu͛ꝛ ſpōtanea ꝛ̄
ſutaͦ Cꝰ p̄t ꝛnūciaꝛe is ad quē ptiet id q̄d̄ ꝛnūciat̄ Gener͛lit̄ ei q̄lʒ p̄t ꝛnūciaꝛe ñ ſuel̄
ꝓhibitu ut ꝓbat̄ ꝗ. p n. l̄ra iuā ⁊ vii q. i. q̄ꝛ pic̄loſi. C. de pac. l. ſi q̄s iꝯſc̄tō ꝗ. de fo
ꝯ. ſi diligēti ꝗ. d̄ igu. ad aplicā Pt tñ q̄d̄ q̄bʒ libēa ñ ē ꝛſigñ di ptās. ut p̄lati q̄ l ga
tas hūt alas q̄bʒ ſatagāt uol tāꝛe. ut libeꝝ ñ h̄eāt abſʒ ſrioꝛis pmiſſiōe uolatū ut ꝗ. e
t. lr̄as ⁊ c. ñ. q̄ꝝ cā ꝛnūciādi exaiāda ē ut ꝗ. e. t. ñ. ⁊ ē rō q̄ꝛ p̄latua ñ dat̄ ācui ꝓpt
ipʒ ſolū ſʒ ꝓpt alios ñ ut p̄ſit ſʒ ut ꝓſit ut. i. q. i §. ecce cū hō͛ꝛ. viij. q. i. q̄ epatū. ⁊ q̄ꝛ
i p̄latua ſalꝰ ꝯis agit̄ ⁊ lucrfactio aiaꝝ iu͛ꝛ q̄d̄ aplꝰ ait d̄ ſeipo cū eēm lib ex oibʒ. oiʒ
me ſuū fecit ut pl̄es d̄o lucrfacēʒ ut xxviii. q. i. ā ñc. vn̄ dt ſe plꝰ ceteꝛ laboꝛāſſe ut ꝗ.
e. t. ñ §. q̄ꝓpe ⁊ xxiii q. iiii q̄s nos p̄t Renūciaꝛe ñ pūt ſurioſi ⁊ ſui iꝯpotes ñ h̄eāt di
ſcꝛeciōa ituālla i q̄bʒ ꝛnūciaꝛe ualēt ut vii. q. i q̄ꝛuis t̄ſte. ⁊ tc̄ ꝛnūciacōis cā p ſupioꝛē
iq̄ri Renūciat̄ hūs q̄ ſt iu͛ꝛ puati utpʒ p iuā ſriꝰ all̄ ut ff. d̄ edi. edic. l. q̄ꝛ §. ſi vēdi
toꝛ ꝗ. d̄ puil̄ ſi d̄ t͛ra ⁊. c. accedētibʒ ff. d̄ pac. l. pacīſci ff. d̄ mio. l. iu͛ꝛ ff. d̄ fen. l. i. ff
a q̄. app. ñ li. l. i. C. d̄ tē. app. l. ul. i ſi. ⁊ i mlt̄ aliis iuribʒ q̄ q̄libʒ aīoſꝰ p ſe nōꝛe p̄t
ſʒ iui pbliꝯ l̄ itrodcō i fauoꝛē oiʒ ñ p̄t ut ff. d̄ pac. l. iuꝯ pblicū ꝗ. d̄ ſē. ex. ꝯtigit ꝗ.
d̄ fo. ꝯ. ſi diligēti. l̄ alit̄ iui fauoꝛ͛li tm̄ p̄t ꝛnūciaꝛi. iui uo fauoꝛ͛bili ⁊ odioſo ſic ē illō
d̄ q̄ loꝰ ſi diligēti ⁊. c. ꝯtigit ñ p̄t illō ei iuꝯ q̄d̄ clic̄ idulget̄ d̄ foro ⁊ puileͦ iꝰ dec.
xvii. q. iiij ſi q̄s ſuad̄. iductū ē i fauoꝛēʒ clicoꝝ ⁊ i odiū laicoꝝ q̄ opido iſeſti ſt clic̄
ut ij. q. vij. laicos Et iſte aſs q̄ꝛ auxilio velleyani renūciat̄ ut ff. ad vell̄. l. vl. C. q̄ñ
mlꝛ tute off. ſugi. i aūt mat̄. ſʒ mo̅ de iāo ñ p̄t vn̄ ⁊ pꝰ ſniāʒ daꝛ ex eo excepͦ ut ff.
ad mac. l. tñ Et ē rō q̄ꝛ velleianū ē fauoꝛabile tm̄. i. i fauoꝛēʒ mlieꝝ idu ctū. Macedoi
anū ē it uctū i fauoꝛē filioꝝ fa. ⁊ in odiū creditoꝝ vt ff. de ꝯdic. inde. l. q̄ exceptū

vt. ff. ꝺ ꝯdic idebi. l. q̊ exceptū. vel
al's n̄ p̄t q̊s renūciare iuri ſuo cū ex
ſua renūciacōe eciā iuri alt'i⁹ ꝑiudi
ciū generet' vn̄ cleric⁹ n̄ p̄t r̄nūciaē
foro q: ex h̊ ꝑiudicaret' epo ut xi. q
i. clericū. iij. q. vi non liceat. a q̊ eni
clericus ordīnē recipit et iudiciū re
cipe debet vt ix. q. ij nulli⁹ primat⁹
foreēſe. et pmat⁹. vt de pe. di. vi. pla
cuit ꝫ. de pe. ⁊ re oīs Preteā ſi ſic
clerici fori ꝑuilegio r̄nūciaē poſſet
iam clici de vno epātu poſſent ſibi
cōſtituē aliū iudicē ī alio epātu vt
ff. de iuꝺ. l. i. et eodē modo clericus
nō p̄t renūciare priuilegio toti col
legio indulto clericali xvij. q. iiij.
Si quis ſuadente. nam ⁊ ſi accōez
iniuriarū remittē poſſet vt xxiij. q
iiij. ſi is qui ⁊. c. ſi illic. iniuriam tn̄
fcām ordini abolē n̄ p̄t. vnde eo re
mittente accōez ſuā ei qui manus
violentas in eum iniecit temē ex
cōicō durt vt ī decre. ꝯtigit. Quoꝺ
tn̄ dicit ꝙ clericus ⁊ ſi fori priuile
gio renunciare non poſſit expreſſe.
tacite tamen p̄t ar. ff. de ꝓcu. l. fi
liuſfamil'. §. veteani. C. de iur' calūp
l. ij. qꝺ nō puto verū Item renūci
are non p̄t quis hijs ꝑ que deo et
dei obligan̄. vt votis. pollicitacōi
bus. iuramētis. conuēcionibꝫ. et ꝓ
miſſis. ⁊ per hoc minꝰ renūciari n̄
p̄t ꝗuis iuri exigendi debitū renū
ciari poſſit vt ꝫ. de ꝯūſio ꝯiuga. qꝺ
intrauit Renunciari debet ecclijs
bn̄ficijs et prebendis apud eū a q̊
hec recipiunt' vt ꝫ. e. ti. ad monet.

xviij. q. ij abbas p̄t. vt inꝺ ſiat ci
re priuacio vn̄ datur. in autn̄ de de
fenſo. ciui. §. non habente. alioqui
ſi q̊s icōſulto ſuo epiſcopo dimit
tat ecciam ꝗuis eccia abſoluatur
ab ipſo vt ꝫ. e. ti. qꝺ i dubijs ⁊ vij
q. i. eos vt ipſe eam repetē non poſ
ſit. r̄peti tn̄ p̄t ipſe ab ipſa eccia vt
no. ꝭ. in ſumma ꝺ tranſlac' prela.
§. ult. et hec vera ſunt niſi habens
ecciam tn̄ſeat ad religionez tūc ei
valet ingreſſus nec reuocari p̄t ab
eccleſia vel epo quo incōſulto trā
ſiuit nam ꝗuis liciām petē debuiſ
ſet valet tn̄ ingreſſu⁹ petita et non
obtēta vel nulla petita. vt ꝫ. ꝺ regu
la licz xix. di. due. Sz aliud eſt in
epātu quē eciā religionis cauſa de
ſerē nō licet. et h̊ iō q: maior fruc
t⁹ ieſſe credit' cuē paſtorali ꝙ vite
ꝯtēplatiue vt ꝫ. e. t. niſi. §. vlt. qꝺ
intelligo cum ita res geritur ſicut
nr̄ iubet impr̄ vt xl. di. ante oia
Effect⁹ renūciacōis eſt vt renun
cians repetē n̄ poſſit qꝺ ſemel renū
ciauit vt. vij. q. i. ꝙ piculoſum. ff.
de edilic' edic. l. quare. §. ſi vendicō
nis. C. de iure iur'. l. ſi quis iuſiurāꝺ
xxiij. q. iiij ſi illic ff. ꝺ ſucceſſo. edic.
l. i. §. q̊ ſcl' xvij. q. ij conſald⁹ xviij
q. vlt' dudum xxi. q. ij ſi quis iam
trāſlatus xcij di. ſi q̊s epūs uacās
vij. q. i. h̊ nequaꝙ vt ꝫ. e. t. p⁹ trāſ
lacōem. C. de ꝯdic' inſert'. l. Cum qꝺ
ꝫ. ꝺ cauſa poſ. ⁊ ꝓrie. paſtoralis
in aut. ꝺ teſtibꝫ §. quia vero multi
Renunciare non ꝯpellit' q̊s inui

tu̾s vt vij·q·i· Quiuis· debet igiť
renunciacio eē voluntaria nō extor
ta vt ꝰ·ꝙ miet᷒ cā ad audientiā·ab
soluta·oio em̄ quis renūciare dꝫ rei
spūali vt ꝰ·de offi·dele·Ex pte ꝰ·ď
simo·ex insinuacōe· qꝛ nec dari vel
remitti uł rnūciari dꝫ aliquid spūa
le pacto vel ꝯdicōe intueniēte· vt
i·q·i·ꝙ pio in fi·qui em̄ remittit
intelligitur dare vt viij·q·i·talia
ꝰ·de testi·veniens ff·de calūp·l·qui
eē ff·q̄ i frau·cre·l·i fraudē licꝫ sit ꝯꝛ·
ꝯ·ff·e·t·l·si pign᷒·Ead velł·l·ecā
¶ Sꝫ pone ꝙ renūcietur simpliciť
et absolute sine pcō sine cōdicōe ve
rumptn̄ hoc renuncians gerit in mē
te ut ex renūciacōe rei spūał aliq̄d
sibi tēporale accedat·apud distric
tū iudicem qui scrutator ē cordiū
et ꝯgnitor secretoꝝ culpabił iudi
catur ut ꝰ· de simo·tue in fine sola
em̄ voluntas simonia cū faciat ut·i·
q·i·q̄ studet sicut et spes sola faciat
vsurarum ut ꝰ·de vsur·c· cōsuluit
xiij·q·iij·c·i·voluntas em̄ ⁊ ꝓposi
tum distinguūt maleficia·ut ꝰ· de
sen·ex· cū voluntate·ff· ad le· cor
neł de sica·l·diu᷒ Sꝫ aliud est in
prohibitis qꝛ simoniaca·⁊ aliud
in simoniacis qꝛ ꝓhibita·quedā
enim prohibentur hodie·qꝛ ⁊ oli ī
veteri tes·simoniaca erāt ut vendē
spūalia in hijs studiosa voluntas
īducit simoniam·quedꝫ vero hodie
simoniaca iudicātur qꝛ fiei ꝓhibē
tur que tn̄ in veteri testamēto nec
simoniaca nec ꝓhibita iueniūtur

vt vedere castaldionitū ⁊ aduocaci
am vt·i·q·i·si q̄s ep᷒·dare pastū
vel pastillum in recepcōe canonie
vt ꝰ·de simo·iacobus·i hijs ⁊ ꝯsi
milibus non ꝯmittitur simonia so
la volūtate Et est sciendum ꝙ simo
nia mentalis sola pnīā abolet̾ ut
vt ꝰ·de simo·c·vlt Item notanď
est ꝙ epor̄u cessio in scptis ē facien
da ut vij·q·i §·ecce ⁊·c·qualiť ⁊·c·
ꝙuis ē ste ¶ Restat videre An re
nuncians valeat penitē Et est sciē
dū ꝙ si quis renūciare intendens·
vocꝫ supiorē lr̄is siue nuncio vt ve
niat recipere cessionem ei᷒ Si an
teꝙ supior veniat ille peniteat voca
cio n̄ nocꝫ vt ꝰ·e·t·lecti·sic n̄ nocet
vocacio prom ī ius sine venia edcī
ut ff·ď i ius vo·l·ꝙuis ⁊ tūc ē pnie
loc᷒·ut ij·q·vi·si q̄s libellos ff· de
ꝯdic·cā·dan·l·si pecuniā ij·q·iij si
q̄s iratus ꝰ·ď app·directe ff·ď iter
roga·acc·l·de etate·§·celsus·⁊ hoc
verum est nisi pnīā esset alteri cap
ciosa·ut ff·de regu·iur·l·nemo ut si
res integra non est vt isti·manda
ti·§·recte·ꝯ·de elec·in causis·ff·de
cessio·bo·l·is qui bonis·Eꝗ bo· ce·
pos·l· ij·puta si a supiore petita est
cedēdi lnīā ⁊ admissa ut ꝰ·e·t·qui
dam·Et sunt due raciones q̄re tūc
non est pnīē locus·vna ne superio
ri videat̾ illudi q̄ cessionē admisit
vt ꝯ·de postu·hone me·in secunda·
in versu·si ei alia· qꝛ presumpcio
iuris est ꝙ is qui cedit vtilitatem
eccīe respiciat in cedendo·dum se

inſuffiēcientē recognoſcit vt ꝗ.e.ti
c.vltio. vel ꝓpriam ſalutem atten
dit dn̄ ꝯſciām ēmis habet vt.xiij.
di.nerui et ꝗ.e.c.inſi.i.Rn̄. ꝗ.de ſi
mo ex inſinuacōe.aliud tn̄ ē in ceſſi
one bonoꝝ ſm̄ leges ¶Nam poſt ceſ
ſionē rebus tn̄ integris manētibꝫ
locus eſt penitēcie ut ff.de ceſſio bo.
l.is qui ¶Sz ibi ceſſant rōes ſupiꝰ
aſſignāte ¶In ſumma nōndum ꝙ
renūciari nō pt rei quā quis ſibi cō
petē ignorat ut ff.de inoffi.te.l.ma
ter decedēs ff.de acqui.here.l.is q̄
§.ſi q̄s dubitet ⁊.l.is qui putat ⁊
ar.ff.quibꝫ ad liber.procla.non
licet.l.plt §.nemi ¶Item renūciari n̄
pt rei q̄ n̄ hēt nec haberi pt ut ff.de
re iur.l.Ei9 ⁊.l.qui pt ff.de acqui
et om.here.l.nole.et.l.is qui hēs.
i.Rn̄. ⁊.l.is qui pt ff.de ſucc.edic
.l.i.§.decretal ⁊ ar.ff.ꝓmetus cā
.l.Sz et partus §.iulianus in ſi.
pcō antē remitti non pt qd nōdū
ꝯpetit vt ff.de pac.l.pactū.repudi
ari nō pt niſi iteruentu auctis iudi
cialis vt ff.de cu.bo.da.l.i.

¶De ſupplē.negligēcia plato.

Dictum eſt ſ̄ de modis p q̄s
aſſumūtur plati ad dignita
tes et prelaturas ¶Sz qꝛ in prela
turis ꝓfunctorie et adulatorie res
agūtur vt xl.di.ān̄ oia ⁊ qd negli
gitur ſupplend̄ ē qd āt omittitur
inſtaurand̄ iō hic ſubicit rubrica
de ſup.neg.prela ¶Videam9 igi
tur q̄d ſit neglia.q̄lit puniat.per
quē ſupplei poſſit qd omittit ⁊ an
mora purget ¶Neglia ē ei9 qd
fieri dꝫ et pt omiſſio ¶Punit āut
neglia qꝛ ptās exeq̄ndi qd negligē
ter omittit tn̄ſfert aliū vt ꝗ.e.ti
licet ⁊.c.lrās.ſ̄.de elec.ne p defcū
ꝗ.de ꝯceſ.pre.nulla ⁊.c.poſtulaſti.
aliqn̄ in ꝯfuſionē negligētis bn̄di
cere n̄ bn̄dictus p bn̄dicto habet
ita ut liceat abbati n̄ bn̄dicto aliq̄s
bn̄dicere vt ꝗ.e.ti.c.i.nec obſtat
lxix di.q̄m̄.vbi dicitur ꝙ ita demū
licet abbati manū imponē.ſi eidem
manus impoſicio facta fuit ab epō
ſm̄ morē preficiendoꝝ abbatū.nā
illud itelligo de manū ordinatoria
quam non ordinatus non imponē
poteſt vt ibi.munus āut bn̄dcōis
qd pro profeſſis impenditur licet
ei preſtare vt hic q̄ꝛ in fauorē reli
gionis eſt inuentū ſicut ⁊ illud vt
nō baptiſat9 baptiſet vt xxxiij di.
§.ver ¶Neglia platoꝝ diuiſimo
de punit in iuē ſm̄ diuiſitatem et q̄
litatē eoꝝ q̄ negligūt vn̄ aliqn̄ ıte
mio leuē penā ipoīt p neglā.ſ.ex
cacōm duoꝝ menſiū vt.i.q.i.q̄dq̄s.
aliqn̄ grauem.ſ.penā depoſicōis vt
lxxxi.di.dcm̄.lxxxvi.di.c.i.xi.q.iij
placuit.c.di.q̄m̄.ſ̄.de tn̄ſ.pla int
corporalia ꝗ.de ſtatu.mo.c.ij.§.q̄
vero peculiū.C.de offi.pfec.oriē.l.ſi
q̄s ff.de cuſto.et exhibi.re.l.carceri
⁊.l.milites.¶Sz diſtingui pt inter
mediocrem negligenciam ⁊ magnā
vt iura poſteriora locum habeant

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in negligēcia magna que culpam
sapit vt ff. de verbo sig. l. mag. pri
ora vero i modica. vel dicā possꝫ ꝙ
iura posteriora locū habeāt cū qs
monitus adhuc negligit ut moni
cio neglīām agg̃uet ⁊ penā graui
orē mereatur ut ꝭ. de cle. ex. vel depo.
mis. c. ij ꝭ. de sen. ex. intimauit ⁊. c.
cōtingit. xij. q. ij indigne xi. q. i. pe
tim⁹ ij. q. vij q̄ nos tangit ꝭ. de cle.
non resi. ex tue. ¶ Suppletur ali
qn̄ neglīā maioris p minorē vt ꝭ.
de ꝯces. pre. nulla. ⁊ c. postulasti. ix
q. iij. Cum sim⁹ lxxxix. di volum⁹
Aliqn̄ mīoris p maiorē vt ꝭ. de de
ꝯces. pre. dilc⁹. ꝭ. d elec. ne p defcū
et ꝭ. e. ti. c. ij ⁊. c. licet ⁊. c. vlt.
¶ Purgatur neglīa siue mora. in
q̄bus d. s. vt fieri possit post temp⁹
qd i tempore faciendū est. in q̄bꝫ d
vero non purgatur nā tollit ptās
faciendi. post tempus purgatur in
canone p biennū nō soluto ꝭ. de lo
cato ⁊ ꝯducto potuit ⁊. c. ꝓpt steri
litatem. purgat i restituendo eccīe
rem alienatā vt ꝭ. d re. ec. non alie
si qs p̄sbroꝝ Itē purgat in iudi
cijs vsqꝫ ad lit ꝯt vbi ante nō in
fest aduſarij vt. ff. si qs cau. l. ⁊ si
post tres. C de fideiuſ. l. scim⁹ ꝭ. de
offi. del ꝯsuluit Nō purgat i pen̄
lib obligacōib⁹ i q̄b mōa ꝯitit
p diei trāsfusionē vt ff. de verbo ob
l. si fundum ⁊. l. ad diem. C d locn
⁊ cō. sti. l. magnā. C de iur emphi
l. ij ff. loca. ⁊ ꝯd. l. quero. ꝗ. inter
Item nō purgatur mora liberti q̄
ſcp̄turā siue libtat infra ānū. ordia
cōis noui pontificis manifestare ꝯ
tempserit. vt xij. q. ij longinquita
tem. non purgatur in collacōe bene
ficioꝝ. nam si infra tempus a iure
statutū beneficia non ꝯferātur ab
illo ad quē collacio spectat. p⁹ea
n̄ ꝯferūtur ab eodē. sed trāsit ptās
ꝯferendi ad alium ut probatur h ꝭ.
e. t. licet. nec obstat ꝭ e ti. ꝯ. rās vbi
videtur ꝙ mora purgat quia ibi
approbat collacio fcā post temp⁹
ab illo qui conferre neglexerat in
fra tempus. sed certe ibi non ap
batur sed d pacia tolleratur Pre
lati igitur caute iuigilent vt circa
execucōes suorum beneficiorum et
officioꝝ diligentes existāt. nec cre
dant sibi locum et ordinē sufficē ꝫ
ad opa caritatis manus extendāt
vt. lxxxvi. di. frēm nr̄m.

¶ De temp. ord. et q̄li. ordi.

Dictū est s de promocōe pre
latoꝝ nūc tractem⁹ de ordia
cōe clericorum. ⁊ quia ordinacōes
clericoꝝ fieri debēt cert temporib⁹
et cum scrutinio ordinandorū. ideo
subiciat hic rubrica de tempo. ordi.
et q̄li. ordi. ¶ Videam⁹ ergo q̄b⁹
temporibus ordiacōes fieri pūt. ⁊
per q̄s. q̄lis examiacō habenda sit
ordinandoꝝ. ⁊ per quos. Itē quot
ordies simul ⁊ eidem conferri pūt.
Ite quid iuris sit si qs sine exami
nacione ordinatus sit. vel si in scru

tinio ſupmat ipedimetū ¶ Sacri
ordines ɔferri pūt et debēt in qua
tuor temporibꝰ in ſabbō ſcō · et in
ſabbato ante dnīcā de paſſione · hō
tn̄ fallit i ſūmo pontifice q̇ ſubdia
conatum ɔferre pt̄ q̇libꝫ die dnīco
vt ꝗ · e · ti · de eo et · c · i · ad miores āt
ordines licitū eſt cuilibꝫ epo diebꝰ
dnīcis vnū ꝗ̇ duos vel plures dum
mō nō videatꝰ generalē ordinacōēꝫ
facē ꝓmouē · vt in dec · de eo · i ſab
bato autē pēthecoſtes non licet ſa
cros ordines ɔferre · ſed i ſeptima
na ſequēti vt ꝗ · e · c · i · nā in illa q̄tu
or tempa celebrn̄tur vt · lxxvi · di · ꝯ
ieiunio ⁊ · c · ſi · autem ¶ Conſecracio
virginū fieri poteſt i die ephānie
in albis paſcalibꝰ · i · in tota ſepti
mana paſcali · ¶ In apl̄oꝝ natalibꝰ
niſi virgines magno languore · de
tente alijs petāt temporibꝰ cōſecrn̄
nā tūc ⁊ illꝰ ⁊ aliis pūt tpibꝰ ɔſecrī
ſicut de bapti̇mo dicitꝰ qꝰ fieri debet
in ſabbato magno ⁊ i ſabbō pēthe
coſtꝰ ¶ Sꝫ in ncc̄itate q̇libꝫ tpe bap
tiſari pt̄ ⁊ debet vt probantur hec
xx · q · i · deuotis de ɔ · di · iiij · venībilꝰ
et · c · baptiſandi ¶ Sꝫ certe ꝙ dici
tur predcīs temporibus poſſe ſacꝝ
velamen ipōni · exempli gracia dic
tum eſt · nam et alijs precipuis et
magnis feſtiuitatibꝰ fieri pt̄ · qꝛ ⁊
diebꝰ dnīcis ut ꝗ · e · t · c · i · viduas āt
nullus pontificum velare preſumat
vt in predcō · c · deuotis in fi · ſed
ipſemet velū ſuſcipiāt de altari vt
xxvij · q · i · viduas · que ⁊ capitibus

ſuis imponāt · ſ · velum ꝓfeſſionis
vt xxvij · q · i · vidua q̄ꝺ · nec obſtat
ꝗ · de hijs que vi me · ve · cauſa fi · ꝑ
latum · ibi enim epiſcopus non im
poſuit velum conſecracionis illi cor
rupte · ſed imponere ſimulauit · veſ
tem autem religioſam recipiat a
ſacerdote vidua vel miniſtro vt xx
q · i · vidua · et ſic intelligo ꝗ · qui
cle · vel vo · conſuluit · qꝺ enim ibi
dicitur de manu pbrī velū aſſump
ſit ſbaudio religionis · qꝺ a pbris
poteſt aſſumi vt dictum eſt · qꝺ ex
eo apparet qꝛ i illa decretali dicitꝰ
ꝙ illa corrupta profeſſa non fuit ·
breuitꝰ igitꝰ ſpſa rcolligo velū ɔſe
cracōis ſolēpnitꝰ ipōnitꝰ a ſolo epō ·
non ab inferiore · ſoli virgini · non
corrupte · ſolemnibus diebus · vt
dictum eſt non priuatꝰ · velum au
tem nō dico conſecracionis ſed ꝓ
feſſionis · quia corrupte non conſe
crantur quolibꝫ tempore corrupta
de altari ſuſcipit et ſibi imponit ·
¶ Sed veſtem religionis virgo vel
corrupta a ſacerdote ſuſcipit qn̄cū
qꝫ Et quia incidit materia de velꝰ ⁊
de hiis varie iuꝗ loquūtur ¶ Sci
endū eſt quadruplex eſſe velum · pro
feſſionis · prelacionis · conſecracio
nis · ⁊ ordinacionis · velum ꝓfeſſio
nis ſuſcipitur a virgīe vel corrup
ta cum profitetur ſuſcipiatur de
altari vel de manu alicuius non
multum refert · ¶ Sꝫ recipitur in xij
anno adminꝰ vt · xx · q · i · c · i · et
· q · ij puella · velum conſecracionis

De temp ord

imponit in xxv° ãno ut xx·q·i·pla
cuit·lxxvii·di placuit·velum ordia
cõis eſt qȸ olim dabatur diaconiſ
ſis i xl·ãno vt xx·q·i·ſcimonialeſ
xxvij·q·i·diaconiſſam Velũ pre
lacõis olim dabat abbatiſſis i lx°
anno vt xx·q·i·iuuenculas Et qȸ
dixi certis temporibꝰ ſacros ordi
nes ↄferri debere ſic itelligendum
eſt·vt tempus non ſit de ſbſtancia
ordinũ·nam ⁊ aliis tẽporibꝫ ſacro
ordine collato caractꝰ infigitꝰ vt ꝗ·e
ti·c·ij·⁊·c·cõſultacõem·ſic ⁊ certa
etas ordinandoꝝ requiritur i quo
libet ſacro ordine vt·lxxvij·di pla
cuit·epũs·i veteri·tñ etas non ē ȸ
ſubſtancia ordinis·quia et i minori
etate ſacro ordie collato caractꝰ im
figitꝰ·ꝙuis ordinãtes a collacõe·
ordinati ab execucõe ordinũ ſuſpẽ
dantur vt ꝗ·e·ti·vel nõ eſt compoꝰ
Ordines ↄferre poſſunt epi dio
ceſani ſuis clericis Aliĩ aũt epi cle
ricis alienis in alienis dioc ordieꝰ
ↄferre non pũt·niſi fuerĩt inuitati·
ut ad aliẽas dioceſ accedẽtes ordi
nacões celebrẽt ut ix·q·ii·p toti·ꝰ
ii rogati fuerĩt p lrãs ↄmẽdaticiaꝰ
vt in ſuis dioc clericos ordinent a
lienos ut lxxij ⁊ iiij·di·p totũ In hȸ
tñ non ſufficiũt lrẽ archidiaconi
vt ꝗ·de offi·arȸ·ſignificaſti·Si
tamen aliquis ordinet clericũ alie
nũ ſine lrĩs ↄmẽdaticijs vel forma
tis·⁊ epũs eius qui ordinatur ra
tam habeat ordinacõez·dũmõ alitꝰ
canonice ⁊ ſine prauitate aliq̃ quiꝰ

fuerit ordinatus·recipi pt ex indul
gẽcia ad ordinis execucõez·vt ix·
q·ij·lugdunẽſ Ordies ↄferre pũt
illi epiſcopi qui vltimã manꝰ im
poſicõem·i·ordinem epalem in ec
cleſia hoc eſt ñ in hereſi vel in ſciſ
mate recepũt·Alioqui ſi q̃ in here
ſi·vel in ſciſmate conſtituti in epõꝰ
fuerint ordinati·dixerunt antiqui
doctores ꝙ nichil recipiunt per ta
lem ordinacionem·⁊ ideo ordineꝰ
non conferunt ſumentes·fomentũ
ſui erroris ex illis canonibꝫ·ix·q·ii
c·ij·⁊ iij ⁊ in ſubſidium allegan
tes·i·q·vij·daybtũ xix·di·ꝓpter·
i·q·i·ſi q̃s confugit ⁊·c·ſi quis in
quib ꝗ·de ſciſma·e·i·Sed hec opi
nio reprobatur·i·q·vii ↄuenienti
bus·dicas ergo ꝙ ſiue quis recep
it vltimam maꝰ ipoſicõez in ecc̃a·
et pꝰ modȸ lapſus ſit in hereſim·uꝰ
in ſciſma·ſiue in ſiſmate uꝰ in here
ſi·fuerit ordinatus et in ea perſiſ
tat·dummõ in forma eccleſie fue
rit ordinatꝰ·ordinati ab eo ⁊ i for
ma ecc̃e caracterem recipiunt et
ordinẽ·ſed nõ ordinis execucionẽ
ſiue ſcienter ſiue ignoranter a tali
fuerint ordinati Sz in hoc drãm
notabꝰ inter ordinatos ab eo qui
recipit vltimã manus impoſicionẽ
in eccleſia·⁊ eos qui ordinantur
ab illo qui ex eccleſiam ſuſcepit·
quia facilius tollantur p̃mi in exe
cucione ꝙ ſecundi·nam primi ſiue
ſcienter ſiue ignorãter a tali ordi
ti fuerĩt tollerantꝰ·ſi alꝰ digni ſt·

nisi i q̄tuor caſibꝰ. ſ. ſi fuerint itera
ta vnctōne maculati vt. i. q. vij. ſa
lubrimum. i. ſi ſe fecerit in eodē or
dine iterꝝ ordiari. ſi ſymoniace vl̄
a tali ſimoiaco in ordine ſe fecerit
ꝓmouerit vt. ix. q. i. ab excatis. Itē
ſi vnici hoc ē ſingularis lauacri. i.
baptiſmi iacturā fecerint. i. ſi ſe fe
cerint itm̄ baptiſari ut de cō. di. iiij
eos ⁊. c. qui bis. Itē ſi ad ſubuer
ſionē fidei adheſerint hereticis ⁊ ī
ꝯtemptū eccleſie ſe ab eis ordiari
fecerit vt. i. q. vij. ꝯuenientibꝰ. vnꝰ
Siue bis ordo datꝰ ſeu baptiſmꝰ
repetatꝰ. Siue ut euertatur fidei
ſtatus ordo petatꝰ. Vl̄ ſi p̄ſtetꝰ vt
vtrūqꝫ ſymō operetur. Vt diſpen
ſetur ſpes irrita prorſus habetꝰ.
Secūdi ſi ſcienter a tali fuerint ordi
nati nunq̄ꝫ tollerantꝰ. ſi ignoranter
⁊ hoc ꝓbauerint puta q: pueri erāt
vl̄ abſentes qn̄ ordiator ipōꝝ fue
rat p̄ſciſus. ul̄ forte fuerat ī curia ro
mana p̄ſciſus. ſꝫ r̄ dies mētitus ē ſe
abſolutū. vt ̄. de ſpō. Cū in aplica
ut. vij. q. i. ordinacōnes hanc totā
diſtinctionē intellige in p̄lato per
ſentenciā ab eccleſia p̄ſciſo Hec
igitur ſit fides tua ꝙ heretici. excā
ti. ſymoniaci in ordine. ſciſmatici.
depoſiti. ſuſpenſi. vel interdicti.
vera cōferūt ſacramēta ⁊ verꝫ cor
pus xpi ꝯficiūt dūmodo ī forma ec
cleſie gerāt vt. xix. di. ſcdm. i. q.
i. dominus declarauit. ⁊ c. qd̄ quid
de. ꝯ. di. iiii. oſtenditꝰ ⁊. c. quō. Ce
terꝫ ſi in hijs forma eccleſie nō ſer

uetur nichil agitꝰ. q: extra eccleſiā
. i. formā eccleſie nō eſt locus veri
ſacrificij vt. i. q. i. extra catholicā
⁊ tales ordinacōnes irrite fore di
cūtur vt ̄. de ſciſma. c. i. Sed ſi in
forma eccleſie fiāt rate ſūt quo ad
caracterē. irrite quo ad execucionē
vt. i. q. i. Si q̄ a ſymoniacis. ⁊ ſic
etiā intelligi pōt ſupior decē. Sꝫ
quid ſi ſciā epiſcopū meū hereticū
vl̄ ſciſmaticū occultū. ꝑ iniām nō
p̄ſciſū ⁊ ꝯpellit me ad ordines. nū
quid permittam me ordiari ab eo
Rn̄deo non ſꝫ pocius ꝑmittā me ex
cari vt ̄. de ſen. ex. inquiſicioni. ta
les enī ꝯferri non poſſūt execucōes
ordinū quā nō habent vt. i. q. vij.
Daybertū. ⁊ ꝓ non dato habetur
quod datur ab eo q̄ dādi ptātem
nō habet vt ̄. de iuē. pa. quod aūt
in ſi. ſicut ꝓ nō facto habetꝰ quod
fit ab eo q̄ poteſtatē faciēdi non hꝫ
vt ar. ff. de penis. l. ij. §. vltio. C. qui
ꝓ ſua iuē. l. i. C. ſi ante ꝯpe. iudi. per
totū. ⁊ idem dico in p̄lato quē ſcio
ſuſpēſū vel itdictū. Sꝫ oppones.
nā ſcdꝫ hoc idē videtꝰ dicēdū ī p̄lato
quē ſcio i pctō mortali ꝯſtitutū. nā
⁊ ille ſuſpēſꝰ ē. ⁊ peccat mortaliter
celebrādo. vn̄ videtꝰ ꝙ nō hēat or
dinū execucioꝫ. Ad qd̄ rn̄deo verꝫ
ē ꝙ p̄latꝰ ī mortali ꝯſtitutꝰ ſuſpen
ſꝰ ē. q̄ ad ſe nō q̄ ad alios vt. i. q.
i. ſacerdotes. Nā ois peccōr miſſā ce
lebrare poteſt p̄ter ſymoniacū vt
̄. de ſymoia tāta. qd̄ itelligo de of
ficij poteſtate nō de merito vite ſal

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de temp ord

ius alijs expoſicōnibꝰ huius verbi
quas faciemꝰ deo dante ꝗ. de ſimo.
et hoc intelligo de p̄lato pccōre tol
lerato non p̄ciſo. alˀs ſecus Item
hoc intelligo in prelato ꝯſtituto
in mortali pccō nō enormi ſed me
dioc. non tū̄ notorio de iure vel de
facto. nam enormia occulta eciam
poſt pactam pniām ⁊ mediocria
notoria īpediūt execucōez q̊ ad ſe.
et quo ad alios. vt. ꝭ. de renūc. ꝰ
cum pridem ⁊ ꝗ. e. t. c. vlt. Quid ſi
ſciam epm meū notoriū fornicato
rem vel occltū ſimoniacū in ordie.
nūquid recipiā ordīnē a tali. hugˀ
dixit ꝙ ſic ꝙ̄ diu tolleatˀ ar xxviij.
di. ꝯſulendū. xv. q. vlt. c. ul Sꝫ eꝰ
ſnīām ū̄ amplector nam et iſti ſūt
ſuſpenſi quo ad ſe. ⁊ quo ad alios
vt. xxxij. di. nullꝰ. p̄ter h̄ et. §. verū
et maxie ſimoniacꝰ in ordine qui
vicōſum habet caractēm. vt. i. q. i.
repiūtur ⁊ c. quibuſꝺ narrātibꝰ.
a quo nullo mō debeo ordinari vt.
i. q. i. Si q̊ a ſimoniacˀ ꝗ. ꝺ ſimonia
p tuas. hugˀ tū̄ intelligebat illꝺ c.
ſi qui in p̄ciſis vel cū probare poſ
ſum eum ſimoaniacum qꝺ ū̄ placet
Sꝫ q̊d ſi ignorem Epm meū fore
ſimoniacū. cū ſit in veritate. ⁊ ab
eo ordiner. Rn̄o non recipio execu
cōez ⁊ indigeo diſpenſacōe. ⁊ hoc i
deteſtacōem c̄mis vt. i. q. i. ſic q̊ a ſi
moniacis. ⁊ licet ita dicam ī igno
rante. aliud tamē dico in coacto q̊
recipit execucōez vt. i. q. i. Conſtat
Et eſt racio qꝛ magis ꝯſtat de vo

luntate coacti. ꝙ̄ ignorātis vt ꝗ. ꝺ
ſimo. ſicut tuis. hꝺ tū̄ intelligas de
coacto ꝯdicōnalitˀ. nā abſolute co
actus nō recipēt caractēm vt ꝗ. ꝺ
bapo ⁊ eiꝰ effec. maiores ꝗ. de hijs
que vi. me. Sacris l. di. p̄ſbiteros
Sed quid ſi ſciam vel credā epz
meū ſimoniacū nō ſuo ordine. ſed
ī collacōe ordinū ſeu bn̄ficiorꝫ. Rn̄o
laborabo ꝓ poſſe meo acquirē lniāz
ab ipſo. vt m̄ liceat ab alio ordia
ri. ꝙ̄ ſi non dederit ſed ne ad ordi
nes ꝯpellat. ſecure ordiabor ab eo
ꝙ̄ diu tollatus fuerit nō p̄ciſus ⁊
cum fuerit occultum vt dcm̄ eſt
Nec obſtat ſi ꝯſcia m̄ r̄pūgnat qꝛ
erronea eſt ut xiij. di. nerui. xi. q. iij
cui eſt illata licet ſit ar. coū̄. ff. de li
berali cauſa. l. igitur. §. i. nec obſtat
aūctas illa ōe qꝺ ſit ꝯ ꝯſciaz edi
ficat ad gehennā vt xxviij. q. i. §.
ex hijs Nam illud ſic debet intelli
gi oē illud qꝺ ſit contra ꝯſciam in
formatam ex precepto vel ꝓhibi
cione. vel qꝺ ſit coū̄ ꝯſciam non er
roneam vt dcm̄ eſt. Sꝫ videtˀ ma
nifeſte obſtare ꝗ. de ſimo p tuas ī
ſecūda per tuas. Ad quā ſic Rn̄o
moāchꝰ ille non cogebatur ad or
dines aſſumendos. ſꝫ querebat an
ab ipo quem talem eſſe ſciebat or
dines aſſumere debet vnde ꝑꝑ. in
ſua rn̄ſione magis ꝯſideravit fcm̄
. ſ. difficultatem ortam in ꝯſcia mo
nachi. ⁊ errorem impreſſum ꝙ̄nis
q̄i ꝓ modico habuit ꝑꝑ. monachū
illū ū̄ ꝓmoueri. ad ordiēs ſupiōes

eo q̄d non in ſublimitate graduū.
ſed in amplitudine caritatis acq̄
ritur regnū dei vt ꝗ̄ e. ti. Ad aures
Pꝫ q2 n̄ gradus elegancior ſꝫ vite
melioris accio ꝯprobat ut xxiij. q.
iiij ſicut excellenciā Vnū nō omit
to ꝙ ſi mala audias a prelato tuo
no ſtatim credē debes ut xxiiij di.
habuiſſe. lxxxvi di. ſi qui vero. xv.
q. vij. ſi quid igit̄. nec enī debes eē
multum credulus vt ff. ꝙ cū falſo
tu. l. i. in fine ff. de eo p quē fac. erit
l. ii. §. i. ⁊ ar ꝗ̄ de minor̄ reſti. ex lr̄is.
Pꝫ ſi forte videbit̄ alicui ꝙ michi
ipſi ſim ꝯrius nam ſ̄ .e. §. ſed quid
ſi ſciam notorie ꝙ ſi ſciā epm meū
in enormi c̄mie conſtitutum nō p
mittā me ordinari ab ipſo. ⁊ alibi
notaui ſymoniā in bn̄ficijs inter e
normia ꝯputari ꝗ̄. de accu. ⁊ iquiſi.
inquiſicōis ad q̄d Rn̄o ſymonia ē
enorme peccatū reſpcū eꝰ qui p ſy
moniam bn̄ficiū acq̄ſiuit q̄ pmāꝫ
agē non p̄t bn̄ficio retento. vel dici
tur enorme. i. n. diſpēſabile q2 diſ
pēſari n̄ poteſt cū ſymoniaco n̄ bn̄
ficio reſignato. ſicut in ſymoniaco
in ordine ꝯtigit vt in. e. dec. dicit̄
et xiij di. nerui teſticulor̄ ¶ In q̄li
tate ordinandor̄ regulas aplicas
ꝯſiderari oportet Aplus enī ſic ait
ad titū. Oportꝫ epm irreprehenſibilē
eſſe viri vxoris virū. ſobriū. pru
dētem. pudicū. ornatū. hoſpitalem.
doctorē. nō vinolentū. nō pcuſſorē.
ſed modeſtū. non litigioſum. non
cupidū. ſue domui bn̄ diſpoſitū. Et

h̄ oīa his verbis ꝯtinet̄. Primū
precipit̄ ꝙ ſit ſine c̄mie preſul. mo
nogamus ſobrius prudens orna
tus ⁊ hoſpes. Caſta docens non p
cuſſor. nō litigioſus. Nō cupidꝰ.
bene diſpoſitus. nō neophitus ⁊c.
Talis aplica ꝙ preſit regula iuſſit
Et licet Aplus has regulas i epo
poſuiſſet Extēdunt̄ tn̄ per augꝰ et
ambroſi. ad alios clericos ordinā
dos vt lxxxi. di. aplus xxxiij di. cog
noſcamus ⁊ q̄uis in his regulis
plurima poſſent dici nos tn̄ aliqua
ſummarie i ſingul̄ ꝓſequamꝰ Cir
ca primā regulam ſ̄m antiq̄s tres
erant opiniones. hug cum ſuo ri
gore dicebat ꝙ q̄ ſemel̄ peccat mor
taliter pꝰ bapm amplius non p̄t
ꝓmoueri vel aliq̄s actꝰ legitimos
exercē ut xxv di. p̄mū xlviii di. qm̄. i.
q. vij ſi quis omnem. l. di. illud. vi. q.
i. qui c̄mē. viij. q. i. in ſcripturis i fi.
⁊ mar. iducebat legē ff. d̄ edil̄ edic
q̄d ſit fugitiuus Rn̄. i. nam fugi
tiuꝰ ē ſuꝰ qui ea mēte fugit vt ad
dominum non redeat q̄uis poſtea
mutato ꝯſilio reuertatur Nec fur
purgat viciū furti ſi rem reſtituat
vt ff. de furtis. l. q̄ ea mēte nec rap
tor vicium rapine vt ff. vi bo. rap.
l. vlt. Alij dicunt ꝙ poſt q̄dlibꝫ
mortale. pniā acta quilibet poteſt
ꝓmoueri niſi ſit c̄men enorme vt
lxxxi. di. apl's. ⁊ eſt ar. ad hoc. l. di
ferunt ff. de edilic̄ edic. l. q̄d ita ſe
natū ē q2 defectꝰ nr̄i tēporis ⁊c̄ vt
xxxiiij di. ſīmitatis Tercij dicunt

ꝙ qn̄tūcūqꝫ ſit graue delictū dum
mō ſit occultū poſt pniām pactā
non impedit promouend̄ vt·l·di·
de hijs· Jſte opiniōes tollunt̄ vni
ca dec̄·ut ꝫ·e·t·c·vlt·Nam enorme
delictū qn̄tocumqꝫ occultū eciā pꝰ
pactam pniāꝫ promoueri nō ſinit
et īpedit execucōem ordinū ſuſcep
toꝝ mediocre nō notoriū de iuē vl̄
d̄ fcō pꝰ pactā pniāꝫ et ꝓmoueri ꝑ
mittit ꝛ nō impedit in ſuſceptis·ſꝫ
ante pniāꝫ dampbilit̄ in ſuſceptiꝰ
ordinibꝰ miſtratur·leue delictum
ſiue occultū ſiue manifeſtū nec ꝓ
motū deiāt nec impedit ꝓmouēd
Sꝫ in hijs opus eſt exēplis·Enor
mia delicta que hoc opant̄ ut ſupi
us dcm̄ eſt ſunt tria·homicidiū vt
l·di·miror·i·q·vij ſi qs ōnez de cō·
di·i·c·i·ꝛ hereſis ī qua poſt vulnꝰ
ſanatū remanet cicatrix vt·i·q·i·
ventū·ꝛ ſimonia in ordine vt ꝫ·de
accu·īq̄ſicōis Et eſt racio ī homici
dio horror ſāg̃nis·ī heſi imanitas
c̄minis·in ordine vicium ꝛ īfeccio
ordinis·Sed hoc idem opant̄ me
diocria Sꝫ notoria de iure et de
facto vt ꝫ·e·ti·c·vlt·dicit̄ et quēd
alia enormia non hoc r̄ſpectu ſed
alio·ſ· qꝛ īdiſpenſabilia·ſimonia
in bn̄ficio vt·i·q·i· Erga·ꝛ q·vlt
patet·diſpēſat̄ tamē cū ſimōiacis
ſimoniace promotis vt ꝫ· de ſimo
de regularibꝰ ꝛ·c·ex inſinuacōe ſ̄·
de elec· Si alicꝰ·i·q· v·pn̄ciū nec
obſtat ꝫ·de ſimo·nob̄ nā illā alio
modo ꝙ lego lrā ſonat ut ibi nōui·

Jtem ſi quis excātꝰ in cōtemptū
clauiū celebrauit·vt xi·q·iij ſi epiſ
copꝰ· Jtem oīe delictū quod ipſo
facto induat infamiā ciuilē vt iij·
q·vi· ſ·porro Jtē infāia deſcendēs
ex delicto declarato per ſināam ii·q·
iij·ſ· hinc colligit̄ Monagamuſ
dꝫ eſſe ordinandus·i·vniꝰ vxoris
vir vt xxvi·di·c·i·qd̄ negatiue op
tet intelligi·i·non pluriū ſicut et
alias ecōuſo exponīmꝰ ī ore duorū
vel trium ſtat ōe verbū·i·n̄ pauco
rū ꝫ·de teſti·in noīe dn̄i·et ſimilis
expoſicio x·q·ij caſellas xxxv·q·iiij
equalit̄ ꝛ ff·de leg̃ ij·l· Cum pater
ſ·rogo·ī cāū tamē ncāat̄ bigamꝰ
promouetur vſqꝫ ad ſubdiacona
tū hꝰ tn̄ ītelligēs ut no·ſ̄·de reſcp·
ſ·ſi ꝯ ius Aſſignāt̄ aūt quatuor
raciones quare bigamꝰ promoue
ri nō poſſit vn̄ ꝓpter defcm̄ ſacmē
ti·quia non eſt in eo ſacramentū
unitatis quia diuiſit carnem ſuam
in plures vt xxvi·di·acucius· Jtē
ꝓpt̄ ꝓrogatiuā ordinū vt xx vi·di·
vna Jtē·ꝓpt̄ ſignū icōtinēcie·pſūi
tur ei incōtinēs q̄ vxore mortua tn̄
ſit ad alterā·ut lxxxij di·ꝓpoſuiſti·
Jtē ex eo ꝙ n̄ habꝫ frontē hortādi
viduitatē q̄ freqn̄tator ē ꝯiugiorū
ut·c·vna pleniꝰ dicꝰ ꝫ·d̄ hac ma
teria de bigamis Sobrius debet
eē ordinandꝰ in potu ꝛ cibo A cra
pula ꝛ ebrietate maxīe clerici abſti
nē dn̄t vt ꝫ·de vita et ho·cle·A cra
pula·Et hoc ꝓpt̄ quīqꝫ·quia ebrie
tas cor aggrauat ꝛ ſenſus clari



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſp vigẽ debet ⁊ tenuis eẽ· ut xxxv·
di·i pncipio· Jtẽ qꝛ luxurioſa res ẽ
vinũ ⁊ ꝯtumelioſa ebrietas vt·e·
di·luxurioſa Jtẽ furioſa ut ĩ·c·vẽt
mero eſtuãs facile deſpumat ĩ libi
dinẽ· vbi ebrietas ibi libido dñat᷑
et furoꝛ· Jtẽ irriſioni expoſita· vt ĩ
c·ſexto·ĩ vᵇo leſa·leſa pietas dñi ir
ridet᷑ ebrietas·⁊ generalit᷑ qꝛ oĩe
viciox fomes ẽ ⁊ nutrix vt·c· ante
oĩa xxxv di·vt͛e igit᷑ clerice modico
vino ꝓpt᷑ ſtomachũ nã ex frequẽti
potacõe ſeqͥt᷑ ebrietas ut ꝗ·d· ïuẽ ïur
⁊ſi xp̄c Et nõ ꝙ Ebrietas dicit᷑ tribꝫ
modis vno mõ dicit᷑ Ebrietas peñ
et obliuio mentis ⁊ hͦ nõ eſt pccm
vt xv·q·i·ſane· Scdo modo dicit᷑
accio ſiue frequens modꝰ bibẽdi ⁊
hec ut ait augꝰ ẽ veniale pccm niſi
ſit aſſidua·qꝛ hͦ eſt mortale·maxĩe
ſi quis nouerit vires vini nec aq̈
admiſceat ut xxv·di·ĉmis· Tercio
dicitur q̄dã diſpoſicio mẽtis ⁊ ſtu
diũ ad inebrianď ⁊ hͦ ſemp eſt moꝛ
tale pccm vt xxxv di·ante oĩa Pe
na eius qui ebrietati deſuit eſt vt
ſi admonitꝰ nõ deſinat ſi eſt epũs
pbr vel diaconꝰ deponat᷑·ſi ſbdia
conus inferioꝛ vel laicꝰ coĩoe ꝓuet᷑
vt xxxv di·epꝰ ante oĩa ꝗ·de vita·
et ho·cle·A crapula·in ſi·⁊ eſt hic
caſus in q̊ pccm mortale ñ inducit
depoſicõem·et hẽ xlvij di·epꝰ·xcij
di·c·vlt·ſimilit᷑ ⁊ in cibo ſobriꝰ de
bet eſſe clericꝰ equalit᷑ eñi ebrietas
et voꝛacitas prohibet᷑ vt ait Aplũs
non in ꝯmeſ·et ebrie· Voracitas eſt

voracitas ꝓpt᷑ octo·quia it᷑ epulas
et laſciuias pudicicia non ſuatur·
et ꝯtignominia et confuſio eſt criſtũ
pauperem ⁊ eſurientẽ faciis ꝑdica
re corporibꝫ ⁊ ieiunioꝝ doctrinas ru
bentes buccas tumẽciaqꝫ ora pro
ferre ut xxxv·di·eccẽ pncipes·⁊ qꝛ
habundancia moꝛbũ facit·moleſti
as ingerit·egritudies generat·ex
ceſſus ciboꝝ ꝯſumit·⁊ ꝯputreſcẽ
facit corpus humanũ·macat egͣtu
dine dint᷑na· ⁊ tandẽ morte crude
li ꝯſumit vt de ꝯ·di·v·mich· Pru
dens debet eſſe ordinandus triplici
pricia·ſcia ſacre ſcͥpture vt xxxvi·
di·p totũ· Jtẽ ſecularũ ſcͥpturaꝝ
vt xxxvij di·§·ſꝫ coñ ⁊·c·turbat·
Jtẽ ſecularium negocioꝝ vt xxxix
di·p totum· Sacram aũt ſcͥpturã
ſcire debet ad ſubditoꝝ aĩas infoꝛ
mãdas vt xxxvi·di·c·ij §·ecce ⁊·c
ſi q̊s vult·et ꝓptẽa ſtatutum eſt
vt in eccijs metropolitanis tenean
tur doctores theologie· Jtẽ ſecu
lares ſcias ſcire dꝫ vt p eas inſtru
atur diſcernere veꝝ a falſo·⁊ viã
habeat ad ſcias pietatis nõ ãt ad
diſcẽdꝫ ad delcãcõem ⁊ voluptatẽ·
ut xxxvij di·§·cur gͦ·⁊ p hͦ ſolunt᷑
ꝯiũ multoꝝ capl'oꝝ i·e·di·⁊ ꝓptẽa
ſtatutũ ẽ ut ĩ cathedralibꝫ eccĩis ⁊
ĩ minoꝛibꝫ qñtũ ſufficẽ potunt facul
tates tenant᷑ mgrĩ liberaliũ arciũ de
q̊ dicemꝰ ꝗ·t·de mgiſ·hͦ tñ ñ intelli
gas de oĩbꝫ artibꝰ liberalibꝰ ſꝫ de t͛
uialibꝫ tm̃·ſ·gͣmatica dialetica·⁊
rethoꝛica·ille eñi habilitãt ad ſcias

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pietatis· ſecus de q̄druuialibus·ſ·
ariſmetrica geometꝛia muſica ⁊ aſ
tronomia q̄ licꝫ in ſe ꝯtineant veri
tatē·n̄ tn̄ ducant ad pietatē· vt ait
ieroꝰ xxxvii di·ſi quis ḡmaticam·
Item auctores gentiliū legi pūt
ꝓpt̄ eādem cauſā ꝓpt̄ ꝙ et ſcia tꝛi
alis ⁊ ſi q̄d boni inueniat̄ in eis il
lud tamq̄ꝫ ꝓpꝛium ſumat auctor·⁊
ad bonos vſus ꝯūtat·n̄ q2 illi ita
dixerūt·ſed q2 bonū ē ut xxxvii di·
turbat·q̄ de mēſa·ſi quid veri·⁊ c·
relatū in ſi·h̄ eñ fecit paulꝰ cum i
ep̄la ad titū inſeruit illud epigme
nedis cretenſes male beſtie ⁊ pig̃
corde Itē in ep̄la ad corinth̄ ſepe
bonos mores frāgūt colloq̄a pua
Ieroꝰ eciā vſꝰ eſt v̄ſibꝰ v̄gilij vt
de ꝯ·di·v·nūq̄ꝫ ⁊ auc̄tatibus galie
ni ⁊ ypocꝛ̄tis ut de ꝯ·di·v·ne tales
Itē augꝰ v̄ſibus lucani ut xxvi·q·
v·nec miꝝ ēca pn̄·leges āt ⁊ phi
ſicā poſſunt audire clerici dūmō nō
cā cupiditat̄ uł voluptatis ar·xxxvi
di·c·legimꝰ ⁊·c·i·aliq̄·⁊ c·ideo·⁊
hoc verū ē niſi ſint mōchi vel regu
lares vel ſacerdotes ſeu hn̄tes pſo
natus vel plebanatꝰ·q̄ ſi audierīt
niſi infra ſpaciū duoꝝ mēſium ab
hijs deſtiterīt h̄ eſt a legibꝰ ⁊ phi
ſica audiendis ipō iurē excōem in
currūt ut ꝯ̄·ne cle·uł·mona·ſup ſpe
cula Debet eciā ordinādus habē
piciā ſecularium negocioꝝ·q2 non ſo
lū ſpūalia ſed eciā tempalia debꝫ
ſubditis ⁊ necītatē paciētibꝰ miſ
trare·vt xxxix di·per totū·⁊ ꝯ̄·de re

nūc niſi lxxxvi·di·frēm· Sed nun
quid laicꝰ qui oīo ignorat lr̄ās reci
peret caracterem ſi eum cōtingeret
ordinari·dicunt quidā ꝙ non quia
ſub̄a ſummi ſacerdocij ſūt eloquia
diuinitꝰ tradita vt xxxviij di·oīs
et ar·xl di·ſicut in verbo clericatꝰ·
et ſacerdocium Alij dicūt ꝙ ē veri
us ꝙ bene reciperet caracterem q2
ex quo baptiſatꝰ eſt ſuſceptibił ē
cuiuſlibet ſacmenti·cū baptiſmus
ſit ianua oīm ſacramentoꝝ ut xxxij
di·§·verū ēca finem·⁊ facit ad h̄·i·
q·i·ventum in verbo ſed dicit̄·⁊ ꝙ
dicitur in illo·c·oīs referend̄ eſt
ad execucōez ordinis que ſine lr̄is
fieri non pt̄ In ſumma nō ꝙ ſuf
ficit vt habeat ſciam ꝯpetētem ⁊ ſi
non eminētē vt ꝯ̄·de elec·Cū nob̄
oli·Item ꝓpt̄ ſimplicitatē repellit̄
quis ab optinendo Sed nō deici
tur ab optēto ſed datur ei coadiu
tor ut xxxix di·petrus vij·q·i·quia
fr̄·ꝯ̄·de elec·Cum in cunctis·Item
ꝓpt̄ illr̄āturam poteſt epūs petere
licām reſignandi·vt ꝯ̄·de renunċ
niſi· Hic ſcripſit raymundus in ſū
ma ſua in ſi·illius rubrice de pru
dencia ordinandorum·et videtur
velle ꝙ remoueri n̄ poſſit ep̄c prop
ter illr̄āturam ſicut proxime dixit
in ſimplicitate cum tamen contrari
um ſit expreſſum ꝯ̄·de eta·⁊ qua·in
or p̄ſi·q̄uis·ignominioſum eſt ec̄
epiſcopo ſi querat ab alijs doceri cū
ipſe alios docere debeat vt i autn̄·
de ſanctiſ·epiſ·§·damus colł ix

et xxxvi·di·§· ecce·i·q·i· viliſſim⁹
viij·q·i·licet·et ar·ff·de·eden·l· ar
gentarius §·probibet p̄mo talis de
bet eligi in epiſcopū c⁹ ɔpacōe cete
ri greges ducant᷑ vt xxv·di·§· nūc
aūt Pudic⁹ debet eē ordinandus
vt et moribꝫ ⁊ verbis pudorē ſuū
indeſinent᷑ oſtēdat vt in cātic can
ticoꝝ gene ſpōſe·i·p̄dicatores tur
turi ɔpātur ꝓpt᷑ prudenciā·turtur
eſt ei animal valde pudicū vnde ve
recundos ⁊ verentes facite vob̄ fili
os ab oi inmūdicia vt probant᷑ h̄·
xliij·di·§· p̄mo ⁊ xxxij·q·iiij in eo
fornicator Debet eē ordinandus
duplici ornmēto ornatus·intiori·
et extiori·interior cōſiſtit in v̄tuti
bus·exterior āt in q̄tuor ɔſiſtit ſcȝ
in cibo ⁊ potu ut ſupius dcm̄ eſt §·
ſobrius· Item in habitu et i ceſſu·
de habitu legit᷑ ꝗ̄·de vita·⁊ ho·cle·
clerici·xxi·q·iiij p totū·⁊ ſub habi
tu ɔplēditur qḋ ſtatutum eſt de
coma ⁊ barba non nutriendis vt
ꝗ̄·d̄ vi·⁊ ho·cle·cleric⁹·q̇ ad mod̄
ſpere caput raſū debet habere vt
xxiij·di·probibē·⁊ ſic incedere at
tonſo capite ⁊ patenbus auribus
vt xxiii·di·non liceat q̇d aūt ſigni
ficet raſio capitis·quid depoſicio ca
pilloꝝ legitur xij·q·i·duo Et nō
ꝙ i veſtibꝫ clerici conformabūt ſe
ɔſuetudī r̄giōis ⁊ ill᷑ cū q̇b⁹ viuūt
ne alijs ſupſticioſi ⁊ ypocite videā
tur vt iiij·di·erit xxx di·ſi qui viro
rū ⁊ ar·xli·di·q̇ſquis·ſemp tn̄ ho
neſtate ſuata ſ̄ȝ aliqn̄ ex cā timo

ris vel alterius neceſſitat᷑ licȝ habi
tum tranſfōrn vt ꝗ̄· de vita·⁊ ho·
cle·clericio ſſicia·xxi·q·iiij·epi· in
ceſſ⁹ clerici debet eē grauis et mo
derat⁹ vt grauitate itneris·mentis
maturitatem oſtēdat nam incōpo
ſicio corporis mentis indicat q̄lita
tem·vnde ſaluſti⁹ arguit catellinā
eo ꝙ inceſſus eius mō citus mō tar
dus erat vt xli·di·in fine Dȝ eciaȝ
ordinandus eē hoſpitalis qꝛ vt ait
ihēo⁹ domus clericoꝝ oibꝫ debent
eē coēs vt xvi·q·i qm̄ qꝛ h̄ triplici
de cauſa qꝛ non p̄t cleric⁹ eē hoſpi
talitatis hortator qui hoſpitibꝫ hoſ
tia claudit vt xliij·di·§· i· Scdo
quia pietas hoſpitalitatis remune
rat᷑ temporalit᷑ et et̄nalit᷑ iux̄ illud
apl̄i exerce teip̄m ad pietatē· nam
corporal᷑ quedam exercitacio ad mo
dicū eſt·pietas auteȝ vtilis eſt ad
oia hn̄s promiſſionē vite que nūc
eſt ⁊ future· Item abrahā ⁊ loth
qui erāt hoſpitales angelos recipē
meruerūt Dȝ cca hoſpitalitatem
dſcrecio eſt habenda·eorū namqȝ
qui petūt elemoſinam Alij petunt
quaſi ex debito vt predicatores ⁊
prelati· Alij ſimplicit᷑ p corporis
ſuſtentacōe In p̄mo caſu ſubdiſ
tingue quia aut ſunt noti Aut nō·
Si ſūt noti et conſtat eos miſſos
et inſtitutos ad predicandum vel
ad prelaturam · recipiendi ſunt
Si vero ſint incogniti · et dubita
tur an tale officium ſit eis conceſſū·
debet hoc examiari et inquiri an

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de temp ord

ita ſit· qꝛ c̄ca maioꝛa pic̄lū mant᷑
vertitur n̄ em̄ das tm̄ temporalia
ſed accipis ſpūalia ab eis i quibꝰ
vertit᷑ magnū pic̄ulum ſi ab alio p
cipiantur q̄ꝫ ab illo q̄ dare pt vt
xlij di· quieſcamus In 2° caſu ·ſ·
cū petit pro ſuſtentacōe corporis ſi
militer ſb̄diſtingue qꝛ aut potes
oīb꜄ habundare aut non· In p̄
mo caſu debes dare oībus indigē
tibus· inuitāt nos ad h̄ exēpla loth
et abrahe· qui qm̄ oīs indifferēt
recipiebant iter omnes ⁊ angeloꝝ
recipere meruerūt ·nā ſi n̄ oīs rece
piſſent forſitan iter aliq̄s ⁊ ange
los repuliſſent vt in p̄allegato ·c·
quieſcamus· danda elimoſina eſt
ecīā excat vt xi· q· i· qm̄ in ſi· ⁊ ·dē
dico in quolibꝫ peccōre· niſi de cibo
ſecurus iuſticiā ↄtempnat· nam in
tali caſu ut dicit aug꜄· vtilius eſuri
enti panis tollitur ſi de cibo ſecur꜄
iuſticiaꝫ negligat q̄ꝫ ei panis ſri
gatur vt iniuſte ſeduct꜄ acq̄eſcat
vt v· q· v· nō oīs· Pꝫ et ſi iuſticiā
am negligat ⁊ eſuriat ad morteꝫ a
lendus eſt vt lxxxvi· di· paſce· In
ſcd̄o caſu cū non p̄t oībꝰ ſufficē di
cit ambroſi꜄ nouē cōſideranda ſūt·
ſidem· Cām· locū Temp꜄· mod꜄·
necēitudinē· ſiue ſāguinis ꝓpīq̄tatē
Etatē· Debilitatē· ⁊ cōdicōem· ſiue
nobilitatē· ut exponūt᷑ h̄ oīa lxxxvi·
di· nō ſat· Pꝫ pone q̄ꝫ pat᷑ tu꜄ in
fidel᷑ ⁊ ex̄ne꜄ fidel᷑ egeāt· n̄ ſuffici꜄
ꝓuidē vtriqꝫ· cui magis ꝓuidēte
ris· ꝑe· mādurator dixit hāc qōeꝫ

eſſe tenebroſā aq̄ꝫ in nubib꜄ aerꝰ
bug· dixit patrē p̄ferēdū· ⁊ hoc ex
ex illa auc̄te honora patrē tuum ⁊
mrē̄m tuā vt ſis longeu꜄ ſup terrā
et ar· xxx di· c· i· Jo aūt ſcp̄ſit p̄rēz
qualem cūqꝫ ex̄neo eē ſcō preferen
dū in exhibicōe neceſſarioꝝ· n̄ extē
ne꜄ magis egeat· qꝛ tunc ex̄neus
preferetur ut in· c· paſce· Pꝫ huic
opinioni videt᷑ obſtare verbū am
broſij in canticis ſup locum illum
ordinauit in me dn̄s caritatem· ait
em̄ multoꝝ caritas inordinata eſt
qđ em̄ p̄mum eſt ponūt terciū vel
q̄rtū Primo diligendus eſt deus·
Scd̄o parentes· inde filij · poſtea
domeſtici· qui ſi boni ſint malis fi
lijs ꝓponēdi ſūt· Sed hec auc̄tas
intelligenda eſt đ affcū dilectōis·
non de nutrimenti exhibicōe· magis
enim diligere debemus extraneoꝝ
bonos q̄ꝫ ꝓpiquos malos· licꝫ iſtis
magis teneam̄ı in nccīis ſubuenire
hāc ſnīaꝫ tēt raymundus ⁊ ego aſ
ſēcio· Pꝫ q̄dā ↄrīū dicūt· ſ· ex̄neūꝫ
p̄ferēdū i exhibicōe nutrimēti allegā
tes ꝓ ſe illđ deſudꝫ elemoſina i ma
nu tua donec iuenias iuſtū cui des
Pꝫ h̄ auc̄tas n̄ loq̄t᷑ i eo caſu quē ī
qōe p̄miſi· ſꝫ generalit᷑ qn̄ iuſtis ſb̄
ueniēđ ē nā ⁊ ſi oībus mia debeat᷑·
iuſto ampli꜄· vt i· c· n̄ ſatis c̄ca pri·
Itē allegāt illđ v̄bū domeſticos fi
dei Itē illđ cāꝫ p̄ſtat natura n̄ grā
ut in· c· non ſat· Fit et alia diuiſio
c̄ca elemoſinaꝫ· Alia em̄ eſt extioꝛ
Alia interioꝛ· Alia ſpūalis · Alia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corporalis prima ꝯſiſtit in tribus
vt dimittas a quo leſus es vt cor
rigas delinquentē· ꝛ i hijs que ad
ſalutem ptinēt iſtruas ignorātez·
Scḋa conſiſtit in vno vt des egen
ti quidꝗ̄ poteris vt xlv· di· tria·
Item prima excedit ſcḋaz in duo
bus qꝛ remittē delinquēti qn̄ volu
eris tibi redundat· Sꝫ dare indi
genti aliqn̄ queris ꝛ nō inuenis·
Item elemoſina cordis ſine ſrena
ſuba ſuffiāt illa vero que corpalit
datꝰ ſi non benigno corde tribuitꝰ
omnio n̄ ſuffiat vt xlv· di· due In
corporali elemoſina tria ſunt atten
denda· ſ· vt des ex caritate non ad
vanā gloriam· n̄ ad importunitatez
pauperis expellandā Itē vt diſcre
tis des ꝯſideratꝰ hijs que le· lxxxvi·
di· non ſatꝰ Tercio vt des de hijs q̄
non ſubiacent repeticōi vel reſtitu
cioni Debet ordinādꝰ eſſe doctor·
cuꝰ doctrīna debet ꝯſiſtē in duobus
videlicet in doctrina correctionis· ꝛ
ſmone ꝑdicacionis· nam latratu
canū ꝛ baculo paſtoꝝ lupi arcēdi
ſunt vt xliij· di· in pri· In diſcipli
na vt non corrigat ex odio· ſed ex
caritate· vera enī iuſticia ꝯpaſſionē
habet falſa dedignācōez· ut xlv· di·
vera Itē cū diſcrecōe corripiantꝰ tu
midi· tollerentur infirmi· et q̄ḋ ſe
uerius caſtigare ncc̄ē eſt ne ſeuiē
tis plectatꝰ aīo· ſꝫ medentis· vt lxxx
vi· di c· ij· rigor enī iuſticie tempo
randus eſt ex duobꝰ ex multitudīe
peccanciū vt ꝙ̄· e· ti· c· ij· l· di· vt ꝯſti
tuetꝰ· i· q· vij q̄ciens vn̄ꝰ ſi Ob ꝓpſim
miſtū cnien ptīiſit iuſtū· vn̄ tūc diſ
cretꝰ ꝑlatꝰ iapiet a ſpūalibꝰ ꝛ ſpū
alibꝰ ꝓxis· ut eoꝝ exꝰ cetera multi
tudo ſūgatꝰ ut xliiii di· ꝯmeſſacōeꝰ
Itē pūiet maiores de vniuſitate q̄
alios trahunt ad pcc̄m ut ꝙ̄· de cle·
ex· mi· latores· Itē tempatꝰ rigor
ex qualitate peccanciū vt ꝙ̄· de offi·
dele· Sane et· c· paſtoralis primo
Rn̄· xlv· di· Cum beatus· ff· de pe
nis· l· i ſuorū xxiiij· q· i· qui ꝯ pacē
ii· q· vij quiſqs· l· di· ꝯtumaces ꝙ̄·
de maio· et obe· p tuas Vn̄ triplex
ē iuſticia· uite· iuſticie· doctrīne· pma
nūꝗ̄ dimittitꝰ· alia caſualitꝰ ſic vn̄ꝰ
Eſt veꝝ vite doctrīne iuſticieqꝫ· vnū
ſēp habe duo ꝓptꝰ ſcādala linque
qꝛ vt ait· Augꝰ ſiue plectēdo ſiue
ignoſcendo hꝰ ſolū bn̄ agitꝰ vt vita
hoīm corrigatꝰ vt xxiij· q· v· ꝓdeſt·
ex duobꝰ āt augetꝰ rigor cū peccatū
ex aūcte defēditꝰ vt de pe· di· vi· c· i
in fi· Itē cū vſitatū ē malū ꝛ multꝰ
cēſātibꝰ opꝰ ē exēplo vt· i· q· i· repi
untꝰ ff· de penis· l· aut fcā· de culpa
n̄ corrigēciū ꝑlatoꝝ legitꝰ lxxxi· di·
p totū· de pena lxxxi· di· dictū xi· q·
iij teugualdū· de magnitudīe tam
clꝑe ꝗ̄ pene xxxvij di· legatū Et nō
ꝗ̄ ſi ſupior excedat modꝰ i corrigē
do ꝛ ſi peccet vt xxiii· q· iiij qui ꝑec
cat i ſi· nō tn̄ cogitꝰ a ſubditꝰ veniaz
poſtularꝰ ne dū nimia ſuatꝰ hūilitaꝰ
rgēdi ſrāgatꝰ aūctas vt lxxxvi· di·
qn̄· ſepe ei ex ꝯuſacōe eq̄li naſcitꝰ cō
tēptꝰ dignitatꝰ vt ff· ḋ offi· preſi· l·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de temp ord°

obſeruandū· debet autē ꝑlatꝰ dig
nitatem ſuā ingeio ſuo augere ne
ↄtemptibilr̄ habeat̄ vt·ff· de offi·
pcon·l·nec quicq̄·§·circa·l·di·c·i·
ꝗ̄ de accu·qualiter ⁊ qn̄ Coſiſtit
autē hec doctrina i ſermone p̄dica
cōnis circa quā tria ſūt ↄſiderāda·
Primū interiꝰ caritas ardēs· Se
cundū exteriꝰ vita lucens· Terciū
ipſe actꝰ p̄dicaciōis· de p̄mo aplꝰ
ſi linguis hoīm loquar ⁊ angelo·
cari·aut·nō ha·fac·ſum vel·es·ſo·
De ſcd̄o gregorius cuius vita de
ſpiat̄ reſtat vt eiꝰ p̄dicacio cōtēp
natur·vt·iij·q·vij·§·porro in fine
Ambroſiꝰ· Iudicet ille de alteriꝰ
errore q̄ in ſe nō habet qd̄ corrigat
ut i·c·iudicꝫ·⁊ gregoriꝰ in q̄ıbꝰ
pccīs q̄s poſitꝰ dū ſuis p̄mit pcc̄aꝰ
aliē nō diluit·vt·c·in q̄ıbꝰ· talis
eni dū male viuit ⁊ bn̄ p̄dicat deuꝫ
inſtruit q̄liter ipm̄ punire debeat
vt·xl·di·mlt̄a· h̄ a ieremia ↄparat̄
cineri p quē lixiuia doctrine trāſiēs
lauat ⁊ non lauat̄·vt·lxxxiii·di·§·
vlt·⁊ ab augꝰ·lapideo canali per
quē aq̄ doctrine t̄nſit ad areolas·i·
ad corda ſubditoꝝ in q̄bus aliq̄n
facit fructum vt·i·q·i·ſi fuerit·et a
nicolao papa faci ardenti q̄ ſeipaꝫ
ↄſumēs aliis lucem miſtrat vt·xv
q·vlt·c·vlt· Contra tales ꝑlatos
inuehit̄ ieronimꝰ·xxxv·di·Eccleſie
p̄ncipes·talibꝰ iura minat̄ ij·q·vij
ſecuri ſūt in fine·xi·q·iij·precipue
Circa terciū·ſ·circa actum pre
dicacōis quatuor ſunt attendēda·

tempus·locus qualitas audiēciū·
et qualitas dicendoꝝ·tēpꝰ ut non
ſp loq̄t̄ ſꝫ temporibꝰ optunis Si
enī ſemp plueret terra nūq̄ȝ germia
ret·vn̄ ↄ̄ tales i leuitico·vir q̄ fluxū
ſemīs patit̄ inmūdꝰ erit· Itē iuſta
oportune ⁊ importūe dicturꝰ·ipor
tune p̄miſit oportune vt xliij di·ſit
rector in fine·locꝰ ē attēdendus q̄r
predicacio fieri debet in ecc̄a vel in
alio loco pblico ⁊ honeſto nō in do
mibꝰ ⁊ in locis p̄uatis ne ex h̄ oria
tur ſuſpicio hereſis vt xx di·ſi q̄s
Itē fiducialit̄ ⁊ libē p̄dicādū ē vt
x·q·iij nolite·poſſunt tn̄ aliq̄ in lo
cis p̄uatis ⁊ non ſolēpniter ꝓponi
in modꝰ ſiplicis exhortacōis vt ꝗ̄· de
hēticis Cū ex iniūcto ēca pri· Iteꝫ
qualitas auditorū ⁊ dicendorum
conſideranda eſt nam ſcd̄m capa
citatem audienciū dicenda ſunt
alta et plana vt xliii di·ſit rector
et viij·q·i·oportet·alias ſi non in
telligentibꝰ alta predicat pauſſor
eſt qui ſmone inutili pautit ↄſcias
infirmorū vt xlv·di·ſane pauſſor·
nā vicium ai eſt indignis ſecreta
vulgare·et ꝓptēa q̄ hoc facit· Aut
ex loquacitate incauta ad adulacio
nē aut ad ſui iactacionem facē vi
deatur vt xliii di·c·vlt· Itē in pre
dicacione gramatica exponi non
debet vt xlvi·di· Cum multa·
nec hereticis ſecreciora fidei reue
lari vt no·ſ̄·de ſumma·tri·⁊·fide·
ca·§·fides autem Percuſſor non
debet eſſe ordinandus vt xlv·di·

per totū Sed in hoc breuis adhi
betur diſtinctio nam duplex eſt p
cuſſio. ſpūalis et corporalꝭ Spūalꝭ
fit cū indiſcretus platus ſmōe in
utili corda pcutit infirmoꝝ vt xli.
di. c. vlt. Corporalꝭ pcuſſio fit ma
nu vel flagello. hec aliqñ fit ex ma
licia vel odio vel vt verberās magꝭ
timeatur Aliqñ ex caritate et cā cor
rectionis In pmo caſu prohibetꝛ
eo qd mortale pccm. et per hꝰ penā
depoſicionis inducit vt xlv. di. c. i.
et. c. epm In ſcdo caſu oibꝰ hñti
bus ptātem licita eſt in ſuos ſubdi
tos vt xxxv. di. āte et xlv di. cū bea
tus. fallit hoc i epō qui ne niem dꝫ
ſuis manibus vberare ut lxxxvi. di.
non liceat. pt tamen ſubicere verbe
ribus delinquentes p aliū. ut v. q.
v. illi qui. non tñ p laicum ſed per
clericū. ſi clericꝰ verberandꝰ ſit. ali
oqui et mandans et verberās inci
dunt in excōicacionem vt ꝑ. de ſen.
ex. vniuſitatis. et verū ē niſi clericꝰ
penitus eſſet incorrigibilꝭ tunc eñ
poſſꝫ p laicū verberari ut ꝑ. de ſen.
exco. vt fame. xvij. di. nec licuit. lai
ci tamen violencia nō amplius ſe
extendat qꝫ exegit rebellio clerico
rū. ut i illa vt fame Circa clericoꝝ
tñ hec diſtinctio habenda ē vt cle
rici in minoribꝰ ordinibus ꝯſtituti.
et pro leuibꝰ culpis verberibꝰ ſbi
ciantur vt lxv. di. ſ. ſalomō. ꝯſtitu
ti autem in maioribꝰ ñ niſi ꝓ ma
iorībꝰ crimibꝰ vt xxxv. di. añ et xlv
di. cū beatus ſꝫ hꝰ diſtinctio locum

habꝫ i clericis ſecularibꝰ tm̄. regu
lares enim ſm regulas eoꝝ ſbiciū
tur vberibus eciā pro leuibus cul
pis vt ꝑ. de app. reprehēſibilꝭ in fi.
ꝑ. de accuſa. et iqui. qualitꝛ in fine.
caueant tñ regulares plati qꝫ ex
caritate et correctionis cā verbēnt
frēs ul ꝯuſos per ſe vel p alios re
gulares ſeu clericos. nā ſi p laicū et
verberās et mādans incidūt i ſināꝫ
excacōis et ſic loquitꝛ illa decre. vni
uerſitatꝭ Caueant igitur prelati et
rectores eccīaꝝ vt i correctionibꝰ
et diſciplinis ut ſtaterā in manibꝰ
geſtant in vtroqꝫ pēſo. iuſticiam
et miāꝫ portent. vt iuſto libramie
queꝺ p eqtatē corrigāt. queꝺ uo p
miſacōnē indulgeant xl v. di. omꝰ
qui. et ex vtroqꝫ tempamētū faciāt
ut nec vigor iuſticie ſit rigidꝰ nec
manſuetudo ſit diſſoluta. vt xlv. di
diſciplina. et. c. ſūt namqꝫ. nō ē ei
ꝯſtātis et rcti iudicis breui lacrimu
la et ad tempꝰ parata vel vbioribꝰ
fletibus de facili cōmoui nā cū vni
indulget indigno. ad ꝓlapſionꝭ
cōtagiū prouocat vniuerſos facili
tas ei venie incētiuū tribuat delin
quendi. vt xxiij. q. iiij eſt iniuſta. i
ſi. et. ff. d offi. pſi. l. obſuand. et ali
bi ſi negligenter que male vſurpā
tur omittimꝰ exceſſꝰ viā aliis api
mꝰ vt xciij. di. pucnit Seqꝛ nō
litigioſus ꝓhibetꝛ autē litigioſus
ordinari tribꝰ de cauſ Primū eſt
viciū qd conſiſtit in doctrina. predi
cōis ipſiꝰ. cū ſit ſupbꝰ et arrogās

de temp ordº

neſcit humiliter ꝑferre qḋ docet·
ut xlvi di·c·i·michil ei ē īpudenciu⁹
arrogācia ruſticoꝝ ut·e·di·§·i De
cīda ē viciū qḋ attēdit̄ ēca ꝯuſa coꝫ
q2 litigioſus ſolꝫ ēē adulator·ꝓdi
tor detrctor·maledicus·īurid⁹·ioca
lator·ſcurril̄·et adulaſcendā īiuri
am facil̄·vt xlvi·di·§·ecce et·c·ſe
qntibꝫ· Tercia cā eſt quia cum ipe
ſit litigioſus et p ꝯſequēciā prouo
cet alios ad diſcordiam·non poſſꝫ
alios ad ꝯcordiā reuocare·qḋ tn̄
teneretur ex officio facē ut xc·di·§·
i·ꝗ p totam di· Debet ordiandus
eſſe nō cupid⁹ vt xlvi di·§·i·lxxxv
di florentīn·duplex āt eſt hmōi ꝓ
hibicōis racio·pma q2 cupiditas
eſt oim maloꝝ radix·ut xlvii di·be
atoꝝ·Scd̄a racio q2 mens exceca
ta cupiditate non videt quid expe
diat·ſed ſemp videt auꝝ·reddit⁹
ꝯputat·gracius ītuet̄ auꝝ qͣ̄ ſolē·
vt xlvii di·ſicut hn̄ iij·q·v accuſa
tores·§·teſtes ſuſpcā Sequit̄ do
mui ſue bene diſpoſitus·ſ·familie
ſue·intelligit̄ autē familie ſue bn̄
diſpoſit⁹ ſiue bn̄ ꝓpoſitus·qui eaꝫ
regit honeſte exº ꝗ verbo t̄ hendo a
viciis ad virtutes vt xlviij di·§·
necē hui⁹ ꝓhibicōis duplex eſt ra
cio·vna quia non habet frontē re
prehendēdi alios q̄ negligit corri
gēre ſuos vt in preallegata di·§·
alia quia preſūit̄ vehement̄ cōn̄ eū
de cmie neglie quia magnū eſt·et
magnā penā inducit vt no·ſ̄·e·t·
§·ex duobꝫ·ſi tamē familiā ſuā cor

rexerit qntū i ſe fuit·ipa nichilo⁹
in ſua malicia pmanens·incorrep
ta remanſit n̄ imputaret̄ pri ſamil̄
nec repellet̄ a promouēdo vt xlviij·
di·nō eīn·qntūlibꝫ·qḋ ad nos·ꝑ
ſumit̄ tam̄ pma facie cōn̄ eum ꝗ
p eum ſteterit donec ꝯriū probetur
vt xviij di·puenit·Promotus aūt
ad curā ecce et maxime ad epatū
debet bene ēē diſpoſitus ecce ſue·ut
canonicā ul̄ clericā canonice viuāt·
obſeruantes diue ſcpture doct̄nā·
et documenta ſcōꝝ prm·mich incō
poſite preſumāt agē vt de ꝯ·di·v·
ī oibꝫ·vt tales ad miſteriū eligat
qui digne poſſunt ſacmenta dnīca
t̄ctare vt xxiii di·tales·vt ſingula
officia ſingulis ꝯmittat vt lxxx di·
ad h̄·ne pmiſcuis actibꝫ reꝝ t̄ hen
tur officia vt·C· de teſta·l·ꝯſulta
diualia·Itē n̄ ꝯmittat tyroibꝫ ſed
exptis ut xlix di·ſi officia·ut q̄tuor
ſiāt porcōes d̄ r̄dditibꝫ ecce ut xii·q
ij uult ane·q̄tuor·ꝯceſſo·et ſi q̄d de
porcōe fabrice remāſeit recōdat̄ ī
thecis·vt ſi maior eīn ſerit fabrica
ſit ſbſidio qḋ diuiſi tēporis diligen
cia potuit cuſtodiē ꜩ ut cte ematur
poſſio q̄ vtilitates ꝯes r̄ſpiciat vt
xii·q ij nob·ut null⁹ ī eccā degēs ſit
idigēs ſed oia neccīia ab epō ſuiſqꝫ
miſtis pcipiat ut xij·q·ii videtes ut
pcarias ecce poſſidētes ꝓfeſſione⁹
faciāt ne p retēcionē diurnā piudi
ciū ecce afferat̄ vt xii·q·ij·ſepe·vt
ꝓ ꝯpēdio ſuaꝝ rerum poſſeſſiones
eccleſie nullus excolat negligēter

vt .xij. q. iiij qd̄ cūq3. vt ſic prelati
tam cuſtodes cartaꝝ q̈ defenſores
reꝝ creditaꝝ vt preceptū eſt iudi
centur vt xvi. q. i. i canonibꝯ. Jtē
prelatus ī ecc̄ia ſublimior alijs ſe
deat. it̄ domū vero collegā p̄bꝛoꝝ
ſe eē̄ agnoſcat vt xcv. di. epūs in
ecc̄ia Sequitur ū̄ neophitus ue.
vn̄ videnđ ē q̄ dicantur neophiti.
et quare prohibeātur neophiti or
dinari. neophiti dicunt̄ noui in fi
de. vt xlviij. di. qm̄ an eos qđ ē no
uum. ꝛ p̄hitos qđ eſt fides. in̄ neo
phiti dicunt̄ noui in religione vt
xlviij. di. ſicut olim. Cauſa prohi
bicōis eſt duplex vna ne incidant i
ſuperbiā putantes q̄ fides catholi
ca ſiue religio multum eis īdigeat
xlviij. di. §. ꝓhibentur ꝛ. c. qm̄
Alia cauſa eſt q2 neophiti nō̄ ſu
experti ſtatum ecc̄e vel religionis.
et iō̄ neſcirent eē̄ graues. et ſe cōtē
ptare pro diuſitate pſonarum ſibi
ſubiectaꝝ vt xlviij. di. ſicut olim.
graue em̄ eſt in exptis hoīm obſe
quijs ſociari ut xix. q. iij. mōſt̄ijs ꝛ
ſimile lxi. di. mira m̄ in ſi. ff. de va.
mune. l. pretor. §. vlt̄. ꝛ alibi lex di
cit honoris augmentū nō abicōne
ſed labore ad vnūquēq3 ꝯueīt deue
nire vt. C. q̄ mili. nō poſ. l. coñ li. xij
Sz nūquid hijs cauſ̄ ceſſantibꝰ
p̄t neophitus promoueri vidt̄ q̄
ſic. nam prohibicōes ecc̄e ꝓprias
habent cās q̄bus ceſſātibus ceſſant
et ipē. ut lxi. di. §. hijs oibꝰ ꝛ. c. neo
phitꝰ ꝛ ī̄ d̄ app. Cū ceſſante. Econ̄

videtur q̄ licz cauſe ceſſent non tm̄
ceſſat ꝓhibicō ut xix. q. ij due. xxxij
q. i dixit Ad hoc dico q̄ clericꝰ ſe
cularis qūtūcumq3 ſit humil̄ ꝛ in
ſtructus ī regula mōchali vel regu
lari nō p̄t eligi in abbatem vel rec
torem eccleſie regularis. niſi ꝓfeſ
ſus ſit ꝛ expertꝰ aſpitatē regule. ū̄
enim ſuffiat ſcire ſ3 necē̄ eſt expiri.
probari. ꝛ probare vt. ē̄. de elec.
Cum ad nr̄am ꝛ. c. officij. xix. q.
iij mōſt̄ij pmo ſi aliqui non pro
feſſi ordinē regularem ſint iam in
abbates aſſumpti. debent ſublato
applōnis obſtaculo remoueri ut
ē̄. de elec. Cū in magiſtrum ꝛ. c. cū
Cām. ꝛ ꝓpt̄ hoc nō ſuffiāt dn̄o bea
tū petꝛ ſcire fragilitatē humane
ꝯdicōis Sed voluit ipm̄ ī ſeipſo
pocius expiri vt diſceret qualiter
eſſet alijs miſerandum vt. l. di. cōſi
derandum. monachus tamē p̄t eli
gi ī ep̄3 vt lxi. di. hū̄. qđ intelligo
p̄miſſa poſtulacōe ꝛ admiſſa. alꝭ
ſecus. ut lviij. di. c. i. ꝛ ij. Jtē laicꝰ
dūmō lr̄atꝰ poſtulari p̄t in ep̄m vt
lxi. di. oſius. Jtē neophitus p̄t ut
dn̄t q̄đ recipē miores ordines. ſed
non ſacros vt xlviij. di. qm̄ ꝛ. c. ſic
olim. Alij coñ q̄ nec eciam miores
donec ſit probatus ar. xix. q. iij mō
ſterijs. qđ verius ē nec obſtat hijs
que dicta ſunt qđ legit̄ de nicolao
ſeuo ꝛ ambroſio qui neophiti ſūt
electi illud ei fcm̄ ē inſpiracōe dina.
de nicolao ſuit reuelatū cuidā ep̄o
ut ī legēda ꝯtinet̄ Seuo īſedit colū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De temp ord°

ba ſupra caput Ambroſio aſſurrex
it τ ita ꝑ cathedra τ iō nō ſiit trahē
da ad cōſeqn̄ciā. al' exēplo ambro
ſii poſſꝫ quis eligi ante bapm̄ qḋ
eſſet abſurḋ dicē ℞ꝫ quenť q̄re
ſecularis clericus poſſit eē epūs re
gulariū nō tamē eoꝝ ꝓpoſitus ṗor
vel abbas. R̄ño ꝓpť excellēciā epā
lis dignitatis. q̄ſi epūs ſit religio
ſior mōchꝯ. vel iō quia abbates et
ṗores inſtiſiit ṗuať diſciplinis mo
nachoꝝ epūs n̄ tam̄ ꝙ qui ignorat
ea que ſunt regule. illud ēgo ꝯmit
tet alicui mōchꝯ. ipſe uo pūiet ea q̄
maiorē diſcuſſionē exigūt et maio
rem aīaduerſionē. vn̄ ēca hoc ſic ꝯ
ſueuit diſtingui ut ſi de exceſſu mo
nachi in figura iudicij agať epūs
ꝓ tribūali ꝯgnoſcet τ pūiet ℞i
āt de plano tūc Abbas vl' ṗor cor
riget ſm̄ mōchales diſciplinas
ut xi. q. i. de pſon̄ ꝛ̄. ḋ officio ordia.
qūto. et ar. ℭ de emda. ꝓpinquoꝝ.
l vna. ℭ de pria po. l. iij. vel al's pri
ma correctio ſpectat ad abbatem
ſeu priorem q2 hoc generale ē ꝙ q̄
libꝫ prelatus hēat iuriſdictōeꝫ ſiue
ſit abbas ſiue ṗor ut ꝛ̄ de cmu. ec
non mīꝰ ꝛ̄ de maio. et obe. ℭum in
ecc̄ijs. verius eſt in hijs cōſuetudi
nē attendi que dat iuriſdictōeꝫ vt
ℭ de emācip. l. i. ix. q. iij. conq̄ſtus
ℭ Nūc videamꝰ per quos hec exa
minacio ordinandoꝝ facienda ſit
et eſt ſciendum ꝙ q̄uis ſm̄ antiq̄
uiā tpore ſcrutinij epūs eligēd he
at de ſuo latē aliq̄s gnaros diuine

legis q̄ examinent ordinandos vt
xxiiij. di. q̄n epūs. hodie tam̄ hoc vi
deť ſpectare ad officiū archiḋ vt
ꝛ̄. de offi. archiḋ Ad h. τ. c. ut nr̄ꝫ.
et faciť ad hoc xxiij di. pſalmiſta et
ꝓptēa ſi idignꝰ pn̄tet ad ordines
teneť is q̄ examinauit τ pn̄tauit ut
liij di. ſi ṗuꝰ. teneť ecīā et epūs or
dinator vt ꝛ̄. de eta. τ qua. orḋ ac
cepimus. nam τ poſt examiacōem
archidiaconi. nichoꝰ ipe ordiator
debet examinare. vel teneť epūs de
facto ſui archidiaconi. ſicut et exē
tor nauis de facto ſui mgr̄i vt ff. ḋ
exercito. l. i. §. mgr̄m vn̄ ſi archidia
conꝰ repſētet aliquē ordināďū ad
titulū ſui prioriij cū nullū hēat τ h
archidiaconꝰ n̄ ignoret. eps āt ig
norat. puto ꝙ ordiatus agē poſſet
ṗo loco ꝯ̄ archidiaconū. nec obſtat
ſi de dolo ipiꝰ ordiandi exāpiať ne
p h medicaē ꝯpellať in ignominiā
cleri ut xciij di. diacōi ℞ꝫ ſi archiḋ
nō ſit ſoluēdo ageť ſo loco ꝯ̄ epm
q2 in culpa fuit nō examinādo ſed
archiḋ in dolo. dolꝰ aūt ꝓponderat
culpe ut ff. ad le. acq̄. l. Itē ſi obſte
trix ℭ Ordines miores pūt ſimlr omis
ꝯferri eidē vt ꝛ̄. de eo q̄ fur. or. ſuſ.
cū h lator. Et ar. lxxvij di. q̄cūqꝫ.
dū n̄ ꝯſuetudo ꝯ̄ia non impugnꝫ.
que n̄ ṗuata ſcādalū gnēt. vel ſm
alios ſi ꝯſuetudo locū. hoc habeat τ
hꝫ Tan. τ ego ℞acri aūt ordi
nes ſinguli τ p certas interſticias tē
poꝝ debent conferri vt. lxxvij. di.
in ſingulis et. c. q̄ciumqꝫ. τ licꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plerūqȝ ↄtingat q̄ ordinator con
tinuet ieiunium a die ſabbati uſqȝ
ad diem dn̄icam ut illi qui ordinari
non potuīnt die ſabbati in ſero· or
dinēt̄ i die dn̄ico in mane· vt lxxv
di· qȯ a p̄rib⸰· non tn̄ intelligas
vt illi hijdem qui promoti ſunt in
die ſabbati ad aliq̄s ſacros ordies
poſſint die dn̄ico ad alios ꝓmoue
ri Sȝ illi tn̄ qui die ſabbati ordīa
ri nō potuerūt vt dcm̄ eſt Cum ei
ꝓpter ↄtinuacōez ieiunij fingat̄ ſe
ro diei ſabbati· ⁊ mane diei dn̄ice
vnū diem efficē· ſi ordinatus i ſab
bato ordinaretur i die dn̄ico· iam
bis idem eodem die ordiaretur qȯ
eſſȝ abſurdum· ⁊ de h̄ arguit̄ bono
men̄ epc ꝗ· e· ti lrās Sed an ſero
diei ſabbati trahat̄ ad mane diei
dn̄ice· vel mane diei dn̄ice ad ſero
diei ſabbati retrahat̄· dubitaue
rūt ātiqui ⁊ adh ic ſub iudice lis
eſt Circa hoc dixerūt quidā q̄ ma
ne trahitur ad ſero· ita vt ſi aliqn̄
ↄtinuato ieiunio mān̄e diei dn̄ice or
dines ↄferantur· in die ſabbati cō
ferri videantur· nā iuā loquēcia d̄
ordinacōib⸰ dicunt q̄ i quatuor
temporib⸰ ⁊ die ſabbati ordies cō
ferūtur· vt ꝗ· e· ti· c· i· ⁊ ij lxxv· di· c
vlt̄· fallit h̄ in ↄſeccōib⸰ epoꝝ q̄
in dieb⸰ dn̄icis fieri debēt· vt· lxxv
di· qȯ die dn̄ico· Item fallit in mi
norib⸰ ordinib⸰ ⁊ i cōſecracōibus
virginū q̄ in diebus dn̄icis cōferū
tur vt hic· c· i· Illud v ro· c· qȯ die
dn̄ico· qȯ valde eſt con̄ eos intelli

gunt in conſecracōnib⸰ ep̄orum n̄
in ordinib⸰ ↄfēndis· ⁊ hoc patȝ p
exēpla ibi poſita de aplis q̄ tūc ↄſe
crati fuerunt· hugu ⁊ ſui ſequaces
dicūt die dn̄ico ↄferri om̄s ordies
et ecīa baptiſmū de ↄ· di· iiij venbi
lis facit pro ipis illud· c· qȯ die dn̄i
co Itē ⁊ illud· c· q̄ a prib⸰ i vbo il
lo Sed poſt diem ſabbati ⁊c̄ Ad
qȯ p̄mi rn̄dēt poſt diē ſabbati cep
tū ⁊ n̄ finitū· p̄ma opio magis pla
cet q̄ die ſabbati ordies ↄferātur
et q̄ mane diei dn̄ice trahatur ad
veſpā diei ſabbati ↄtinuacōe ieiu
nij· cū cōtingit mān̄e diei dn̄ice ordi
es ↄferri· nā ſi vera eēt opinio hug̃
q̄r nccīa eſſȝ ↄtinuacio ieiunij· cū ⁊
ſi i ſero diei ſabbati ↄmedat ordia
tor· in mane diei dn̄ice ieiun⸰ īue
niet̄· vn̄ ſic̄ poſſȝ ↄſecrare eodē mō
ſm eum ⁊ ordiare· teneas ēgo qȯ
ſupi⸰ ē dcm̄· ⁊ ſi tu q̄ras quaē tn̄
die ſabbati ſacri ordies cōferant̄
Racio eſt q᷑ ſabbatū ſignificat re
quiē ⁊ qui trn̄ſit ad clericatū qȯ fit
irreuocabilit̄ per aſſumpcōm maio
rum ordinum de labore ſecularum
negociorum· trāſit ad ociū ſcema
tis clericalis· ⁊ iō hoc fit die ſabba
ti· q᷑ uo p miores ordies n̄ obliga
tur aliquis clericatui quī redire p⸰
ſit ad lniaȝ datā ab aplo vt xxviij
di· de hijs in fine· idcirco miores or
dies alio die q̄ die ſabbati ↄferūt̄
maiores aūt nō niſi in die ſabbati
vt dictū eſt Reſtat vidē qd iur
ſit ſi quis ſine examinacōe fuerit

De temp ord.

ordinatus vel ſi in ſcrutinio ſuum
ſuppreſſit impedimentum. In pͦ
eñi caſu diſtinguo. Aut eñi eſt ig
notus aut not9. Item. Aut eſt al's
dignus Aut indignus. Si igno
tus. ⁊ alias dignus. eo tñ ipſo ꝙ
ſine examinacõe ſe patit̃ ordinari
ſe fecit indignũ. ⁊ debet deponi. vt
xxiiij di. c. vlt. Si ignot9 ⁊ indig
nus. tunc duplex cauſa depoſicõis
ſubeſt vna quia ſine examiacõe ſe
ordinari pmiſit vt dcm̃ ẽ Alia qꝛ
cũ ſciret ſe indignũ debuit i ordia
cõe ſua ꝓdẽ cmen ſuũ vl' impediñ
tum vt l. di. Ex penitẽtib9 Si v̊o
notus ⁊ dignus tũc in nullo pecca
tur Noti eñi examiandi nõ ſũt ar.
xxiiij di. null9. xl vij. di. d̊ petro xciiij
di. valde. tñ fallit in cõſecracõe i q̃
eciã noti examiant̃ vt xxiiij di. qui
epũs Sꝫ ſi notus ⁊ al's indignus
in cauſa depoſicõis exiſtit qꝛ cmen
ſuum vel defeñ occultũ debuit ꝯfi
teri vt ſ. dcm̃ eſt. Sed qd̊ dixi ig
notum ⁊ dignũ ſine examiacõe ꝓ
motum deponi debẽ. h̊ fit vl' i odiũ
ſui qui ſe fecit talit̃ ordinari. vl' in
odiũ ipſius q̊ ipſum talit̃ ordina
uit. ar. ad hoc lxx di. c. i. xvi. q. vij
decreuimus xxi. q. ij. c. i. ⁊ i. q. iiij i
eccleſia. vbi in odiũ cõſecratoꝛ di
citur ecc̃ia execr̃ta po cius ꝙ̃ cõſec̃ta
Item ꝙ dixi notũ ⁊ indignũ ſine
examinacõne promotũ in cã depo
ſicõis exiſtẽ. qꝛ cmen ſuũ non ſuit
ꝯfeſſus itelligo de graui cmie. ſec9
in leui ut lxviij di. c. i. Itẽ qd̊ dixi
ſupra. tales ſic promotos deponi
debẽ intelligo non p ordinatores
ſed p ſupiores. vt ĩ. de cle. ꝯiu. di
uerſis fallacijs in ſi. cũ ⁊ ipi ordia
tores ſint in cã depoſicõis qꝛ ſic or
dinauerũt vt. i. q. i. ſi q̊ epi. in aut̃
quo oportet cle. ad ordi. pdu. §. o
portet. vnũ tñ ñ omitto ꝙ ſi aliq̊s
tempore ſue ordinacõis ꝓpꝛium ꝓ
dat ipedimẽtũ ⁊. nichiloi9 ordina
tor ñ intendens diſpenſare ipm or
dinat. detecto poſtea impedimẽto.
ordiat9 ẽ deponendus. ⁊ eſt caſus
illi9 decreti lxxxi. di. ſi q̊s ſine exa
miacõe In ⁊ͦ caſu. ſ. cũ aliq̊s im
pedimẽtũ ſuũ in ordinacõe non ꝓ
dit. videtur eſſe in cauſa depoſicõis
nam quilibet in ordinacõe ſua im
pediñtũ prodere debet. vt xxiiij di.
quãdo ⁊. c. vlt̃ lxxxi di. c. Tant̃ et
c. quicũq3 viij. q. iij Artald9 in ſi.
Et eodem mõ quilibꝫ ꝯfiteri tenet̃
in iuẽ cmen ſuũ de quo agit̃ ſi fuit
ſup eo int̃rogat9 vt xi. q. iij q̊ſq̊s
xxxv. q. vi. ſi duo xv. q. vlt̃. c. i. et
plt̃. qd̊ hug̃. putat tam in ordina
cõe q̃ꝫ i iudicio Sꝫ i ordiacõe dix
it ſufficẽ ſi quis dicat in genere ſe
cmioſum et ſic petat diſpẽſacionẽ
Sed ſi ſpecialiter pro aliq̊ cmi
ne fuerit interrogatus reſpõdebit
ſe pniãm egiſſe. vel non reſpõdebit
nam ſpecialiter interrogare mag̃
videt̃ ſuggentis ꝙ̃ q̃rent ut ff. de
q̃omib9. l. i. §. qui q̃om. nõ obſtat
ei qd̊ ſupius dixi id qd̊ legitur de
pe. di. i. §. hiis auctib9. vbi dicit̃



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non tibi dico vt te prodas in publi
cum· q̄ȝ illud loquitur in penitente
qui non debet in publico ſe prodē·
ſecus in examiacōe ordinādi· in q̄
q̄s ſe ꝓdē debet· n̄ enī ſe ꝓdat non
poterit ſecū diſpēſari· et debet ſe ꝓ
dere corā pluribꝯ q̄ȝ prodē eſt i pu
blico dicere· vt ij· q· i· ſi peccauerit· ſic
enī epus non p̄t audire cauſam n̄
cum clericis ſuis vt xv· q· vij ep̄s·
ſic nec ſolus p̄t diſpēſare· qualit̄
enī quis ꝓbabit ſecum diſpēſatū
fuiſſe niſi corā pluribȝ factum fuiſſȝ
vt ē· de ſciſmati· c· firmitat· Alii di
cunt ꝙ nec in iudicio nec ī examia
cōe ordinādoꝝ tenet̄ aliq̄s ſe ꝓdē·
q̄ȝ ꝗ deꝯ occultat pcc̄m de quo ali
quis penituit vt xxxii· q· i· Apud
Et ſicut licitūȝ ē alicui redimē ſag
uinem ſuū qualitercūqȝ poteſt vt
ii· q· iij· ſ· notandū ff· de bonis eoꝝ
qui ante ſniāȝ mor· ſibi cōſti· l· i· ſic
et honorem ſuū· Circa qd̄ videtur
dicēdum ꝙ de occultis pcc̄is et nō
de enormibus de q̄bꝯ acta eſt pniā
non tenetur ordinādus in genere l̄
in ſpē cōfiteri· n̄ enī egȝ diſpēſacōe·
quia illa non deiciūt iam promotū
nec impediūt promouēdū vt no· s̄
e· ti· ſ· circa p̄mam regulā· vel ſiue in
ſpecie ſiue in genere q̄ratur· poterit
ſic r̄ndere· ſi h̄ de quo queritur cōmiſi·
vel ſi aliqua mortalia cōmiſ· penitē
ciā inde egit· Sed quid ſi in ſpecie
interrogatus p ſi· p aliq̄ mortali· n̄
dicat ordinādꝯ ſe cōmiſiſſe· q pniāȝ
non egiſſe· nūquid hec cōfeſſio ꝑiu
dicat ordinando· ut poſſit inde puniri·
videt̄ ꝙ ſic vt s̄· de e· ec· p iq̄ſicōeȝ·
et ē· d̄ excēſ· prela· ꝙ ſit graue veriꝯ
tn̄ eſt cōtrarium vt nō p̄iudicȝ niſi
in hoc ſolo vt non admittatur ad
ordinacōem· ut xxiiij di· quando in
ſi· ꝗ ar· ad hoc ē· d̄ excep· Demūqȝ ſ·
vlt̄ ē· de ord̄ cōg· cū dilcꝯ ff· de his
qui no· infa· l· lucius ❡ In ſūma no
tandū eſt ꝙ epūs conſecrari debet
a metropol̄ cum tribꝯ vel duobus
epis vt ē· e· ti· nec epꝯ ē· de ſac̄ vnc·
c· i· in pri· vel tres epi de mandato
metropol̄ hoc pūt vt lxiiij diſ· cōpui
ciales· metropolitanꝯ aūt cōſecrabi
tur ab oibꝯ ſuffrāganeis· ſi tn̄ oms̄
conuenire pūt ꝗ fiet cōſecracio in ciui
tate metropolitana· vt ē· e· ti· ſi ar
chieps̄· li· di· qui in aliquo ī ſi· lxiij
di· quia lxvi· di· Archiepiſcopus·
lxiij di· metropolitano· ꝗ idem intel
ligo in p̄matibus et pr̄iarchis· ſȝ
ꝯſuetis ita ſit de iurē· de cōſuetudie tn̄
optinet et ſic hodie ſuat generalis
ecc̄ia ꝙ nullꝯ Archiepc̄· p̄mas vel
pr̄iacha· cōſecrat̄ n̄ a pp· vel aliis de
mandato ipſius· et ar· ad hoc xxiiij
q· i· pudenda ſequitur· t· de ſcru·:·

❡ De ſcrutinio in or· fa·

Dictum eſt s̄ de ordinandis·
ſȝ quia ordinandi examian
di ſunt idō ſubicit̄ rubrica de ſcruti
nio in ordine fa· ❡ Videamꝯ igit̄
quid ſit ſcrutiniū· qn̄ fieri debeat·
Item p quos· Item que ſit forma

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcrutinij faciendi. ¶ Et eſt ſciendū
q ſcrutiniū nichil aliud eſt q exa
minacio. et io iura dicūt nemiem ſine
examinacōne ordinari debere ut no.
ē. ti. prox. §. reſtat ¶ Fieri aūt ha
bet ſcrutiniū feria qrta. an ipām or
dinacōez ut xxiiij di. qn ¶ Per quos
aūt debeat fieri no. ē. t. prox. §. nūc
videamus ¶ Forma ſcrutinij que
ſit videamus Et eſt ſciendū q du
plex ē ſcrutiniū. vnū qd habet an
ordiacōez vt ſupi⁹ dcm̄ eſt. aliud
de quo h tractat. forma pmi ſcru
tinij habet xxiiij di. quando epūs.
forma ſcdi habetur h. nā in rōna
curia por dyaconorū i alijs eccijs
maioēs dyaconi. i. Archidiaconi
dicūt. poſtulat ſcā mat eccia hunc
ſubdyaconū vel dyaconū ad onus
dyaconat⁹ vel pbrat⁹ aſſumi. et or
dinatore introgante ſi eū nouerit
eē dignū rn̄det dyacon⁹ ut h dicit
ē. c. vno et ex hac dec illud genera
le colligit. ſ. quemlibȝ pſumi eſſe
dignū niſi probet ɔ ſie ē. d preſūp
dudū ff. de manu teſta. l. teſtō ſer
uos ff. de lega. ij l. cū pater §. rogo
ē. de iud cū deputati ff. d fidei ɔmiſ
liber. l. thais §. ſorore. Sȝ ɔ pſuit
non ydone⁹ niſi probet ydone⁹ vt
. C. de hiis q uen. e. im. l. ij C. d pro
ba. l. ij ff. d magra⁹ l. i §. mgrātibȝ
Item in dubio preſūit q̄s excatus
vt ē. d ſen. ex. Cum deſidēs §. ſcde
et pocius preſūit fornicacō q iuri
vt xxx. q. v. c. alit et. c. nrātes. Do
lucō pmū generale ē et ſcdȝ caſuale
qd in caſibȝ ſupioribȝ locū habet
et maxime in hijs in qbȝ timet pi
culum aīe. vbi preſūi⁹ aliquem fo
re paganū vt de. cō. di. iiij. c. puu
los et. c. nulla ē. de bap. et e⁹ effec.
c. i. preſūi⁹ eccleſiam non ɔſecractā
vt de cō. di. i. ſollēnit et. c. eccē. pre
ſūimus n̄ ordinatum vt lxviii di.
pbrī et §. ſequenti.:

¶ De ordi. ab epō qui epi. reſig

In tractatu ordinandorū qui
precedit et ſeqtur int poit
rubrica. de ordinatis ab epiſcopo
qui reſingnauit epiſ. vel excato
¶ In quo breuit eſt diſtinguēd
an epūs renūciet loco tm̄. vel loco
et dignitati ¶ In pmo caū renun
cians epūs remanet. nulli⁹ tamen
epiſcopat⁹. et ideo ordines ɔferre
pt in ſua quondā dyoceſi. et in ali
ena de ɔſēſu tamē et voluntate dyo
ceſani loci In ſcd̄o vō caū nec mio
res nec maiores ordies cōferre pt
Si tamē aliqui minores ordines
a talibȝ recepūt neſcient. tollerāt
i ill. et ad maiores licite pmouēt
Sed ſi a talibȝ ſacros ordines ſci
ent recepint. execucōem officij non
habebūt Si ignoranter niſi craſ
ſa et ſupina fuerit eoꝝ ignorancia.
cum eis poterit diſpēſari. vt ē. e. t.
c. i. facilius autem permittitur
pontificalia excere ei qui ceſſit loco
tm̄. q ei qui ceſſit loco et digni
tati. Et eſt racio. quia i primo caſu

preſumitur quis ceſſiſſe ex debilita
te· vel ex alio iuſto impedimẽto vel
ſaltem cõtẽplacõis amore· In 2° no
ca ñ vixit' ex ↄſcia cĩuis rñſignare·
vt· ſ· ð renũc poſt trãſlacõez §. vlt·
q̃uis ſex ſint cauſe ꝓpt' q̃s cedendi
licẽa poſtulat' vt· ſ· de· renũc niſi cũ
pridẽ in p'n° ¶ Tolleratur aũt ſi ab
hijs qui renũciauerũt dignitati et
loco minores ordines ↄferãtur· q
eſt rõ que hic aſſignat'· q2 miores
ordies a ñ epis ↄferunt' pſalmiſta
t'· hoſtiariat' q lcõrat'· ſ· a corepiſ
olim· et ab abbatibꝰ hodie· ut lxix
di· c· · Itẽ pbr ↄfert pſalmiſtatũ
ut xxiij di· pſalmiſta· q̃dã tñ intelli
gũt illd dec' pſalmiſta nõ de ordis
collacõe ſʒ de ordis execucõe ſʒ hoc
ñ placet· q2 ibi dicit' q pſalmiſta
p't ſumẽ officiũ ſola iuſſiõe pbri ñ
dicit officij execucõez· illi aũt qui di
cũt ordiez pſalmiſtatus ↄferri ab
epõ· execucõez uo iuſſiõe pbri· moue
tur ex eo q fit in collacõe aliorũ or
dinũ· Nam q in alijs ordo ↄfertur
ab epõ q in ſignũ execucõis datur
ab eodem epiſcopo aliquid ordina
to qd in h' ordine non fuat' ¶ Sʒ
obicit' nullꝰ debet ſñ titulo ordiari
vt lxx· di· c· i· q ij Dʒ ſolꝰ epũs cõ
fert titulũ vt xvi· q· vij nullus· ad
qd Rño q2 h' loci hẽt ñ in mioribꝰ
ordinibꝰ ſʒ i ſacris· Et nõ q nouẽ
ſũt ordines quiqʒ miores q ñ ſac' q
tuor aũt maiores q ſac'· miores ſunt
pſalmiſtatꝰ· hoſtiariatꝰ· lectoratꝰ
exorciſtatꝰ· q acolitatꝰ· maiores ſt·
ſubdyaconatus· dyaconatꝰ· pbrã
tus· q epãtus· Alij vero dicunt vij
eſſe ordines· negant enim pſalmiſ
tatum et epiſcopatum eſſe ordies·
ſumunt hoc ex illo decreto· lxxvij·
di· illud· Sed q pſalmiſtatus ſit
ordo probatur xxiij di· pſalmiſta·
xxi· di· cleros xxxij· di· ſenati lxxij·
di clericum ẽ· de eta· et quali· q ordi
p'fi· Cum contigat· xxvij· q· i· ſi q̃s
epiſcopus· et ad decretum q p'mi
pro ſe inducunt ſic reſpondent· vt
q' ibi dicitur primo ſit hoſtiarius·
illud primo non reſpiciat preceden
cia ſed ſequencia· licet alſ primus
et proximus dicatur quem nemo
precedit· ut ẽ· de v'bo ſigni Joſeph
ff· e· ti· l· proximꝰ· de cõpati q ſit or
do probatur lxxvij di· c· i· ẽ de preſ
bi· non bap· mi· veniens xxi· di· c·
cleros liiij· di· ſi ſeruus in verbo
epiſcopalis ordo rẽ· q qd dixi preſ
biterʒ poſſe ↄferre ordinez pſalmiſ
tatus· intelligo de pbro prochiali·
ad quem ſpectat cura eccleſie et cõ
petencius in Archipbro vel pleba
no· Item intelligo hos poſſe cõfer
re in diebus dominicis et alijs feſ
tiuis ſicut i epõ dicitur· ſ· e· c· de eo
Et nota q' cum hijs qui ab excõicatꝰ
recipiunt ordines ignoranter· po
terit diſpenſari per ſuos epiſcopos
vt ẽ· e· ti· c· ij fiet autem hec diſpen
ſacio quo ad execucionem· excõica
tus enim et ſi caracterem conferat
q' habet execucõem quã nõ habet
ↄferre non p't vt· i· q· i· gracia q· c·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtatuimus .c. q. vij. d aybertum

## De Etate ⁊ q̄li. ordinandoꝝ

Quia dic̄e. s̄. de ordinandis nūc
dicendū eſt de p̄ficiendis. et qꝛ
in p̄ficiendis t'a requirūt̄. ſ. etas.
q̄litas. ⁊ ordo. idcirco ſbiāt̄ rubri
ca de eta. et q̄li. in ordie p̄fi. ¶ In
p̄ficiendo in ep̄m req̄ritur etas xxx
annoꝝ exacta et completa. vt. s̄. de
elec. Cū i cunctis i p̄mo r̄nſo. Sꝫ
videt̄ q̄ ſufficiat inchoata ſm qd̄
legitur ff. de mune et hono. l. ad reꝫ
publicā. Sed illud optinet i ſecu
larib' dignitatib' vel h̄ ē ſpeciale
in ep̄ali dignitate. vel diſtigue bre
uiter q̄ q̄n̄qꝫ fauor eſt in cā. vt in
vſucapione ⁊ tūc temp' inchoari
vt ff. de diuſ. ⁊ tempo. p̄. l. in vſu
capione. q̄n̄qꝫ odiū vt i preſcp̄cōe
xxx annoꝝ. Et tūc oꝫ annū impleri
vt ff. de acc. ⁊ ob. l. in oib'. q̄n̄qꝫ
vtrūqꝫ eſt in cā fauor ⁊ odiū. ⁊ tūc
ꝯputat̄ temp' de momēto ad mo
mētum vt ff. de mio. l. iij. §. mioreꝫ
In p̄ficiendo perſonatui vel ecc̄ie
p̄rochiali req̄tur etas xxv. ān̄orū
vt i e. decret̄ Cū in cunctis. §. inferi
ora. ⁊ in hoc caſu ſufficiat ſi quis ul
timū annū attigit vt ibi dicit. Sꝫ
obicitur q̄ preficiendi ſunt decana
tui. p̄poſiture. archip̄bratu. et ec
cleſijs p̄rochialibꝫ p̄bri fieri dēt
vt. ī. e. t. c. i. et. c. p̄terea. vel cē. vt
lx. di. c. i. ij. ⁊ iij. Sed p̄ſbit̄ eſſe ul'
fieri non p̄t niſi in xxxi anno vt in
ſequētibꝫ apparebit. ad qd̄ R̄n̄o.
q̄ in hijs de quib' proxime dictū
eſt tempus ſacerdocij artatū eſt p
dec̄ Cum in cunctis ⁊ ad hmōi pſon
tus aſſūpti. i xxv. ān̄o poſſint ⁊ ad
ſac̄docium p̄mouer̄i. cū illis pſōnib'
et regiminib' ecc̄iarū p̄rochialium
on' ſacerdocij ſit annexū. Hec ēca
etates preficiendoꝝ ⁊ ēca etates or
dinandoꝝ diſtigue. qꝛ Aut quis
ab infancia traditur milicie clerica
li. aut ē grādeuus q̄ poſtulat ordia
ri. In p̄mo caū a ſeptimo ān̄o uſqꝫ
ad duodecimū p̄t r̄cipere om̄s mio
res vſqꝫ ad accolitatū p' xij ān̄os
q̄n̄cūqꝫ recipiet accolitatū in xx ā
no vel in xxi. recipiat ſubdyaconā
tum. i xxvi. ān̄o dyaconatū i xxxi
p̄bratum vt lxxvij di. in ſingul'. q̄
cūqꝫ. ⁊. c. ſe. ꝯpius hodie in q̄buſd̄
tempus ſac̄docij ſit artatum vt ſu
pi' de m̄ ē In 2° caū. ſ. cū grādeu'
poſtulat ordiari. p̄t recipere ordies
hoc modo. i p̄imis duobꝫ ān̄is poſt
q̄ clericus fuerit recipiet om̄s mio
res. in reliq̄s q̄n̄qꝫ om̄s maiores.
ut lxxvij di. q̄cūqꝫ. diſpenſatiue tn̄
ꝓpt̄ nccītatē ecc̄ie poſſꝫ laic' grāde
uus r̄cipere omnes ordies infra an
nū ⁊ dimidiū. monach' vero p an
nū vt lxxvij di mōb'. Sed q̄uis
hec tempora tlīt ſint ſtatuta. epi tn̄
nr̄i t̄poris in clericoꝝ multitudie
gloriantes. pueros ad ſacros ordi
nes p̄mouēt. hijs i ſticijs n̄ ꝑuat̄.
vt. s̄. de t̄po. ordi. ul' n̄ ē ꝯpos. facit
h̄ nimia epoꝝ remiſſio. q̄ pompā

multitudinis querunt · et putant ex
hac turba aliquid ſibi dignitatꝭ
acquiri aut quibꝰ aliud pſtare nõ
põt ordines largiũť qꝺ tamẽ opor
tet diſtricta ſemp eẽ iudicij · ratũ ẽ
oĩne qꝺ magnum ẽ · vt lix di · ſi of
ficia ¶ Et eſt ſciendꝺ ꝙ ꝓpť defcũ eta
tis repellitur quis ab ordinaciõe ·
vt lxxvij · di · in veteri et ab electõe
vt · ſ · de elec · Cum in cunctis · ¶ Nos
oĩns ordies ꝯferre dꝫ epꝰ de ꝯſilio
ſuoꝝ clericoꝝ · vt xxiiij di · epꝰ · ma
iores ꝯferre debet in eccã epali · ar ·
lxxvij di · c · i · minores ĩ qlibꝫ eccã ſui
epatꝰ ar · lxxv di · ĩ palea qñ ¶ Epi ãt
ꝯſecrãtur vbi metropolitãꝰ elige
rit ut li · di · c · ulť · ĩ ſi · metropolitani
pmates ⁊ pñarche in ſuis eccñs
vt no · s · de tempo · ordi · in ſi · qꝺ in
telligo ñ necitas aliꝺ exigat ar · lxiij
di · qñto xxiij d · ĩ noĩe dñi · ꝑ ꝯſe
cratꝰ ab epõ hoſtieñ · qui in hoc vicẽ
metropolitani optinet et in ſua ec
cleſia ſi hoc fieri pt · alioquin ĩ qcũ
qꝫ ⁊ ex vrbem vt in · c · in noĩe dñi ·
¶ De forã ordinandi ſeu ꝯſecrãdi
epõs legitur xxiij di · epũs lxxv di ·
c · ĩ · de ſacra vnc · Cum veniſſent ·
de forma ordinandi alios clericos
legiť xxiij di · pbr cũ reliqs · c · uſqꝫ
ad · c · pſalmiſta ¶ Et ẽ ſciendũ ꝙ ſi
coñ formã eccẽ ordieť nichil agiť ·
ar · xij · q · ij ſine excepcõe xxx · q · v ali
ter de ꝯ · di · iiij · reuera · lxviij di · cor
epi qꝺ itelligo cũ omittiť aliquid
qꝺ eſt de ſubſtancia ar ĩ · de ſtatu
mo · Cum ad monſterium ĩ fine ĩ de

condic appo · c · vlť · xxxij · q · ij ſolet
queri · ſubſtancialia eni mutari nõ
põt in ſti · ꝺ hedi · q ab inteſta defe ·
ꝯ · nñ ff · ꝺ capite minu · l · ¶ Eas obli
gaciões · ſi gº vnũ de ſbalibꝰ omit
tatꝰ nõ valet qꝺ agitur · ar · xxxviij
di · qui ipis · et ideꝫ dico ſi diuidatꝰ
vt ſi vnꝰ epũs manũ imponat ⁊ ali
us epus vel ſimplex pbr benedic
cõem infundat vt xxiij di · qrundã
¶ Nã ſacmẽta eccleſiaſtica vnitatꝰ
ſunt ⁊ diuidi non debẽt vt de ꝯ · di ·
ij quia paſſus xxiiij · q · i · qz loquiť
¶ Sed hijs obſtare videť qꝺ ĩ eodẽ
decreto quorundaꝫ dicitur gdum
ſacerdocij vel leuitici ordinis quem
peruerſe adepti ſunt amittant ſcñi
reſpiciunt et non ius et quatenus
de fcõ adepti ſunt eatenus de facto
amittãt · que autem ſint de ſba or
dinum dubitatur · credimꝰ tamen
hꝰ ũ qui poſť ſup curiẽ conſecran
di vt xxiij di · epꝰ · fore de ſuba · ¶ Itẽ
numerꝰ ꝯſecrandũ nam metropoli
taꝰ cum duobꝰ epis ad minꝰ ꝯſecra
bit vt · ſ · de tempo · ordi · nec episco
pi ĩ · de ſac vnc · c · i · ĩ pñ · ľ tres epi ·
vt lxiiij di · cõprouinciales · lvi · di ·
porro ¶ Item ꝙ vnus ordinacionẽ
totam perficiat · nam ſi vnus par
tem ordinacionis faciat · et alius a
liam partem nichil agitur · ſicut
et ſi vnus baptiſandum imngat
et alter proferat verba vel ſi vnus
proferat partem illoꝝ verboꝝ Ego
te baptiſo ⁊c ⁊ alius aliaꝫ ptem
ſiciat et eciã nichil agitur cũ verba

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De etate et q̄li

canonis diuidunt᷑ · non ſic in hijs
que canonē miſſe precedunt vel ſe
quūtur que diuidi pn̄t · ⁊ ꝑ pulre᷑
explēi vt vij · q · i · nichil · Pʒ quid
ſi duo epi ſimꝉ ordiant ita ut vtqʒ
manū imponat vtqʒ oīa verba ꝓ
ferat · puto ordinem eundē ꝯferri ſi
mꝉ ⁊ ab vtroqʒ · ⁊ eodem modo di
co ꝯferri bapm̄ cū duo ſimul im̄
gunt · ⁊ ſimꝉ proferūt v̓ba · ſic dico
eādem ſnīām ſimul ⁊ a pluribꝫ fer
ri cū plures iudices uꝉ arbitri ſimꝉ
pronunciant ut · ff · de arbi · l · Itē ſi
vnꝰ · §. Itē ſi plures Vnccōeʒ aūt
non putamꝰ eſſe de ſubā et iō omiſ
ſa ſupletur vt ī̄ · de ſacra · vnc · c · i · i
pri · Itē ipoſicionē manus · vel ſi q̄s
pro cīſmate oleo ſuīt delinitꝰ ī̄ · de
ſacra · nō it · c · i · quidā tñ dixerūt ꝙ
in ordinacōe neccīā nō ē manus ipo
ſicio cū tactu corpali · ſed ſufficit ſo
la manus extēſio · ar · ad hoc ff · de
acqui poſ · l · ꝙ modo · ſed hoc ñ pla
cet vt ī̄ · de ſacra · ñ it · an · c · vlt · Itē
tēpus ordinacōis ⁊ etas ordināndi
non ſunt de ſubā vt no · ſ̄ · de tēpo ·
ord · §. i · in fi · Item qd̓ quis ordie
tur a ſuo epo nō eſt de ſubā ix · q · ij
lugdinē · ꝙ a latio non a greco or
dietur latinꝰ vt ſ̄ · de tēpo · ordi · cū
ſin ⁊ · c · ꝙ tñſlacōem Itē ꝙ quis
ad ſingulos ordines ⁊ ꝑ debitas iſt
ſticias tempoꝝ ordieť · ut · ſ̄ · de tem
po · ordina lrās · Item dubitať An
ieiunium ordinantis ⁊ ordinati ſit
de ſb̄a videť ꝙ ſic vt lxxv · di · ꝙ a
pribꝫ et idem videť ī alijs ſacramē
tis · vt non ꝯferantur ñ ieiunātibꝫ
uꝉ a priis ut lxviij di · reliq̄ de ꝯſe-
di · ij liquido et di · iiij vt ieiunij ⁊
c · vt epiſcopi · et maxime in ordie
hoc dicendum videtur ꝙ paulus
et barnābas apoſtoli ieiuni manꝰ
imponebāt ut lxxv · di · ꝙ die domi
nico · ꝙ ob reuerēciā ſacramentorū
eſt inductū · hug̓ tñ dixit ꝙ pran
ſus confert ordinem ⁊ pranſꝰ reci
pit et idem dicit in quolibet alio
ſacramento excepto ſac̄mento euc
kariſtie · qd̓ non credit ꝯficī · niſi
tm̄mō a ieiunis vt de cō · di · ij liq̄
do Sed b̓ · laur̓ ⁊ io · dicunt cont̓
rium ex eod̓ dec̄ nam ibi dicit̓ pꝰ
cenam dnīꝰ diſcipulꝭ corpꝰ ⁊ ſāg
uinem ſuū tradidit · q̄uis ibidem
ſtatuatur ne pñſꝰ conferat ā pñſꝰ
accipiat Item quid de miſſa nū
quid eſt de ſubſtancia ordinum ·
Rño · dubitať ⁊ iō in hoc ⁊ in alijs
q̄ in ordiacōibꝫ obſuari mādāť ·
nec conſtat An ſint de ſubſtancia
vel de ſolēpnitatibꝰ nec ꝑ aliqua
iura inuenitur ꝙ omiſſa ſuppleri
debeant · credendum eſt et hijs o
miſſis ordinem non ꝯferri · et ideo
iterandum nec tunc intelligitur
iterari · quia nec intelligitur itera
tum q̄ ambigitur eſſe factum
vt ī̄ · de pb̓ro non bap · veniens ·
lxviij di pb̓ri de con · di · i · ſolpni
tates Sed queritur de illo qui ꝑ
termiſſo aliquo ordine non tamē
ſacerdotali promouet᷑ in Epm · an
ordinans alios ꝯferat ordines · ⁊

eſt dicendum ꝙ ſic dũmõ ñ ꝯferat
illum ordinẽ quẽ nõ habꝫ qꝛ tunc
nichꝫ ageret vt·i·q·i·grã et q·vij
daybertum· de eo aũt qui nullos
ordines hñs celebrat dicem⁹ ꝛ̃·de
pbr̃o non or·miſ· Quid de muliẽ
nũquid ſi ordiet̃ recipit caractẽꝛ·
Rñ̃o nõ·impediente ſexu ꝛ cõſtitu
cõe ecc̃e·nam mulieres q̃uis docte
ſcẽ ac religioſe ꝛ eciam abbatiſ
ſe·nec p̃dicare nec benedicere·nec
excoĩcare·nec abſoluere nec pniãs
dare·nec iudicare·nec officiũ aliq̃
rum ordinũ pñt exercere·vt xxiij di·
mulier·ſacras xxiij·q·v mulierẽ
ꝛ̃·de ſẽ·ex·de monialib⁹·q̃uis ab
batiſſis obediã et reuerencia debea
tur·ꝛ ipſarum ſalubria monita et
mandata debeant obſuari vt ꝛ̃ de
ma·ꝛ obe·Dilecta Nam licet bea
tiſſima virgo dignior et excellenci
or fuit omnib⁹ apl'is·non tamẽ illi·
ſed iſtis dñs claues regni celorũ
ꝯmiſit·vt ꝛ̃·de pe·ꝛ re·noua·nec
premiſſis obſtat qđ legitur xxvij
q·i·dyaconiſſam ꝛ c·ſi q̃s rapuit·
iura eñ illa loquũt̃ de dyaconiſſis·
non que ordinem dyaconalẽ habe
bant ſed que int̃ alias moniales
prerogatiuã aliquã optinebãt for
te ẽca omelias in matutinis legẽ
das·Itẽ nõ obſtat xxxij di·pbr·
ibi eñ appellat̃ pbra quia pbral·
nõ ꝙ eſſet ordiata·ſed ordinati ſo
cia·vñ in ſequenti canone appellã
tur tales femĩe ſeniores vniuire vl'
mat̃ aire·i·matrone ecc̃ã habẽtes

ecclesie ſic dicitur matresfamilias
Sꝫ queritur an plat⁹ poſſit cogẽ
clericos inuitos ad ordines recipiẽ
dos·ꝛ certe quidã canões dicũt ñ
debẽ aliquẽ inuitũ cogi vt lxxiiij·
di·c·i·ꝛ ij·ꝛ c·ubi·q̃daꝫ vero dicũt
ꝯnũ vt lxxiiij di·ſi q̃ clerici et c·pla
cuit Item ẽca modũ cogẽdi eciaꝫ
iura variare videtur·alicubi eñ di
tur aliquẽ cogendũ p ſubtractiõeꝫ
bñficij vel dignitatis·vt lxxiiij di·
epõrũ·alicubi vero dicit̃ ꝙ minores
maiorib⁹ in ordinib⁹ p̃ferant̃ vt
ſic maiores ĩ dignitatib⁹·ꝛ p̃ores
in tẽpore·videntes minores ꝛ poſte
riores ad ordines maiores promo
tos honorẽ quem refugiãt appetẽ
cogãtur ꝛ queſtũ vt lxxiiij di·ꝯſu
luit·Prima diſcordia canonũ ſic ꝯ
ſueuit ad concordiam reuocari·ut
iura illa q̃ dicunt inuitũ non ꝯpelli
loquũtur in abſoluta coactiõe·alia
vero que dicũt inuitũ fore cogẽdũ
loquantur ĩ coactione ꝯdicõnali·
ſcđa diſcordia ẽca modũ cogendi
ſic ſedatur vt canon ille qui dicit
aliquẽ cogendũ per ſubtractionem
dignitat̃ locũ habeat cũ neceſſitas
exigit aliquẽ ordinari·Ali⁹ vero ca
nõ qui dicit ſic inuitos cogi debere
·ſ ut minores maiorib⁹ in ordinib⁹
p̃ferãtur intelligat̃ cũ vtilitas exi
git aliquem ordinari·ſed h̃ ſolucõ
impugnat̃ p decre·que loquũt̃ in
vtroqꝫ caſũ·ſ·neceſſitatis vel vtilitat̃
alt̃natiue·ꝛ tñ dicũt ĩ vtroqꝫ caſu
inuitũ cogi debere p ſubtractiõeꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nē loci· et bn̄ficij vt ꝗ· e· t· q̄ris· Ad
qḋ dicit p̄t diuiſas inueniri ccā ſ̄ꝫ pe
nas i iure· eit āt in arbitrio plati p̱
quē modū· ⁊ p̱ q̄ꝫ penā ꝯpellat ita tn̄
ut vna a principio ſit ꝯtēt⁹ ad alterā
nichilomi⁹ ꝓceſſur⁹· ſi ſ̄ꝫ meruerit
ꝓtinitas ꝯtumacis· ut ꝗ· ut lit̄ n̄ ꝯt
qm̄ frequēt· vel diſtigue plem⁹ cū
raymūdo· q̄ꝛ aliqn̄ vult ep̄us cogē
clericū ad r̄cipiend̄ ordinē annexū
bn̄ficiō uł dignitati q̄ꝫ habꝫ· aliqn
ad recipiendū aliū In p̄mo caſu
videlicꝫ cū clericū in Archidiacona
tū vult cogē vt fiat diacon⁹· clericū
in decanū· Archipb̄rm vel ꝑpoſitū
vel abbatem vt fiat pb̄r· poteſt p̱
ſubtractiōem illi⁹ dig̃tatis vel bn̄
ficij ⁊ ap· re· vt lx· di· inouamus ꝫ·
de elec· Cum in cunctis ꝗ· e· t· c· i· in
ſi· fallit tam̄ ſ̄ꝫ i vno caū· ſ· cū ſ̄n cul
pa ſua poſt electōem et ꝯfirmacō
nē Sꝫ ante ordinacōem incidit in
irregularitatē· ar· ad hoc in decret̄
Cū in cunctis i verbo illo ſi canōe⁹
non obſiſtāt· q̄ḋ tn̄ nō admittūt
huc caſū per decre ꝗ· e· c· i· in ſi· Sꝫ
illa itelligitur cū ſua culpa ꝯxit ir
regularitatē· ⁊ ſic n̄ obſtāt iura q̄
illi ꝯria aſſignāt ꝗ· de clerico egro·
c· i· ff· ſtatu· ho· l· q̄ fure ff· de poſtul̄
l· i· §· caſū lv· di· precepta In ſcd̄o
caſu cū vult aliquē ꝯpellē ad recipi
endū ordinē non annexū bn̄ficio
vel dignitati· ſubdiſtingue· quia
Aut nccītas vel vtilitas eccleſie exi
git aliquos promoueri ad ordinē
illum Aut nō· in primo caſu iterū

ſubdiſtingue· quia aut ille cleric⁹
excuſat ſe racōe cīnis qḋ ſe ꝯmiſiſ
ſe ꝓponit· aut racione alteri⁹ ipedi
menti qḋ ſe dicit icurriſſe· aut ſola
volūtate· ſi ſe excuſat racione cīnis
debet ep̄us promouere inferiores
ydoneos ad ordinem illum et ipſū
contradicentem remouere a bene
ficio qḋ obtīet in illa eccleſia· niſi
aliter ſit valde vtilis vel necī⁹ illi
eccleſie vt ꝗ· e· ti· queris ⁊ ſic p̄t in
telligi illud· c· lxxiiij di· conſuluit
Si vero excuſet ſe racione alteri
us impedimenti puta ꝓpt̄ infirmi
tatem vel aliud impedimentū tem
porale vel ꝑpetuū non proueniens
ex delicto ſuo· non eſt cogendus et
ſi cogeretur eſſet ei⁹ appellacō ad
mittenda· ſicut dicitur i tutore c⁹
legitima excuſacō non admittitur
vt ff· qn̄ ap· ſit· l· i §· ſi q̄s tutor· ſi
autem ſola voluntate clericus ſe ex
cuſet nullam aliam cauſam pretē
dens· niſi q̄ꝛ non vult debet ꝯpelli
app· remota per ſb̄tracōnē officij
et bn̄ficij ut lxxiiij· di· c· iij ⁊ iiij ⁊ ꝗ·
e· ti· q̄ris· ⁊ vbi non exigit vtilitas
vel nccītas eccīe n̄ debet eos cogere
inuitos ⁊ ſi faciat eſt puniendus vt
lxxiiij di· c· i· ⁊ ij et· c· vbi· dicitur
autem exigē vtilitas eccīe qn̄ eccīa
indiget aliquib⁹ miſtris ⁊ n̄ ſūt in
eccīa alij ydonei p̄t iſtū quē ep̄us
vult cōpellere· nccītas autē exigit
qn̄ eccleſia indiget miſtro ⁊ null⁹
alius eſt ydoneus in eccleſia p̄ter
iſtum quem ep̄us vult cōpellere

¶ Circa hanc diſtinctionem quere-
tur vtrum recipiat caracterē q̄ coact⁹
ordinatur ad h̄ dicas q̄ ſic ſi coac-
tio eſt ꝯdicionalis ar. lxxxiiij di. vbi
iſta. xlv. di. de iudeis. i. q. i. q̄d qui-
dam. nam in tali caſu eſt ibi volun-
tas ordinati ſaltem indirecta. vt
xv. q. i. merito Sed ſi fuerit abſolu-
ta coactio tunc nec caract̄ imprimit̄
ſicut nec in tali caſu cōfert̄ baptiſmus vt
ex̄. de bap. ⁊ ei⁹ effcū maiores. ar.
l. di. pbr̄os ex̄. de his que vi. met⁹
ve cā ſi. ſacris Sed nūquid ꝯtinē-
tenetur is qui ꝯdicōnali coactiōe
eſt ordinat⁹. videtur q̄ ſic ne al's
videat̄ ordo cōtēpni. ar. xlv. di. de
iudeis in fine. q̄z coacta volūtas ē
volūtas ut xv. q. i. meito. ⁊ h̄ maxi-
me ſm̄ illos q̄ dicūt votū ꝯtinēcie
fore ānexum ſacro ordini ar. xxviij
di. dyaconi lxxxiij di. Cum in p̄te-
rito. Ad hoc dicunt quidā q̄ talis
ꝯtinē tenet̄ nam licet non debuerit
cogi ad ordinē ſuſcipiēdū. ſuſcep-
tū tñ̄ eciā p coactiōem ſuuare tene-
tur p. c. de iudeis. Jo. dicit n̄ teneri
ſi metus vel coactio fuit talis q̄ poſ-
ſet cadē in cōſtantem virū al's ſic
vt ex̄. q̄ met⁹ cā platum et c. Cum
dil̄c⁹ filius. Itē q̄z integritas cor-
poris res voti eſt. nō precepti. ſua-
deri p̄t imperari non p̄t. vt xxxij. q. i
integritas et ꝯtinencia non debet̄
niſi voluntaria ut xxxi di. an̄ trieni-
um xx. q. iij preſens Pone ēgo q̄
nō tenet̄ ꝯtinere. quia talis met⁹
intuerit qui poteſt cadē in cōſtātē

virum. nunquid vtet̄ p̄uilegio cle-
ricali videtur q̄ ſic ſi velit viuē cle-
ricaliter ar. xxxij di. ſi qui vō ſunt
clerici. q̄d credo verum niſi penit⁹
tranſiret ad contrarium actū. vt.
lxxxiiij di. quiſquis. ꝟ aliter dicas
q̄ ſi pri⁹ habebat vxorē legitimā.
poterit illa vti ſine peccato. et
ſcd̄m hoc ſolue p̄cedentem queſtio-
nem. ſi tamen ipſa vellet ꝯtinē ⁊ ip-
ſe nollet non haberet p̄uilegium.
al's ſi ipſa nollet et ipſe vellet quā-
tum in ſe eſſet nam tunc haberet
priuilegium ſi viueret clericaliter
vt dcm̄ eſt ar. xxvij. q. ii multorum.
Si vero ante non habebat vxorē
legitimam tenetur p̄ciſe ꝯtinē ar.
illi⁹. c. de iudeis Quid ſi clericus
vult promoueri et petit ordinari.
prelatus autem nō vult. quia for-
te nouit eum ſecreto impeditū rōe
c̄mis nō enormis. R̄n̄o ſi ē cleric⁹
ſecularis monebit eum ut deſiſtat
a tali propoſito Sed ſi monitus
nichilominus inſiſtat. prohiberi
nō poteſt vel impediri vt. ex̄. de tem-
pori. ordi. c. ult̄. non enormis ideo
dixi. quia q̄d operatur c̄men medi-
ocre manifeſtum hoc opatur c̄mē
enorme occultum vt probatur ex̄.
de tempo. ordi. c. vlt̄ ⁊ no. e. ti. ſ.
circa. et idem intelligo cum prela-
tus nouit clericum impeditum vel
irregularem ex defectu. puta prop-
ter bygamiam vel defectum nata-
lium. quia tunc nec ordinabit nec
faciat ordinari Sed

De etate et q̃li

oppoñitur de corpore xp̄i qḋ maiꝰ
eſt omibꝰ ſacramētis vt de ɔ·di·ij
nichil·et tn̄ diſpenſator n̄ ꝓhibe
bat pingues f're·i·pccōres mēſaz
dn̄i manducare·ſed exactorē time
re mocat vt de·ɔ·di·ij non probi
beat·et dn̄s iude bucellā tradidit
vt de cō·di·ij ſcā et ·c· ſic iudas ·ſ·
die iouis ſcā cum precedenti die ꝓ
dicōem fecisſet vt de ɔ·di·ij liq̄do·
ad primum R̄n̄o illud locum hꝫ in
corpore xp̄i ad qḋ ſuſcipienḋ ſola
ɔtricio fc̄it habilē ut de ɔ·di·i·coti
die·ſecus in ordine ad quē nec per
acta penitēcia dignū facit ſi de cri
mie enormi agat̄·vt in predicto
§·ēca nō·ad ꝯm ſic h̄ fecit dn̄s q̄
ſupior eſt oi iuē cui dicī non p̄t cu
ra facis·qḋ tn̄ iḋ fecit ut nos iſtru
eret occultos pccōres p tolleracīā
ſuſtinē vt ij·q·i·vnꝰ in fi·ꝉ poſſuꝫ
ad vtrumqꝫ ſimꝉ reſpondē·vt di
cam aliud in ſac̄mentis ncc̄itatis ꝛ
aliud in ſacramētis dignitatis·ut
·i·q·i·§·ſed nōnḋ·ſic ergo dec̄ illa
ex l'raꝝ loquitur in clerico ſeculari
cuius pccm̄ n̄ enorme occultum ē·
notum tn̄ prelato·vel loquitur in
clerico qui petit ordinē rōe bn̄ficij
ꝉ dignitatis cui eſt ordo annexꝰ·ſe
cus ſi ius petendi non habeat vt·e
ti·de tempo·or·Ad aures·ꝉ dic ꝙ
illa loquitur in regulari qui cont̄
voluntatem ſui prelati forte ſcien
tis aliqua ſecreta commiſſa ipſius
promoueri n̄ debet·regulares enī
forcius ſunt aſtricti·ſuis p̄latis q̄
ſeculares vt xij·q·i·n̄ dicatis Itē
pone ꝙ Ep̄us vult aliquem ɔpellē
ad recipiendū ordinēꝫ ꝛ hoc facit
ꝓpter odiū et nichilominꝰ h̄ exigit
vtilitas eccē illum ordinari·nūq̄ꝫ
tenetur iſte recipē ordinē·videtur
ꝙ non quia Ep̄us non p̄t ſibi talit̄
precipē·ſ·ꝓpter odium vel aliam
cauſam inhoneſtā·et ſi ɔpelleret il
lum videtur ꝙ deberet deponi licꝫ
vtile eſſet illum ordinari ar·xlv
di·c·i·ꝛ c·Ep̄m ꝗ·e·ti·tuaꝫ·Credo
tn̄ ɔ̄rium qꝛ licet ep̄c ſic peccet pre
cipiendo·iſte tamē debet parere ex
quo non eſt malum qḋ precipitur
ymmo iuſtū ꝛ vtile eccē ar·xi·q·iij
quid ergo xxxiij·q·i·quid culpat̄
in fi·xxxiij·q·v·manifeſtuꝫ ¶ In
ſūma nō ꝙ ordiati ab epō alieno
ſine lrīā ꝓprij ep̄i non recipiunt or
dinis execucōem·vt·ꝯ·de tempo·
ordi·ꝙ tranſlacōem·qui autem ex
tra tempora debita ſe faciunt ordi
nari debent deponi·vt·ꝯ·de tem
po·ordi ſane·poteſt tamen propri
us ep̄us cū talibꝰ diſpenſare vt ꝯ
de tēpo·ordi·ɔſultacōni ¶ De qua
litate p̄ficiendoꝝ nō ampliꝰ hic ꝓ
ſequor qꝛ de ea t'ctaui ꝯ·de tempo·
ordi·vbi proſecutus ſum regulas
ap̄licas ¶ In ſumma tamen nō h̄
ꝙ cura vel regimen eccē prochialꝉ
minori xxv·ān̄i ɔmitti non p̄t vt
ꝯ de elec·Cum in cunctis·§·inferi
ora·nec obſtat ꝗ·e·ti·indecorum
Nam licet prohibeatur ɔmitti re
gimen eccē prochialis infra xiiij

annum non ſequit̃ ꝙ in xv· poſſet
ɔmitti· vel ante xxv· n̄ moꝝ probi
tas ſuppleret defcm̄ etatis ut lxxvij
di· c· vlt· Et de ꝑpoſi· ſacroſcimo· l·
ſciet ꝛ· l· vnicuiqȝ· vel in illa cum
incunctis oſtēditur quid de iuē cōi
fieri debeat· in illa inde coꝝ a q̄ an
no epi poſſint diſpenſare Itē plu
res eccias cleric⁹ habē n̄ debet vt
xxi· q· i· c· i· ꝛ ij· niſi in quiqȝ caſib⁹
Prim⁹ ꝓpter vnionem vt x· q· iij
vnio ꝗ· de reli· do· q2· Sc̄dꝰ ꝓpt
raritatem clericoꝝ vt xxi· q· i· cleri
ci· in fi· Tercius cū eccā eſt annexa
ꝓbende vel dignitati vt ꝗ· de ꝓben·
Extirpāde· Quartus ſi q̇s vnā ha
bet intitulatā et aliam ɔmēdatam
ut xxi· q· i· q̄ plures· Quit⁹ cū vna
dependet ex altera vt ꝗ· e· ti· Eam te
Dicitur āt vna eccā dependere ex
altā ſicut loquit̃ dec· de reli· do· q2·
ſic et due arbores vniūt̃ ſi iūcturā
habeant ſupra t̃rā vt ff· arbo· fur·
ce· l· ſi gemia arboꝝ ꝛ ſi ſic vn̄ eccā
ſubſit alti licȝ prelato vtriqȝ ꝑee
ita tn̄ vt in maiori reſideat ꝛ i mio
ri ſeruiat per vicarium ut ꝗ· de pre
ben· Extꝛpāde· Item ſi maioꝛ eccā
ɔſtruat aliq̄ꝑ mioꝛem in ꝓprio fun
do· nichil impedit eūdem ꝑeſſe vtri
qȝ ſcȝ maiori et miori nam ꝛ epiſco
pi diſpenſacōe vn⁹ ꝑlatus diuiſis
eccijs ꝑeſſe ꝑtut lxx· di· ſcoꝝ Itē
nota ꝙ q̄ reputat̃ dignus ad vnū
ordinē vel honorē non debet ad ali
um reputari indign⁹ vt ꝗ· e· ti· Ac
cepim⁹ lxxiiij di· geſta· i· q· i· xpc·

ar· ad illud ꝗ· de accuſa· nulli ꝗ· de
ſen· ex· in penā ff· de libera cā· l· q̄
ſciens ff· ad le· iul̄ de adul· ſi vxoꝛ
in ſi· ff· ſoluto ma· l· viro atqȝ vxo
re Sed ar ɔtrā ff· d̄ ſuſpec tu· l· iij
§· queri ꝑt· xii di· nos ɔſuetudinē·
xv· q· vlt· c· i· ꝛ· c· Si quis pb̄r·
xxxiiij di· lcōr et· l· di· quicūqȝ· cōa
hoc ſic puto fore dicendū ꝙ ſi ordi
nator illum quem ad vnū ſacrum
ordiem ordinauit p ſe examiauit·
ab alio repellere non pōt niſi forte
poſtq̄ꝑ promot⁹ fuerit reddiderit ſe
indignū· vt i decre· accepim⁹ ſec⁹
aūt ſi p aliuni examiauit· frequēt⁹
eīn Archidiaconus examinat ordi
nandos· vt no· ĩ· de tempo· ordi· §
nunc videamus

De ſacra· vncti

Dictū eſt ſ̄ de ordinādis ꝛ de
ꝑficiendis Sȝ q2 aliqui ex
ordinandis et aliqui ex hijs qui
preficiendi ſunt dignitatib⁹ iūngū
tur iō ſbicitur h̄ rubrica d̄ ſac vnc·
Videam⁹ igit̃ q̇d ſit vncio· q̄
et a q̄ iūgāt̃· q̇d ſignificēt vncio
nes· Itē q̇d opēt̃ Et ē ſciēdū ꝙ
duplex ē vncio exterioꝛ et interioꝛ
Per exterioꝛem viſibiliter corpus
inungitur per interioꝛem inuiſibi
liter cor inungitur· exterioꝛ ſigt in
terioꝛē· iterioꝛ autē eſt ſignificatū
exterioris· et ſignum inuiſibil̄ grē·
qm̄ vncio viſibilis agit et auget
ſi digne ſumatur vt hic in primo
reſponſo Eſt autem vncio q̇d ip
ſum verbum ſonat vt ff· iudica·

de · ſacra · vncti ·

ſol · l · iudicatum Criſmate qđ ex
oleo ⁊ balſamo ɔficit caput ⁊ ma
nus epi ɔſecrãtur Quid autez ſig
nificet oleũ quid balſamũ qđ vnc
tio capitis quid manuũ in littera ex
planant ¶ Vngitur princeps nam
in veteri teſtamento vngebant re
ges vt lxxv di · c · i · Sz tunc vnge
bãtur in capite ſed vnctio capitis
in brachiũ eſt trãſlata · vnde hodie
principes inungunt in brachio · hu
mero · vel armo · quid autẽ hoc ſigni
ficet in littera ɔtinetur ⁊ eſt ſciendũ φ
princeps oleo deliniť vt hic ſ · refert
Vnguit manus ſacerdotis criſmate
cũ ordinatur vñ oratio illa ɔſecrare ⁊
ſanctificare digneris dñe manus iſ
tas per iſtam vnctõez ⁊ per noſtrãz bene
dictionem · cõis eſt ⁊ epis ⁊ pbris
vt hic et xvi · q · i · ſ · hoc idez ecca fi ·
Vnũgtur ⁊ reges ut ĩ · e · ſ · qz vero
Inũgitur quilibz xpianꝰ bis ante
bapm ſcilicet oleo benedicto · pri
mũ in pectore deĩn inť ſcapulas · ⁊
bis pꝰ bapm ſcz criſmate ſcõ · primũ
in vertice deinde i fronte · criſmate
ãt ſignare munus epale eſt ut xxv
di · puenit · ⁊ pbrõs · d ɔ · di · v · omꝫ
de hijs · manꝰ · ⁊ c · nouiſſie · ⁊ lxviij
di · Quãuis · ẽ · de cõſuetu · quanto
¶ Quid ãt ſignificẽt iſte vnctões
ante bapm · ⁊ q̃ d ille que fiũt poſt
bapm · dicit hic ⁊ de ɔ · di · v · ſpẽ ſcꝰ
¶ Vngitur eccã cũ dedicat · altare
cũ ɔſecratur · calix autem cũ bñdi
tur vt ĩ · e · ſ · vngitur · ⁊ hec ɔſecra
tio eccleſie vł altaris fieri habet

cum miſſa ⁊ alijs ſolempnitatibꝰ
que leguntur de con · diſ · i · c · i · et ij
Sed qđ dixi · ẽ · paruulos bis in
ungi an̄ baptiſmũ et bis poſt bap
tiſmum Sed ãte baptiſmũ oleo ·
poſt baptiſmum criſmate · recipit
contrarium ex eo qđ legitur xi di ·
eccleſiaſticarum qđ · c · duobꝰ mo
dis obſtare videtur · primo quia
dicit φ ter inungitur puer · Sed
dico φ ter inungimus quos bap
tiſamus · vnde ter inũgimꝰ vſqz
ad baptiſmum · ſemel in ſcapulis ·
itm̃ in pectore · et hoc oleo ſcõ · tercio
in vertice · Et tunc criſmate et tem
pore baptiſmi · quarta autem vnc
tio fit poſt baptiſmum in frõte et
illa fit criſmate Scđo videtur
obſtare in eo qđ dicit ter iñgimꝰ
oleo cũ due tm̃ prime vnctões fieri
habeant oleo · tercia uo criſmate ut dic
tũ ẽ · ſed dico illud verbum oleo q̃
ad duas primas vnctões ſigni
cat proprie · q̃ ad terciã vnctionem q̃
fit in vertice impproprie Nam ponit
oleum pro criſmate ſicut econuer
ſo criſma ponitur pro oleo · vt
xxv · di · illud · Vnctio igitur prin
cipum patriarcharũ primatum Ar
chiepõrũ ſpectat ad ſũmum ponti
ficez · epiſcoporum ad metropolita
nos · ſacerdotum eccẽ altaris ⁊ ca
licis ac paruulorum ɔſignacio poſt
baptiſmuz reſpicit epõs · vnctio uo
paruulorum ante bapm ſpectat ad
ſimplices ſacerdotes · quid autem
iſte vnctiones ſignificent et quid

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

operentur ſatis hic in lr̄a declarat̄

¶ De ſacramentis non iterādis

Dictū eſt ſ̄ de ſacramēto vnc
tionis ſed quia q̄dā ſacramē
ta iterari non debent nam per itera
cōez iniuria fit ſacrament̄· q̄ p̄mo
collata ꝛ in foꝛ̄ eccīe nichil valcāt
vt de cō· di· iiij oſtēditur· i· q· i· qꝺ̄
quidā· iō ſb̄iūtur h̄ rubrica de ſac̄·
non ite· ¶ Videꝺ̄ eſt igit̄ quid ſit
ſac̄mentū· quid ſignū· q̇d ſacrificī
um· ꝛ q̇d miſteriū Sc̄d̄o q̄t ſint
ſp̄es ſacramētorū· Tercio quis ſit
eoꝝ effc̄us· Quarto que ſacramēta
pūt iterari ꝛ que nō· Quīto quare
ſacramēta fuerit inſtituta ¶ Quid
aūt ſint ſac̄mentū· ſignū· ſacrificiū
et miſteriū· probat̄· i· q· i· multi ꝺ̄
con di· ij ſacrificium et· c· ſignum
¶ Sp̄es ſacramētoꝝ ſūt due qꝺ̄
ſacramenta ſūt generalia ꝛ neceſſa
ria· quedā ſpecialia ꝛ voluntaria nō
¶ Generalia ꝛ necc̄ia ſūt que oīs
ꝯtingūt ꝛ oīb· ꝯueniūt· ꝛ ſine q̄b·
vix aut nūq̄ ſalus eſſe p̄t Et ſunt
quinq̄· Bapm̄us· Confirmacio· Eu
kariſtia· Pnīā ꝛ Extrema vnctio·
probant̄ hec de ꝯ· di· iiij nulla pre
ter bapm· de ꝯ· di· v· c· i· et ij· de ꝯ·
di· ij ꝛ ſi non frequēcius ꝛ̄· de pe· ꝛ re·
oīs vtriuſq̄· de pe· di· i· non p̄t q̄s·
xc v di· ſ. ſed iſtoꝝ· primū ē introeū
ciū vt bap̄s vnde ianua dicit̄ oim
ſac̄mentoꝝ ut xxxij di· ſ. veꝝ· ſc̄dm
pūgnanciū vnde dat̄ ad robur vt
de ꝯ· di· v· ſp̄c ſanctus· terciū eſt
progredienciū· vnde et viaticū
appellat̄ vt xxvi· q· vij q̄ recedūt· ſi
q̄s de corpore· de hijs vō· de ꝯ· di· ij
Iterat̄· Q̄rtū ē redeūciū nā redeūti
bus dat̄· vn̄ ꝛ ſc̄da tabula p9 naufra
giū appellatur ut ꝺ̄ pe· di· i· ſ· ſc̄da·
Quītū exeūciū· nā tm̄ exeūtibus de
hac vita ꝯfert̄ Hȝ magis ꝓprie hic
dicit̄ de baptiſmo qꝺ̄ ſit neccariū
q̄ ꝺ̄ alijs· q̄ i q̄buſꝺ̄ ut i pueꝝ nūq̄
ē ſal9 ſine eo· ſed i alijs ſic vt de cō·
di· iiij nulla· i adultis vero ꝛ diſcre
tis ſepe ē ſal9 ſine eo· et ſine alijs n̄
dico ſpretis ſed non receptis· vel
poſſ̄ȝ dici q̄ nec adultis ē ſalus ſine
bapo· veꝝ ē iſ̄ioꝛe· i adultis ūo req̄
rit̄ bap̄s interioꝛ i pueris ſufficit ex
terioꝛ ablucio Spālia ꝛ volūtaria
ſūt q̄ n̄ oīb· q̄ viuūt ꝯueniūt· ſȝ qui
buſdā cū q̄b· ꝛ ſn̄ q̄b· ſal9 ēē p̄t· ꝛ
ad q̄ null9 ꝯpellit̄ Et ē rō q̄ ꝛ ſn̄ eis
ſal9 ē· ꝛ ſūt duo· ſ· ordo ꝛ ꝯiugiū· iſ
toꝝ ſpāliū ꝛ volūtarioꝝ qꝺ̄ ſūt ſac̄
menta dignitat̄· ꝛ ideo grānus a
libi diſtinguit· ſacramenta quedā
necc̄itat̄· quedam dignitatis vt· i·
q· i· ſ· ſed notandum· dicuntur au
tem ſacramenta ordinis in plr̄ali eo
q̄ plures ſunt ordies· dignitatis
aūt dicitur uel quia a digniorib·
in ecc̄ia ꝯferūtur hoc eſt epis· vel
quia ad ordines non niſi digni ad
mittuntur· i· ſine crimine· ſine infa
mia· et ſine irregularitate· cum ad
alia oīs libius admittartur ¶ Et
eſt racio quia alia ſacramenta reci

de ſacra. no. itera.

ꝑiunt ſoies ꝓpter ſe tm̄.ſacramen
ta vero ordinū recipiūtur non ꝓpt
ſe ſolum.ſed ꝓpt alios.ut.i.q.i.§.
ecce cū ꝙ ad hec ſacmēta ordinis
et mīm̄ nullꝰ ꝯpellat ꝓbat lxxiiij
di vbi iſta xxx.q.ij vbi nō eſt cōſē
ſus ꝫ.de ſpōſa.Cū locū Sit et alia
diuiſio ſacmentoꝝ queď ſunt in ꝗ
bꝰ ꝯfertur grā ut.i.q.i.ꝗcqd ut ſt
ſacmēta ordinis ꝉ neccitať.queď ſt
in ꝗbus grā non ꝯfertur vt ſūt ma
trimonia ſiue cum ꝯtrahunť et ob
hoc in eoꝝ ꝯtu precia intuemiunt
vt xxxij.q.ij honorant et cōdicōes
peciiarie vt ꝫ.de ꝯdi.appo.de illis
ſiue cum cōfirmantur vt xxxij.q.ij
ꝯnubia ¶Effectus ſacramētorū ē
vt talia ſint accipiētibꝰ qualia coꝛ
de et ꝯſcia accipiunť vt.i.q.i.§.ec
ce cum hoꝰ declarauit.ut de ꝯſe.di.
ij et ſcā maľ.nam non penitentibꝰ
ſacramenta dari non debent ut xcv
di.illď.qď itelligo de peccatis ma
nifeſtis.nam ꝓpt occulta non pūt
aliqui ſacramēta negari.ij per āmo
ni ōez ſecretā uľ publice in genere
factam vt de ꝯ.d.ij nō prohibeat
¶Notum ergo ſeptem ſacram̄to
rum queď ſūt reitēabilia queď nō.
Tria ſunt ꝗ ſm oīm̄ iterari nō pūt
.ſ.baps.ordo.et confirīcio.de p̄mis
duobꝰ probatur.i.q.i.qď quidā i
pri Et eſt racio quia per reiteracōez
fit iniuria ſacmentis ut in pri° dixi
et probať.i.q.i.ſacramenta.de ter
cio vero ꝓbatur de cō.di.v.dem̄ ē
nobis.⁊c.de homie.Alia uo ꝗtuoꝛ

reiterantur vt in m̄.vt xxxi.q.i.ape
riant.⁊ c.ſequētibꝰ.Eukariſtia
vt de ꝯ.di.ij cotidie et c.⁊ ſi nō fre
quencius.Pniā ū ſolempnis.ut ď
peni.et re.oīms vtriuſqꝫ ſexus.nō
ſolempnis iō dico.quia ſolēpnis ū
iterať.eſt em̄ ſacramētaľ.vt.l.di.
in capite.et iō ū reiterabiľ vt.l.di.
ꝗuis.de peni di.iij ꝗuis.niſi ꝯria
ꝯſuetudo alicubi uigeat vt de peni
di.iij §.ex perſona.ſimiliť et extre
ma vnctio reiterať.nā cū ſit medici
na corporis ⁊ aīe.videť ꝙ adueniē
ti morbo apponi poſſit ⁊ debeat me
dicina ⁊ hoc ꝓbatur xcv di.illud.
quidā tū dicūt ꝙ nec iſta ꝗtuoꝛ rei
terātur.nā in ſcdo ꝯiugio bn̄dicto
nō repetiť vt ꝫ.de ſ.cū.nup.vir āt
Itē non eadem hoſtia iterū bn̄dici
tur et idem in oleo infirmorū Si
militer pniā que cum ſolempnitate
imponitur non repetitur.mouētur
aūt ex eo ꝙ canon dicit ſimpliciter
ſacramentū non iterari.ne per reite
racōem iniuria fiat eis vt de cō.di.
iij oſtenditur Si quid igiť omiſ
ſum ē in ordine ū eſt iterādū ſꝫ cau
te ſupplēdū ē qď icaute ſunt pretmiſ
ſum vt ꝫ.e.ti.c.i ⁊ vltio lij di.ſolli
citudo ¶Reſtat videē ꝗre ſacmēta
ſunt inſtituta.ſatis ei ⁊ ſū eis pote
rat dn̄s ſaluti hūani generī ꝓuidē.
Rūo tribꝰ de cauſ īſtituta fuerūt.
ꝓpt hūiliacōem.erudicōez.⁊ exer
citacōez.hūiliacōez vt cū hō rebus
ſenſibilibꝰ ⁊ inferioribꝰ ſe reuēnť
ſbiat.ex hac obediēciaꝫ magī apď

deum mereamur· ꝓpt̄ erudicõez vt
per illud ꝙ foris in ſpẽ viſibili cer
nitur·ad inuiſibilem virtutem ſac̄
mentoꝝ agnoſcendã erudiamur·
ꝓpt̄ excitacõem quia homo ociosꝰ
eẽ non debet· q2 cū ociū ꝛ voluptas
arma ſint hoſtis antiq̄ ad irrẜas
aīas captiuandas vt·s̄·de renūc
n̄ cum pridem ·§· vm·et alibi· Ocia
ſi tollas piere cupidinis arcꝰ ¶Itē
alibi q̄re egiſtus q̄re ſit fcꝰ adult·
ī promptu cā ē deſidioſus erat ·vn̄
Jeroꝰ facite aliquid opis vt te in
ueniat dyaboluꝰ occupatum· vt de
ↄ·di·v·nūq̄·ꝓponit̄ ei vtil̄ ꝛ ſalu
bris excitacō in ſacramētis · p quā
vanam ꝛ noxiā ociositatem decli
net ¶In ſūma nōnō eſt ꝙ pena
iteratis bapm̄ eſt vltimū ſuppliciū
ſm̄·ll·ut·C·ne ſcm̄ bap·ite·l·ij ¶Dz
ei q̄ ſcitatem baptiſmi gemiat pen̄
depōis iponitur tamq̄ indigno ſa
cerdocio ut·C·e·t·l·i·illi aūt qui ſpō
te fuerit iteꝝ baptiſati ul̄ ↄdicōna
liter coacti·promoueri nō poſſunt·
et idem intelligo ſi ignoranter ꝛ cū
poſtea cū ſciuerit ratuz hn̄t· ¶Itē
ſi ab hereticis ſciēt ut·l·di·ↄfirmā
dū·i·q·i·ventum in ſi·ꝛ·q·vij q̄ in
q̄libꝫ ꝛ·c·conuenientibꝰ ¶In habi
tu tamen clericali debent iſti viuē ꝛ
ſic retinebunt priuilegiū clericale
vt lxxxi di·dem̄·de ↄ·di·i·dem̄·q̄
aūt ignorant ſunt rebaptiſati ſic
freq̄nciꝰ fit de infantibꝰ vel coacti·
abſolute poſſūt promoueri ſm̄ q̄ſ d̄
de ū·re·ſm̄ alios ꝙ tuciꝰ ē dispē
ſacõe epī ut·i·q·iiij placuit·d̄ vtriſ
q3 habet̄ de ↄſe·di·iiij eos quos·
ↄdicit vehemēt̄ de cō·di·iiij q̄ bis·
vbi dicit̄ ꝙ ſi ignorant ē aliq̄s re
baptiſatus n̄ indiget pniā· ꝛ tn̄ ē
irregularis et promoueri non po
teſt ¶Sed illud dictū fuit olim o
dium rebaptiſanciū·vel de mag
no rigore vel de ignorancia iuris q̄
non excuſat in talibus· Et q̄ dem
eſt in rebaptiſato intelligas in re
ordinato et reconfirmato ar·lxviij
di·c·i·de ↄ·di·v·dēz

## ¶De filijs preſbrorum·

Dictum eſt·s̄·de ordinandis·
ſed quia ordinandi impedi
untur varijs ex cauſis·inter quaſ
vicium originis preſtat impedim̄
tū io videamus de filijs pbrōrum
ordinandis vel non ¶Dicendum
eſt igitur q̄ cauſa prohibicionis·q̄
circa tales diſpēſacio adhiberi poſ
ſit ꝛ quis cū eis valeat diſpenſare
¶Cauſa prohibicōis eſt triplex·
dignitas · et excellencia clericalis
que turpibus et infamibus con
mitti non debet vt ī·de exceſ prela
inter dilectos ·C· de dignita ·l·
neq3 famoſus ·C· de infami ·l·vna
ꝓpter quam dignitatem lex dina
prohibuit ſpurios manſeres et
hmōi turpes perſonas intrare ec
cleſiam vſq3 ī decimam generacio
nem vt · s̄ · de elec · Innotuit ī·
qui ſi · ſunt le · per venerabilem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deteſtacio cīmis pn̄ti qd̄ plerum
qȝ deteſtamur in filijs et pūnius
temꝑaliter vt vi·q·i·ex ·C· adle
uel ma·l·ſi quis cū mulierib' ꝗ·de he
re·vergentis Et ē racio qr magis
pūnīūt parētes in filijs ꝙ i ſeipis
vt ff·ꝙ metus cauſa·l·iſti quidem
Tercio qr filij ſolēt eē imitatores
pn̄ti vicij ux̄ illud ſepe ſolet ſt̄is fi
lius eē patri vt·vi·q·i·§·verū lvi·
di·ſi gens·vel tales nō promouēt
quaſi maculati et dehoneſtati icōti
nencia patrū·ſicut dehoneſtat' ma
rit' de incōtinēcia vxoris·ut xxxiii·
di·ſic' xxxij·q·i·in cōiugio·ſicut de
honeſtatur quis ex cōctu ancille· vt
xxxiiij di·ſi quis viduā· Et ꝙ dixi·
ſpurios nō admitti ad dignitates
intelligo eccleſiaſticas· nam ad ſe
culares dignitates admittunt' vt
ff·de decu·l· ſpurij et·l· generaliter
·§· ſpurios Item qd̄ dixi filios
pūiri pro delictis parentum caſua
liter locū habet alias generaliter
cōīū obtinet·nullū enī delictū pn̄s
innocenti filio pene eſſe dȝ vt ff·de
decur·l·ij §·nullū·ff·de penis·l·cīmē
·i·q·iiij nullius vt ꝗ·de hijs que fi·
a ma·par·ca·que ſunt·C· de penis·
l·ſcimus· Itē ꝙ dixi filios ſacerdo
tum ꝓmoueri non poſſe· intelligo
de filijs in ſacerdocio uel in ſacris or
dinib' parentum ſuſceptis Cete
rum ſi quis ex legitimo mr̄io geni
tus ſuerit·ꝙuis poſtea pater eius
ad ſacros ordines ꝓmoueat'·ꝗ de
mū ad ſacerdociū ꝗ etiā ep̄atū acce

dat· filius ei' legitim' libē pōt ad
ſacros ordines ꝗ dignitates eccle
ſiaſticas promoueri in alijs eccleſi
is non in ea in qua pat' p̄fuerit vel
preeſt·nam in ea n̄ pt niſi ſimplex
bn̄ficiū obtinē vt ꝗ·e·ti ad hꝰ·cano
nicatū autē obtinē non pt vt ꝗ·
e·ad abolendam·hꝰ obtinet in filio
illegitime nato ꝗ maxime i ſpurio
vt in lrā eiuſdē decre· ad abolendaȝ
Sȝ mgr̄ Ray i ſūma ſua ſcꝑſit
cōīū·dixit enī ꝙ legitim' filius ſac
dotis pt de iurē habē canonicatū in
eccleſia in q̄ p̄fuit pat' uel preeſt·
p illam ad hꝰ·ſed ſpuri' ſacerdotis
non ut in decre· Ad abolendā ꝗ qd̄
ibi dicit· maxi· ſpurios· expoſuit
maxime·i·tm̄ ſȝ hꝰ n̄ placȝ·qr ſpurij
neduum in eccl̄ijs p̄ris· ſȝ neqȝ in
alijs ꝓūt canonicari d' iurē· Vnde ex
empla illa de ſummis pontificibus
ſuſceptis ex ſacerdotib' q̄ ponūt' lvi
di·in pn̄·ſic intelligo·ſ·de hijs qui
in laycali ſtatu·vel in minorib' ordi
nib' parentū ſuſcepti ſunt·qn̄ pa
rentibus ſuis vti vxorib' licebat·
ſec' poſt ſacros ut xxxi di· Ante te
mp̄·xxxij di· placuit et c· ſenatum
in ſi·lxxvii di·cp̄c·vnde ſuſcepti ex
legitimis mr̄ijs ſed poſt ſacros
ordines p̄rm·promoueri n̄ poſſunt
vt ꝗ·e·ti·lrās Circa filios ſacer
dotū et alios illegitime natos diſ
penſatur aliqn̄ ipſo iure aliqn̄ per
hōem· ipō iure p ingreſſum religio
nis vt ꝗ·e·ti·c·i· lvi di·c·i· ingreſ
ſus enim religionis tollit ingrati

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tudinem vt xix·q·vlť non liceat·ꝛ
mōchatus oēm maculam abſťgit
vt in autñ de mōch in pñ·ita tñ ut
prelacōez nullaten⁹ habeant ut ꝗ·
c·i· Quidā tam̄ dicūt qꝫ non ipſo
iure diſpēſatur cū talibus ꝑ ingreſ
ſū religionis Sȝ prodeſt eis reli
gio ad diſpenſacōez facili⁹ obtinē
dam ar·l·di Si ille·lv di·priſci⁹·
ſicut fauore religionis inductū eſt
vt per abbatem diſpēſeť cū religi
oſo qui añ religionē ordines furti
ue ſuſcepit vt ꝗ· de eo qui fur orð
ſuſ·cū h·lator·ꝛ cū eo qui ante reli
gionē i excōe ſuſcepit ordinem·
per ignoranciā iuris·vel ꝑ facti ob
liuionē·ut ꝗ·de ſē·ex·cū illoꝝ Sȝ
qꝫ p̄mo dixi veri⁹ eſt Per hominē
adhibeť diſpenſacio circa tales·ꝛ
triplex·aliqñ magna·aliqñ maior
aliqñ maxima·magna vt ordineť
i ecc̄ijs alijs a p̄mis ar·a ōno ſhu
ꝗ·e·ti·pñcū·maior i p̄mis·media
tñ intueniente pſona vt ꝗ· e·ti·ex
tñſſimiſſa·maxima vt in p̄mis ad
mittanť i mediate vt ꝗ·e·ti ex tua
Sȝ licet h̄ diſtinccō ingrālis ſit ꝛ
antiq̄·patiť tamē calūniā in me⁹
mēb⁹ qꝛ decre·extñſſimiſſa videť lo
qui i filio ſacerdotis legitimo·q̄ ð
iuē cōi admittitur ad illū pſonatū
quē pať habuit media intuenien
te pſoñ·Saluo nichilo⁹ decreto
remanēte qꝫ ſucceſſionē in ecc̄ia dei
hereditariā deteſtať·q̄ꝛ locū habȝ
cū media pſona nō intedit·vnde
nō de diſpēſacōe loquiť ſed de iuē

cōi vt dcm̄ eſt· media autē pſona
tollit impedim̄tū et facit vt liceat
alicui habere perſonatum vel eccle
ſiam q̄ꝛ vel quam pater habuit·
quia varietate ſucceſſionis vicium
aboleť·ut·i·q·i· Cito·ij·q·i·i pri
mis ff·de hereð ꝛ ac·venð l·vendi
tor Et nota qꝫ ſiue pater habuit
perſonatum filius immediate ha
bere non poteſt vt ꝗ· e·ti·qm̄·ſiue
pater habuit vicariam·filius im
mediate habere nō p̄t·ut ꝗ·e·ti·ad
extirpandas· Sed ſi pať habuit
perſonatum·filius vicariam habe
re non p̄t vt ꝗ·e·t· michael·vel ecō
uſo ſi pater habuit perpetuā vica
riam·filius immediate perſonatuȝ
habere non poteſt·vt ꝗ·e·t· ꝯſtitu
tus Et rō quia perpetu⁹ vicarius
curā hȝ ecc̄ie c⁹ vicari⁹ exiſtit ut ꝗ·
de officō vica·Ex p̄te tua·vnde ha
bens vicariā perpetuam aliam ha
bere non p̄t·vt ꝗ·ð offi·vica·proui
deas ſ̄·de reſcriptis poſtulaſti·vñ
ꝑetu⁹ vicari⁹ q̄i ius hñs i ecc̄ia·
vt ꝗ· de fide inſtru·ꝫ·ꝑꝑetu⁹ ām̄o
ueri ſine cā nō p̄t·v· ꝗ·de offi·vica·
ad h̄·ſicut ꝛ emphiteota qui ad ñ
modicū tēp⁹ ꝯducit ius habet i re
vt ff·ſi ag̊ vecti·vel emphi·l·i·et
ulť ff·ð ſupficiebꝫ l·i·§·ꝑ ait· Sť
ēgo due ꝓhibicōes in hoc tractatu
vna de filijs ꝑ broꝝ ñ ꝓmouendis
Alia qꝫ filij ñ aſſumāť ad ea p̄res
immediate habuerūt Circa p̄mū
impedimentū diſpēſať aliqñ per
ingreſſum religionis·aliqñ per

De filijs presb.

bōem diſpenſatur cū talib⁹ ī ſeculo
remanētibꝰ ut ꝯ̄ e·t· vemēs ꝛ·c· ex
tranſmiſſa· n̄ ei inuenit̄ prohibitū
epis ēca ordies ꝛ ſimplicia bn̄ficia
cū talibꝰ diſpēſare· vn̄ itelligit̄ eis
pmiſſū vt ꝯ̄ de ſē·ex·nup· hodie tn̄
cū talibꝰ in dignitatib⁹ ꝛ pſōtib⁹
et ī bn̄ficijs curā aīaꝝ habētibus·
n̄ niſi p ſe· ap· diſpenſat̄ vt ꝯ̄·e·ti·
c· vlt̄· et maxime in epatu vt ſ̄ ·de
elec· innotuit· lvi· di· ap̄lica ꝛ·c· de
nomanen̄ et· c· quia ſimpliat̄ Cir
ca aliud impedimētū dixerūt qui
dā ꝛ ſcpſit Ray· in ti· hoc· ꝙ epi et
archiepi diſpenſare poſſunt p hāc
dec̄ ꝯ̄· e· ti· ex tua in q̄ reſpondetur
ad ꝯſultacionem loq̇tur ēgo de iuē
cōi· ꝛ ſic diſpēſacio que p epm ebo
racen̄ facta exiſtit de iure proceſſit·
Sed ſalua reuēncia dicenciū et ſcri
ben̄· n̄ ſic intelligo· pmo ſi hoc mō
dec̄ illa intelligat̄· multū erratur·
Nam in ꝯſultacōe illius dec̄ nō agi
tur de diſpenſacōe facienda vel nō
facienda· ſed de iam fcā· n̄ reuocan
da· fuerat ei diſpenſatū cū aliq̇b⁹
auc̄te lrāꝝ dn̄i ꝑpe in qꝛibꝰ genera
liter dicebat̄ poſſe filios ī patnis
eccl̄is ſuſtineri· quos ꝓbate vite
et ſane ꝯuſacōis Archiepūs idem
agnoſceret· vel quos longo tēpore
illas tenuiſſe ꝯſtaret· dubitatur āt
an per lrās ſpāles con̄ quoſā ex ill̄
obtētas cū q̇bus iam fuerat diſpē
ſatū· diſpenſacio facta reuocari de
beret· ꝛ dicitur ibi ꝙ non· ſic nec ſe
mel fcā remiſſio reuocatur ut xxiij·
q· iiij· Si illic· nam bn̄ficiū manſu
rū eē debet vt in aut· ꝯſti· q̄ de dig
nitatibus· ꝟ· illud quoqꝫ coll̄ viij ꝛ
deus multiplicat et cumulat ſue li
beralitatis dona non reuocat vt de
peni· di· i· qn̄tumlibet· ꝙ autem nō
liceat archiepō vel legato nedum
epō diſpenſare cum filijs in eccl̄ijs
quas pr̄es eoꝝ nullo medio habu
erūt vt ꝯ̄· e· ti· dilc̄⁹· nec mirer̄ de hͦ
nam talis diſpenſacio eēt ꝯ̄ ap̄lm
ut viij· q· i· ap̄lica· et· c· ex tn̄ſmiſſa
ꝯ̄· e· quia ſcūariū dei iure nō conue
nit hereditario poſſideri vt ꝯ̄ de iſti
c· ad decorem Et eſt ſciēdum ꝙ hͦ
ꝓhibicō ſcd̄a de qua dcm̄ eſt in· ꝟ·
ſunt igitur locū habet eciam in fi
lijs legitimis clericoꝝ· vn̄ errauer̄t
illi hodie q̇ ſcpſerūt ſublatā eē diſ
tinctōeꝫ hāc· vtꝝ pater imediate
ul̄ mediate ecclīaꝫ habuerit ꝓxime
vel n̄ proxīe in eccl̄a miniſtrauit· qꝛ
vt dixerunt hodie qualiter cūqꝫ va
ries non licet niſi ſolo ro· pontifici
cum filijs cl̄icoꝝ diſpenſare in pſo
natibus dignitatibus et in benefi
cijs curaꝫ aīaꝝ habentibꝰ p decre·
ꝯ̄· e· ti· c· vlt̄· Sed certe dec̄ illa
locum habet in filijs cl̄icoꝝ ꝛ alijs
non legitime natis· Sed in filijs
legitimis clericorum locum habet
pmiſſa diſtinctio dum queritur·
an filius poſſit habere eccl̄iam cuiꝫ
pater habuit· cꝫ autem inquirit an
media interceſſerit pſō vel n̄· vt ſcia
tur an ꝓhibicō de ſucceſſiōe hedi
taria obſtat vel non obſtat vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſupius dcm̄ eſt ꝛ ꝓbaẜ ꝗ. e. ti. ad
extirpandas De hac ſcda ꝓhibi
cõequentẜ An extẽdatur ad nepo
tes. ꝛ videtur ꝙ ſic. quia filiorum
noĩe nepotes ꝯtinẽẜ. vt ff. de verbo
ſigni. l. liberorum. ff. ad macec. l.
filiū. puto autem contrariū nam h̄
de pena agiẜ. ꝛ iõ ſignificacio filiorū
reſtringenda eſt nõ amplianda. nā
lex dicit ꝙ ſenator nõ poteſt ducẽ
in vxorem filiam illi⁹ qui vel que
artẽ ludicram exercuit. pt tn̄ ducere
neptem ff. de ritu. nup. l. hoc capite
et ar. lvi di. dn̄s Quid ſi quis ne
get ſe filiū ſacerdotẜ ꝛ aſſerat ſe fili
um alterius ex legitimo mr̄io⁰ ſuſ
ceptū qualiẜ hoc probabit cū diffi
ciľ ſit filiacõis probacio ff. de ꝯd. ꝛ
dem̄ l. luci⁹. Rn̄o. probatẜ filiacio
ſi appareat aliquẽ natū eẽ ex hijs
q̄ inmaliẜ ſūt ꝯiūcti. nā fili⁹ ẽ quẽ
nupcie demonſtrāt ut ff. de i ius vo.
l. q2 mr̄. vľ ꝓbaẜ fili⁹ ex affcū ut ꝗ.
de preſump afferte. ii. q. vi Ad rõ
nā. C. de moffi. teſta. l. ſi mr̄ ꝗ. q̄ ſi.
ſunt le. tn̄ ſmiſſe. ꝛ ſtatur hijs ꝯiec
turis donec ꝓbeẜ ꝯrīī. C. de proba
l. non nudis. C. de teſti. l. neqꝫ ꝓfeſ
ſio. ff. de moffioſo teſta. l. ſi iſtitu
ta. §. i. C. de herẽd iſti. l. ſi pr̄ Quid
ſi qs nat⁹ ſit d̄ dampto coitu. p⁹ ea
pr̄ ducit mrẽm iſti⁹ i vxorẽ. nūq̄d
de iure cõi potiẜ ꝓmoueri tāꝙ legi
tim⁹. ad h̄ dicas ꝙ ſi pr̄ potuit illā
habẽ legitimā vxorẽ tpe ꝯcepcio
nis. q2 nullū ſberat ipedimētū ꝛ p⁹
ea duxit eā legitimā vxorẽ. legitīa
t⁹ ẽ fili⁹ āttea genit⁹ p ꝯn̄s inīm. ꝛ
ita ſuccedet i hereditatẽ tāꝙ legi
timus et ad õnes act⁹ legitimos
admittetur. qd̄ verum credo eci
am ſi mr̄ poſt filij natiuitatem nu
bat altri. demū eo mortuo ꝯtrahat
cum prẽ filij. vľ econuerſo pr̄ ꝯhat
cum alia. qua mortua ducit matrẽ
filij in vxorem. et hoc dico in fauo
rem prolis. p iura inferius allega
ta Sec⁹ ſi ꝓpter impedimentum
aliqd̄ non poterat eſſe matrimo
niū inẜ ipſos parentes tempore ꝯ
cepcionis. quia tunc licet poſtea
ſublato impedimento. ducat illā
poſtea in vxorem. non legitimabi
tur proles vt ꝗ. qui filij ſunt legi.
Tanta. in auẜ quib⁹ mod̄ na. effi.
le. ẽca pri. colľ vi. qd̄ tamen in pri
mo caſu dixi talem legitimatum q̊
ad oīs actus legitimos. excipi
unt quō dignitatem epālem. ad
quam ꝓmoueri non p̄t ſine ſpāli
diſpenſacõe dn̄i ꝑpe. hoc eciam dix
it rai. per dc̄. ſ. d̄ elec. innotuit ẽca
pri. ſm̄ vnā lcūram Sed cum il
lud verbum qd̄ olim erat in illa de
cre et qd̄ illud innuẽ videbaẜ ſm̄
vnam lcūram. hodie ſit deciſum hoc
dicẽ non placet. erat enī in textu i⁹
decre. talis lrā. ꝙ mater elcī infra
q̄dricnīū a natiuitate ipſi⁹ elcī nūm
nõ ꝯxit. dicebant quō verum eẽ cū
patre elcī qui virginitatem mrīs
ꝑripuit. q̄i ſurti ꝯxit. ẽgo p⁹ q̄driẽ
niū vt inuit lrā illa. ꝛ tamẽ electio
illius tāꝙ illegitime nati caſſaẜ

De filiis presb.

Sz cū hodie ꝑticula illa sit de illa
dec. decisa ꝑ illaȝ dec. h̄ sinā teneri
non p̄t. poss̄ tam̄ ꝑ alia iura iuuari
nam ꝯsiliū requirit ꝙ ꝓmouēdꝰ
i ep̄m sit de legitīo m̄rīōio natꝰ
vt. s̄. de elec. cū in cunctis. is aūt q̄
ex dampnato coitu nascitur. et si
postmodū int̄ parētes m̄m̄ subse
quat̄. nō est ꝑ hoc ꝯsilio satisfcm̄.
Item dispēsacio generalis ad ep̄a
tus l' archiep̄atus nō solȝ extēdi.
vt. ī. de ꝯcel. preb̄e. c. dilectꝰ filius
Sz et si ꝯriū dicat̄ nō displicet. ne
fauor m̄rīj restringat̄ Sz si in h̄
cau̇ subsit ipedimētū nūquid p̄t ꝑ
archiep̄m dispensari. vt sicut ep̄ꝰ
int̄ suos subditos dispensat. ita ⁊
metropolitanus dispens̄ int̄ suos
ēca etatē m̄iorem. ut. s̄. de eta. ⁊ q̄.
in ordie p̄. c. preterea. Itē cū filijs
sacerdotū vt. ī. e. ti. veniēs. cū corpo
re viciat̄ ut. ī. d̄ cor vicia. de pbrō.
et cū adultis ⁊ alijs c̄iminosis vt. ī.
de iud̄ At si clerca. Rn̄o c̄p̄iuris h̄ ea
dem possit metropolitanꝰ ēca suos
subditos. nō tn̄ hoc p̄ot ēca illos q̄
sūt ꝓmouendi ad dig̃tatē ep̄alez.
si irr̄res l' illegitimi sint. q̄m epoꝝ
seu maioꝝ negocia l' iudicia rōno
sūt pōtificī reſuata. ut s̄. d̄ tn̄sla. p̄
la int̄ corporalia x viij di. m̄l'tis in
fi. Itēȝ q̄d si sacerdos gn̄et filiū de
vxore legitīa cū q̄ m̄m̄ ꝯ̄xerat i lay
catu l' ꝯstitutꝰ i m̄ioribꝯ. nūq̄d eit
legitimus filiꝰ. scꝑsit mg̃r rayn̄
ꝙ sic maxime si vxore ꝯ̄dicente vel
ignorāte ꝙ vir ad sacros ordineꝰ
ē ꝓmotꝰ. ⁊ h̄ dix̄ duplicī rōe fauo
re ꝓl. ⁊ qꝛ culpa parētū n̄ dȝ nocē
filijs huiusmodi de m̄rīōio legi
timo natis xx viij di. dyaconi xxvij
q. ij multoꝝ sed c̄te h̄ n̄ placet nā
dec̄ scꝑta est in h̄ cau̇ que dicit talē
taliter susceptū ex ꝑmissiōe in cle
ricū ordinari vt. ī. e. t. lr̄as Nec ob
stat si tu dicas iste natus est de vi
ro ⁊ vxore ergo ē legitiꝰ. ē̇go a ꝓ
mocōe non excludendus. qꝛ ⁊ si de
viro et vxore susceptus ex damp
nato tn̄ coitu ē procreatus. coitꝰ
enī ille violat professionē ⁊ cōtinē
ciā ordini anexam vt xxviij di. dy
aconi lxxxiiij di. Cum in preterito
Item non obstat illa rō ꝙ culpa
parētū nō dȝ filijs obeē. nā culpa
parētū nocet origini filiorū. vt. ī.
de clādesti. despon. Cū inhibicō. et
bona fides parentū ꝑmo ꝑentis ꝓ
dest vt. ī. q̄ fi. sunt le. Cū int̄ iohan
nē. ⁊ c. ex tenore. debȝ igit̄ sic natꝰ
q̄ ad ordines ⁊ dignitates ꝓ ille
gitīo r̄putari. eo ꝙ de dāpnato coi
tu ⁊ ꝓhibito ꝓcreatus. qꝛ cū vir
de assensu vxoris sue ad sacros or
dies ꝓmouet̄. seq̄strato mansiōiꝰ
cubiculo non debent amplius cō
misceri vt. lxxii di. episcopꝰ. ꝑm
mo alteri nubere non potest vxor
post mortem viri ut xxxij di. sena
tum in fine et. xxviij di. quia sunt
culpe An āt i ordiacōe mariti suffi
ciat ꝯsēsus vxoris l' req̄rat̄ ꝯuersio
dicā ī. d̄ ꝯuꝰs ꝯiuga. fateor tn̄ ꝙ cū
isto taliter nato benignꝰ agendū

ē ꝛ facilius diſpenſand̄ q̄ cū alio
male nato. Et q̄ dixi delictū paren
tū nocere filijs. quo ad originē ve
rū eſt. Itē nocet quo ad penas tē=
porales vt no. ṡ. e. t. ṡ. deteſtacō. n̄
tn̄ nocet quo ad deū. qꝛ filiꝰ non
portabit iniquitatē pentū. nec filij
bonitas excuſat maliciā pentū vt
lvi. di. nū q̄ naſci. Sꝫ malicia pa
rentū induat preſūpcōez ꝯtra fili
os. vt lvi. di. ſi gens anglorū. et
ecōuerſo malicia filiorꝝ induat p̄
ſumpcōez ꝯtra pentes. vt vi. q. i.
q. ri crimē. xxxvij. di. legāt. Sed
quid ſi diſpēſet cū aliquo illegit
time nato vt ad clericatū ꝓmoue
ri valeat. videt̄ in ſolis minoribꝫ
ordinibꝫ diſpenſatū vt xxxiiij. di.
l cōr. ar. ff. de le. iij. l. nūmis ꝗ. de cō
ſang. ꝛ affi. q̄ dilecto. ſꝫ ꝯtra. ff. de
cōſti. pn̄. l. vlt̄ ꝗ. d̄ dona. Cū dilcūs
et ṡ de reſcptis olim. Preterea no
men clericī qd̄ hic ponit̄ generale
eſt. ꝛ ſupius ad oēz ordinē. vt xi.
q. i. de pſona xij. q. i. duo. puto hoc
p̄uilegiū reſtringendū. eo q̄ odio
ſū cū detrahat iuri cōi. vt. ff. de lib.
et poſtu. l. Cū qd̄ ꝗ. de ꝯſang. ꝛ af
fi. q̄ dilcō. Itē quid ſi diſpenſat̄
cū aliquo vt ꝓmoueat̄ ad oīs or
dines nūquid videt̄ diſpenſatū in
dignitatibꝫ ꝛ p̄laturis. ꝛ i hac qōe
idem videt̄ dicendū qd̄ dictū eſt i
premiſſa. nam cū diſpenſat̄ cū ali
quo in vno. non videt̄ in alio diſ
penſatū. vt xij. di. Nos ꝯſuetudīez
Quid tn̄ in hijs ꝛ in ſimilibꝫ qōe

nibꝫ diſtinguūt. qꝛ aut p p̄uilegi
um clericī fit alteri nullū vel modi
cū p̄iudiciū. Et tūc largiſſima faci
enda ē interp̄tacō. dū tn̄ interp̄ta
cio non excedat metas iuriſdictio=
nis interp̄tantis. ſꝫ ſi p p̄uilegium
vel idulgenciā enorme p̄iudiciū al
teri generet̄ tūc eſt iterp̄tacō reſtri
genda. vt ꝗ. de p̄uil. porro ꝛ. c. re=
cipimꝰ. Itē quid ſi cū aliq̊ illegit
time nato diſpenſatū fit q̊ ad or=
dines ꝛ bn̄ficiū. nūquid noie bn̄
ficij intelligā pſonatū vel reginē
ecc̄e prochialis Rn̄o non ſi ab epō
vel archiepo diſpenſacio facta fu
erit quibus expreſſe non licet in ta
libꝫ diſpēſare. vt ꝗ. e. t. c. vlt. Sꝫ
ſi a ꝑpa facta fuerit diſpēſacio in=
telligā noie bn̄ficij diſpenſatū in
prebēda. vt ꝗ. de p̄ben. ꝓ illorꝝ ṡ d̄
eta. ꝛ qua. in or. pre. Accepimus.
non tn̄ in eccā collegiata in qua p
electionem ſolet prouidei de recto
re. vt ꝗ. de preben. c. vlt. Ceterū
ſi que eccleſie ſunt non collegiate
et ſine patronis vel cum patronis
et is pro quo ſcribitur fuerit pre=
ſentatus. puto tales eccās genera=
li vocabulo bn̄ficij cōprehendi. et
idem intelligo ſi preter diſpēſacio
nem ſcribatur pro aliquo vt ei pro
uideatur in aliquo bn̄ficio ꝯpeten
ti. nam talis int̄pretacio facienda
eſt ſicut ſupius dictū eſt ¶ Item
quare epꝰ poteſt diſpenſare cum
cōmittētibꝫ crimina ab adulterio
et citra. non autē cum pacientibꝰ

defcū. Rūo facilius abolet irregu
laritas prouenies ex crimie ꝙ ex de
fcū. nam crimen delet ꝑ pniām non
defcūs. vel alit nam maior est irre
gularitas ꝓueniēs ex vicio origis
ꝙ illa que ꝓuenit ex delicto nā pri
ma prouēit ex natura. scda vō ex
accidēti. naturalia uō imutari n̄ pos
sūt ut no. ḡ. de eta. ⁊ qua. in or pfic
c. de forma. Item q̄ritur de eo qd
supra dictū ē ꝙ nō licet epis dispē
sare cū illegitime natis in bn̄ficijs
habentibꝰ curam Que bn̄ficia di
cātur habē curā Rūo illa quibꝰ h̄
insunt corrigē int dicē suspēdē. ex
care absoluere ⁊ queđ alia vt ḡ. d
elec. dudū. nā hec medicinalia sūt a
nimarꝝ vt ij. q. i. multi xi. q. iij. Cū
aliquis x. q. i. relata cū seq̄ntibꝰ ca
p̄lis An āt legitimati ad actꝰ eccias
ticos videātur legitimati ad secula
res notabꝰ ī. q fi. sunt le:

De seruis non ordinan.

Dictum est ḡ. de filijs pbrorꝝ
ordiandis vel non ⁊ sic actū
est de impedimēto originis nūc a
gitur de ipedimēto odicōis. Seruilis
eīn odicio cleicalē n̄ capit honorē.
vt liiij di admittūt ⁊ ꝓptea subse
quēter subiciat h̄ rubrica de suis n̄
ordiandis et eorꝝ manumissione
Videndum est igitur circa pimaꝫ par
tē rubrice qualit sui possint ordia
ri. quid sit si sine manūissione fue
rint ordiati. qualit sui iudeorum
valeāt liberari. Circa sc̄am pte
videdū est qd sit manumissio. vn̄
hꝫ originem. q̄s possit manumittē.
et q̄lit Sciēdū ē igit ꝙ nullus
suꝰ sui ꝑuati corporē. siue eccē pt or
diari nisi ꝑus mañ mittat vt liiij
di. c. i. ij ⁊ iij ⁊ rō huiꝰ probibicōis
est duplex. suil vtilitas. et cleical
dig̃tas. ut in preall. c. admittūt.
Si sine manūissione sui fuerit or
dinati frequenciꝰ reuocat in serui
tutē. freq̄nciꝰ id dico qz aliq̄n suꝰ
ordiatus liber efficit ⁊ sic nō reuo
cat. aliq̄n remanet suꝰ ⁊ a dn̄o re
uocatur. ⁊ ꝓptea distingue Aut
seruꝰ ordiat sciēte dn̄o. aut igno
rante. Si sciente ⁊ nō cōndicente
lib ⁊ ingenuus fit. nec distinguo i
quo ordie fuit ordiatꝰ. vt liiij di.
suus. Si vero ignorāte domino
ignorantibꝰ eciam ordiatore ⁊ pn̄
tatore tunc ordinatus reuocat in
seruitutē ⁊ reddit dn̄o. ut liiij di.
nulli ex antiquis. ⁊ h̄ est verꝝ si fue
rit in minoribꝰ ordinibꝰ ordiatus.
subdyaconꝰ autem factus dabit
vicariū. sic ⁊ dyaconꝰ. cū hodie sb
diacōnus sit sacer ordo. licet sm il
lud c. Ex antiquis reddi dn̄o iubē
tur qn̄ nō erāt sacer ordo hodie secꝰ
vt supra de tēpo. ordi. A multis ī.
e. ti. miramī. Sed si vicarium da
re nō possit. reddetur domino. tam
subdyaconus ꝙ dyaconus. presbi
ter autem factus i peculio mulcta
tur vel seruiat domino quodāmō
in diuinis obsequijs vt liiij di. ex

antiquis· freq̄ns· monach⁹ fact⁹
euadit iugū ſuitutis vt liiij· di· ſi
ſeru⁹· Ceteꝝ ſi ſciente ordinatore
vel pn̄tatore fuerit ordiat⁹ manet
liber in quocūqȝ fuerit ordie· ⁊ p̄
ſētator ſeu ordiator debȝ dn̄o da
re duo mancipia vt liiij· di· Si ſ
u⁹· ſed eis nō habētibꝫ vn̄ ſoluāt
ordinat⁹ reddit̄ dn̄o ſm̄ diſtincti
onē ſupiorē· ſm̄ quā pb̄r non red
dit̄· ſȝ in peculio mulctat̄· dyaco
n⁹ et ſubdyacon⁹ aut vicariū da
būt aut reddent̄ dn̄is ſuis· mino
res autē clerici p̄cīſe reddent̄ dn̄is
Et nota ꝙ in hijs caſibꝫ in quibꝫ
dn̄s hȝ ius repeti di ſeruū ſuū ordi
natū· poterit reuocare uſqȝ ad ān̄ū
tm̄ ⁊ non vltra vt liiij· di· Si ſu⁹
et cōputat̄ ille ān⁹ ſm̄ lau· ⁊ Ray·
q̇bꝫ aſſencō a tpe ſcie dm̄· ar· xvij·
q· ij·· Si quis incognit⁹ in fi· ſm̄
hug· a tpe ordiacōis clerici· Itē
nota ꝙ nō q̇libet manumiſſus or
dinari p̄t· vn̄ ecca manumiſſos ſeu
libtos ſic diſtingue Aut ē libert⁹
eccē aut p̄uati· libtus eccē p̄t ordi
nari q̄uis ecca que manumiſit re
tineat ius pr̄onat⁹ in manumiſſo
quo ad hoc vt nō iniuriet̄ eccē· nō
acuſet nec teſtificetur in ill̄a· alio
quin reuocet̄ in ſuitutē· vt xij· q·
ij· dyaconi· viij· q· i· c· ep̄s qui mā
cipiū liiij· di· qui ex famul̄ ꝗ· e· c· de
faul̄ ⁊ quo ad alia in quibꝫ libti
eccē ſpāliter ſūt obnoxij· ꝙ in lib
tis p̄uatoꝝ non cōtingit· nā ꝓpter
opas nō preſtitas reuocant̄ in ſer

uitutē liberti eccē· vt i· c· dyacōi·
ſec⁹ in alijs libertis vt· C· de liber
li cā· l· ſolo obſequij· Item aliud
ſpāle ē in hijs libertis qꝛ filij eoꝝ
ſūt obnoxij eccē· vt xij· q· ij· de liber
tis· ſec⁹ in alijs· vt· C· de lib· ⁊ eoꝝ
lib· l· i· ⁊ ij· Itē terciū ſpāle ꝙ libti
eccleſie tenent̄ ſuire eccē nulla eis
opa impoſita· vt xij· q· ij· dyacōi
et· c· libti· ē ⁊ quartū ſpāle ſm̄ q̊ſ
dā· nā libti eccē ordinati i eccā bo
na collata eis in alios trāſferre nō
pn̄t· vt ꝗ· e· t· de famul̄ Sȝ ↄtrariū
obtinet in libtis p̄uatoꝝ vt iſti·
de ſucceſ· lib· §. Sȝ ↄtra· Sȝ poſſet
rn̄deri ad decre· que loquit̄ in bo
nis collatis cōtemplacōe eccleſie·
al̄s ſecus vt xij· q· iij· c· i· ⁊ ij· vel lo
quit̄ i clericis nō hn̄tibꝫ ↄgnatos
al̄s ſec⁹· vt xij· q· ij· ep̄s qui filios
vel loquit̄ in hiis que manumiſſi
ſūt ea ↄdicōe vt p⁹ mortē eccleſia
pr̄ona ſuccedat in totū· alioq̇n ne
dū res ſed ⁊ pſonas pn̄t eciā inuita
eccā q̄ manumiſit ad alia loca trāſ
ferre vt ꝗ· e· t· Eo libeci⁹· libt⁹ aūt
priuati in quo ius pr̄onat⁹ retinet
manūmiſſor ꝓmoueri nō p̄t vt liiij
di· q̄cūqȝ· Et notab ꝙ p̄lat⁹ eccē n̄
p̄t manumittē ſuū eccē· n̄ deberit
eccē duos ſuos eiuſd meriti ⁊ pecu
lij vt xij· q· ij· ep̄s q̄ mācipiū An āt
ſu⁹ māumiſſus ⁊ ordiat⁹ i eccā a
q̄ extiterit manumiſſus poſſit eccāȝ
illā deſerē· ⁊ alteri in diuinis offi
cijs deſuire· ſtand eſt diſtinctioni
dec ꝗ· e· eo libencius· Item cum

priuata pſona manumittat ſuum
ſuū ordinand̄ i clericū · ꝑt h̄ i manu
miſſiōe impōnē maūmiſſo vt ſibi
dicat horas canonicas · et ſi ſic im
poſuerit tenet̄ ad hoc ordiatus · ꝙ
ſi in ſupbiā elat⁹ non fecerit · potit
degradari vt ī · e · ti · nullus · liiij di·
ſtinctiō ꝙ c · q̄ciq̄ʒ Quid tñ addūt
de ꝯſēu epi poſſe imponi al̄s n̄ · nec
obſtat ſi c ꝓponat̄ ꝙ in collacōe r̄i
ſacre l' ſpūalis ꝯdicio appōi n̄ dēt ·
q̄ꝛ manumiſſio eſt res ſpūalis · vel
al̄s ⁊ ſi in ordinacōe h̄ apponat̄ ꝯ
dicio uiciū non induāt · eo ꝙ ē ēca
opas ſpūales · vnde ipa ꝯdicio in
telligitur ſpūalis ⁊ ſic n̄ ē viciosa
vt · s̄ · de elec · ſignificaſti ī · e · Eo li
bera⁹ ī · de preben · ſignificatū · q̄d
tamen dixerūt ꝙ ſine aliqua impō
ne manumiſſ⁹ ⁊ ordinatus tenet̄
pſtare domino ſuo h̄ ſpūale obſe
quium de oīs canēdis · alioqui po
terit degradari · nō tñ in ſeruitutē
reuocari · vñ clauſula q̄ ponebat̄ i
hac dec̄ · nullus in ſi · ſm̄ vetēm ꝯpi
lacōeʒ illa ſi ⁊ ſuus fiat dñi ſui ſb
lata eſt · viſū ē eñ ꝯpilatoribꝫ h⁹
volūis abſurdū eē ꝙ maū miſſ⁹ iā
in pbr̄m ordinatus ꝓpt hāc ing̃
titudīnē in ſeruitutē laycā reuocet̄
vt no · s̄ · in diſtinctōe Aut ſeru⁹
Dʒ quid ſi dñs ſeruū vendicʒ quē
dicit ſe inuito ⁊ ignorante ordina
tum fuiſſe vbi h̄ cā ſtatus aget̄ ·
videt̄ ꝙ remitti debeat ad locum
vnde aufugit vt · C · v̄ cā ſtatus · l ·
ij Et hoc verū eſt ſi eo tēpore qñ fu

it ordinatus erat i poſſeſſione ſui
tutis · al̄s ſi eāt in poſſeſſione liber
tatis ibi cā ſtatus aget̄ vbi degit
q̄ ꝯuenit̄ vt · C · vbi cā ſta · l · iij ⁊ h̄
aūt · An ſit fugitiu⁹ · an n̄ · an erat i
poſſeſſiōe ſuitutis ā libtatis qñ ex
titit ordiatus āget̄ ⁊ finiet̄ anq̄ꝙ
cā ſtatus iniciū ſumat · vt ff · de lib
ali cā l · liberis §. vlt̄ · ⁊ l · igit̄ § · gº
ꝑt · ver⁹ puto in hoc caſu hāc cāʒ
de q̄ agitur de reuocando clerico de
ſtatu clericali i ſtatū ſeruilē i foro
ecc̄ie illius in q̄ ē clericus ordiat⁹
agi debē · et puto ſyndicū ecc̄ie ei
qui ꝯuenitur debē aſſiſtere · cedit ei
ad ignominiā ecc̄ie cū clericus re
uocat̄ ad ſtatū ſeruilē · ſic cū reuo
cat̄ ad curialeʒ vt li · di · deſignata
et deponēdus eſt reuocatus āteq̄ꝙ
reddatur vt liiij di · nulli Itē q̄ri
tur q̄re ſeru⁹ alienus cōſec̄tus red
ditur dño · ⁊ n̄ res aliēa ⁊ conſec̄ta
ut xiiij q · ult̄ ꝯpim⁹ · Rñō q̄ꝛ in re
bus inaīatis non ꝑpendit̄ dol⁹ ſʒ
in hoīe ſic Item q̄ꝛ in rebꝫ inaīa
tis ꝯſecratis · cōſecracio eſt i ſupfi
cie · et ideo non debet a manu ꝓpha
na tractari · Dʒ in hoīe eſt anima
que tangi nō poteſt vt xxxij · q · vij
licite · Nūc videndū eſt de ſcda
pte rubrice · ſ · quid ſit maūmiſſio ·
vnde habuit origiem · ⁊ quis poſ
ſit maūmittē · ⁊ q̄lit · Maūmiſ
ſio ē libtatis dacio nā q̄ꝙ diu q̄s in
ſuitute ē · manui ⁊ poteſtati ſuppo
ſitus ē · ⁊ maūmiſſ⁹ libat⁹ ē a ma
nu et poteſtate dñi ut iſti · de libtis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in p̄n. ¶ Habuit āt manumiſſio ſ̄m quoſ̄d originē a iure gen̄cii̅. vt cū antea vno cōi noīe oīs hoīes appellarent. iſto iure tria genera hoīm eſſe ceperūt ſcz liberi ꝛ hijs ↄ̄ rium ſerui. vt. i. di. Jus autē natura le. ius gen̄cii̅. xij. q. ij. cū redeptor. et terciū gen⁹ libtini q̄ deſierūt ēē ſui. vt inſti. de libtinis in p̄n. Alij dicūt ꝙ ſuit⁹ ſumpſit originē ab ebetate Noe. ꝛ ita videt̄ ꝙ a iure naturali vt xxxv. di. ſexto die in v̄bo non eſſet hodie ſuit⁹ ſi ebetas non fuiſſet ¶ Manumittē p̄t qui hz adminiſtracōnez rez̄ ſuaz̄. mi nor āt xx. ānoz̄ p̄t int̄ viuos dare libtatē vt. C. qui manu. nō poſ. l. ſi minor. i vltia vero volūtate ex quo teſtari p̄t in xiiij. āno ꝛ manumit tere pōt vt ij. q. vi. §. diffinitiua in verbo. Itē ſi ſnīa cōtra ius. C. q̄ ma non poſ. in auc̄ Sz nouo iure. Itē epūs pōt maūmittē ſuos ecēe bn̄ meritos vt xij. q. ij. ſi q̊s de ſeruis poteſt eciā alios non bn̄ meritos. dū tn̄ det ecēe in ↄpenſacōne duos ꝓ vno eiuſ̄d meriti ꝛ peculij vt xij. q. ij. epūs q̄ mācipiū. Item cā mi ſeracōis vt xij. q. ij. cū redeptor. vel illud itellige in bn̄ meritis. Itē ab bas pōt manumittē ſeruū mōſte rij ſ̄ non pleno iure qꝛ non hz q̄d ↄ̄pēſet vt liiij. di. abbati. ꝛ §. hac auctoritate. ꝛ tn̄ hoc intelligas cū ↄſēſu epiſcopi ꝛ mōchoz̄. vt xij q. ij. abbatib⁹ niſi ↄ̄ſuetudo ↄ̄ria ſit vt ꝗ. de hijs que ſi. a p̄la. c. Ea

noſcit. ¶ Manumiſſio ſit multis modis. vt inſti. de libti. §. multis modis. die feriato ꝛ non feriato. iudice ꝓ t̄bunali ſedēte vel ꝓcedē te. ē ei volūtarie iuriſdictionis ma numittē. ſecus in hijs q̄ ſunt ↄten cioſe. vt iij. q. iij. §. ſpacium. ¶ In ſūma notanḋ ꝙ ſublata hodie eſt dīa dediticoz̄ q̄ toto tēpe vite ſue erāt ſui ꝛ p⁹ mortem liberi. ꝛ lati noz̄ qui ecōuerſo in vita ſua erant liberi in morte ſui. oīs eni liberti in manumiſſione ſua ↄſeq̄nt̄ ppe tuā libtatē. vt inſti. de libti. §. libti noz̄. ꝛ §. vlt̄. C. de latia lib. tol. l. i. Item libt⁹ cōis māumitti pōt ab vno dn̄oz̄ vt cū alij dn̄i ↄſeruent̄ indēpnes. C. de cōi ſuo ma. l. i. Itez libt⁹ reuocat̄ in ſeruitutez ꝓpter oīs cās ingr̄titudis ꝓpt̄ q̊s reuo cat̄ dōacio. vt i aut̄. vt lib̄ de cetero §. illud coll̄. vi. Itē ſcienḋ ē ꝙ ſi q̊s naſcitur ex p̄re libo ꝛ matre ancil la. ſeru⁹ eſt. ꝛ ſi ecōuerſo ex patre ſeruo ꝛ matre liba liber eſt. ptus enim quo ad libertatem ꝛ ſeruitu tem ſequitur mr̄is condicōez vt ꝗ. e. ti. c. vlt̄. C. de rei ven. l. partus. ff. de ſta. ho. l. ex nature. ꝛ. l. cum le gitime. xxxij. q. iiij. liberi. ꝛ in tan tum hoc verum eſt vt ſufficiat in aliquo momento fuiſſe in libro vē tre vt quis liber naſcatur. vt. ff. de ſtatu ho. l. ꝛ ſeruorum. in hono ribus autem muneribus ꝛ municı pijs partus patrez ſequitur vt. C. de decu. l. eos. et. l. exemplo. et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

l· nullus ſolius ꝛ ff· de ſta· ho· l· li
beros ꝛ in tm̄ hoc verū ē ut ſufficiat
filium conceptū eē ex decurīōe· quā
tū ad hoc vt patris ꝯdicōnē ſeq̄t
q̄uis ante ipſi⁹ natitatē pr̄ eiuſ dē
deſierit eē decurio vt ff· de decur̄ l· ij
§· i filijs Sꝫ ſi queras i quibꝰ ſeq̄
tur cōdicōēꝫ pr̄is iam a decuriona
tu l' a ſenatu remoti· Rn̄o in mult
vt in· l· ſuperiori ff· de decur̄ ·l· ij
§· filijs ff· de pe· l· moris §· et iſtefoꝛ
te· C· de decur̄ l· decurionem et· l· de
curionū filij·:

¶ De obligatis ad raciocinia·

Dictū eſt· ſ̄· de obnoxijs ꝯdi
cioni ſeruili· nūc dicam⁹ de ob
ligatis ad rōcīnia ordinandis vel
non· Videamus ēgo quid ſint racō
cinia ꝛ que raciocinia impediūt ali
quē ꝑmoueri ¶ Racōcinia ſūt rō
num reddicōēs ad quas aliquis
obligatur ex adminiſtracōe rei
publice vel priuate ¶ Impediūnt
ꝑmoueri racōcinia publica vel pri
uata· Publica ſunt illa quibꝰ obli
gant' officiales curie ex adminiſtra
cōe aliqua ad rem publicā ꝑtinē
te ut· C· de epiſ· ꝛ cle· l· officiales· Pri
uata ſunt illa q̄bꝰ obligātur aliq̄
ex adminiſtrcōe rerū ꝑtinēciū ad pri
uatos vt tutores ꝛ curatores caſ
taldyones vel balliui aliquorū·
Circa h̄ rōcinia publica vel p̄uata
q̄ñ impediunt ꝑmoueri ſic diſtig
ue· Aut ꝑmoueri volētes pſeuerāt
in officio aut nō· In p̄mo caſu ſic
diſtigue q̄ꝛ aut pſeuerāt i officio

ſecularū pſonarū nō miſ'abilium
Et tunc non poſſunt ꝑmoueri· vt
xxi· q· iij· c· i· ꝛ ij ꝛ ꝗ· ne cle· vel mo·
ſecu· ne· ſe imiſ· c· i et ij· Aut in offi
cio pſone eccleſiaſtice l' eciā ſecula
ris ſed miſ'abilis Et tunc poſſunt
promoueri ſi aliud non impediat·
vt lxxxvi di· peruenit lxxxix di· iudi
catum xvi· q· i· monachi· In ſc°
caſu cum non perſeuerant i officio
remanēt tm̄ adhuc obligati ex ad
miſtracōe· ſubdiſtingue· quia aut
ſunt obligati rei publice· aut pri
uate pſone· Si rei publice non de
bent promoueri ante reddita rōci
nia ut li· di· preterea· C· de epiſ· ꝛ cle
l· officiales· obligati enim rei pb̄
lice ex adminiſtracōe arcent' ab ho
noribꝰ· ſecus ſi al's ſint debitores
ex cauſa mutui l' ſimili vt ff· de mu
et ho· l· reſcpto §· debitoēs· C· de epiſ
et cle· l· quiſquis eminent' Si eñ re
manent obligati priuate perſone
ſubdiſtingue· Aut in ipſa promo
cōe mouetur eis q̄ō l' ē mota· Aut
non· In primo caſu iterū ſubſting
ue· quia aut mouet' q̄ō de pfidia·
ꝛ de dolo· ꝗ de culpa tm̄· Si de dolo
vel pfidia non debent promoueri
an̄ deciſam litem· vt lxxxi di· tātis
xxiij di· illud ꝗ· de accu· om̄pc ꝛ in
hoc caſu loquitur hec decre· debet
tamen taxari tempus infra q̄d q̄ō
decidat' ar ꝗ· qui filij ſūt legi· latoꝛ
C· de ingenu ma· l· diffamari Si
vero moueatur ſibi queſtio vel
prius ſit mota de culpa tantum

pn̄t pmoueri non obſtāte credito ris reclamacōe· cū lis poſtea poſſit pcedē ſicut pꝰs· ꝛ eciā ſub eodē iu dice vt· ff· de iudic· l· vbi et iuriſdi· om iud· l· cum q̄dā· Si autē non moueaꝛ eis qd nec ē mota· pn̄t p moueri n̄ obſtante obligacōe niſi manifeſtū eēt ipos teneri de dolo· tūc eñi poſſꝫ et debet epus ipos ex officio ſuo repellere ſic q̄ſlibet crīi noſos ꝛ infames ·vt ij· q· vij· alie ni· vi· q· i· infames · ff· de poſtul· l· quos pbibꝫ Sed et curiales pro moueri nō pn̄t quāuis ab admi niſtracōe ſint iā liberati qd intelli go in hijs q̄ ſeua turpia vł ihone ſta exercuerūt· vt milites executores et apparitores vt · li· di· c· i· et· iij· xlvi· di· cleric9 de ɔſe· di· ii· pro di lectione· Curiales āt q̄ nō talia ex ercent ſꝫ in ciuilibꝫ ꝛ pecuniarijs cau ſis officiū ſuū impēdūt· vt tabellio nes ꝛ aduocati a pmocōe non ex cludūtur vt lxi· di· oſi9· Ceterꝫ ſi i cā ſāguinis officiū vel miniſteriuꝫ ſuū pſtāt· cōtrahūt irregularitatē iudex aduocat9 pcurator tā actoris q̄ rei· lꝫ ber· cōtrariū dixerit in pcu ratore rei· aſſeſſor apparitor nōri9 ſiīaꝫ ſcribēs vel acta· Itē ſiīie dic tator· oīis iſti ɔtrahūt irregulari tatē vt· l· di· aliq̄ntos ꝛ· c· ſi q̄s p9 ſuſceptos ꝗ· ne cle· vel mo· ſinam· Querit̄ d eo q̄ iurāt ſoluē ad ctū tē p9 ſcribē ł aliud honeſtū op9 face re an̄q̄ faciat qd iurauit poſſet aſ ſumē ordīnē ſacꝝ vel itrare religi

onē· ꝛ in clerico planū ē q̄ ordies aſſumē pt· q2 aut nichil habꝫ· Et tūc libē pt cedere bonis ꝛ manis ē actio quā excludit inopia debito ris vt· ff· de dolo· l· nā hijs xiij· q· vi· ſi res· ꝛ eius picalo nichil eſt q̄ nichil hꝫ· vt· ff· de fur· l· itaqꝫ fullo vel ſi hꝫ· nō min9 remanet p9 ordi nes obligat9· ſcribē āt ł aliud ho neſtū op9 pt facē p9 ordines· ſi ſe ad hoc an̄ ordines obligauit· dū mō p hoc nō ipediaꝛ diuinū offici um· vt xxi· q· i· cleric9 vel aliū ſub roget loco ſui· vt· Eo epiſco· ꝛ cle· l· quiſquis cenſibꝫ ꝛ· l· in eccījs In eo autē qui vult ingredi mōſteriū dico· q̄ nō obſtāte tali obligacōe intrare pt· excuſāte ipm zelo religi onis· ꝛ afflatu ſci ſpūs· vt xix· q· ij due ꝗ· de re· trāſe· ad reli· licet· mō ſteriū aūt teneꝛ ſatiſfacere de hijs que ɔtulit eidē ingreſſus vt xix· q· iij· ſi q̄ mulier· Ede epiſ· ꝛ cle· l· deo nobis· ſ· i· Sꝫ ꝛ ſi nichil ɔtulit ſi tamē poſt ingreſſum ipſi9 monaſ terium aliqua queſiuit ex perſona ipſi9· puta p ſucceſſionē heredita riam· vel alio modo· in tn̄ tenetur quātū illud eſt q̄ queſiuit illi· cui mōch9 eſt obligat9 ar· xix· q· vlt Si q̄· Sed ſi non ſatiſfaciat nec monachū defendat· paciet̄ miſſio nē i poſſionē bonoꝝ illoꝝ· vt ar· ff de capi· minu· l· tutelas· Sꝫ ſi lib tate· iſti· de acq· p arroga· in ſi· vel mōch9 i mōſterio faciet qd pmi ſit dū tn̄ nō impediaꝛ obſeruācia

regularis· vt in clerico dictum eſt ꝙ· al's ſecus vt· C· de epiſ· ⁊ cle· l· oīs et· l· generaliter· ⁊ in auc̄ ſed neqꝫ vel ſaltum faciat per aliuꝫ qđ iurauit vt· C· de caducis tol· l· vna ꝙ· ne aūt· C· de epiſ· ⁊ cle· l· ad ſimilitudinē· ꝗtis ſit ar· coñ ff· de ſoluc̄ l· mt̄ artifices· C· de decu· l· nullus ꝗ nexu ꝙ· de offi dele· c· vlt̄· non obſtat hijs liij di· legem liiij· di· quicūqꝫ· qꝛ illa intelligit̄ de ꝑpetuo obligat̄· puta de ſuis ciuilibꝰ ⁊ ꝯſimilibꝰ· et ex hijs ꝗ ſupiꝰ dicta ſunt pꝫ terminatas eē q̄ones illas de ptāte ꝗ iurauit rgimē ciuitatis· đ nigro ꝗ iurauit regimē ſcolaꝝ p āñū· de capellano qui iurauit ſuire ī officꝰ capellanie· an iſti pñt religionē intrare ñ ei iuramētū violat ꝗ in meliꝰ illud mutat vt ꝙ· de iur· iur̄ peruenit Sꝫ t āt ſꝰs racōes q̄e ciuiles đ q̄bꝰ dictū eſt promoueri non pñt· Prima qꝛ quīđ ſunt viles pſone ⁊ frequent̄ ꝯñbunt irregularitatē ex officio ſuo· Secđa qꝛ multū moleſtat̄ eccā ⁊ incōmoda multa patit̄ ꝓpter tales qñ reuocātur ſeu repetuntur· Tercia rō eſt qm̄ ꝑſumit̄ ꝯ eoꝝ ꝙ ñ trāſeāt ad clericatū voto religiōis· Sed vt fugiāt rōcīnia dñoꝝ ſuoꝝ li· di c· i· ij ⁊ iij· liij· di· legē

¶ De corpore viciatis·

TRactauiꝰ ꝙ de impedimento originis ⁊ obligacōis ad rōcīnia· Nūc videamus de impedimēto corporis ⁊ iō ſubicit̄ rubrica de corpo· vicia ¶ Videamus igitur qui dicātur corpore viciati· q̄e a promocōe repellant̄ Corpore viciati dicit̄ debilitati· vel mutilati· debilitatū appello illum qui membrum habet ſꝫ ineffica͞x vt oculuꝫ ſecum· manū aridā· crus ꝯfractū· mutilatum appello ꝗ aliquo membro caret· mutilant̄ aliqui in mēbris appentibus· alij in occultis· et qui in appentibꝰ· liqui in magno membro· alij ī paruo Magnuꝫ membrū intelligo in q̄ñtitate vt manū· indecore vt oculū ſiue naſū· mutilatus in membris non apparentibus per caſum violenciaꝫ vel timorem egritudinis ordinari poteſt· ſꝫ ſponte non poteſt vt l v· di· ſi quis a medicis· ⁊ c· qui ptem et· c· ſi quis p egritudinem· Mutilatus ī magnis et apparētibꝰ mēbris eciā ſi caū l' violēcia h' fiat ſeu metu morbi ñ ꝓmouet̄ vt l v· di· ſi ewangeliſta Si v'o in modico ut pote in parte digiti dūmō mutilacio illa nō inducat deformitateꝫ vel debilitatem ꝑt ꝓmoueri· ut ꝙ· e· ti· c· i· ⁊ vlt̄ al's ſecus vt ꝙ· de clerico· egro· c· pbrꝫ Quid ſi q̄s habeat ſex digitos ī manū Rñō nō īpedit̄ qꝛ vt ait offiliꝰ defcꝰ mēbri l' augmētū ñ ꝯſiderat̄· ſꝫ vſus īpedimētū ut ff· de edil' edic· l· Item offiliꝰ ¶ Itē q̄d ſi q̄s oculū vnū alio hēat groſſiorē· l' utrūqꝫ hēat eminētem Rñō talis non impeditur· qꝛ

nec eſt morboſus .ff. de edil. edic.
l. qui clabū §. i. Et nota q̄ talia im
pedimēta inſpectioni oculoꝝ ſupi
oris ſubiaā dn̄t . qꝛ i talibꝫ ſegniꝰ
irritāt aīos dimiſſa p aures. q̄ q̄
ſūt oculis ſubiecta fidelibꝫ. vt ī. e.
ti. c. ij. ſicut cū agit̄ finiū regundo
rū. vt. C. finiū regun. l. iij. ff. e. t. l. ſi
irrupcōe. ſicut cū agit̄ de etate. vt
ff. de minoribꝫ. l. minor ex aſpectu
vt cū querit̄ an aliqua ſit v̓go vel
corrupta. vt xxvij. q. i. nec aliq̄. et
cū agit̄ an aliq̄ ſit pregnās vel nō
vt. ff. de ventre inſpi. l. i. ¶ In ſū=
ma ſciendū eſt q̄ q̄ ſibi manꝰ vio
lentas intulit non ꝓmouet̄ ꝛ pro
motꝰ deiat̄. ꝛ eſt racō qꝛ p̄ſumit̄
q̄ omē malū in aliū ſit auſurꝰ q̄
in ſe ipſum ita ſeuit. vt. ff. de edili.
edic. l. cū autē. §. excipit̄. qui eīn ſi
bi non pepcit multominꝰ pcet alij
vt. ff. de bo. eoꝝ qui mor. ſibi con.
l. vlt. qui ſibi n̄ pcit. tibi vel michi
q̄uo pcet. Eſt ꝛ alia racō i iſto qui
ſui eſt homicida. ꝛ dei condicōi imi
micꝰ. vt l. v. di. ſi quis abſcidit. in
illo igit̄ qui ſibi mēbꝝ āputat eſt
cā irregulaitatis ſeuicia. ſiue mag
nū mēbꝝ amputet ſiue puū ſi tn̄
non fueit cā inſciſionis lāguor. ca
ro eīn putrida reſecāda ē vt. v. q.
v. c. i. ꝛ xxiij. q. iij. reſecande. In a
lijs vero qui ſine culpa ſua ab alijs
vel caſu fortuito mutilant̄. eſt cā
irregularitatis deformitas vel debi
litas. que autē deformitas vel debi
litas irregularitatē ꝯſtituat ē in ar
bitrio ſupioris. vt ī. e. ti. c. ij. Sꝫ
querit̄ de illo qui ſibi virilia āpu
tat vt ſit caſtꝰ. ꝛ eſt dicendū q̄ irre
gularis ē tamq̄ ſui ſit homicida.
vt l. v. di. ſi q̄s abſcidit ꝛ. c. ſi q̄s a
medicis. ꝛ idō deponēdꝰ nec obſtat
ī. e. t. ſignificauit. ibi eīn ex grā ꝛ
diſpēſacōe pmittit̄ ſacerdoti illi mi
niſtrare in ordinibꝫ inferioribꝫ ſa
cerdocio. illi eīn ſūt eunuchi. ibeꝛoꝰ
michi placēt q̄s caſtrauit nō neceſ
tas ſꝫ volūtas vt xxxiij. q. v. tūc ſal
uabit̄. Nec eſt veꝝ qd̄ ruſtici dicūt
vt ſi q̄s a medicis vel ab hoſtibus
ſectꝰ ſit. nō aliter poſſit miſſam cā
tare. niſi teſtes ſuos gerat in bur=
ſa ſiccos quaſi tūc hēat oīa mēbra
Sꝫ nō curo vtꝝ hēat q̄s teſtes vi
rides an ſiccos qꝛ defectꝰ mēbri il
liꝰ nec deformitatē nec debilitatē
quātū ad officia diuina inducat.

¶ De bygamis.

Vdiuimꝰ de q̄buſdā irre=
gulaitatibꝫ ſꝫ qꝛ it̄ alias
bygamia nō minima re
putat̄. Ideo hic pꝰ q̄ſdā tracta
tus de irregularitatibꝫ ſubiat̄ ru=
brica de bygamis vel alit̄ cōtinua
bis. Dictū eſt ſ. de quibuſdā irregu
laitatibꝫ ſiue ipedimētis q̄ ſine pec
cato ꝓueniūt. ſꝫ qꝛ bygamia ſine
pctō ꝯtrahit̄ vt xxxi. q. i. apiant.
deus. q̄ ſi dormient. ideo h̄ ſuppo=
nit̄ rubrica de bygamia. ¶ Videa
mꝰ igit̄ quid ſit bygamia. q̄t ſūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De bygamis

ſpēs bygamie· ꝛ q̄re bygam⁹ nō
p̄t ꝓmoueri· Et an cū bygamo va
leat diſpēſari· ¶ Bygamia eſt de
fect⁹ ex ſcd̄is nupciis ꝓueniens·
Cōtrahit̄ aūt bygamia ꝓꝓ̄o ſup
to vocabulo cū quis ſucceſſiue ꝛ di
uerſis tpib⁹ duas legittīas bꝫ vx
ores vt xxxi·q·i·apiant·qđ intelli
go ſi cū vtraqꝫ mr̄monīū ꝯſūmetur
al's ſecus·ar ꝯ̄·e·t· Debitū xxxiiij·
di·valentiniano· large autēꝫ ꝛ in
ꝓꝓ̄e ſumpto vocabulo bygamia
multis modis ꝯtrahit̄·vt cū quis
ſimul hēt duas vxores·qđ ad fac=
tū ꝯuenit retorq̄ri· qꝛ cum neutra
mr̄monīū tenet ſi ſimul ꝯtractum
eſt cū vtraqꝫ· vt ꝯ̄·e·t·nup in p̄n·
vel tenet tm̄ cū altera vt xxxiiij·di·
xp̄iano· xxxi·q·i· qūo ꝯ̄· de diuor·
gaudem⁹· Itē qui hꝫ vnā de iure
et ea mortua ꝯtrahit cū alia de fcō
bygam⁹ reputat̄ non ꝓꝑt̄ ſacram̄
ti defectū cū in veritate bygamus
non exiſtat ſꝫ ꝓꝑt̄ intencōis affectū
cū ope ſubſecuto vt ꝯ̄·e·t·nup i ſi·
Itē qui ꝯ̄hit cū corrupta·i·ab alio
cognita·ſicut bygam⁹ repellit̄·vt
xxxij·di·ſerati·xxxiiij·di· curanđ·
et·c·p̄āpim⁹· Itē quicūqꝫ habue
rit duas vxores an̄ baptiſmū ſiue
p⁹ baptiſmū·ſiue vnā an̄ baptiſ=
mū ꝛ aliā p⁹ bygam⁹ ē·vt xxxiiij
di·ſi q̄s viduā xxvi·di·p to· Sed
in vltimo mēbro· iþero⁹·aſſerit n
cōtrahi bygamiā vt xxvi·di· c·i·
Sꝫ illud nō tenet vt ꝓbāt ſequē
cia·c· de eiuſđ· ꝛ idē dico in eo qui

de fcō ducit ſcđāꝫ viuēte p̄ma· Idē
in clerico q̄ an̄ ſacros ordīes habu
it vnā·ꝛ poſtea de fcō duxit aliā vt
ꝯ̄·e·t·c· vlt· Idē i hijs q̄ ꝯtēpta ꝓ
feſſiōe p̄uaricant̄ ꝓmiſſionē de cō
tinēcia ꝛ ꝯ̄hūt de fcō ·vt xxvij·q·i·
quotq̄t· ¶ Quatuor āt ſūt racōes
ꝓꝑt̄ q̄s bygami r̄pellūtur a ꝓmo
cōe·q̄s aſſignat̄ ġ de te·ord·ſ·mono
gam⁹ ꝛ nō i mr̄i° attēdit̄ duplex
ſacr̄mētū ꝓꝑt̄ duplicē ꝯiūctionē q̄
eſt i eo ꝑ carnis copulā cōſumato
Prima ē ꝯiūctio aīoꝝ· ſecūda cor
poꝝ· Prima ꝯiūctionē ſig̃t fidelis
aīe ad deū· hꝰ diſſoluit̄ ꝑ ſeq̄ns pec
catū·ſicut ꝛ illa an̄ carnalē copulā
ꝑ religionis igreſſum·vt ꝯ̄·de ꝯuꝭ
coniuga·verū ꝛ·c·ex publico· Se
cūda ſcꝫ ꝯiūctio corpoꝝ ſig̃t ꝯiunc
tionē xp̄i ꝛ eccē· hꝰ fuit mr̄io^m inīci
atū in ꝓphetis ꝛ p̄riarch· ratū in
tp̄e grē ſcꝫ i natiuitate xp̄i·qn̄ ip̄e la
pis angularis cepit edificare ec=
cleſiam vnum de iudeis alterum đ
gentibus· parietem erigens· cōſu
matū in cruce vel ratū fuit i cruce·
conſumabit̄ in patria Aug⁹·ſup
locū illum nūquid qui dormit non
adiciat vt r̄ſurgat ait·nō ꝙ dicit
q̄ dormit qꝛ ſicut de latere dormiē
tis ade qui erat forma futuri xp̄i aſ
ſumpta eſt coſta de qua formata
eſt Eua·ita dormiuit criſtus ſomp
no mortis· vt de latere dormien
tis de quo profluxerunt ſanguis
et aqua· que ſunt noſtre redemp
cionis ſacramēta·formet̄ ſibi ſpōſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eccľia· vt ꝫ· de bap· ⁊ eius effec· ma
iores ⁊ ꝫ· de cele· miſ· i quedã ⁊ c·
Cum marthe· ꝫ· queſiuiſti· Item
in eadẽ ſpa ↄiūctõe ſignificat̃ ↄiūc
tio deitatis ⁊ humanitatis facta in
vtero virginali ut xxvi· di· acciđ
de ↄ· di ij In xp̃o pr̃ ꝫ· e· c debitū·
Cū ergo tam ↄiūctio xp̃i ⁊ eccẽ· q̃p
vnio deitatis ⁊ hūanitatis vnita
ſit ⁊ reiterabilis merito ſignificat̃
in p̃mi m̃ij ↄiūctõe carnali Sꝫ
cū quis trãſit ad ſc̃am vxorem re
cedit ab vnitate· tendens i plurali
tatẽ ⁊ iõ non poterit de cetero ſigni
ficare dictã vnitatẽ· ⁊ reiterabilez
ↄiunctõem· vbi ei ſignificatū eſt
vnitū ⁊ ſignificans vnū eſſe debet
hanc racõem ponit Aug⁹ licet ob
ſcure xxvi di· acciđ i ſi· ⁊ ita ꝫbit
irregularitas bigamie· Sꝫ q̃rit̃ q̄ẽ
maior caſtitas exigat̃ in femĩa q̃p
in viro nã maritus corrupte vl' ab
alio ↄgnite ꝓmouei ñ p̃t ut xxxiiij
di· Curãdū ⁊ c· ꝓ̃pin⁹ ⁊ c· ſi c⁹
et xxx· q· v q̃lis Sꝫ ille qui añ vx
orem vel p⁹ habuit ↄcubinã p̃t ꝓ
moueri vt xxxiiij di· fr̃nitatis· Di
cit hu⁹ vir ſignificat eccĩam mili
tantẽ que in p̃ñte habet ut adulte
rando ⁊ a fide exorbitando recedat
a ſuo xp̃o· ⁊ iõ ñ ẽ i eo ſacm̃ẽti ſig
nificacio· vt ñ obſtet q̃p carnẽ ſuã
diuiſit in plures· vxor aūt ſig̃t xp̃z
qui nūq̃p eccĩaz ſuã dimiſit· ipſe ei
eſt fons ꝓprius cui nõ ↄicat alien⁹
vt ꝫ· de regula ⁊ tñſe· licet in ſi alij
dicãt ⁊ veri⁹ ſic puto qđ vir ſigni

ficat xp̃m q̃ ſibi copulauit ſinago
gã· ⁊ poſtea eccleſiaz q̃ ſẽp virgo
permanſit ſaltem mente· vnde di
cit ap̃lus deſpondi vos vni viro
virginem caſtã vt xxvij· q· ij· nup
ciarum· et iõ exigitur q̃p vxor vna
non diuiſerit carnem ſuam in plu
res qđ ſi fecerit deeſt ſignificacio
ſacramenti vnitatis· Item quer
tur cum ↄſecracio epiſcopi maior
ſit ⁊ dignior q̃p cõſecracio virginū
quare poteſt cõſecrari in epiſcopū
qui nõ ſolum vxorem habuit ſed
eciam poſt vxorem habuit cõcubi
nam· vt xxxiij· di· habuiſſe xxxiiij
di· fraternitatis· Sed ſi qua fuit
corrupta ante baptiſmū vel poſt
ſponte vl' vi· cum pccõ vel ſine· nõ
p̃t inter ſacras virgines ↄſecrari
vt xxvi di· acciđ· Rñio ſacra vir
go ſignificat eccleſiam triumphã
tem· non habentem maculam ſiue
rugã vt de pe· di· i· Eccĩa· xxi· di· q̃p
uis xxxij· q· iiij recurrat· Sed ep̃c
ſignificat eccleſiam militantez in
qua ſunt boni ⁊ mali· vſqꝫ ad vlti
mam ſegregacionem que fieri hꝫt
in littore hoc eſt in fine ſeculi vt
xxvi di· Acciđus in ſi· ij q· i· multi·
circa finem Item quid ſi quis de
florauerit aliquam fornicarie· et
poſtea ducit illam in vxorẽ· nūq̃d
poterit ꝓmoueri· Dicūt quidã q̃p ſic
q2 vnus vni⁹· nec carnẽ ſuam di
uiſit i pl'es· ⁊ illa ẽ vica vnid· nec
carnẽ ſuã diuiſit in duas q̃p videt̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& bygamus

ſufficē vt ſ̄.e.c. debitum xxvi.di.
A cuiꝰ.ꝛ ar ſ̄. qui filii ſiīt legi.tāta
Alij dicūt ꝯ ꝙ v̓go dꝫ eſſe eo tēpe
quo ꝯbit m̄rimoniū.ꝛ ducat̄ vxor
ad hoc vt vir non fiat irregularis
ar.xxxij.di.ſ̄ſlemo.xxxiiii.di. curā
dū.ꝛ.c.pāpinꝰ ꝛ videt̄ exp̄ſſum.
xxx.q.vi.qual̄.in v̓bo v̓go. caſta
deſponſata in v̓ginitate ꝛ cū p̄mi
exponūt v̓go.i.non ab alio ꝯgni=
ta.q̄ꝛ opinio celebrioꝛ ē. Itē q̄d
ſi aliq̄s credit ꝯbē cū v̓gine inue
nit eā corruptā.R̄ño non dꝫ ꝓmo
ueri cū ſit maritꝰ corrupte vt li.di
qui in aliq̄.nā in tali caſu nō excu
ſat error vel violencia.vt xxxij.q.
v.ille aūt.lex aūt ꝓmocōmis factū
req̄rit nō volūtatē vt xv.q.i.c.vlt.
Itē q̄d ſi q̄s hꝫ vnā vxorē ꝙ non
cognouit.ꝛ illa mortua ducat aliā
virginē ꝛ ꝯgnoſcit vel ecōuerſo.p̄
mā ꝯgnoſcit.ſecūdā non.nūquid
repellet̄.dico ꝙ non qꝛ nō diuiſit
carnē ſuā in plures.ꝛ ſic non defi=
cit in eo ſacramētū vt ſ̄.e.t.debitū
et idē dicas ꝓpter eādē racōez. Si
quis vxorē ducat mulierē ab alio
deſponſatā ꝛ traductā. ſed nō cog
nitā.qꝛ p̄mꝰ maritus morte p̄ue=
tus eſt.vt xxxiiij.di.c.vlt. Itē po=
ne ꝙ aliquis ꝯxit cū virgine.ꝛ ꝯg
nouit eā.illa poſtmodū ꝯgnoſcit
ab alio.deinde maritꝰ ignorās h̄
cognoſcit illā.nūquid efficiatur irre
gularis.R̄ño ſic non poterit ꝓmo
ueri.vt xxxiiij.di.ſi cuiꝰ vxorē ꝛ.c.
ſequenti. Itē quid ſi maritus ac=

cuſet vxorē de adulterio.ꝛ pendēte
accuſacōne illa petit debituꝫ.ipſe
reddet.qꝛ tenet̄ ad hoc cū non debe
at ſpoliari poſſeſſiōe ſui corporis vl̄
qꝫ ad ſn̄aꝫ.vt xi.q.i.qꝛ res.viij.
q.iiij.nonne.xxxiij.q.ij.ſecularesꝰ
xxxv.q.vi.multoꝝ.ꝛ forte eciā p̄
cipit̄ ſibi ab eccā reddere debitum
nūquid ꝛ iſti parat̄ preiudiciū vt
ꝓmoueri nō poſſit.R̄ño ſic qꝛ vt
ſ̄ dixi irregularitas ſepe ꝯtrahitur
ſolo facto abſqꝫ pc̄tō ꝛ abſqꝫ volū
tate.quid tn̄ voluerūt dicere cōtra
riū.ꝙ iſte paciat̄ ꝛ non agat. Itē
notabis ꝙ in hoc caſu plus meret̄
luxuria caſtitate.caſtitas eni eſt in
matrimonio.vt xxxi.di.nicena.
in fornicacōne luxuria.vt xxxij.
q.iiij.in eo.et matrimonij repeti=
cio inducit irregularitatem indiſ
penſabilem.repeticio fornicacio=
nis non.vt ſ̄.e.ti.quia.R̄ño hoc
non contingit racōne peccati ſed
propt̄ r defectum.non peccatur
contrahendo ſecundum vel terciū
m̄rimoniū vt xxxi.q.i.aperiant.ꝛ
c.ꝙ ſi dormierit.Sꝫ deeſt ibi ſig
naculum ſac̄menti.vt ſ̄.e.t.debitū
Itē nōbis ꝙ vbi q̄s de iure ꝯbit
cū aliq̄ vidua nudat̄ oī p̄uilegio
eccleſiaſtice dignitatis.vt lxxxiiij.
di.q̄ſquis.ſi vero m̄rimoniū de iure n̄
teneat nō ꝯtrahit̄ bygamia.quia
non eſt vidue maritꝰ qui non eſt
ſimpliciter maritꝰ vn̄ retinet pri=
uilegium clericale. Sed circa or=
dines cum eo tamquam bygamo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſpēſari non licet·non ꝑpt̄ ſacmē ti defcm̄·ſed ꝑpt̄ affcm̄ intēcōis · cum opere ſbſequto·ut ꝗ·e·t·c·ult̄ vnde cum aliqs cōtrahit cum illa cum qua de iuē nō pōt conſiderato o pere ſu fcō· ꝯtrahens efficit̄ infa mis·et ſi nupcie nullū ſortiant̄ ef fcm̄ vt ff·de hijs qui no·infa·l·qd ergo ꝟ·ij·qnqꝫ tn̄ magis ꝯſideratꝫ effectus ꝙ affc⁹ vel ꝙ ipm factum vt de pe·di·i·ꝟ·hec autem verba ꝗ· de cle·non reſid relatum ff·de ꝯdi· et de·l·hec condicio filie mee·qnqꝫ plus factum ꝙ iuris effcm̄ vt ſupi us dictū eſt·et probat̄ ꝗ·de ꝯceſ·p ben·vel ec·non va·lrās ff·de cōdic inſti·l·mulier ꝟ·ſi quis vt ꝗ·de ſpō ſa·iuuenis Diſpēſai cū bygamo non pt̄ vt ꝗ·e·c Sup eo et c·vlt̄· hoc enī eſſet cōtra Apl̄·n vt dicit il la ſup eo Sꝫ ꝯ xxxiiij di·lcōr·Do luad dixerit quid ipm diſpenſare poſſe·nec eſt con̄ apl̄·n qꝛ et ſi ꝓhi buerit bygamū ordinari·non tn̄ cum eo prohibuerit diſpenſari·nā et aplus prohibuit c̄minoſū pro moueri·vt xxv·di·ꝟ·nūc autez et tn̄ cū c̄mioſis diſpēſat̄ vt ꝗ·iudic at ſi cleric·nec eſt con̄ Apl̄m ſed pref·vel dic ꝙ pe non obſtat ꝓhi bicio Pauli·quia pp maior eſt in admiſtracōe paulo·vt xxi di·ꝟ·i· pp enī eſt loco petri qui maior fuit paulo·vt ii q·vij puto xxi di·i no uo vnde dicit̄ ꝙ luci⁹ pp diſpenſa uit cū archiepō panormitan̄·qui bygamus fuit·vel dic ꝙ in illo·c·

lcōr dicit̄ diſpenſari poſſe in ſubdi aconatu·qui ſm ꝑmitiuā eccīam n̄ erāt ſac ordo·vt xxxij di·eos lx di· nl̄lus·hodie ſcais vt·ꝰ de ſeruis n̄ ordinā·miram̄·quid autē circa h ſcpſerit nicholai⁹·furioſus no·ꝰ·ꝯ reſcptis ꝟ·ſi ꝯ ius Sequitur ti·

¶ De clericis pegrinis

IVt alios q̄ ab ordib⁹ exclu dūt̄ arcet̄ et pegrini·iō ſbi cit̄ h rubrica de clericis pegrinis ¶ Videami⁹ igit̄ h q̄ dicāt̄ pegri ni·q̄e a ꝓmocōe repellāt̄·et qn̄ ad mittant̄ Pegrini poſſūt h appellai oīs q̄ n̄ ſūt de epiſcopatu ordian tis·ſiū ſint clerici ſiū layci·qꝛ tales recipi n̄ debēt ab epō alieo ad ordi nes l̄ digītates·l̄ eccleſiaſtica ſac menta·vt lxxi di·p totū et ſpecali ter i·c·ꝑmat⁹ ꝗ·de procħis·c·ij et iij·et ꝙ oīs tales dicāt̄ extnei car iij·q·vi pegna et vi·q·iii·c·i·et ii· Sꝫ et incole qꝝ vita·gen⁹·origo· et irregularitas ſūt ignō epō·ſimi lit̄ ab hiis q̄ ſupi⁹ dicta ſūt exclu dūt̄·vt xxiiij di·qn̄ epus xlij·di· q̄eſcamus in verbo ſi enī i clero·et ar·ij·q·vij q̄rendū i vbo q̄ꝝ vita et libtas neſcit̄·repellūt̄ ecīā tales a ſacmētis ut de ꝯ·di·ij f ho·ſi tn̄ ali quis ſit incola not⁹·ſed indignus et ſua indignitas ſoli epō ſit ꝯgni ta·ab ordibus excludi n̄ pt̄ vt·ꝰ· de tēpo·ordia Ex tuaꝝ·nec a ſacm̄ tis vt d ꝯ·di·ij n̄ ꝓhibeat Repel lūtur āt iſti a ꝓmocōe duabꝫ de

cuius vna q̄a n̄ lȝ ep̄o falſē ſue iuriſ
dictōis mittere ī meſſem alienā. iu
dicādo ꝉ ordinādo ſubditos alienos
vt. lxxi. di. p. to. vi. q. iij. p to. ix. q
ij. per totū. Scd̄a cā ē q2 tales ſo
lent eſſe pro magna pte criminoſi
infames excati vꝉ alꝯ irr̄zes. Itē
ſepe mēciūt habere ordines cū nō
habeāt. vꝉ maiores habere q̄ ha
beant vt. xcviij. di. afros. xix. q. ij.
due. ¶ Permittūt āt clerici pereg
ni ſuos ordines exequis in dioc̄ a
lienis. ſi habeant lr̄as teſtimonia
les ſigillatas. v. ſigilꝉ ep̄oꝝ vt ꝭ. e.
t. c. i. xcviij. di. c. ep̄oꝝ ⁊ ꝭ. e. ti. c. i.
xcviij. di. c. i. ⁊. ij. Sed q̄re tot. cū
alias ſuffitiat ſigillum ꝓp̄ij ep̄i vt
lxxi. di. p̄mat⁹. xix. q. ij. due ꝭ. de
fide inſtru. c. ij. de teſtib⁹ Cū a no
bis. xi. q. iij. cure ⁊. c. debēt. cū ſigil
lum capꝉi fidēȝ faciat vt ꝭ. de app.
ſignificauit ⁊ ſigilꝉ ↄuēt⁹ vt ꝭ. de
ꝓba. tercō r̄n̄o. vnū ſuffiat ſi ē no
tū. quinqȝ requirūtur ſi ſūt igno-
ta. Sȝ videt q̄ mille ignota non
ſufficiant. Ad q̄d r̄n̄o facili⁹ falſa
tur ſigillū vni⁹ ep̄i q̄ quinqȝ. Nā
circa maiora mai⁹ piculū vertitur
vt xlij. di. q̄eſcam⁹. vij. q. ij. c. vlt.
ff. ad carbon̄. l. i. §. ſi q̄s non ab ali
quo Jo. tn̄ dicat q̄ n̄ aliq̄ cognicio
habeat de ſigilꝉ. vel de ecc̄iis q̄ꝝ ſi
gilla eſſe dicūtur. nullaten⁹ ē cre
dendū ſiue ſint q̄nqȝ ſiue plura. ⁊ ſi
oia vera ſūt ſi cleric⁹ pegrin⁹ ⁊ ig
not⁹ velit publice officiū ſuū exeq̄
vel celebrare. ſi ſe dicat ſacerdotem

exterꝝ ſi ſecrete ⁊ ex deuocōe poterit
ſuſtineri. ⁊ ſi nullas hēat lr̄as ſup
ſua ordiacōe vꝉ teſtes. vt ꝭ. e. t. tue
Suſtineri ideo dico. q2 grā ſit ex
neo ſac̄doti ⁊ maxie ignoto ſi per
mittat ī alia dyoceſ celebrac̄. Nā
et p̄lato ſit grā ſi pmittat celebra
re in ꝓuincia vel dyoc̄ aliena. vt
ꝭ de vſu. pal. ex tuaꝝ. ⁊ maxie ſi p
mittat ordiare. vt ix. q. ij. p totū.
Itē q̄ ſupi⁹ dictū ē q̄nqȝ ſigilla ē
q̄ri locū hȝ iultra marinis. ⁊ alijs
valde r̄motis vt ꝭ. e. t. c. i. In alijs
āt clericis nō tā remotis ſuffiāt ſi
gillū ſui ep̄i. vt lxxij. ⁊. iii. di. p to
tū. ⁊ lxxi. di. ex̄neo. ⁊. c. hortamur.
Quid ſi q̄s dicat ſe lr̄as amiſiſſe.
R̄n̄o ſi ꝓbauerit p teſtes de ſua ca
nonica ordiacōe ⁊ de ꝓprij ep̄i cō-
mēdacōe. q2 hͦ duo ī lr̄is ↄtineri d̄
buerūt. puto ip̄m admittend̄. vt
ꝭ. e. t. int. ⁊. c. tue. de ↄm̄dacōe ep̄i
iō dico q2 ſine lr̄ia ſui ep̄i non d̄nt
clerici pēgnari vt de cō. di. v. non
optȝ. Si āt q̄s iferior ab ep̄o ius
hn̄s iſtituēdi ī aliq̄ ecc̄a. pēgnū et
ignotū inſtituē non dȝ. vt lxxi. di.
hortamur. alioquin talem inſtitu-
tum poteſt epiſcop⁹ amouere. vt
ꝭ. e. ti. c. vlt. Dantur autem pēgri
nantibus lr̄e dimiſſorie vel cōmen
daticie. vt ꝭ. e. t. tue. lxxi. di. c. plt.
et vlt. xix. q. ij. due. ⁊ vocant lr̄e di
miſſorie vel ↄmēdaticie. q2 per eas
dimittūtur ⁊ licenciant pegnātes.
et in eis cōmēdātur has lr̄as n̄ faci
et ep̄us niſi poſtulatus. ne pateat

materia euagandi· vt lxxij di·c·i·
Has lrãs archidiaconi ↄcedẽ nõ
pũt vt ꝗ̄·de offi·archia· ſignificaſti·

## De officio archidiaconi·

EXpliciato tractatu ordinãdo
rum·de dignitatum officijs
videamus · Et p̃mo de offõ archi
diacõi·qui p̃mus ẽ i eccleſia poſt
epiſcopum vt xxv di·plectis ⁊ hic
in·c·i· Eſt igitur videdũ quid
ad officiũ archidiaconi ptineat· q̇d
ad iuriſdictõez· Dz qd̉ dixi archi
diaconũ p̃mũ poſt epm̃ recipit ca
lumpniam Nam videtur ꝙ archi
pbr̃o ſit inferior· ⁊ quaſi dyaconi
ſunt oculi pbr̃oꝝ·ut xciij di·dyaco
ni eccleſie· ⁊·c·dyaconi·qui inferi
oẽs tamen pbr̃is ſe eẽ agnoſcant·
ut xciij di·ab illo §·ut ex premiſſꝭ·
vſqꝫ ad·§· cõpagis·et c· legimus
et c· dñs noſter· Dz dico ꝙ archi
diaconꝰ preeſt archipbr̃o in dig
nitate·ſed in ordie ſubeſt· Poteſt
autem quis diuerſꝭ reſpectibꝰ eſſe
altero maior ⁊ mior·ut ij·q· vij q̄ẽ
maior ⁊ equalis et ij ·q·vij puto
xvij di·multis·ff·qñ app ſit l·i· §·
ſed ſi preſes·C· de offõ vica·l·i·In
eo autem in quo q̇s eſt mior·debet
reuerẽciã maiori· vt xxxiij·q·v Eſt
ordo·xciij di·a ſubdiacono·xxi·di·
§·in hijs oibꝰ ꝗ̄·d̉ ma·⁊ obe ſtatui
mus·eo ſaluo ꝙ maioritas in eccã
quadruplex ẽ ex dignitate ⁊ ordie
vt dcm̃ eſt·ex tempore ut ꝗ̄·de ma·

et obe·c·i·xvij di·§·illud et·§· verũ
xcvi di·bene quid̉·lxxv·di·c·vlt·
Et ex p̃rogatia ordinantis ut ꝗ̄·de
ma · et obe·p tuas ff·de albo ſcri·l
vlt·C·de aduo·diu̇ iudici ·l·reſtitu
ende in fi·in auc· vt iudices ſine q̊
q̊ ſuffra·§· eos ĉca fi·⁊ ff·de re iud
l·quidam ↄſulebat· Vnũ tamẽ nõ
omitto·ꝙ maior dignitate dꝫt re
uerenciã miori gerenti vicẽ ⁊ locũ
maioris·vt xciij di·c· vlt Perti
nẽt autem ad officiũ archidiaconi
que hic ↄtinentur ꝗ̄·e·ti·c ij ⁊ iij ⁊
c·ad hec et xxv·di·plectis ⁊ que di
uerſe ↄſuetudines ꝑ locoꝝ vari
tate induciũt· vt ar·ꝫ·de cõſue· Cũ
olim ⁊ ꝗ̄·e·ti·c·vlt Ad iuriſdicti
onẽ uo ipiꝰ ptinẽt·h̃ corrigit·ut ꝗ̄·
c·i·audit iurgia·ut xxv di·plectis
inſtituit vt lxiij di·ſi in plebibꝰ ꝗ̄·
de inſti·Cum venïſſꝫ ꝗ̄·de offi·dele·
Sup eo ꝗ̄·de exceſ·p̄la·ad h̃· In
fligit penas· vt ꝗ̄· de pe·licet·puat
bñficijs vt ꝗ̄·de prebẽd̉·reſẽnte·
Percipit obſeqꝛ a ſubiectis vt ꝗ̄·
de exceſ·prela ad h̃· Itẽ habet ppe
tuã vicariam ita ⁊ iuriſdictõez or
dinariã·nam et ppetua vicaria or
dinariam iuriſdictionem inducit
vt·C·de officio eius qui vi alterius
gi̇t·l·i ſic ⁊ ppetua vicaria ius tbu
it in re vt ꝫ·de reſcptis poſtulaſti
ꝗ̄·de offi·vica·ad h̃ et·c· Ex parte
ꝗ̄· de fide iſtru·g·ppetuꝰ · Itẽ hꝫt
viſitacõem correctõem ⁊ procuraci
onem vt ꝗ̄·e·t·c·vlt·verumptamẽ
in hijs recurritur ad ↄſuetudineꝫ

de officio archidi.

eccē vt ſ in hijs que ſpectāt ad of
ficiū ꝛ ꝓbatˀ ꝭ. e. c. vlt. Inſpiciatur
eīm ꝯſuetudo viciNaꝝ eccaꝝ. vt ꝭ.
de cenſi. ex pte ſ de ꝯſue. cum olim
Nā ꝯſuetudo iuriſdictionē inducit
vt. C. de emā. li. l. i. ꝛ ix. q. iij. ꝯqſtˀ
quod tn̄ inducitur ꝛ allegantˀ con
tra archidyaconos ad eoꝝ iuriſ-
dictionē debilitandā. nā archidy
acon9 curā aiaꝝ vel prebēdas con
ferre non pt xvi. q. vij. nullus ꝭ. e.
ti. c. Cū ſatis ꝛ. c. archidyacon9.
Itē eſt vicari9 ergo hȝ delegatam
iuriſdictionē. hinc ē ꝙ ab ipō non
ad epm̄ ſȝ archiepm̄ appellatˀ. vt
ꝭ. d ꝑbend. Referēte. Itē de humi
lioribȝ negocijs ꝯgnoſcȝ. g̃uiores
aūt exceſſus denūciet epō. vt xxv.
di. plectis ergo ē pedane9. vt. C. de
peda. iud. l. plt. ꝛ ꝓpter hāc vari
etatē iuriū dicim9 dū queritur que
ſint illa que ad iuriſdictiōez archi
diaconi ſpectāt. inſpiciendā ꝯſue
tudinē loci vel eccē. vt ꝭ. e. t. c. vlt.
Itē ſi queratˀ an archidiacon9 hȝ
iuriſdictionē ordinariā vel delega
tā. Rn̄o ſi ꝑ electionē aſſumitˀ ꝙ vi
detˀ vt xxiij. di. legim9. nā ꝛ decani
eligūtur vt ſ de elec. Cū in iure ꝭ.
de app. ꝯſtitutis. ꝛ ꝓpoſiti vt ſ de
elec. dud in ꝑma dud ꝭ. de app. ꝯ
ſtitutis tūc hȝ ordinariā iuriſdicti
onē. vt i auctn̄ de defen. ciui. §. nos
igitˀ. ſi autē non aſſumatˀ ꝑ electio
nē. ſȝ pretˀ electionē. ꝓficiatˀ ꝑ epm̄
vt quedā iura velle videntˀ. vt ꝭ. de
iſti. Cū venisſet lxxiiij. di. epoꝝ. lx.

di. c. i. tūc non hȝ ordinariā ſed de
legatā. Sȝ ꝛ in hoc puto inſpiciē
dā loci vel eccē ꝯſuetudinē vtꝝ ꝑ
electionē archidyacon9 aſſumatˀ
Sȝ ꝙ dixi archidiaconū hr̄e ius
viſitādi. in dubiū reuocatˀ nā vide
tur hoc ad epm̄ pertinere. Ad qd
rn̄o metropolitan9 hȝ ſuā viſitacō
nē in ꝓuincia quā ſingulis annis
faciet ſm̄ formā quā hȝ ꝭ. de accuſa.
ſicut olim. Sȝ nūquid in dyoceſi
b9 ſuoꝝ ſuffraganeoꝝ viſitacōem
faciet videtˀ ꝙ ſic ar. xij. di. de hijs
ꝭ. de cenſibȝ. Cū apl's. x. q. iii. caue
dū. qd intelligo morientibȝ epis
vel negligentib9 viſitare. In hijs
eīm caſib9 hȝ metropolitan9 iuriſ-
dictionez in ſubiectis ſuffraganeo
rū ſuoꝝ. vt dicem9 ꝭ. de offi. ord.
paſtoralis. ꝛ idem puto ſi metro-
politan9 viſitat ꝛ inquiret ſup ali
quo contingente generalem ſtatū
tocius prouincie. vt ix. q. iii. Ar-
chiepiſcop9. habet ꝛ eps ſuā viſi
tacōez in ſua dyoceſi qm̄ faciet oī
āno xviij. di. qm̄. ꝛ plures in āno
ſi necē fuerit vt xviij. q. ij. viſitādi
et c. nō ſemel. ea eciā q̄ fuīt i ꝯcilio
ꝓuinciali publicabit i ſua ſynodo
epali ſingulis ānis vt ꝭ. de accuſa.
Sicut xviij. di. decreuim9. Habȝ
archidiacon9 ſuam viſitacōez cum
eps viſitare non poteſt vt ꝭ. e. c. i.
Et poterit eciam de anno in an-
num viſitare ꝛ frequencius ſi op9
fuerit. vt ꝭ. e. ti. Mandamus. Et
nota quia qd dixi ſ de ꝯſuetudine

determiare iuriſdictiões archidiaco
nalem vez ē ſi fuerit pſcpta vel tan
to tēpore obſuata. vt eius memo
ria ñ exiſtat ⁊ ſic non obſtat .ꝗ. e. t
Cum ſatis Sed quer̄ An archi
diaconꝰ poſſz excare poſito ꝙ hēat
iuriſdictiōez ordinariam. videt̄ ꝙ
nō vt .ꝗ. e. ti. archidiaconi ⁊ qꝛ ex
cacio mucro eſt epi. vt xvi. q. ij vi
ſis in fi. Sed ꝯ ſi habet iuriſdicā
onez pt excare. vt .ꝗ. de offi. dele. ex
lrīs. iuriſdictio eīn ſine cohercione
nulla eſt vt ff. de of. eiꝰ cui man ē
iuriſ. l. vlt. ⁊ in preallegata dec.
Preterea. plebanꝰ ꝗ minor eſt archi
diacono excatut .ꝗ. d offi. ord cū ab
ecclīaꝝ. ṗmo ⁊ prochial̄ ſacerdos
ut ij. q. i. nemo xi. q. iii quō ñ q. vii
§. cum .ꝗ. qui ſi. ſūt legi. p venībilē
dico ergo ꝙ ſi iuriſdictōez habet
ordinariā. qd euenit ſi ab vniuſi
tate eligat̄ vel ſi hoc obtineat ex ā
tiqua vel approbata ꝯſuetudie pt
excare. Nec obſtat .ꝗ. e. t. archidia
conis. ꝗuis ei ibi dicat̄ nō videt̄
tñ non eſt ita. quod ei alit̄ ſunt ꝙ
ṗma facie videāt̄ vt .ꝗ. de ſē. ex. p
tuas in pri ꝯ. de elec cū nobis olim
i pri. Ad aliud qd oppoit̄. Rñō ex
cacio dicit̄ mucro epi qꝛ nullꝰ infe
rior eo. excare poteſt in ea ſolēnita
te in qua pt epꝰ. de q ſolēnitate ha
bet̄ xi. q. iii debent ¶ In ſūma nōn
dū eſt ꝙ ad archidiaconū ñ ſpec
tat lrās formatas l̄ ꝯmēdaticias
ꝯcedē ordiandis vt .ꝗ. e. ti. ſigniſi
caſti. ⁊ ſi ad ipm ſpectet examiare

ordinādos. ⁊ epo pñtare ponē ab
bates ⁊ abbatiſſas in ſede vt .ꝗ. e.
vt nrm.

¶ De officio archipſbri.

QVia poſt archidiaconū. Ar
chipbr̄ gradū facit etiā poſt
officiū archidiaconi ſub ſequēter
tractatur de officio archipbri. qui
et ſi minor ſit archidiacono iuriſ
dictōe et adminiſtracōe. maior tamē
eſt ordie vt no. ꝯ. ti. px in pri que
aūt ſpectent ad officiū arpbri pa
tet in dec. h ſubiectis. Vnū in ſu
ma notādū eſt ꝙ cū arpbr ſit vica
rius epi in quibuſdam ſpūalibus
vt .ꝗ. e. ti. c. miſteriū in ſi. aliū tñ vi
cariū dare poteſt vt ibid et xxv. di
perlectis in vb archipbr vero qd i
hac iuriſdictione voluntaria conti
git ſecus in contenciosa in q iudex
iudicem dare nō poteſt. niſi a prin
cipe fuerit datus. vt .C. de iud. l. a
iudice .ꝗ. de offi. dele. Super qd
num. nec pcur̄ procuratorem. niſi
factꝰ fuerit dnīs litis p ꝯteſtacōez
vt .C. de procu. l. neqꝫ tutores ⁊ .l.
ꝙ ſi qs. qd i pcuracōe ad iudicia
locū habet. aliud in procuracōe ad
negocia in qua etiā ante litē ꝯt. p
curator pcuratorē dare pt vt ff. mā
da. l. ſi procuratorem. §. i. ¶ Item
notandum ꝙ infirmantibus epis
ita vt ſua crum miſteriū exequi non
poſſint neq archipbri defcīn eorū
ſupplere poſſunt. ſed et ſimplices

de officio pri[micerii]
de officio ſacriſte

ſacerdotes que licita ſūt expleant. vt vij. q. i. pōtifices. licita reputo. vt cantare miſſam ⁊ p̄dicare. vt xxv. di. ecce. Alia vero que officiū pontificale req̄rūt p vicarios epōs ſuppleant. vt in p̄allegato. c. pōtifices. cautela tn̄ prehabita ⁊ ꝓteſtacōe premiſſa. qd̄ rogat⁹ faciat ⁊ inuitat⁹ accedat. non iure ꝓprio exequat̄. vt xxiiij. di. p̄sbiteri. ar. ſ. de poſtu. bone me. i ſcd̄a bone. Notabis etiā ꝙ ſicut archidyaconus cognoſcit de cauſ matrimonialib⁹. vt ī. de reſti. ſpo. lr̄as ſic ⁊ archip̄b̄r vt ī. de ꝯſang. ⁊ affi. Ex lr̄is. Sꝫ videt̄ ꝙ hoc ſtare non poſſit quia cognicō matrimonial̄ ep̄alis eſt. vt ī. de exceſ. prela. accedentib⁹ xxxv. q. vi. multoꝝ. matrio͞m autē ē magnū ſacramētū i eccl̄ia. vt ī. de ſpōſa. c. i. Archidyacon⁹ vero nec multo forci⁹ archip̄b̄r de magnis negocijs non ꝯgnoſcit. ſꝫ de iurgijs ſcꝫ de leuib⁹ qōib⁹. vt ſ. de offi. archi. ad h̄. magnas em̄ cauſas officiales hmōi ad epōs referunt ſicut legat⁹ ꝓconſul̄ ad ꝓcōſulem. vt. ff. de offi. procō. l. ſi quid erit ⁊ xxv. di. p̄lectis qd̄ intelligo veꝝ eē. niſi hmōi pſonis cōpetat iuriſdictio ſuper cauſ matrimonialib⁹ ex cōceſſione ſpeciali vel conſuetudine preſcripta. nam ⁊ in hijs caſibus abbatibus cōpetere poteſt vt ī. de exceſ. prela. Accedentibus in fi. quia abbas ius ep̄ale preſcribere p̄t vt ī. de preſcrip. Auditis.

¶ De officio p̄imicerij

Primicerius eſt p̄m⁹ in choro vel p̄m⁹ in cantu. ſpectāt autē ad ei⁹ officiū ea que h̄ habes vt xxv. di. p̄lectis in verbo ad p̄imiceriū. Sꝫ qd̄ h̄ dicit primiceriū p̄eſſe dyaconis recipit calūpniā ex eo qd̄ alibi dicit̄ Archid̄ p̄eſſe hijs vt ſ. de offi. archid. officium. Ad qd̄ r̄n̄o iura varie loquūtur de hmōi officijs ⁊ officialib⁹. ⁊ ideo determināda ſunt ſc̄m varietatē diuerſaꝝ ꝯſuetudinū q̄ i eccl̄ijs obſeruāt̄ vt dixi. ſ. de offi. arcīd. ¶ In ſūma notand̄ eſt ꝙ ab ſeū p̄imicerio ea que officiō ipſi⁹ incūbūt is exequit̄ qui ei aut ordine ā erudicōe ꝓxi⁹ ē. vt xxv. di p̄lās

¶ De officio ſacriſte.

Sacriſta ē idē qd̄ theſaurari⁹ vn̄ q̄ h̄ vocat̄ ſacriſta alibi vōt̄ theſaurari⁹ xxv. di. p̄lās i fi. ad iſtū ſpectat theſauri cuſtodia vt h̄ dicit ſꝫ h̄ veꝝ ē 2° loco. Nā p̄imo loco ſpectat ad archidyaconū vt ſ. de offi. arch. Ea q̄. Cōpetit huic officiō ⁊ queđ alia q̄ h̄ ⁊ i. c. p̄lās ꝯtinētur Et nōnđ qd̄ cuſtos ē miſter ſacriſte. ⁊ iō i cuſtodia theſauri q̄ ad ſacriſtā ſpectāt vt ſ. ti. ꝓx. miſteriū p̄ſtat vt h̄. c. i. Itē ⁊ de luīarijs curā hꝫ cuſtos vt ī. e. t. c. ij. i p̄n. ⁊ nichiloi⁹ ſacriſta vt ſ. e. c. ꝓx. c vno ⁊ ꝓpterea yſidorus de hoc officio non curauit.

xxv di· plectis nec obſtat qd̓ dicat
ꝫ· e· t· c· ij h̄ij tres rc̄· ſ· archidiaco
nus arpbr̄ et cuſtos · et ſic omittit ſa
criſta· nā h̓ iō ſit qꝛ qd̓ officio ſa
ciſte incūbit expeditur p miſteriū
cuſtodis Per hūc cuſtodē ſit diſ
tributio oblacōnū· elemoſinaꝝ· deci
maꝝ abſente epo vt ꝫ· c· ij· nam ſi
pñs eēt p eū fieri deberet vt xij· q
ij nobis· et c· vultane· inuenio tn̄
i caſu ꝙ canonici ſuo iure capiunt
ſuam canonicam porcionē vt ꝫ· de
teſti· ſlatum· niſi epūs hoc ius per
indulgēciam optineat ut ſibi liceat
canōicas diſtibuē· ut ꝫ· d̓ v̓bo· ſigni
Cū tibi· h̄ij tres officiales· ſ· archdia
conus arpbr̄ et cuſtos · et meliores
et ſanctiores ſunt aſſumendi vt ꝫ·
e· c· ij· qꝛ officia et dignitates meli
oribꝫ dāde ſūt vt viij· q· i· licet lxiij
di· c· vltio ꝫ· de iure pa· Qm̄· ff· ad
municipa· l· honores· i· Rn̄· Ede hijs
qui ad ec· ꝯfu· l· pn̄ti ꝟ· q̇ inſinibꝫ
in auc̄ de ſanc epiſ· ꝟ· ij et ꝟ· ſi quis
oratoriū· Et ſicut bonis meliores·
ſic melioribꝫ optimi preferūt̄ · vt
lxiij di· Metropolitano· in auctē· de
mōchis· ꝟ· ordinacōez et ar ad idē
ff· de verbo· ob· l· vbi aūt nō appa
ret· rudibus eñ emiti nouis prefe
rant̄ antiqui· ut lxi· di· q̄d prodeit·
ſtatuit· et c· nec emeritis et c· nullus·
prius ordinati poſterius ordiatis vt
lxxv di· c· vlt· Ad ſolucōem oim
hoꝝ ſic dico· ſi vnus tm̄ de gremio
eccē eligat̄ n̄ requirūtur h̓ omina
ſed ſufficiat ꝙ nō ſit malus vt xvi· q
vlt̄ mōſteriū· Si vo plures eligū
tur tunc collacio de hijs omnibus
habeatur quo ad hoc vt vnus al
teri preferat̄ vt· ē· de elec dudum
i pma dudū et c· Cū i ꝯal̄ et c· eccā
Sꝫ ſi de aliena eccā q̄s eligatur
requirit̄ ꝙ ſit optimus· ſicut dicit
lex in tutore q ſi eligat̄ de tra de q
oriūdus ē pupillus· ſufficit ſi ſit bo
nus· ſi de aliena tra· oportꝫ vt ſit op
timus vt· ff· de tuto· et cura· da ab
hijs· l· diuus· ſi vero minus ydoneus cuſ
tos datus fuit denūciāte archidia
cono per epm āmouet̄ · ut ꝫ· e· t· c
i· et ē mirabile aliquē decā· vel āmo
ueri p denūciacōez et ſimile ij· q· vij
q̄ ꝑpt ꝫ· de iure iur̄ q̄rela ꝫ· de fide
iuſſo· puenit lxxxi di· maximianus
Sꝫ hoc non videt̄ ſtare poſſe Nā
accuſacio inducit depoſicōez· iquiſi
cio remocōem · denūciacō correctio
nē· vt ꝫ· de accuſa· Sup hijs et c·
qualiter et qñ· Rn̄o cuſtos nō ydo
neus et ineptus adminiſtrare· deliq̄t
in adminiſtrādo· vnde alio mō cor
rigi non pōt niſi remoueat̄ · et hoc ē
generale ꝙ vbicūqꝫ correctio alic̓
cnnis alit̄ pñri nō pt n̄ remoto eo
q̄ delinq̄d· eciā ſi denūciatie agat̄·
necēm eſt eū āmoueri ſicut i iudicio
pmiāli contingit ut xij di· nerui ꝫ·
de ſymo· ex tue et c· mathe̓ in ſi·

## De officio vicarij·

Supius dictū eſt de hijs qui
ſuiūt eccījs noie ꝓprio· hic

tractatur de hijs q̃ ſeruiũt nomĩe
alieno ⁊ ideo ſubiciť h̓ rubrica de
officio vicarij ¶ Videam⁹ ego q̃d
ſit vicari⁹. quid ſit officiũ vicarij. ĩ
q̃bus caſibus poſſit p vicariũ deſ
uir. q̇d ius habeat vicari⁹ in ecc̃a
in qua ſeruit. ⁊ an poſſit q̃s plures
vicarias habẽ. ¶ Vicarius ẽ qui
vices alteri⁹ gerit ſiue in officio ñ
cõtẽcioſo. vt hic ⁊ ẽ. de offi. arch
c. i. ⁊ ẽ. de offi. archipbri c. i. in fi.
ſiue in cõtencioſo ut. C. de officio e⁹
qui vicem alteri⁹ ge. p totũ. Sꝫ ẽ
ſciendũ ꝙ illi vicarij d̓ q̃bꝫ in legi
bus poſitis in illa rubrica tractať
non erant legati. vel ſubdelegati
ſed ordinarij iudices nam elege
bãť ad certũ tẽpus q̇d erat ordina
rijs prefixũ. vt ipſi vices ordinari
orũ pñcium ⁊ viuẽciũ ſupplerent.
erãt ⁊ alij qui gerebãt vices mor
tuoꝝ ⁊ abſẽciũ qui ſuffecti appella
bãť hij oĩa poterãt agẽ q̃ ptinent
ad iuriſdictõem preter vltimũ ſup
pliciũ ⁊ membri abſciſiõeꝫ vt. C. e.
ti. l. ij ⁊ in auc̃ de coll̓. §. anq̃ vero.
vnde de officialibꝫ Epoꝝ pleruq̃ꝫ
in curia dubitať. an ſint ordiarij
vel delegati. videnť eni̅ ordinarij.
habita ſimilitudie ad vicarios ⁊
ſuffectos. q̃ ſunt ordinarij ſic dixi
ꝫ puto officiales fore delegatos.
eo ꝙ ñ eligũtur nec ad certũ tẽp⁹
inſtituuntur. ſꝫ ſicut ⁊ quantũ epi
volunt. gerũt igitur vices eorũ q̃
diu durant mandata. deſinũt gerẽ
cum reuocanť mandata. ſed ſunt

delegati. ad vniuſitates cãrum q̃
diu durat eorũ iuriſdictio. vñ pñt
alijs delegare eo q̇d ñ eis cã ꝯmit
tiť ſed iuriſdictio vt ff. de iudic. l.
cum pretor §. iudices. quod tñ dix
erũt eos ordiarios ⁊ de talibus lo
qui dixerunt dec̃ ꝗ. de iĩnt reſti. cã.
in verbo delegati vero ab ordiarijs
qui adminiſtracõem non habent.
ſed illud alio modo debet intelligi
et exponi ſicut alibi h̓ notatũ. Itẽ
dubitari conſueuit ad quẽ debeat
appellari ab officiali epi. dixerunt
quid ꝙ ad archiepm̃. q̃i tribunal
officiaľ ſit ordiariũ vt pinde h̓eať
ac ſi ab epõ appelleť. ab epõ ãt ad
archiepm̃ g̃datim ẽ appellãdũ vt
. C. de appel. p̄ cipi⁹ ipñ ⁊ iai tñ de
app. ⁊ ꝗ. que tpa §. vlť. ij. q. vi an
tioꝝ ⁊ videť h̓ expreſſum ff. quis
et a q̊. l. i. §. ab eo. q̃uis ꝯtrarium
inuat decre ꝗ. d̓ appel. dilc̃ filij. alle
gabať ad hoc ⁊ q̃d racio naꝫ ſi ad
epm̃ appellareť poſſit iterum ep̃⁹
alij ꝯmittere. ⁊ ſic nũq̃ pueniret
ad metropolitanũ. ⁊ p h̓ fiet fraus
iuri ſm̃ quod cẽ deferũť ad metro
politanũ p appellacõeꝫ. vt ij. q. vij
metropoľ ꝗ. de offi. dele. c. i. Sꝫ pu
to ꝙ ab officiali epi ad epꝫ ſit ap
pellan̓d. nam a delegato ordiarij
ad ipm̃ ordinariũ appellať. vt ff.
quis ⁊ a q̊. l. vlť. Nã hoc generale
ẽ ꝙ a delegato appelleť ad delegã
tem vt. C. de app. l. precipimus. §. h̓
ſi appellacõ. i autñ de ſãctiſ. epiſ. §.
ſi q̃s ꝯ aliquẽ. C. q̃ p ſua iuriſ. l. vna

fi

in fi· hoc tñ fallit in aut· de app· §· vlt· C de appella· l· papinia· §· huic salubrime ⁊ l· eo casu· Et ad obiecta supi⁹ sic R̄ño· ad pmū iam rñm est ǭ qr officiales delegati nō sūt ordiarii· ad 2m sic lex illa q̄s et a quo· §· ab eo ·non loquit̄ i ordinaio delegāte ʒ i delegato ab alio q̄ a pncipe· qui delegat⁹ alteri delegat· q̄ casu si a sb̄delegato appellet̄ non ad pximū· ʒ ad pmū appellandū ē delegantē· sec⁹ si delegatus a pncipe alteri delegauerit· nā tūc non ad pncipē ʒ ad ei⁹ appellanð est delegatū· vt· C qui p sua iurisdic· l· i· in fi· Pʒ si mouearis et dicas q̄lit̄ delegat⁹ ab alio q̄ a pncipe pt alteri delegare· R̄ño pōt lite ↄt· vt in pcuratore dicim⁹· C de pcu· l· neqʒ vel si ad vniūsitatē causaꝝ fuerit delegat⁹· Ad terciū rño iura q̄ dicūt cās deferēdas ad metropolitanū p appellacōeʒ locuʒ hn̄t cū eps in pp̄a psona cognoscat· nec puto aliq̄ fraudē fieri iuri si eps alij deleget· si q̄s tñ velit aliam opinionē tenē· vt dicat ab officiali epi ad archiepʒ appellād· pt ad iura que p mea opinione induxi talit̄ rñdē· Jura supi⁹ allegata q̄ dicūt a delegato ordinarij ad ordinariū appellandū· locū hn̄t cū ordinari⁹ cām singularē cōmittit vbi autē causaꝝ vniūsitatē ↄmittit· vt in officiali cōtingit· tūc non ad ordinariū qui delegauit· ʒ ad illum appellabit̄ ad quē appellare tur ab ipō ordiario· ⁊ sic loq̄ videtur· §· ille ab eo scʒ q̄ cōmittit non cām singularē ʒ iurisdictionē· i· cāꝝ vniūsitatē ʒ qð pri⁹ dixi magis placet· Itē q̄rit̄ a delegato officialis ad quē appellabit̄ R̄ño ad epʒ ⁊ hic ē casus quē pmo posui ⁊ sm quē intellexi· §· illū ab eo scʒ i delegato ab alio q̄ a pncipe alteri delegante· ❡ Officiū vicarij ē ſuire eccē ⁊ psone· vt ⁊̄· e· t· c pui deas ⁊ cū eos cura respiciat aiaꝝ· vt ⁊̄· e· t· c· vlt̄· fiēt sacdotes vt ǭ de elec· Cū in cūctis ǭ de eta· ⁊ q̄· inorð· pfici· §· sed q̄re· ❡ Nunc videndū ē in q̄ b⁹ casibȝ liceat p vicariū deſuiri· et certe cū plati ecclāꝝ seu psone ð beāt esse vel fieri sacdotes vt in pdicta decre· Cū in cūctis· §· minora et cōtinue debeāt resiðē· vt ⁊̄· ð cle· non resi· c· Relatū· quibȝ semp offerēda sūt sacficia· vt xxxi· di· Dilapc⁹· ⁊ diurnas ac nocturnas horas cane debeant· ita vt quotidie i officijs septenarius numerus expleatur ⁊̄· de cele· mis· c· i· non videt̄ p vicariū licere deſuire nisi ex idulgēcia speciali competat aliam non residere· vel cum consuetudo excusat non residentem· vel cum ecclesia dependeat ex prebenda· vt ⁊̄· de preben· exposuisti· et· c· extirpande· vel cum persona sine culpa sua incidit in debilitatem· deformitatem seu morbum· ita vt per se deseruire non posset· vt sicut in hijs casibus·

maioribus prelatis danť coadiu-
tores vt vij. q. i. c. i. ſic ⁊ mioribꝰ
liceat p vicarũ deſuire uł cũ necca
profecto immiet vt ī. ð app. pueit
vel voluntaria. vtilis tam ⁊ honeſ
ta. ut puta ſtudioꝝ vel pegrinacõis
cauſa cum lrã tamen plati vt de
ↄ. di. v. non oportet In hijs em̃ et
ↄſimilibus cauſ tractatus iſte de
vicarijs locũ hẽt ¶ Habet vicarꝰ
h ius i eccã qꝛ ſi de aſſu plati fuit
inſtitutꝰ. remoueri nõ pt a pſona
que ipm̃ inſtituit vel ſucceſſorẽ ip
ſius. vt ī. e. ti. ad h ī. de arbit s nõ
ſine. habet curam aiarũ ut ī. e. t. c.
ult. habet ius in re ⁊ ꝑptea habẽs
vnã vicariã aliam habẽ nõ pt vt
ī. e. ti. puideas. ⁊ vicarius in vna
nõ poteſt i alia intitulari. vicaria
retenta. ut ſ. de reſcriptis poſtulaſt.
Item intitulatus in vna ñ põt vi
carius effici i alia vt ī. e. ti. c. i. Itẽ
agẽ poteſt ⁊ cõueniri nomie eccĩe
vt ī. de fide iſtru. g. ppetuꝰ. q̃ oĩa
in ppetuo vicario locũ habẽt. tał
em̃ ſuo noĩe poſſidet. ſicut ⁊ is qui
ad ñ modicũ tempus ↄducit ut. ff.
ſi ag. vec. vel emph. l. ult. in fi. ⁊
inchoiꝰ p eum poſſidꝫ pſona. qꝛ
is poſſidet cꝰ noĩe poſſidetur vt ī. ð
reſtit ſpo. Cũ venilſꝫ ¶ In ſũma
nondum ẽ qꝛ vicarꝰ vicariũ cõſti-
tuẽ ñ poteſt vt ī. e. clericos ſic nec
delegatus delegatum ñ a principe
datus eſſet ut. C. de iudic. l. a iudice
ī. de offi. dele. Super qõnum. nec
obſtat ī. de ſen. et re. iudi. Cum
bertoldus. ibi em̃ factum recitatur
cum dicatur ſubdelegatum alti de
legaſſe ał s obſtaret vt ī. de app.
Cum cauſam. ſed obſtat ff. man.
l. ſi procuratorem §. ſi mandauerit
vbi procur cõſtituit procuratorẽ.
ſed illud in procuratore ad nego-
cia. ſecus i pcuratore ad iudicia.
cui hoc non licet niſi lit ↄt. vt. C. de
procu. l. neqꝫ. Item qꝫ dixi vicari
um vicarium dare poſſe fallit in ar
chipbro qui cum ſit vicarius Epiſ
copi cõſtituit aliũ vicarium ut no.
ſ. de offi. archipbri in pri.

## ¶ De officio ⁊ po. iudi. delegati.

Dictũ eſt. ſ. ð hijs qui gerũt
vices alioꝝ i officijs diuinis.
hic aũt tractať de hiis q̃ gerũt vi
ces alienas i iuriſdictõe ↄtēcioſa.
et ideo ſubiciť h rubrica de officio
et ptãte iudicis delegati. ¶ Videãꝰ
ẽgo q̃d ſit delegatꝰ. quid ſit offici
um delegati que iuriſdictio. q̃bus
mõis progetur. ⁊ q̃bꝰ mõis finiť
iuriſdictõ delegati. ¶ Delegatꝰ ẽ
is cui ł a ſũmo põtifice. ł ab ordia
rio ł a delegato pricipis cã ↄmitti-
tur. nã ⁊ ſbdelegatꝰ delegatꝰ eſt.
diciť ãt ſbdelegatꝰ reſpcũ delegati
Item is cui pricipiũ eẽ ł mediũ cõ
mittiť ⁊ ſi iudex ꝓ̃e dici ñ poſſꝫ ut
ī. e. t. ſup qõnũ §. porro. delegatus
tñ eſt cui delegari poteſt pricipium
medium vel finis vt ī. e. ti. ſuper
qõnũ §. intẽcionis Sed et is cui

execucō vel miniſteriū aliqđ demā
daṫ delegat⁹ ē· nā auctoritate dele
gata exequiṫ qđ mandaṫ· vt ꝑ̄· e·
ti· c· vlṫ· §· plṫ· ⁊ vltimo ꝑ̄· de app·
ꝑ̄uit· Pꝫ q̄uis executor hēat iu
riſdictionē delegatā· non tn̄ hꝫ oīa
que ex iuriſdictione ꝓcedūt· nā de
iuriſdictione ꝓuenit iudicis dādi
ptās· vt· ff· de iuriſđ· om· iuđ· l· iij·
in fi· que ſibi non ꝯpetit vt ꝑ̄· e· ti·
c· vlṫ· Et ē racō· qꝛ in talibꝫ q̄ non
in ꝯgnicōe· ſꝫ in miniſteio ſolo cō
ſiſtūt· induſtria pſonaľ electa vi=
deṫ· ⁊ iō ab ea recedenđ non ē· vt
ꝑ̄· e· ti· c· vlṫ· in fi· C· de cadu· tol· l·
vna· §· ne aūt· ff· de ſoluc· l· inṫ arti
fices· ⁊ ſicut hoc ei a iure tolliṫ vt
ꝯmittē neq̄at· ſic ⁊ aliud ei daṫ vt
ab illo appellari nō poſſit· niſi mo
dū in exequēdo excedat· vt ꝑ̄· e· ti·
ſup qōnū· §· nos aūt ꝑ̄· de app· no=
uit· ff· ad ap· l· ab executore· C· q̄r
app· non recipi· l· ab executore· vel
niſi ptes iudicis aſſumat· vt· C· de
execu· rei iudi· l· Pi vt ꝓponis· vel
niſi dolo aliq̄d faciat· vt· ff· de ne=
go· geſ· l· iij· §· ſi executor· vel ſi exe=
cutori obiciaṫ excōicacō· vt xi· q· iij
cū excōicato· vel niſi ſup eo de quo
agiṫ facta ſit nouacō inṫ ptes tūc
e ñ execucōis ordo mutaṫ· vt· ff· de
re· iuđ· l· iiij· §· ſi ex ꝯuencōe· vel niſi
in exeq̄ndo tēp⁹ q̄drimeſtre ꝑueni
at executor· vt· C· de execu· rei iuđ· l·
ſi quis ꝓuocacōe· vel niſi executor
male interp̄teṫ ſn̄iaꝫ· vt· ff· de ap·
l· ab executore· vel niſi obiciaṫ ex=
cepcō p quā ꝯtēdaṫ nullū retro fu
iſſe iudiciū· ⁊ eā nō admittat vt ꝑ̄·
de ꝓcu· in nrā· C· de ꝓcu· l· ꝫ· Et nō q̄
vbi appellaṫ ab executorē ſn̄ie· fruc
tus rei ſup q̄ iudicatū ē ſeq̄ſtrandi
ſūt· ⁊ res de q̄ iudicatū ē ſi mobiľ
fuerit poſſeſſori retradaṫ· et ydonee
collocēṫ· reddēda ē ei pti ꝓ q̄ ſatis
cognitor iudicauerit· ſi imobilis·
fruct⁹ i depoſito collocenṫ iure fun
di penes eū q̄ appellauerit ꝯſtitu=
to· vt· C· q̄r appel· nō reci· l· ab exe
cutore· nec itelligas ſic quiđ erran
tes dixerūt tūc locū hrē hanc ſeq̄ſ
tracōeꝫ de q̄ loquiṫ lex ſupior· cū p
ſona poſſidēs ē ſuſpecta p· l· aliam
ff· de ap· l· ipatores· §· vlṫ· Nā cte
lex illa impatores locum hꝫ cū poſ
ſeſſor a ſn̄ia appellat· tūc attēdiṫ
diſtīctio de ſuſpecto· lex āt illa ab
executore loquitur cum appella=
tur ab executore quando idiſtinc
te facienda eſt ſequeſtracō· vt ſu=
perius dictum eſt· Et eſt racio· qꝛ
tantum facit pro me ſentencia q̄
coram executore petam ipſam exe=
cucōni mandari quantum pro te
poſſeſſio ¶ Modum autem in ex=
equendo excedi intelligꝯ cum exe
cutor mandati fines excedit ſcilicꝫ
cum aliud exequitur q̄ quod de
bet vel cum in exequendo iniuri=
am iſert· vt· C· de appel· l· ſi quis
prouocacione· et ſicut in hijs
caſibus quos enumeraui ſuperi
us appellatur ab executore· ſic
et recuſari poterit ſi merito ſit

ſuſpectus ut ꝯ. e. t. ſup q̄onū ꝟ. por
ro. niſi de parciū def. vel recipiatur
aſſenſu. vt in ꝟ. nos autē. ⁊ que ſu
pi⁹ ſemiaūt locū hn̄t ī mero execu
tore. Quis āt ſit merus quis mix
tus dixi ſ̄. de reſcptis ꝟ. executore
Item q̄uis ſupi⁹ dixi executorē p
tes iudicis aſſumē non debē p. l. C.
de exe rei iud̄ ſi vt ꝯpois. excepcōꝫ
tn̄ falſi admittē dꝫ ⁊ ſi ſūmaia ɔg
nicōe adhibita inueneit ſniaꝫ de q̄
exequēda mandatū recepit in tue
tu falſitatis fuiſſe prolatam eā nul
latenus exequit̄ vt ꝯ. de crīie fal.
Super eo ff. d̄ cuſto. ⁊ exhi. reo.
l. dyu⁹. Sed ſi iuenerit eam latā
cōt̄ ius litigatoris. nichilomī⁹ exe
quatur ut ꝯ. e. t. paſtoralis ꝟ. quia
vero. niſi apud eum q̄ mādauit va
leat obtinē. vt ipſū exonēt ab exe
cucōe mandati vt ꝯ. e. ti. ſi qñ. Of
ficium delegati ē fines mandati di
ligent̄ attēdere ⁊ ſeruare. ut ꝯ. e. ti
ſuper q̄onū ff. de pcu. l. ſi pcurator.
ff. mandati. l. ſi diligēter. ⁊ form
mādati ſeruare dꝫ ut ſ̄. de reſcptis
Cum dilca. ff. man. ſi quis pro eo.
vt prius expediatur q̄d pri⁹ expe
diri mandat̄ ut. C. d̄ appel. l. i. C. de
rei vendi. l. ordinarij ꝯ. de cā poſſ.
et ꝓprie. Cum dilc⁹. nec obſtat de
reſcriptis int̄ ceteras ī verbo iudicū
q̄dcūqꝫ. illd̄ ei locū hꝫ ī mādatis
alt̄natis. Itē n̄ ob. ſ̄. d̄ reſcp. Cam
qꝫ nā in clauſula q̄ntum de iure po
ſitis ⁊c̄ ex ſui natura itelligēda et
obſuanda ē. ⁊ an̄ recepcōeꝫ teſtiū

et p⁹. ⁊ iō n̄ tm̄ ibi erat itelligēda.
vbi in ordine reſcripti ponebatur
Item officium delegati eſt quod
facere p que puenit̄ ad cōſumma
cionem negocij ſeu mandati. ⁊ ſi
illa non contineantur in lr̄is ɔmiſ
ſionis vt ꝯ. e. ti. preterea. omnia eī
commiſſa videtur ſine quib⁹ man
datum expediri non pōt ut ibi ⁊ ꝯ.
e. ti. prudenciam. ꝟ. ſex. ⁊. c. Ex lr̄is
ff. de offi. eius cui mā eſt iuriſ. l. vlt̄
ff. de iuriſdic. om. iud̄. l. ij. Itē ex
cepcōes legitimas debet admitte
re ⁊ ſi hoc ex forma reſcripti nō ha
beat̄ ut ꝯ. e. ti. Ex parte ⁊ ꝯ. de iud̄
exhibita. Itē officiū iudicis ſiu de
legati ſiu ordinarij ē duplex ē an̄ lit̄
ɔt̄. et p⁹ litē vt dicem⁹ ꝯ. de officō
iudic̄ habꝫ autem delegatus ptā
tem inter partes int̄ quas delega
tur. ⁊ ſuper eo q̄d ſibi cōmittitur.
vt ꝯ. e. ti. p ⁊ g. ⁊ c. Cum olim ab
bas. ⁊ ꝓpterea dicunt̄ reſcpta ſtric
ti iuris. quia non extēduntur ad a
lias res vel pſonas q̄ in reſcptis
ɔtineantur. ſic in ɔpromiſſ dicit̄
id eīn venit in ɔpromiſſum de quo
actū ē vt veiret. ut ff. de arbi. l. ſi cū
dies ꝟ. plenū. Caſualit̄ tn̄ iuriſdic
tio delegata extēdit̄ ad alias pſōs.
vt ꝯ. e. t. c. i. ꝯ. de ſen. ex. gue ⁊. ꝯ. de
alienacō. iudi. mu. cauſa fac. c. i. ꝯ.
de iudic̄ quia w. ꝑm vnam lectu
ram. Item vbicumqꝫ in reſcripto
ponitur clauſula illa. amoto quoli
bet illicito detentore. extenditur
iuriſdictio ad alium cuius nomen

in reſcripto non cōtinet̄. Item cū
in reſcripto ponit̄ cl'a illa q̄dā alij. l'
illa vocatis q̄ fuerīt euocādi. Itez
cū in reſcripto dn̄i ipe ponit̄ cōtra
dictores ⁊c̄. vel ſic moleſtatores. l'
ſic ſi quis auſu temerario ⁊c̄. vel
ſic contra p̄ſonez ⁊c̄. Item in caſu
ꝫ. e. t. ſup eo ꝫ. de teſtib̄ꝫ veniens.
Itē ad res alias non extēdit̄ iuriſ
dictio delegata regulariť vt ſupi⁹
dictū eſt. n̄ ad acceſſorias vt ꝫ. e. t.
prudēciā. §. ſexta. ad fruct⁹ ⁊ expē
ſas q̄ veniūt officio iudicis. vt di=
cemus ꝫ. de offi. iudi. Itē ad res q̄
ſuccedūt in locū illoꝝ de q̄b̄ꝫ agit̄
vt ꝫ. vt lite pen. eccā in ſc̄da eccā.
et cū re⁹ q̄ dolo deſijt poſſidē p̄ poſ
ſeſſore habet̄ vt. ff. de rei vend. l. ſi
qui ventorio. ff. ad exhibē. l. iulia⁹
. C. ad exhibē. l. Ad exhibend. Itē
cū ꝯtra violentū fit eſtimacō reꝝ
amiſſaꝝ. vt ꝫ. de hijs q̄ vi. metus
ve cā fi. c. vlt̄. C. vn̄ vi. l. ſi qn̄. ij. q.
i. in p̄mis. Saluo eo qd̄ dicemus
ꝫ. de iuriſdictione p̄rogāda ad res
alias vel p̄ſonas. tā in delegato q̄
in ordīario. Itē h̄ꝫ p̄tātez alteri cō
mittēdi p̄ncipiū. mediū. ⁊ finē. cō=
iūctim vel ſepatī. vt ꝫ. e. ti. ſup qō
nū. §. intencōis. ⁊ h̄ ſi a p̄ncipe fue=
rit delegat⁹ vt ibidē ⁊. C. de iudic. l.
a iudice. vni vel plurib̄ꝫ. vt ꝫ. e. ti.
Cū te ꝯſulēte. nec obſtat autn̄. vt
de iūcti ſeu ſine defuncto. §. illud
coll̄. v. ⁊ ſignt̄. C. de iud. ſup. l. A iu
dice. ⁊ incipit ad h̄ ſi adminiſtrator.
ibi ei dicit̄ q̄ ordīari⁹ d̄ꝫ p̄ ſe audi
re p̄ncipiū mediū ⁊ finē. cetā p̄ ꝯſi
liarios expedicē p̄t. delegat⁹ vo cā
per ſe audiat. nec laboro circa ſolu=
cōes q̄ fieri p̄nt et ꝯſueuerūt. eo q̄
lrā iſti⁹ dec. ſup qōnū dicit nō ob=
ſtante qd̄ dicit̄ ⁊c̄. q̄ v̄ba oīno tol
lūt autn̄ illud. ⁊ nō q̄ vbi d̄legat⁹
ſimpliciť cōmittat totū cōmittē vi
det̄. nec ſibi de iuriſdictione aliq̄d
reſeruat̄ vt ꝫ. de iure pa. Ex lrīs ꝫ.
de dona. paſtoral̄. ff. d̄ tute. l. iij ꝫ.
e. ti. venerabili. Itē nō q̄ vbi dele
gat⁹ totū ꝯmittat deſinit eē iudex.
vt ſ̄m q̄ſd̄ reuocare ꝯmiſſionē non
poſſit. ⁊ ſi ſubdelegat⁹ non admit
tit ſub delegacōez. allegāt ad h̄ ꝫ.
ſup qōnū §. porro. Sꝫ qd̄ ibi dicit
trāſfert. itelligo cū effectu ita q̄ ſb̄
delegat⁹ admittat trāſlatā nā ver
ba cū effectu ſūt accipienda vt de
pe. di. i. §. h̄ āt ꝫ. de cle. non re. Rela
tū. ff. q̄ q̄ſqꝫ iu. l. i. §. h̄ āt. p̄tea mā
datū iuriſdictionis ſimile ē ceteris
mandatis. vt. ff. de iuriſ. om. iud.
l. et quia in fine. in ceteris autem
optinet vt mandatum re integra
reuocetur. vt inſtitu. mand. §. cer=
te. ¶ Puto igitur reuocari poſſe iu
riſdictionem anteq̄ eam ſubde=
legatus admittat. et incipiat ea
vti p̄mmo ſc̄dm azo eciam poſt=
q̄ inceperit vti par. l. ff. de iudic.
l. iudicium. ſecus ſ̄m iura canoni=
ca vt in prec̄ cc̄. § porro. ⁊ ꝫ. e. t. ve
nerabili. vel poſſet reſponderi ad l.
illā. ꝓloq̄tur in ordinario. aliud
autem in delegato. et notabis.

qͥbi delegat⁹ totã iuriſdictionē ſuã in alteꝝ trãſferat· q̄uis totum trãſferat vnũ tñ qḋ ſibi ꝯpetit non trãſmittit· ſcꝫ ptãtem alteri cõmittendi· q̄uis ſit de iuriſdictiõe iudicis dãdi ptãs· vt· ff· de iuriſdic· om iud· l· iij· i fi· Et ē racio q2 illa ptãs non habet ex cõmiſſione: ſꝫ ex lege vt· C· de iudic· l· a iudice· ꝗ· e· t· Paſtoralẽ in pn̄ ꝗ· e· c· vlt· Rñ⁹· i· Et q̄ ſpãlit lege vel ſenatuſconſulto tribuitur· mãdata iuriſdictiõe non trãſeũt· vt· ff· de offi· ei⁹ cui mandata eſt iur· l· i· Itē ꝛ aliud nõ trãſibit in ſubdelegatũ ſm vetera iura· ſcꝫ ptãs ꝓcedendi· ap· re· vt· ꝗ· ſ· e· q̄ñi ꝗ· ſi vero duo· preter ꝙ in caſu ꝗ· e· paſtoralis i fi· Sꝫ hodie hoc cõe ē oībꝫ iudicib⁹ ordiarijs· delegatis et ſubdelegatis· vt ꝓcedãt ap· re· vt ꝗ· de app· vt debit⁹ honor· Et ē rõ q2 hͣ ptãs pſõlit hẽbat ex reſcpto hodie ꝯit hẽt a iure Poteſt delegat⁹ ꝯmittē vices ſuas cõiudici ſi ꝯiudicē hẽat vt ꝗ· e· t· q̄uis· nec diſtiguo ſi ſit a pte altera ꝯiudex elcs vel ꝯiter dat⁹· vt fieri ſolet i curia rõna· vt ꝗ· e· t· c· vlt· in pn̄· Fateor tñ ꝙ ſi tres ſint iudices vn⁹ elect⁹ ab vna pte· ali⁹ ab altera· tercius dat⁹ a curia ꝓ cõmuni· elect⁹ ab vna pte male facit ſi cõmittat ꝯiudici ab altera pte elcõ· ſed committat medio vel extraneo· Item medi⁹ male facit ſi ꝯmittat alteri ex elcis ſed vel vtriqꝫ cõmittat· vel extraneo· ex hͣ tñ ꝙ ſic ꝯmittit appellari nõ pt· Poteſt delegat⁹ abſcē ſi ꝯiudices habeat· ꝛ ſe excuſabit· ꝛ tũc ſiue nolit ſiue nõ poſſit intẽeſſe qui ſe excuſat· reſidui ꝓcedē pñt auctoritate clauſule ꝙ ſi nõ oēs ꝛc̄· Sed cũ pt ꝛ nõ vult intẽeſſe ꝛ ſe excuſat quaſi nõ poſſit· grauiſſime eſt arguend⁹· eo ꝙ ſe exonerat· vt ꝗ· e· ti· prudenciã· ſ· adiciam⁹· ibi autem ſine culpa ꝯmittit vt nõ ſit in aliquo arguend⁹ vbi aliq̃ impedimēto detinet̃ is q̄ ꝯmittit· vt ꝗ· e· c· ſi ꝓ debilitate· vel cũ in reſcpto aplico continet̃ ꝙ ſi nõ oēs potentes vel volentes intẽeſſe· vt ſ· de reſcptis ſciſcitat⁹· qḋ tñ in lr̃is aplicis non memini me vidiſſe· fieri aũt pt excuſatio p certũ nũcium vel incertũ ſed lrãtorie deſtinatũ· ſed ꝛ ſi alr̃s legitĩe conſtitit de tercij ĩpotencia reſidui ꝓcedere pñt· vt ꝗ· e· t· prudenciã i pn̄· Quidã tñ ſcripſert ꝙ ꝛ ſi in reſcpto contineat̃ ſic· ꝙ ſi oēs intẽeſſe nequentes ꝛc̄· duo ꝓcedere pñt tercõ nolēte vel nõ valēte intẽeſſe ꝛ hoc p· ſ· Adiciam⁹· ſꝫ hͦ non placet p dec· ſciſcitatus que reſtrigit illã clauſulã ad duplicē impotenciam· iur̃ ꝛ facti· ſ· autem illum adiciamus itelligo· cum terci⁹ qui poteſt ſꝫ non vult intereſſe ſe excuſat quaſi non poſſet Sꝫ q̃d ſi vnus ex delegatis laboret impotencia iuris vel facti· vt nullo mõ intereſſe poſſit ad preſẽs· nũquid committere poteſt· dixerunt quidã ꝙ ſic· ſed obſtat eis dec̄ ꝗ· e· t· corã·

ad quã ita Rñõ ibi delegat⁹ ĩpedi
ebat' impotẽcia ꝑpetua· vñ defice=
rat eſſe iudex·vt·ff· de vaca·mu·l·
ꝑtor in ꝑn·ſec⁹ ſi tꝑali· qꝛ tũc cõ=
mittere poſſet·vt ꝭ·e·t·q̃uis·ꝛ·c·
ſi ꝑ debilitate· vel erat impeditus
impotẽcia iuris·ſec⁹ ſi impotencia
facti· vel iõ ferrarieñ eũ voluit reci=
pere ſubdelegatũ ſui college· quia
collega optentus erat ꝑ veri ſup
ꝑſſionẽ vel falſi ſuggeſtionẽ·vel ſb
delegat⁹ nõ erat ydone⁹· ꝛ iõ ipm
recipe non tenebat'·vt·ff·ꝓ ſocio
l·itẽq3·ꝛ hoc ſcripſit Jo·laurẽ·aũt
dixit·ꝙ iõ ferrarieñ noluit ibi ad=
mittere ſubdelegatũ qꝛ ĩ clauſula
que in reſcripto cõtinebat' ꝙ ſi nõ
ambo ꝛc·tu fr̃ ep̃e·ꝛc·videt' electa
induſtria pſonal'· vt ꝑ ſe ꝯpleret
ep̃s qõ mandabat' vt ꝭ·e·t·c·vlt·
·C de cadu·tol·l·vna·§· vt aut'·ff·
de ſoluc·l·inter artifices ꝫ hec oĩa
ſi colorẽ iuris habeãt·ſubſiſtenciã
tñ non hñt· ꝛ iõ michi nõ placẽt·
ſed illã ſolã puto veritatẽ·qꝛ cum
vn⁹ ex iudicib⁹ laboraret impotẽ
cia iuris vel facti·vt in ꝓpa pſona
inteſſe non poſſit·nec ꝯmittere po
terat·ꝫ auctoitate clauſule qõ ſi ñ
ambo ꝛc·refuſa eſt iuriſdictio tota
in alterꝝ· ꝛ puto ꝙ allegacio ptis
circa clauſulã illam qõ ſi ñ ãbo ꝛc
vera ſit ſᵐ iuſ ꝛ eã approbat finis
illi⁹ dec·ꝛ non obſtat illa ſi ꝑ de=
bilitate qꝛ loquit' cũ vni ſcribitur
et clauſula ꝙ ſi non ãbo ꝛc·non po
nit' in reſcripto qꝛ locũ non hab3

non obſtat illa dec·q̃uis·qꝛ nõ lo
quit' de laborãte aliqua impotẽcia
ſed de aliquo modico vel nullate=
n⁹ impedito·tu ergo cũ collega fu
eris ꝛ ꝯmittere volueris noli ſcri=
bere te inteſſe nõ poſſe·q̃uis habe
as aliqõ impedimentũ·ſed ſimpli
citer cõmittas· vel dicas ſic·cũ cca
queõ negocia ꝑuata ꝛ cõmodita=
tes ꝓpas ſit aliquantulũ occupa
tus·tibi vices meas i tali cauſa cõ
mitto·nec obſtat lex que dicit eu3
intelligi facere poſſe·qui ꝯmode fa
cere põt·ff·de verbo·ſigni·l· nepos
nam illa loquit' cum in cõtractu ꝫ
agit' tacite vel expreſſe cũ quid cõ=
mode fiat· Et eſt ſciẽdum ꝙ ſi plu
rib3 cauſa cõmittitur non cum illa
clauſula qõ ſi non amb· vel ꝙ ſi
non omnes· vno ſe excuſante vel
impotencia laborante· alius vel
alij procedere non pñt· vt ꝭ·e·ti·
cauſam·ꝛ·c·Cum cauſam· Item
oĩs iudicare debent vt i autñ· vt
iudices non expec· ſacras iuſ· col·
ix·ꝛ ſimile·ff·de arbit'·l· non diſ=
tinguemus·§·cum in plures· Aut
enim oĩes pronunciabunt ·aut
nullus·vt·ff· de arbi·l· non cogen
dum·§·Item ſi plures· vnde vno
delegatorum mortuo expirat iuriſ
dictio aliorum· vt ꝭ·e· ti· c· vno·
¶Sed ſi duo tercio preſente ꝛ ꝯtra
dicente pronunciauerint valet ſen
tencia duoꝝ·vt·ff·de arbi·l· ſicuti
trib3·ſecus ſi abſente· quia pñcia
illius potuit eos trahere ad ſniam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuā vt ff. de arbi. l. ſi tres ¶ Et in hoc
caſu plus opat᷑ abſencia ſeu ꝯtēp
tus q̄ ꝯdictio vt in electione vt. s̄
de elec. qđ ſic. venerabil᷑. hone me.
s̄ de poſtula. in ſcđa hone. ¶ Sed
q̄d ſi duo pnūciēt terciō abſēte p᷒
modū ratū hn̄te. puto ratihabiciō
nē locū non habē in ſētēcijs ar. s̄.
de ꝯſue. ad nr̄ā. ꝗ qꝛ vt ſupi᷒ dic
tū eſt. oīs pnūciare dn̄t ꝗ non ſe
patim. ꝗ vbi facto ē op᷒ ratihabi
cio locū non hꝫ. vt. ff. de aucto. tu.
l. obligato. §. tutor inſti. eođ ti. §.
tutor. ¶ Itē quid ſi delegat᷒ vel or
dinari᷒ cōmiſerit cām cū illa clau
ſula q̄ ſi non ābo ꝗc. vel illa q̄ ſi n̄
oīs ꝗc. credo q̄ valꝫ cōmiſſio. nā
et cōpromitti pt cū hac adiectiōe
vt ff. de arbi. l. nō deſtinguem᷒. §.
ſi plures. ¶ Itē quid ſi duo pnun
ciēt terciō pn̄te ꝗ non ꝯdicente nec
ꝯſēciēte ſꝫ tacēte. R̄n̄o puto ſn̄iam
valere ſufficit eīn̄ terciū eſſe preſē
tē vt ff. de arbi. l. Si in tres. Po
teſt aūt delegat᷒ a p̄p id ꝯmittere
qđ iuriſdictiōis ē vt. ꝫ. e. t. ſꝫ qōnū
et qđ ē mixti impij vt ē denūciacio
excōis vt. ꝫ. e. t. Ex lr̄is. et in poſ
ſeſſiōeꝫ miſſio vt. ꝫ. e. ti. ſi qn̄. hoc
eīn̄ mixti ipīj eſt. vt ff. de iuriſdic.
om. iudi. l. iij. ꝗ ideo demandat᷑ vt
ff. de offi. ei᷒ cui manđ. eſt iuriſ. l.
vlt. §. vt poſſeſſio. hodie tn̄ videt᷑
cōpetē iure ingrātus. C. qui admit.
ad bo. poſſ. l. vlt. Itē ꝯmittat qđ
meri impīj eſt vt. ꝫ. e. t. venerabili.
hoc tn̄ ꝯm leges n̄ ꝯmittit᷑ vt. ff.

de offi. ei᷒ cui man. eſt iuriſdic. l. i.
§. qui mandatū. ¶ Que aūt ſit iu
riſdictio delegati ex forma ꝯmiſſi
onis appet vt. ꝫ. de iudi. Exhibita
ꝫ. de voto ꝗ voti. re. Ex multa. ſicut
ex forma cōpromiſſi colligit᷑ iuriſ
dictio arbitri. ff. de arbi. l. non diſ
tinguemus. §. de officiō. ſicut ex for
ma iudicij ſiue forma dictat᷑ vt. ꝫ.
de accu. qualit᷑ in ſi. ꝗ. c. ſup hijs
Sꝫ ſi ſimplicit᷑ fuerit cā commiſſa
oīa cōmiſſa videntur ſine quibus
mandatū expediri non pt vt. ꝫ. e. t.
preterea ꝗ. c. prudēciā §. ſexta ꝗ. c.
Ex lr̄is. ff. de officiō ei᷒ cui manda.
ē iuriſ. l. vlt. ff. de iuriſdic. om. iuđ
l. ij. vnde pt excare. in poſſeſſionem
mittere. ꝗ ꝯ eūdē vtrūqꝫ remediū
excere ſi hoc meruerit protuitas cō
tumacis. vt. ꝫ. vt lite non cōt. qm̄
frequent᷑ in fine. ꝗ ſi cā talis fuerit
in qua miſſio locum habet. vt. ꝫ.
vt lite non ꝯt. tue. ¶ Pōt ſt inter
dicē ꝗ ſuſpendē ſi p̄pter excellēciā
pſone nō ad excacōeꝫ ſtati curređ
eſt. vt. ꝫ. e. ti. ſane. Nā in coarcōni
bus inferēdis dignitati deferenđ
eſt ꝗ pſone. vt. ꝫ. e. ti. paſtoral᷑ in
pn̄. xxiij. q. i. qui ꝯ pacem. ff. đ pe
nis. l. ſeruoꝝ. ij. q. vij. qu. ſquis. l.
di. ꝯtumaces xlv. di. Cum beatus
ꝫ. de ma. ꝗ ob. p tuas. nec obſtat
qđ alibi dicitur q̄ nō ſit habenda
accepciō pſonaꝝ vt. ꝫ. de iuđ. nouit
illud eīn̄ locū hꝫ i iuſticie reddiciōe
ſecus autem in penis inferēdis vt
dictū ē. Poteſt delegat᷒ p̄pe ſn̄iaꝫ

f v

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuã exeq̇ · vt ꝫ · e · t · querẽti · p̄t ⁊ exe
cucõez eius ordiario demãdare vt
ꝫ · e · t · ſignificaſti ⁊ · c · ſi qñdo · ⁊ · c ·
paſtoraľ · §· qz vero · p̄t ⁊ ꝑ ſub de=
legatũ · vt ꝫ · e · t · Ex lrĩs · quid tamẽ
dixerũt ꝙ execucõ ſn̄e delegati pri
mo loco ſpectat ad ordinariũ · ar ·
ij · q · vi · q̇ſquis · ff · de re iud̊ · l · a di=
uo pyo in p̄ncipio · ꝫ lex illa loqui
tur in delegato alterꝰ ordiarij ſe
cus ĩ delegato p̄ncipis · Exeq̇ debꝫ
ſtatim delegatꝰ ſn̄az ſuã in reali=
bus pꝰ decendium · vt inſti · de of
fi · iudicis · §· i · ⁊ idẽ ĩ cminalibꝫ vt
de pe · di · i · defleat · ff · de v̓bo · ſig̃ · ſi
q̃ pena · C de penis · l · cũ reis ij · q · i · ſi
cut · Hoc tñ fallit in quatuor caſi
bꝰ · Primꝰ ẽ cũ p̄ncipes iuſſerit ali
quẽ acriꝰ ſolito puniend̊ · vt · C de
pe · l · Si vindicai xi · q · iij · Cũ apd̊
Sedõs cũ mulier p̄gnãs dãpnať
ad mortẽ vt · ff · de pe · l · pregnãtis
Terciꝰ cũ dãpnať ꝓ ꝰ ratiocinijs
obligatꝰ vt · C d̊ bonis p̄ſcripto · l ·
i · Quartꝰ cũ relegato inſula ẽ aſ=
ſignãda vt ij · q · vij · biduum · In
hijs caſibꝫ differť execucõ ex cauſ
que ꝑ p̄dcã iura colligi pñt · In ꝑ=
ſonalibꝫ aũt actionibꝫ differť exe
cucõ vſqz ad q̃drimeſtre tẽpꝰ qd̊
dať ↄdẽpnatis · vt · C de vſu · ⁊ re ·
iud̊ · l · ij · ⁊ iij · ff · de iudi · l · ſi debitori ·
v̇ deť tñ ꝙ hoc q̃drimeſtre tẽpꝰ
locũ hꝫ in c̄iminibꝫ vt ꝫ · de ſen · ⁊ re
iud̊ · qd̊ ad ↄſultacõez · Nã illa de
crimine loq̇ videť dũ dicit de pur=
gacõne ⁊ facit mencõnez de hͦ tpe ·

purgacõ frequẽciꝰ ſolet ĩdici ꝓpť
infamiã ortã ex c̄imine · vt ꝫ · de pur
ga · canonica ꝑ totũ ij · q · v · in mľ
tis · c · ibi poſitis · licet aliqñ indica
tur purgacõ ex defectu vt ꝫ · de pur
ga · cano · Accedẽs · Sꝫ qualiť illa
dec̄ · qd̊ ad ↄſultacõez intelligatur
dicã ꝫ · de ſen · ⁊ re iud̊ · Durat autẽ
iuriſdictio delegati vſqz ad ãnũ a
die ſn̄e · ita vt ſi excãuit volentem
parẽ ſn̄e · eundẽ parentẽ abſoluere
poſſit vſqz ad ãnũ ſicut obſeruať
in illo qui añ liť ↄť cõtumax inue
niť vt ꝫ e · t · querẽti · ⁊ ſicut contu=
max añ liť ↄť ⁊ ob hoc excõicatꝰ
audiť ꝫ · ãnũ excõicacõis ſup p̄nci=
pali pꝰ ãnũ vero neq̃ ꝙ vt xi · q · iij ·
rurſus ⁊ · c · quicũqz · Sic ⁊ contu
max in diffinitiua ⁊ ꝓpterea excõi
catꝰ audiť petẽs abſolucõnez offe
rẽs ſe ſn̄e paitur · ꝫ añ liť ↄť ideo
dicit qz ſi pꝰ litẽ ↄť quis ↄtumax
eſſet ⁊ liqueret de cã · non ẽ opꝰ ex
cõicari · qz poſſet diffinitiue ꝓnũciai
vt · iij · q · ix · decernimꝰ · C de iudic ·
l · ꝓperand̊ · § · ſin autẽ · vel ſi non liq
ret miſſio fieret in poſſeſſionẽ irre=
uocabilẽ vt · C quõ ⁊ qñ iudex · l · cõ
ſentaneũ ⁊ tũc in neutro caſu eſſet
locus vt ↄtumax audireť ſup ex=
cõicacõe vel miſſione reuocanda · ľ
ſic ſicut cõtumax paſſus miſſionez
in poſſionẽ caucõez ponit ꝫ ãnũ et
recipat poſſionẽ vt ꝫ · vt lite non
conť qñ frequenť · ſic excatꝰ petit
abſolucõez ⁊ iudex delegatꝰ ꝫ · ãnũ
inť ponit iuriſdictionẽ ſuã ⁊ excatũ

abſoluit·p᷑ ānū vero ſicut nec recu
pat᷑ poſſeſſio p cauc͡oez ſic ñ ipetrat᷑
abſoluc͡o p delegati iuriſdictionē q̄
ſi tpal᷑ ſit in h᷒ ꝛ tpe limitata iuriſ
dictio delegati· ¶ Prorogat᷑ iuriſ
dictio de tpe ad tēp᷒·vt ī.de offi·
iud·dele·de cauſ·ff·de iud·l ij·§·ꝛ
ſi iudex·de re ad rē·ff·de iud·l·de q̄
re·§·i·de pſona ad pſonā vt·C·de
iuriſdic·ō·iud·l·i·ff·d iud·l·i Iſte
progac͡oes fieri hñt de ꝯſēſu p̄tiū
et iudicis·vt·ff·de iud·l·ij·§·ſi iu=
dex·ꝛ cū ordinari᷒ ē iudex de cui᷒
iuriſdictione progāda agit᷑ vt·C
de iuriſ·om·iudi·l·p̄uatoꝝ delega
ti vero iuriſdictionē non puto pro
gari poſſe ad res alias vt ī·e·t·cū
olim abbas·vel pſonas litigare
volētes vt ī·e·t·p·ꝛ·g·ecīā de ꝯſē
ſu p̄tiū· Saluo eo qd no·ē·e·t·ca
ſualit᷑ ꝛ ſaluo eo qd ad ſucceſſorē
delegati deuoluit᷑ iuriſdictio ſi ex
p̄ſſo noīe dig̃tatis alicui p̄lato fu
erit demādata vt ī·e t·qm̄ abbas
Sʒ hijs q̄ dcā ſūt obſtat lex·ff·d
iudi·l·i·q̄ dicit poſſe progari ad p
ſonas alias iuriſdictionē ei᷒ q̄ p
t᷑bunali p̄ſt·vel aliā iuriſdictioēʒ
hʒ·ꝛ ſic videt᷑ ꝙ tā iuriſdictio or=
diarii q̄ʒ delegati valeat progari
ſed ſic rñō q̄ p t᷑bunali p̄ſt·i·or
diane iuriſdictiōi cū admiſtracōe
vel aliā iuriſdictionē hēat·ſcʒ fine
admiſtracōe vel ordinariā·ſʒ tñ h᷒
diſtinctio ordinarioꝝ hñciū admiſ
tracōeʒ vel nō hñciū colligit᷑ ī·de i
inte·reſti·Cauſa· Verūptñ de tpe

ad tēp᷒ progari p̄t iuriſdictio de
legati vt ī·e·t·de cauſ·ff·de iudi·
l·ij·§·ſʒ ſi iudex· ꝛ eodē mō p̄t pro
gari ad rē·nō tñ pſus aliā·puta
ad maiorē q̄ntitatē vt·ff·de iudi·
de q̄ re·§·i·cū vō ñ finita durat iu
riſdictio tā ordiarij q̄ʒ delegati q̄ʒ
diu durat iſtācia iudicij q̄ntū aūt
duāt iſtācia iudicij dicā ī·de iudi·
¶ Finit᷑ iuriſdictio delegati m̄tis
modis p lapſū tpis·cū ī·ctū tps
cā ꝯmittitur decidēda·vt ī·e·t·de
cauſ·ꝛ·c·ꝯſuluit·Finit᷑ p appella
cōeʒ int᷑poſitā a diffinitiua· Sʒ nā is
ad quē fuerit appellatū hʒ īfirma
re vel ꝯfirmare·ꝛ ſi ꝯfirmauerit ex
ecucōi mādabit·vt i autñ de ſcīſ·
epiſ·§·ſi q̄s ꝯ aliquē·C de epiſ·au
di·in auc·ſi q̄s litigancū·ꝛ qꝛ du
biū ē vtꝝ ꝯfirmet᷑ vel īfirmet᷑ ſñīa
dicit᷑ medio tpe ſuſpēſa vt·C·d re·
cre·ꝛ iu·iur·l·generaliter in p̄n·C
de appel·l·p̄āpim᷒·§·h᷒ ſi· Vñ ꝙ
alibi dʒ extiguit᷑ p̄nūciatū appel
lacōis r̄medio·expoit᷑·i·ſuſpēdit᷑·
vt·ff·ad ſena·ꝯſul·trebell᷑·l·i·i ſi·
dec·tñ velle videt᷑ qd cū appellat᷑
a diffinitiā ſi eā ꝯfirm ꝯtīgit·p̄ni᷒
iudex hʒ execucōi mādaē Nā dicit
ꝙ iterū dū appellacōis merita pleni
us ſūt diſcuſſa·ſuſpēſa ē iuriſdictō
iudicis a q̄ fuerat appellatū·vt ne
qʒ p ſe neqʒ p alios exeq̄t᷑ vt ī·e·t
paſtoral᷑·§·ptēa Sʒ ſi cīt᷑ diffitiāʒ
ſnāʒ ſūt appllatū ſuſpēdit᷑ iurīdcō
e᷒ a q̄ fuāt appellatū·nā ſupior ſi i
uenit mi᷒ lr̄e appellatū appellāteʒ

in expenſ alteri pti cōdēpnatū ad
prioris iudicis remittet examen.
Alioquin ipſe de cā ↄgnoſcet. vt
ī. de app. vt debit⁹ honor. Per cō
ſultacōez autē ſuſpendit iuriſdic
tio non finit vt ī. t. prox. licet. C. d
appel. l. ex illo. ij. q. i. notū. iij. q. vi
multū. C. d rela. l. ii. expectari enim
dȝ ſupioris rñſuȝ vt vi. q. iij. de ni
qȝ ¶ Item finit iuriſdictio ſoluto
mandato. ſoluit autē mandatuȝ
morte mādatoris re integra exiſtē
te. vt ī. e. t. licet ⁊. c. gratū. ff. de iu
riſdic. om. iud. l. ⁊ qz. C. manda. l.
mandatū. niſi in caſu ff. mandati
l. ſi vero nō remunerādi §. vlt. Itē
ſoluit mandatū morte mandata
rij. i. ei⁹ qui mandatū recepit. vt
inſti. manda. §. recte ff. e. t. l. inter
cās in pn. ⁊ hoc fallit in caſu ī. e. t.
qm̄ abbas ¶ Itē ſoluit morte ei⁹
pro quo mādatū dirigit vt. ff. q
ſen. ſine ap. reſcin. l. plt. ff. qui ſa
tiſda. cogunt. l. ſi deceſſerit. ⁊ hoc
fallit ff. de fideicōmiſ. lib. l. Cū qſi
in pn ¶ Itē ſoluit reuocacōe man
dātis vt ff. de iud. l. iudiciuȝ. inſti.
mand. §. recte s̄ de elec. i cauſ. Itē
ſoluit p receſſuȝ delegātis vt ī. ti.
proximo. c. vlt. ſed qd dixi māda
tū iuriſdictionis ſolui morte man
datoris intelligend videt nō ipo
iure ſed ope excepcōis vt ī. d teſti.
Cū veniſſet ¶ Sȝ opponitur nōne
omne mādatū finit morte māda
toris re integra exiſtente. vt inſti.
mandati. §. recte. ⁊ mandatū iuriſ
dictiōis vt ī. e. t. gratum ⁊. c. licet
mādatū eciā iuriſdictiōis ſimile ē
ceteris mādatis vt. ff. de iuriſdic.
om. iud. l. ⁊ qz i fi. Nec refert vi
det ſi non excipiat Nā ⁊ ſi expreſ
ſe ptes ↄſenciāt vt talis delegat⁹
procedat. nullus videt conſenſus
vt. C. de iuriſdic. om. iud. l. puato
rum ī. de foro ↄpe. ſignificaſti Ad
qꝫ Rño verū eſt qꝫ in hoc caſu mā
datum ſoluit Sȝ nichilominus
op⁹ eſt excepcōe vt dictū ē ſicut di
cit qꝫ ſnīa lata p⁹ pmā non valet
vt. ij. q. vi. §. diffinitiua. ſed verū ē
ſi excipiatur vt ī. de ſen. ⁊ re. iud.
inter monaſteriū ſicut eciā dicim⁹
reſcptū ſcdm impetratū nō faciēs
mētionē de pmo non valet. verū ē
ſi excipiat vt no. s̄ de reſcptis. §.
tollitur. Item finitur iuriſdictio
del. ſnīa lata ⁊ execucōi mandata
vt ī. e. t. i lris ff. de re. iud. l. paul⁹
Itē finitur ſi iudex incidat in ipoſ
ſibilitatē iuris vel facti. ſi collegas
hēat cū clauſula qꝫ ſi non oēs vel
qꝫ ſi non ālꝫ vt s̄ de reſcptis ſciſci
tat⁹ ī. de ſent. ⁊ re. iud. Ad pbād
Itē finit ſm plures rcuſato iudice
delegato. ⁊ cā recuſacōis legitīe co
rā arbitꝫ ↄprobata. ⁊ i tm̄ vt nec
p ſe ↄgnoſcē valeat recuſat⁹. nec
cām alteri delegare. pbāt h Io. ⁊
tā. ⁊ multi ſeqces p decre ī. de app.
Secūdo reqris in fi. vbi dicit qꝫ ſi
cā ſuſpicōis pbata fuerit. cē ↄgni
cōi ſupſedē tenebit rcuſat⁹ p aliā
dec ī. de fo. ↄpe. lȝ q ſilit dt qꝫ ſi cā

ſuſpicōis ꝓbata fueit ad te vel ad
nos ꝑ iuſticia recurrat̄ ſicut ſupi⁹
eſt expſſum. Et ſi opponebat̄ eis
de dec̄ ꝗ. de app. Cū ſpāli vbi dicit̄
qḋ iudex recuſat⁹ ꝓbata cā ſuſpi=
cōnis de recuſatoris aſſenſu pſone
ꝓdonee cōmittat negociū vel ad ſu
periorē trāſmittat. Rn̄debāt illam
loqui in ordinario. q̄ ⁊ ſi fuerit le
gittie recuſat⁹. pretextu tn̄ ordina
rie iuriſdictōis quā retinꝫ ꝓ̄mit
tere vel trāſmittere ſicut dictū eſt.
et ſi in ꝓꝓa pſona ꝯgnoſcē nō poſ
ſit ꝓpter ſuſpicōez. ⁊ eodē mō rn̄de
bāt ad alias dec̄. que dicūt iudicē
recuſatū cōmittere poſſe ꝗ. de app.
Ad hec. c. Cum a te ꝗ. de foro ꝯpe.
Si quis clericorū. ſꝫ q̄ꝛuis ſic ad
dec̄. rn̄deant. ad leges tn̄ reſpōde
re non pn̄t que dicūt expreſſe dele
gatos recuſatos poſſe cōmittē ne=
gociū pncipale. vt. C. de iuḋ. l. cum
ſpālis ⁊. l. aptiſſimi. Vn̄ in rn̄ſiōe
deficiētes oīno dicebāt leges illas
fore correctas. ſꝫ qꝛ ꝓmptū eſt iu
ra iuribꝫ cōcordare. vt. C. de inoffi.
doti. l. vna. Dico illam dec̄. cū ſpāl
locum habere tam in ordinario q̄ꝫ
in delegato. vt in eo qḋ loquit̄ in
ordinario cōcordet cum dec̄ ſupi⁹
allegatis. In eo aūt qḋ loquit̄ in
delegato ꝯſonet legibꝫ ſupradcīs
et ad dec̄. illam .2º requiris ſic rn̄o
cauſe cognicōi ſupſedere tenet̄ ve
rū eſt. vt in ꝓꝓa pſona nō cognoſ
cat. ſuſpect⁹ eīm iudex eſſe non dꝫ.
vt ibidē ſequit̄. ⁊ iij. q. v. quia ſuſ

pecti. piculoſū ē eīm corā ſuſpcō iu
dice litigare vt ꝰ de excep. Cū int̄
et hꝰ tn̄ nō negat̄ recuſatū cōmittē
poſſe. ad aliā dec̄. lꝫ quā allegāt ſic
rn̄o. ad te vel ad nos ꝑ iuſticia re
currat̄ ſcꝫ ꝑ appellacōez ſi excepcō
recuſacōis n̄ fuerit admiſſa. ⁊ hūc
intellectū idicāt qḋ ibidē ſequit̄ ſi
cut ſupi⁹ ē expſſum. hꝰ eīm i ſupiore
pte dec̄. illi⁹ exꝑmit̄ manifeſte. q̄s
iudex qn̄ ⁊ ex q̄bꝫ cauſ poſſit et de
beat recuſari dicā ꝗ. de ap. ⁊ recu. ſ.
recuſat̄. Sꝫ q̄rit̄ q̄re dicat̄ māda
tū reale cū ſcribit̄ alicui expſſo no
mie dignitatis. vt ꝗ. e. qm̄ abbas
Rn̄o qꝛ magis videt̄ habei reſpec
tus ad digtatē. q̄ꝫ ad pſonā vt q̄
cūqꝫ pͥſit illi digtati mādatū apli
cū exeq̄t̄. accedūt ad hꝰ. ff. de pac. l
tale. ſ. vlt. ff. ḋ ꝯḋ. ⁊ demō. l. Filio
famil̄. ff. de ānuis leḡ. l. ānua. ſ. i.
C. de iuē del̄. l. cū aliq̄s. trāſfert̄ āt
mādatū i ſucceſſorē qꝛ dignitas n̄
perit decedēte pſona. vn̄ iperiū ip̄pe
tuū ē vt i autn̄. q̄ꝰo opor. e. ſ. vlt.
col. i. i autn̄ de q̄ſtore. ſ. ſi v̇o aliq̄s
coll̄. vi. ⁊ hoc verꝫ eſt qḋ dignitas
nō pit niſi p eū qui pt depſſa fueit
vel delata. vt ꝰ de conſti. Cum ac=
ceſſiſſet. Hoc autem notanḋ ē q̄ꝫ
delegat⁹ nō debet iuriſdictionē ſu
am artare. dādo t̄minū ad id tēp⁹
i quo iuriſdictio ſua expiret. vt ꝗ.
e. ti. c. conſuluit. ⁊. ff. ſi quis cauc̄.
l. ij. ſ. ſi quis tn̄. ff de dampno. ifec.
l. cum poſtulaſſem. in pͥn. C. de diui
den. tu. l. ij. Item obſeruandum

eſt ne is iudex det quē altera ps pe
tat. niſi ip̄ӗ ſederit ad intādā vere cū
diā petiti. vt. ff. de iud. l. Obſuāſ
qđ intelligo cum vtraqȝ ps hēeis
qui ip̄etrat ⁊ is ↄtra quē impetrat
p̄ns eſt ī curia p ſe vel ꝓcuratorēȝ
⁊ ideo ↄ̄dictio iudicis in audiēcia
locū hȝ. ceteꝝ ſi impetrator tm̄ ſit
p̄ns. iudex petitus dari dȝ. vt. C. de
lit. ↄteſ. in auc. offerat. ī autm̄. de
exhiben. ⁊ introducē. reis. §. ſcim⁹
iij. q. iij. §. ſpaciū in fi. ⁊ C. q̄n̄o ⁊
q̄n iudex in auc. ⁊ ↄſequenter. Et
eſt ſciēdū q is qui iudicē petit. ip
ſū recuſare non p̄t. vt ꝯ. e. t. ſuper
q̄ōnū. §. veꝝ. iij. q. iij. in auc. Offe
rat. ⁊ iiij. q. iij. §. Item in crīinali
in q̄ ſi q̄s teſtibꝰ. hoc veꝝ eſt ī iudi
cio. nā extra iudiciū p̄t is q̄ impet
rauit implorare a ſuperiore mutari iu
dicēȝ quem obtinuit. eo q aduſa
rio ſuſpicio noua poſſȝ oriri. forte
propt affinitatē ſeu familiaritatēȝ
que de nouo ↄtracta ē inter ip̄etrā
tē ⁊ iudicē vt ꝯ. e. t. Inſinuāte. ſed
in iudicio ſicut dixi recuſare nō p̄t.
aduſarius autē poſſȝ ex hac noua
cā interueniēte int impetrātē ⁊ iu
dicē ī iudicio recuſare vt. ff. de ꝓcu.
l. poſt litē. ff. de arbi. l. licet. ff. vt ī
poſ. leg. l. planū. ff. de īt roga. ac.
l. de etate. §. ex cauſa. ¶ Sȝ quid
ſi aduſari⁹ cui oriri p̄t ſuſpicio con
ſenciat talē iudicē ꝓcedere. nūquid
impetrator p̄t īplorare illū mutari
Rn̄o non. vt ꝯ. de app. int poſita. §.
ille. Queritur de iuriſdictiōe ꝓroga
ta an ſit ordīaria vel delegata. Dix
erunt quidā q ordīaria eſſet. eo q
a iure habet vt no. ꝯ. e. t. §. ꝓroga
tur ⁊ iuriſdictio que a iure habet
ordinaria ē. vt. ff. de iuriſdic. om.
iud. l. Et q̄r. ¶ Alij dicūt q ſit dele
gata q̄ aſſumat naturā ei⁹ cui adi
cit. Res enī que aggregat ⁊ que
vnit aſſumit naturā rei cui aggre
gat ⁊ counit. vt. ff. coīa del. l. ij. in
fi. C. de rei vx. ac. l. vna in pri. xvi.
q. i. ⁊ tēpis qualitas ꝯ. de ſtatu re
gul. recolentes in fi. Tercij dr̄it iu
riſdictionē ꝓrogatā eandem eſſe ī
numero cū p̄ma. ſicut ⁊ precarium
dicit ꝓrogatū idē cum p̄mo vt. ff.
de preca. l. ſed ⁊ ſi manēte. ſicut et
locacio ꝓrogata ē eadem. vt. ff. de
loca. ⁊ ↄduc. Itē cum querit. §. q̄
ↄ̄pleto. ⁊ cōpromiſſum ꝓrogatū
idem ē vt. ff. de arbi. l. non ex oibꝰ
§. vlt. ⁊ eadē iuriſdictio ꝓconſul ⁊
legati vt. ff. de offi. ꝓcōſu. l. memi
niſſe. puto q iuriſdictio delegata
prorogata eadē ſit cū priori ¶ Itēȝ
quid ſi cōmittat cā alicui expreſſo
nomine dignitatis. ⁊ is q̄ poſt de
ponat. trāſferat. ſuſpēdat. ab ad
miniſtracōne āmoueat. expectur et
puto in trāſlato finitā eſſe iuriſdic
tionēȝ quo ad trāſlatū. q̄r tranſla
tus michil cōmune habet cū eccīa
a qua transfertur vt. xxi. q. ij. ſi q̄s
iā tranſlatus ꝯ. de elec. Cū ī cūctis
cui⁹ ↄtēplacōe ſit ↄmiſſio. expec
tabit ergo ſucceſſor vt ꝯ. e. ti. q̄n
abbas. Ideo dico ī ꝓpoſito. ꝓpoſicō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

em̄ inſtar mortis h3. Nā in eccā de
poſicō vltimū ſupplicū reputatur
qd̄ in morte intpretam̄. vt. ff. de pe
nis l. vltimū. ad vtrūq3 caſū trāſla
cōis ⁊ mortis facit lex. C. de pedan.
iudic. l. placuit. In ſuſpēſo non di
co ipediri iuriſdictionē. Intelligo
em̄ ſuſpenſū q̄ ad iuriſdictionē or
dinariā non delegatā. ſuſpēſus ei
retinet platurā cui⁹ reſpcū facta ē
cōmiſſio. ⁊ idē dico in remoto ab
adminiſtracōe. In excōato dico q̄ i
pedit iuriſdictio. nō finit ⁊ eo ab-
ſoluto pcedet ex vetei ɔmiſſiōe ar
xv. q. vij. nos ſcōꝝ. ⁊. c. iuratos ⁊
maxīe ſi cognoſcē incepit. meli⁹ ē
em̄ tātiſper expectare iudicē qui ſe
mel ɔgnouerit. q̄ de nouo rē rur-
ſus diiudicandā ɔmittē. vt. ff. de
uaca. mu. l. vlt. i fi. Itē q̄d de ɔſer
uatoribꝫ iſtis q̄ tota die in curia i
petrātur. ⁊ puto q̄ defendē hn̄t a
violencijs manifeſtis. nam cū ſint
meri executores. de dubijs nō cog
noſcēt. ne ptes iudicū ſibi aſſumāt
vt. C. de exec. rei iud. l. Si vt ꝓpo
nis. ceteꝝ ſi de dubijs deberēt cog
noſcē vt ɔſuarēt iura ⁊ poſſiones
impetrāciū. iā eſſent iudices gene
rales in oībꝫ cauſ eoꝝ q̄ eos ipetra
uerūt. qd̄ eēt ɔ̄ ius vt ſ̄ de reſcptis
ad h ⁊ ſic curia tenet. Itē credi n̄
d3 alicui qd̄ ſit delegat⁹ niſi p lrās
delegacōis oſ̄dat. vt ī. e. c. Cū i iu
re. ⁊ idē in legato vt. C. de man. pn.
l. vna. Idē in officialibꝫ ceſarien.
volentibꝫ capē bona alicui⁹ tam q̄

fiſcalia q̄bꝫ n̄ creditꝰ ſine lrīs vt. C.
de iuē fiſci. l. ꝓhibitū. li. x. Quid d̄
auditoribꝫ curie q̄bꝫ viua voce vel
p nūcū eē a ſūmo pōtifice ɔmittū
tur R̄n̄o ſufficiet ꝓbaī ſic eē ɔmiſ
ſū ſcripto vel nō ſcpto. vt i auc. vt
litigā. iurēt. §. q2 vero coll. ix. ⁊ in
auc. de litigio. §. edicta. coll. viij.
H3 q̄d ſi tenor lrāꝝ i acta publi-
ca ſit trāſlat⁹. nunq̄d p acta ꝓba
bitꝰ iuriſdictio. R̄n̄o ſic. vt. C. de re.
iud. l. geſta. C. de teſta. l. publicati.
qd̄ itelligo veꝝ eē cū examiatē lrē
ſūt i iudicō pn̄tibꝫ ptibꝫ tā in filo
q̄ in bulla ⁊ i ſtilo ⁊ demū cōpro-
batis oībꝫ auctoritate iudiciali trāſ
latē ſūt vt ī. de puil. cū olim eēm⁹
in fi. Et ē nōndū q̄ q̄n̄cūq3 iudicia
preciſe ſcribatꝰ. rōnabiles tn̄ excep
cōes d3 admittē. n̄ in reſcripto ɔti
neatꝰ q̄ nulle excepcōnes pmitt⁹ ad
mittantꝰ vt ī. e. c. Ex pte. q2 tunc
nulle admitti dn̄t vel ſalti morato
rie vel dilatorie. nō deberēt admit
ti pēptorie ſic. vt ſ̄. C. de pcā. ipa.
offi. l. q̄cūq. vel dicā poſſet q2 tunc
et dilatorie ⁊ pemptorie deberent
admitti. pretꝰ illas de q̄bꝫ non ad
mittēdis i reſcpto ſpālitꝰ cōtinetꝰ.
vt. ff. ſi q̄s cauc. l. ſ3 ⁊ ſi. §. q̄ ſint. h3
tn̄ fallit i pſonis q̄ ꝓptꝰ exceſſus no
torios ⁊ euidētes ſine excepcōe l ex
cuſacōne aliq̄ ɔdēpnātꝰ vt xxiij. di.
in noīe dn̄i. ij. q. vij. lator xxi. q. ij.
placuit xxvij. q. ij. ſi h̄o. C. de decur.
l. exēplo. ¶ In ſūma ſciendum eſt
q̄ olim ꝓponebantꝰ edicta. i. i ali

quo publico ⁊ eminenti vel in ab
bo pretoris ſcēbbaᵗ· talis veniat
tali die rn̄ſurus tali· quā ſcṗturaꝫ
legē poterat citatus per ſe vel p ali
um et ctiorari vt· C qui accuſa nō
poſ· l· iij ff· de iur̄ om· iudi· l· ſi quis
id quod· et p talia edicta citabant
ſoli ordinarij n̄ delegati· ut i autn̄
de exhiben· aut intro du· re· §· ſi vero
quid· C de bo auc· iud̄ poſſ· in auc̄·
et qui iurāt· nam ⁊ delegati qui et
pedanei dicebanᵗ non citabant p
edicta nec p executores ut quid di
cūt Sed requirebant p ſe ut· C de
iud̄· l· ſcim᷒· Sed hoc non placet
nā ⁊ arbitᵗ p aliū citat u: ff· d arbi
tris· l· ſed interpellatᵗ· §· arbitᵗ lꝫ h᷑
videatᵗ magis eē imp̄ij q̄ iuriſdic
tionis· q̄ſi impioſū videatᵗ mittē
executorem Sed hodie talia edic
ta nō fiūt· ſed mittūᵗ edcā in epl̄ijs
ↄtenta· que delegati mittē pūt vt
ī· e· c· gratū ī· de dolo· ⁊ ↄtu· c· vlt
ī· de eo qui mit· in poſ· cā rei ſer· c·
vlt· fiūt citacōes ⁊ per executores
vt· C de p̄ſcṗ· xxx· vel xl· an· l· ſic in
rem ⁊ l· cum notiſſimi· fiūt ⁊ p ip
ſos iudices vt i autn̄ de litigio· §·
oēꝫ Per hāc citacōeꝫ fit iuriſdictō
nis ppetuacō· vt ī· e· ti· c̄tum· ⁊ ſi
citatus pemptorie n̄ veniat· iudex
p̄t in eum pcedē tamē q̄ in ↄtuma
cem· p̄t ⁊ grām facē ↄtumaci· ⁊ ei
parcē in preiudiciū alteri᷒ partis
vt ī· e· ti· Conſuluit· ⁊ C quōo ⁊ qn̄
iudex· l· i ff· de arbi· l· Si cū dies §·
ſi quis ex litigatoribꝫ· nec eīn q̄d
quid iudicis ptāti pmittitᵗ iur̄ ne
ceſſitati ſubiciatᵗ vt ff· de iud̄· l· non
q̄d q̄d· ⁊ alibi lex d̄t oibꝫ migrāti
bus ↄceſſū ē iuriſdcōem ſuā defēdē
penali iudicio n̄ dicit indictū vel in
iūctū vt ff· ſi q̄s ius dicē· nō ob· l· i·
i pn̄· et facit ad hoc lex· C quōo ⁊ qn̄
iudex· l· i· ⁊ hec vera ſunt q̄tis q̄d
argumenta in ↄ̄trium allegētur nā
ita dꝫ vnus audiri vt alteri preiudi
cium n̄ fiat vt iij q· ix· c· vlt· Item
ita defend̄ eſt vni pſone vt alteri de
bitū iuſticie n̄ ſubtrahatᵗ· vt· C de
ſtatuis ⁊ ymā· l· virtutum ad idē
n̄· q· vij querit xvi· q· vij· decimas
Sed lex qued̄ multum obſtare vi
detur que dicit q̄ ſi iudex ↄdempcō
em pretermiſit expenſaꝝ· de ꝓpa
ſuba ↄpellitur reſartire· l· ſi non cō
depnauerit cōtumacē vt· C de iud̄· l·
ſcim᷒ in fine· Sed lex illa loquitᵗ
in actore ↄtumace· qui p᷒ mod̄ ve
niens audiri non debet· niſi reo reſ
titutis expēſ· ut· C quōo ⁊ qn̄ iudex
in auc̄ q̄ ſemel· C de bonis auc· iud̄·
poſ· in auc̄ ⁊ qui iurat· Sꝫ inſtabi
quare aliud in actore q̄ in reo cū
equalitas in iudicio ſit ſeruanda
vt· C d̄ fruc· ⁊ liti ex· l· vlt· C d̄ ꝓpo
ſitis ſacro· ſcrinio· l· i ſacꝰ Ad q̄d
Rn̄o verum eſt q̄ Actori nō debet
licē q̄d reo n̄ licet vt ff· de re· iur̄· l·
nō debet Sꝫ qued̄ ↄceduntur reo
que non permittūtur actori· nam
plurēs dilacōnes dātur reo q̄ acto
ri vt ff· de ferijs· l· vltima· Item
vbi obſcura ſūt iura parcium pro

de officio legati

reo ꝓnũciaẗ vt ꝭ. de ꝓba. Ex lr̃is
ꝭ. de fide instru. int̃ dilcõs in fi. ꝭ.
de re. iur̃. Estote. Potest delegat⁹
a ppa cõmittẽ vices suas cui vult.
et cõpellẽ quẽ vult recipe cõmissio
nem. nullo psonaꝝ capue habito
respcũ. vt. C. q̃ ꝓ sua iuris. l. i. in fi.
ꝭ. e. t. pastoral. ff. de mune. ⁊ ho.
l. numeꝝ. §. iudicãdi. dũmõ qḋ cõ
mittit ptineat ad iurisdictionẽ cõ
mittẽtis. vt. C. q̃ ꝓ sua iurisdic. l. i.
in pn̄. Ordinari⁹ ãt non p̃t cogere
aliq̃z non sue iurisdictionis recipe
suã cõmissionẽ vt. ff. de iurisdic. õ.
iud. l. vlt. cõpromissum ãt non co
git quis recipe vt. ff. de arbi. l. iij.
Itẽ aduocat⁹ non cogit exercere of
ficiũ aduocacõnis alibi q̃ꝫ in foro
suo vt. C. ḋ aduoca. diuersoꝝ iud.
l. scim⁹ in fi.

## De officiõ legati.

QVia officiũ legati simile ẽ
officiõ delegati q̃ꝫuis illõ
sit laci⁹ ⁊ generalius. iõ
p⁹ officiũ del. sequit̃ h̃ de officiõ le
gati. Videam⁹ ergo q̃s sit lega
tus. qḋ sit legati officiũ. q̃nto tp̃e
durat ⁊ q̃lit̃ finiat. Legat⁹ est
is cui certa patria vel ꝓuĩcia gu
bernãda cõmittit̃. vt. ꝭ. de app. no
nit. p lr̃ãs ãt fidẽ de sua legacõe fa
ciet si exigat̃ vt. C. de mã. pn̄. l. vna
Officiũ legati aliud ẽ añ igres
sũ i ꝓuĩciã sibi decretã. aliud p⁹
ingressum. ⁊ aliud p⁹ egressum.

Officiũ legati añ ingressum ꝓui
cie. in volũtaria iurisdictiõe cõsistit
scꝫ in p̄dicãdo. ⁊ i absoluẽdo excõi
catos ꝓpt̃ man⁹ iniectionẽ in clei
cos. mõctos vel cõusos. vt ꝭ. e. t. qḋ
trãslacõez ꝭ. ḋ sen. ex. ad emĩnẽciã
Circa h̃ tñ t̃plex gen⁹ legatoꝝ dis
tĩgue. Nã legati q̃ de latẽ dñi ppe
mittũtur. pñt absoluẽ hoĩes sue ꝓ
uĩcie ⁊ alteri⁹ cuiuscũqꝫ in ꝓuĩ
cia ⁊ ex̃ ꝓuĩciã. legati qui ex ipi⁹
latẽ non mittũtur. vt cũ ppa non
cardinalẽ vel aliũ officialẽ curie. ꝫ
p̄latũ aliquẽ i legacõꝫ mittit. talis
non absoluit ñ ꝓuĩciales ⁊ i ꝓuĩ
cia cõstitutos. alios etiã ꝓuĩcia
les alibi q̃ꝫ i ꝓuĩcia nõ absoluũt
Tercij generis legati qui eccãꝝ su
aꝝ pretextu legacõne funguntur
vt ꝭ. e. t. c. i. excõmunicatos hmõi
non absoluũt. vt ꝭ. e. ti. excõmuni
catus. Primis igitur legatis ex ip
so legacõnis officio iã hoc licẽ ice
pit. vt in dec. qḋ trãslacõnem. sic
et proconsul anteq̃ꝫ igrediatur ꝓ
uinciam vtitur proconsularib⁹ in
signijs. ⁊ voluntariam iurisdictio
nem non contencõsam exercet. vt. ff.
de offi. procon. l. i. ⁊ ij. Recte au
tem legatus faciet si premissa de
nunciacione. ⁊ per eam partem
prouincie intret per quam alij in
gredi consueuerunt ad instar pro
consul. vt. ff. de officio proconsu.
l. Obseruare in versi. recte. et in
auten. de administra. §. illud
autem. coll. vij. Item legatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

antequā intret ꝓuinciam nō poteſt
iuriſdictōem ſuam in prouinciam
demandare niſi neceſſitatis cā · vt
ſi morā neccāz in itinē paciat̄ ut ff ·
de offi · proco · ⁊ lega · l · obſuare §
p⁹ h̄ ⁊ § ſ ſi an̄ · ⁊ l · aliqn̄ · hodie
tamen ſemp ⁊ indiſtincte h̄ licere
videtur ut i auēn de colla · § anteq̄
vero coll̄ ix · et idem d̄ āpti prela
to cōfirmato · ⁊ maxīe cōſecto ad
ecclīam tñſmiſſo · antequā dyoc̄ in
grediatur · In hac tamē iuriſdicō
nis demādacōe excipiunt̄ vltimuz
ſupplicīū · ⁊ mēbri abſciſio · ⁊ codez
mō dicī poſſ, legatum nō poſſe dit
tere cauſam depōnis · vel ꝑpetue a
mocōis · Nam amot⁹ dicit̄ abſci
di · vt ī · de exceſ · pla · grauez · cetēa
poſſe anteq̄ ingrediat̄ vt dictum
eſt Ingreſſus āt ꝓuinciam excet
oia que excet ipſe qui eū tñſmiſit ·
pret̄ ea que ſpāliter ſūmo pōtifici
rēſeruātur · q̄ quibuſdā v̄ſibꝫ ↄtinē
tur reſtituit ꝑꝑ ac̄ ut nō · ś de tñſla
prela · § ꝑtinet āt · ſunt ⁊ quedā a
lia q̄ ſibi ꝑꝑ reſeruat in ſignū ꝑui
legij ſingularis · que legatis nō cō
petunt vt ſināſ delegatorum iudi
cium reuocare · vt ī · e · ti · ſtudiuiſti ·
retractare negocia tranſlata ad ſu
periorem per appellacionez · ut ś · de
app · conſtitutis · vel per relacionez
vt ī · e · ti · licet · promittere non va
cantes ut ī · de preben · dilectus · diſ
penſare in bñficijs curam aīarum
habentibus · ⁊ in ꝑſonatibꝫ · vt · ś

de elec · dūdū Item diſpenſare cū
filijs ſacerdotū vt ecclās habeant
quas patres eorum ſine medijs
habuerunt · vt ś · de filijs preſbi ·
dilectus Item officium legati
eſt audire cās prouinciales que ad
ipſum deferūtur per appellacionē ·
vt ī · e · ti · c · i · ⁊ ij · q · vi · decto · an au
tem ad eum per querelam deferri
poſſint negocia dubitatur · Et eſt
certum q̄ ſi quis conqueratur de
aliquo rōne ſedi immediate ſub
iecto · legatus eſt iudex cōpetens ·
vt xi · q · i · peruenit · Aliorum vero
cauſe habencium iudices ordina
rios in prouincia deferri ad lega
tum non debent per querelam vt
videtur vt ī · e · ti · peruenit · ſic nec
ad metropolitanum deferūtur per
querelam vt ix · q · iij conqueſtus ·
nec obſtat ī · e · ti · c · i · illa enim loq̄
tur in eo qui erat ordinarius et le
gat⁹ priuilegio eccleſie ſue · vnde
cum racione ordinarie iuriſdictiōis
cauſe ad eum deferri deberent per
appellacionem · nichil adderet le
gacionis officium · ſi eciam per q̄re
lam non deferentur vt ergo ali
quid ex delegacione addatur · hoc
inductum eſt ſicut dixi ar · ad hoc ·
ff · de vſu · l · ſi ſtipulatus ff · de le · i · l
ſi quando quis in pri · ff · ad inuicē
l · i · in ſi · quidam tamen intelligūt
illam decreta · peruenit in defēſore
non in legato · l' in legato cogente
ſubditos prelatoꝝ ↄqueri coram

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſe ſuis ordinarijs pretermiſſis ꝛ con
tēptis. ꝯſenciūt autem de plano ꝙ
ad delegatos deferri cauſe valeāt
tam per appellacionem ꝙ per que
relam. omiſſis medijs. ꝛ in hoc ho
die conſuetudo concordat. iuuatur
autem conſuetudo ijſta racione
quia legatus fungitur vice pape.
ad papam vero recurritur omiſſis me
dijs ꝑ querelā vt ꝭ. de foro. ꝯpe. c.
vlt. ꝛ ꝓpter hoc roma dicitur cōis pa
tria. vt. ff. ad municip. l. roma. et
per appellacōꝫ ſimiliter omiſſis me
dijs. vt ij. q. vi. ſi qͣs veſtrum. ꝛ. c. ſe
quētibus ꝭ. de ap. ſi duobus. qd̕ i alijs
non ꝯtingit. vt ij. q. vi. ꝗſquis. ꝛ
q. vij. metropolitanū ix. q. iij. ꝯqueſ
tus ꝭ. de app. dilcīs. Sꝫ ipugnatur
ex decreto pꝛemiſſo. Itē ex legibus q̄
dicūt cās ad pncipē ꝑ querelā nō
debere deferri omiſſis medijs. vt i
aut. de man. pn. ſ. ſit tibi coll. iij. i
aut. vt differen. iudi. ſ. ſi qͣs vero
eſtimās coll. ix. ꝛ ad rōem ꝓ pte
adūſa ſupi9 allegata ſcꝫ ꝙ legat9
fungitur vice dn̄i pape. poſſet taliter rn̄
deri. qd̕ hoc nō ē verū in hijs i qͥbus
ꝓpter excellenciā dignitatis ſfragi
tur ius cōe. vt ē i querela ꝛ appel
lacōe ꝑ qͣs cauſe deferūtur ad papam
medijs pretermiſſis. Et nō ꝙ ſiue ꝑ
appellacōeꝫ cā deferatur ad papam. le-
gatus ſe intromittē nō pt niſi for
te cām examinet. vt eaꝫ magis in
ſtructā ad ſupiorē trāſmittat vt ꝭ.
de app. ꝯſtitut9. ſiue ꝑ relacōeꝫ vt
ꝭ. e. t. licꝫ. C. de ap. l. ex eo. ꝛ idē ſi ꝑ

querelā trāſferatur aliqd̕ negocium
ad audiam pape. vt. ij. q. vi. quoci
et. c. anteriorum. ſ. ad hoc. ꝛ idem
eſt in poſtulacōne porrecta. vt ſ. d̕
poſtu. in ſcd̕a bone. In hys enim
omnibus expectanda eſt ſupioris
iuſſio. deciſio. vel reſponſio. vt iij.
q. vi. multum. ij. q. vi. decreto. C. d̕
relac. l. ij. vi. q. iij. Deniqꝫ. Item
officium legati eſt trāſferre abba
tes ecce romane immediate ſubiec
tos. vt ſ. de conſuet. Cum venera
bilis. Sed nūquid legatus conci
liūꝫ facere poteſt. Et videtur ꝙ ſic
particulare non generale vt iij. di.
ſ. porro ꝛ vij. di. regula. multa eñ
concilia particularia inueniuntur
celebrata ſine preſencia domini pape
preſēte legato ro. ſedis vt xvi. di.
ſexta. lxiij. di. c. ij. ꝛ. i. q. vij. ꝯueni
entibus. Sed hug. Jo. laur. ſcꝑ
ſerunt contrarium dicentes lega
tum romane eccleſie concilium ce
lebrare non poſſe niſi ad hoc ſpe
cialiter deſtinetur vel niſi hoc ei ſpe-
cialiter committatur. ꝛ ſm̄ hoc in
telligunt omnia iura innuencia le
gatum concilium facere poſſe. ta
lis enim legatus facere poteſt con
cilium generale. ſi d̕ generali ei ſpe
cialiter fuerit iniunctum. vel par-
ticulare ſi de particulari. et hec
opinio dupli i racione munitur.
vna quia priuilegium de concilio
congregando ſibi romanus pon
tifex ſpecialiter reſeruauit. vt ij.
q. vi. Ideo ꝛ alia quia mandata

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuriſdictione generali non tranſit
poteſtas ꝯcilij faciendi vt ff· de of
ficio eius cui man· eſt iuriſ· l· ij· Sꝫ
impugnatur vnica ꝙ vrgenti rōe
nā metropolitanꝰ ꝙ primas faciūt
ſua ꝯcilia ꝓuincialia et ꝑticularia
ꝓprio iure vt xviij di· c· i· ꝙ di· xij ſi
quis epus· vōtis ſuffraganeis vt
xviij di· i multas c· ibi poſit· ꝙ ī· de
accuſa· ꝙ inquiſiciõt olim· ꝙ epus
facit ſuam ſynodum epiſcopalē cū
ſuis clericis vt xxxviij di· qū ꝙ xij
q· ij placuit ꝙ c· epiſcopꝰ· nūquid
ergo hijs oībꝫ inferior erit legatꝰ
rōe eccē i ꝑtāte ꝯcilij celebrādi· cte
non· poterit igit legatꝰ ꝯciliū facē
perticulare vel ꝓuinciale cum epis
ꝓuincie ſibi decte· et in eo cōſtitu
cōes edē· ꝙ ſtatuta ꝙ ꝑpetua erūt
vt ī· e· c· vlt· non obſtat c· ſupius
alľ· ij q· vi· ideo· nam illud intelli
go in concilio generali vel vniuer
ſali qḋ fieri habet vocatis epis di
uerſaꝝ ꝓuinciaꝝ· ſimilit ñ obſtat
lex alľ ff· de officio eius cui mā ē iu
riſdic· nam illa loquitur in alio cō
cilio vel in ꝯcilio in quo· ſ· agit de
auctē manumittendi· que nō trāſit
mādata iuriſdicōe a preſide vt ibi
dicit· quia nec mandante pſide ali
us tutorem dare poterit ut ff· de tu
et cura· l· nec mandante· ſecus i iu
bente vt inſti· de atilia tuto· §· ſed
hoc iure· differt eīn iuſſus a māda
to vt· C qḋ cū eo· l· eciā ꝙ l· ſi man
dator· Iuſſus eīn iportat necītatē·
vt in auc vt nlľ· iudi· §· ꝙ lꝫ vero

iubemus coll ix· mandatū libam
obſequij pſtacōꝫ· vt inſti· māda·
§· mādatum· Nam mandatum ex
officio ꝙ amicicia txit originē vt
ff· manda· l· i §· i· vel loquitur de cō
ſilio vel ꝯcilio in quo agit de ap
banda vel re ꝓbanda cā manumiſ
ſionis faciende a minore xx· anno
rū· vt inſti· ex quibꝫ cau· ma· poſꝫ·
vel nō poſ· §· eadem· Item poſſunt
legati ꝯferre būficia que inueniūt
vacancia in prouīcia· et eccās va
cantes de rectoribꝫ ordinare· ſi il
li ad quos ius ptinet conferēdi iā
illud admiſerīt· vt· ſ· de ſuppellē·
neg· prela lrīs· ſi ñdum· nec impe
dit legati collacōeꝫ ius pronatus
clerico ꝑtinens clericatus rōne· qꝛ
cum plus iuris habeat in ꝯferendo p̄le
latus ꝙ lꝫ nō impediat legatū con
ferre volentem ꝙ pronꝰ in pñtan
do hoc minus impediet vt ī· e· ti·
dilectus· ſecus autē ſi ius pronatꝰ
ſpectet ad clericū ſiue laicū pronīj
iure vt ī· de iure pa· Cū dilcꝰ· Mi
nus ei pt abſorbē legatus ius pri
moiale alicuiꝰ ꝙ eccāſticū· nec ob
ſtat hijs que dicta ſunt ī· de app· c
i· illa eīn decē non loquit in legato
trāſmiſſo ex latē dnī ppe· Sed ideo
ꝙ ꝓuilegio eccē ſue fungit legacio
ne qui liberam collacōeꝫ nō habeat
ecciaꝝ illaꝝ· in quibus inſtituēdi
ius vel pñtandi ab aliis poſſidet
tempore faciendi alterutrum a iure i
dulto nondū elapſo· Durat autē
iuriſdictio legatorum ꝙdiu durat

tempꝰ eis a ſupiore ꝓfixum vel ꝙ
diu non fuerit reuocati. Finiť āt
iuriſdictio quatuoꝛ modis Tpe. ſi
tpe fuerit legacio limitata. reuoca
tione ꝫ tūc finiť legacio non iuriſ
dictio ī cauſis iā ceptis quas eciā
poſt reuocacōem potuerūt ꝑ alios
terminare vt ꝗ. e. t. c. vltio. Item
morte alterius. ſcꝫ mittētis vel eiꝰ
qui miſſus ē. Dꝫ in hoc caſu moꝛ
tuo mittēte ⁊ ſi delegacō finiatur
iuriſdictio tn̄ non finiť ī negocijs
inchoatis ⁊ idē puto cū tēpe lega
cio terminetꝰ. Nec obſtat ſ̄. ti. pꝛ.
cōſuluit illa ei loquiť cū cauſe cog
nicio tpe limitať. ſecꝰ vbi legacō
vt dictū eſt. Itē finiť legacō per
egreſſum qđ ī telligo cū legatꝰ fi
nes legacōis egrediť non regreſſu
rus. nā ſi egrediť vt ſtati regredi
atur iuriſdictio ītermittiť nō fini
tur. qꝛ nec egredi videť. vt. ff. de
diuoꝛ. l. diuorciū. ff. de in rem. uſo.
l. ſi ꝑ ptē. ſ. vſum Dꝫ ⁊ ſi ꝑ egreſ
ſum legacio finiať. durat tn̄ iuriſ
dictio demādata in cauſꝭ iā ceptis
an̄ egreſſum. ceptas autem cās et
ꝑ hoc iuriſdictionē ꝑpetuā intelli
go. ſcꝫ ꝑ ſolam citacōez vt ꝗ. e. t. c.
vlť. ⁊ ſ̄ ti. pꝛox. gratū. In ſūma
notandū eſt ꝙ legatꝰ dū legatione
fungiť inuigilare dꝫ. non hijs que
ſua ſūt. ſꝫ que ihū xp̄i ſaluti ⁊ edifi
cacōi cleri ac ppli inſiſtere. nec ī ꝓ
curacōib; grauare ſubiectos. ne lō
gi tpis queſtum breuis hora cōſu
mat. vt ꝗ. de cenſib; cū apls. pꝛan
dia ipſiꝰ non ſint enoꝛmia ſed ſc̄m
mediocritatē vniuſcuiuſ qꝫ loci vt
x. q. iij. c. vlť. Hic agēs vt nulla
ecc̄a ſeu prelatꝰ ſe indebite pregra
uari rōnabiliť conquerať. vt ꝗ. de
cenſib; cū inſtancia ſ. ſane. patiať
coniūgi ecc̄as in procurando que ꝑ
ſe ſingulariť non ſufficiūt ꝓcurarē
vt e. dcē. cū inſtancia. ſ. ſi vero ꝗ. de
preſcꝑ. accedentes. de talib; quid
contributis licꝫ viuē non de ſimbo
lis vel ꝯfertis. vt xliiij. di. nō optꝫ
et c. non liceat. ⁊ vt breuiť traſeā
ſi in apłoꝝ loco ſūt legati non ſolū
ſermonē eoꝝ imitātur ſed ꝯuſacō
nē ⁊ abſtinenciā vt xxxv. di. ecc̄e
ꝓncipes in fi. Alia que circa mate
riā iſtā dicenda videnť dicā ꝯpetē
ciꝰ ꝗ. de cenſib; ¶ Item notāduꝫ ē
ꝙ legatꝰ tranſmiſſus ex latere dn̄i
ꝑpe in quatuoꝛ excedit legatū qui
ꝓuilegio ecc̄ie ſue fungiť legacōe
¶ Primo qꝛ pn̄te trāſmiſſo alius
ob reuerēciaꝫ maioris non excet le
gacōez vt ꝗ. c. volentes. Sc̄do ī
abſolucione excatoꝝ vt no. ſ̄ e. ti.
ſ. officium ¶ Tercio in collacione
eccleſiaꝝ vacancium vt no. ſ̄ e. ti.
ſ. Item poſſunt legati. Quarto ī
procuracionibus non enim ita pro
curatur ille qui oꝛdinarius eſt. et
ī domo ſua ꝯſiſtit ſicut trāſmiſſus.
qualiter autē oꝛdinarius procu
randus ſit dicam ꝗ. de cenſibus.
Item legatus qui de lateri domi
ni pape trāſmittitur excedit lega
tum qui tranſmittitur ſed non de



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

latere trãſmittẽtis in vno ſcꝫ ĩ ab
ſolucõe excõicatoꝝ vt ſupi⁹ dictũ
eſt. §. officiũ. ꝛ forte in alio qꝛ nõ
ĩuenio ꝙ legat⁹ ꝓuilegio eccẽ ſue
non exceat legacõẽꝫ. niſi preſẽte le
gato ex latere dñi ꝑpe trãſmiſſo de
tali eñi loquit̃ ĩ. e. ti. volentes.

¶ De officio ordinarij.

**P**Oxim⁹ ĩ de officĩo delega.
et legati reſtat dicenduꝫ
de officio ordinarij ꝛ ideo
ſubiacit̃ hic rubrica de officĩo iudi
cis ordinarij. ¶ Videam⁹ igitur
ꝑmo quis ſit iudex ordinari⁹. qđ
ſit officiũ iudicis ordiarij. q̃ ptãs.
et quibꝫ modis impediat̃ ordina
ria iuriſdictio. vel finiat̃. ¶ Ordi
nari⁹ iudex eſt qui a collegio eligi
tur ꝛ a ſupiore ꝯfirmatur. vt elec
tus in epm̃. qui p ꝯ̃firmacõnem
ſortitur iuriſdictionẽ in omnibꝫ p̃
ter ea que maiorẽ diſcuſſionem exi
gunt. ꝛ munus ꝯſecracõnis exqui
rũt vt ĩ de elec. tranſmiſſam. Sũt
igitur ordinarij prelati eccãꝝ. vt
ĩ. e. t. cum ab eccãꝝ prelatis. qui
a collegijs eligũtur ꝛ a ſupioribꝫ
ꝯ̃firmãtur vt ĩ dictũ eſt. Hoc ei
fallit ĩ duobꝫ caſibꝫ. in quibꝫ elec
tus ante confirmacõeꝫ admiſtrat
et iuriſdictionẽ excet. ĩ electo in ſũ
mũ pontificẽ qui ſtatim adminiſ
trat. ꝛ hoc ideo qꝛ ſupiorẽ ꝑmo pa
rem non hꝫ. vt xxiij. di. In nomĩe
dñi. ĩ. de elec. licet. Item fallit in
electo ꝯcordit vltra ytaliã ꝯſtitu
to. ꝛ rõne eccẽ imediate ſubiecto.
in q̊ hꝫ tria faciũt qđ in alijs opat̃
ꝯ̃firmacõ. pret̃ actũ alienãdi. vt
ĩ de elec. nichil ĩ fi. ꝛ ſm̃ hꝫ intelli
go ĩ. de iudic. de cetera ni⁹. xv. q. iij.
c. i. ſũt ordinarij eciã ab vniũſita
tibꝫ vel corpibꝫ laycoꝝ. vt ĩ autñ.
de defen. ciui. §. nos igit̃ coll. iij. C.
de iuriſdic. om. iud. l. vlt. Ordina
riã iuriſdictionẽ ꝯfert ꝯ̃ſuetudo.
vt ĩ. de emãcipa. l. i. ar. ix. q. iij. cõ
q̃ſt⁹. qđ itelligo ĩ ꝯſuetudie pſcp
ta. vel ĩ ea cui⁹ memoria nõ exiſtit
vt no. ĩ de offi. arch. ĉca finẽ illi⁹
¶ Confert eciã ordianã ꝑpa vel prin
ceps. qui ẽ lex aiata. vt in auc̃ de cõ
ſul. in fi. vñ q̊ ad iuriſdictionẽ or
dinariã ꝯferẽdã. eq̊pollẽt lex aia
ta ꝛ inaiata. ꝛ ſic itelligo. ff. de iu
riſdic. om. iud. l. Et qꝛ. qđ verꝫ eſt
cũ ꝑpa vel ꝑnceps ñ vnã vel duas
vel x. cauſas alicui ꝯmittit. ſꝫ vniũ
ſitatem cauſarum. vnde camerari
um. vicecancellarium auditorem
contradictarum. et auditorem ca
mere. ordinarios puto. Hec au
tem in qualitate iudicis ordinarij
attenduntur. ¶ Condicio. ſexus.
etas. diſcrecio. fama. condicio ne
ſit ſeruus. vt iij. q. vij. §. tria. ſex
us ne ſit femina. vt xxxiij. q. vlt.
mulierem. Etas exquiritur vt ſit
maior viginti annis. vt. ff. de ar
bit. l. cum lege. vel ad minus x
viij. vt. ff. de re. iudi. l. quidam

conſulebāt. ꝛ hoc locū hʒ etiā ī de
legato vt ſ̄ d̄ offi. dle. cū viceſimū
Diſcrecō ne careat iudicio. i. diſ
crecōe vt iij. q. vij. §. tria. Fama
ne ſit crīminoſus. i. infamis. vt iij.
q. vij. infamis. §. tria. Infamia
tñ licet faciat ne ordiarꝰ poſſit iu
dicare de merito vite. ſmā tñ infa
mis iudicis vel crīminoſi tenet. nec
repelli p̄t ordinarꝰ ꝓpt̄ talia a iu
dicando donec tollat̄ ī officō ſuo
vt viij. q. iij. nōne. Sʒ delegatus
p̄t repelli p̄ excepcōeʒ vt ſ̄ de reſcp̄
tis ſciſcitatꝰ De epis dubitat̄ an
ſint ordinarij iudices ꝛ imediate
monachoꝝ vel mōchi medios ha
beāt. ſcʒ abbates quibꝰ demū ne
gligentib⁹ iuriſdictiōeʒ ſuam poſ
ſint in monachos excē Et ē dicend̄
qꝛ ſi ad abbates ſpectet clauſtra
lis correctio. ad epōs tñ ꝑtinet iu
diciū tribunale. C. de emen. ꝓpin. l.
vna. C. de priā poteſta. l. iij. ꝛ ꝗ. e.
quāto. ꝛ xi. q. i. de pſona. C. d̄ epiſ.
et cle. in auc. cā que ſit cū mōcho ī
autñ apud quos oportet mo. cām
dicē §. i. coll. vi. vel dici p̄t ꝙ p̄ma
correctio mōchoꝝ pertineat ad ab
bates. qꝛ hoc ē generale. vt q̄libet
prelatus ī ſuos ſubditos ſua iuriſ
dictione vtat̄. ſiue ſit abbas ſiue
ſit prior vt ꝗ. de emūi. ec. nō eo mi
nus ꝗ. de ma. ꝛ obe. cū ī eccīis Sʒ
eis non corrigentib⁹ vel forte corri
gere non valentib⁹ ſuccedūt Epi
vt ꝗ. e. t. quāto. nichilominꝰ dico
ꝙ epi ſunt ordinarij monachoꝝ ꝛ

ſi habeant medios coadiutores.
Itē q̄rit̄ etiā de metropolitano an
ſit iudex ordinarꝰ in tota ꝓuincia
et quo ad epōs ſuffraganeos et q̄
ad ſuffraganeoꝝ ſubiectos Sed
habet medios ſcʒ epōs p̄ quos q̄ſi
per gradū cauſe deferūtur ad eum
ab audiēcia ſuffraganeorū ſuorū.
qñqʒ p̄ appellacōneʒ. qñqʒ per q̄re
lam. vel per alios modos vt. ix. q.
iij. c. i. ij. ꝛ iij. Ea vero que ſtatum
prouincie ↄtingūt ad metropolita
nū pertinēt. vt ix. q. iij. Archieps.
Eſt igit̄ ordinarꝰ cōpetens iudex
epōꝝ ſuffraganeorum vt. ij. q. vij.
metropolitano. x. q. iij. quia ↄgno
uimꝰ. In autē. de ſāctiſ. epiſco. §.
ſi āt. Eoꝝ autem qui ſuffraganeis
ſubſunt eſt iudex ordinarꝰ. ſʒ non
cōpetens. niſi in certis caſib⁹. vt ꝗ
e. t. paſtoralis in p̄n. ſ. in viij. caſi
bus. Primꝰ eſt cum per appella
cōneʒ defertur ad eum aliquod ne
gociuʒ vt ꝗ. e. paſtoralis. Scd̄s
cum per conſultacōneʒ vt xvii. di.
multis. Tercius cum per negligē
ciam Epiſcopi. vt ix. q. iij. Cum ſi
mus ꝗ. e. t. c. ad reprimendam ꝗ.
de ſen. ex. per tuas. ſ̄. de offi. dele.
prudenciam. §. ſextam. Quartus
cum per diſcrepacōneʒ in officijs
vt xij. di. de hijs. Quintꝰ p̄ qd̄m
inter epiſcopum ꝛ ſubiectum ipſi
us vt ſuperius dictum eſt. Sex
tus p̄ epiſcopalis eccleſie vacacōʒ
vt xi. q. ij. non liceat alicui metro
politañ. Septimus per duorum

contencioſā electionē₃·vt lxiii·di·c
vit·Octauus ⁊ generał·ſ·ſi priſca
conſuetudo plus ei contulit ab an
tiquo·vt ix·q·iij·conqueſtus ꝫ·e·
ti·duo·Sed queritur an epiſco=
pus eodem modo ſe habeat circa
ſubditos ſuorum prelatoꝝ quos
habet ſub ſe in ſua dyoc̄ vt cauſe
ſubditoꝝ p illos p̄latos medios
quaſi p gradū transferātur ad eu₃
ſicut dictū eſt·s̄·in metropoł·reſ=
pectu ſuffraganeoꝝ·R̄no non·oēs
eñ cauſe clericoꝝ apud epm̄ qua
ſi apud maiꝰ tribunal tractari de
bent·vt·ff·de iudic·l·iudiciū·xi·q·
iij·qui reſiſtit·⁊·q·i·de pſona xxv·
di·plectis·s̄·de offi·arch·Cū ſatis
ſit autē vt clerici apud ꝓprios epōs
prius ꝯueniātur coll·vi·Sꝫ Jo·
et quidā alij dixerūt·ꝙ ſi prelati i
feriores ab epis p electionē ⁊ con
firmacōe₃ ſeu p ꝯſuetudinē habe
ant ordinariā iuriſdictionem·epꝰ
non p̄t ꝯgnoſcere de cauſ ſubdito
rū ſuoꝝ·ñ per appellacōe₃ vel alio
legittio modo transferātur ad eum
vt in metropolitano ſupiꝰ dictum
eſt·ſed circa hoc conſuetudinē an=
tiquā ⁊ approbata₃ attendo·ſicut
pleruq₃ in ꝯſimilibꝰ dico·Saluo
tamē eo qd̊ nōui s̄ de abbatibꝰ cir
ca monachos·Officiū p̄lati vel
ordinarij iudicis eſt curā habere
ſubditoꝝ vt viij·q·i·qui epatum
ſingulos ꝓ poſſe iuuare·ſingulos
releuare·vt viij·q·i·clemens·Jtē
largam manū habeat neccītatē pa
cientibꝰ·cū curat alienam inopia₃
ſuā credat·vt lxxxvi·di·frēm nrm
adulteria ⁊ ſcelera inquirat ⁊ vlciſ
catur·vt ꝫ·e·ti·c·i·ſi fuerint iudi=
ciario ordie ꝯprobata·alioquin
occultos delinquētes non noīatim
ſed indeterminate arguet·vt ꝫ·e·t·
ſi ſacerdos·ꝯdolebit eis quos pu=
niet·Nā vera iuſticia ꝯpaſſionem
hꝫ·falſa autē dedignacōe₃·vt xlv·
di·vera iuſticia·xlvi·di·hoc habet
ꝓpꝛium·manꝰ ſuas dꝫ ſeruare mun
das·nullūq₃ ꝯtingere lucꝝ·vt in
autē de man·pn·§·oportꝫ·coll·ij·
iuxta illud·ſi lis incidērit te iudice
dirige libram·Judicij nec flectat
amor·nec munera palpent·Munꝰ
eñ a norma recti diſtorquet acu=
men iudicis·⁊ tetra inoluit caligi
ne mentem·et alibi·Quod non
mortalia cogis auri ſacra fames
pmmo et qui recte iudicat·et pre=
mium remuneracionis expectat·
fraudem in deo perpetrat·quia iuſ
ticiam quam gratis impēri debu
it accepcione pecunie vendit vt xi·
q·iij·qui recte·licet tamen aduoca
to vendere iuſtum patrocinium·et
aſſeſſori iuſtum concilium·vt xi·
q·i·non debet·xiiij·q·v·Non ſane
et ſpe premiorum inuitandus eſt
aſſeſſor·vt·C·de aſſeſſo·l·prima ⁊
ſallarium debet habere·vt·ff·de
offi·aſſeſ·l·diē functo Sꝫ de expēſ
iudiciū videamus·⁊ eſt certum ꝙ

legati exigūt ſuas ꝓcuracões vt
dixim⁹ ī. ti. ꝓx. Delegati licite pe
tūt expenſas. nec ideo min⁹ gratis
iudicāt. nā ⁊ teſtibꝫ prouidet̄ i ex
penſ. nec ex hoc min⁹ gratis teſtifi
cant̄ vt iiij. q. iij. §. Itē in crimina
libꝫ i vſ venturis. nemo eñ tene
tur ꝓpriis ſtipendiis militare. vt
ꝗ. de ſymo. Cū ſit rõna xxviij. q. i.
iam nūc in ſi. Munera autē ꝓhibē
tur non ſumpt⁹ vt. i. q. i. Iudices
vñ licite ſumūt eſculentū ⁊ pocule
tum vt ff. de offi. pñ. l. plebiſcito.
et modica encenia non ſunt lucra.
ita vt nꝫ oīa neqꝫ ſp. neqꝫ nulla.
neqꝫ nūꝗ. neqꝫ a quolibꝫ. neqꝫ a
nemine accipiat. ſed hoc totū cū
moderamine ⁊ diſcrecõne faciat vt
ff. de offi. procon. l. nõ ſolēt. §. plt.
et vlt. vt litigantibꝫ dāpna grauia
non infligāt vt x. q. iii. Illd. De
ordinario autē videt̄ ꝙ non debeat
habere expenſas. cū certa ſint ei ſti
pendia conſtituta. vt xxiii. q. i. Mi
litare. ꝓmo cū proficiſcit̄ illa expē
dere dꝫ que domi expenderet. vt i
autñ de man. pn. §. illud. ſit igitur
contēt⁹ hiis que a fiſco preſtant̄
vt i autñ iuſ. iurā. qđ pſta. ab hiis
coll. ij. certi tñ caſus ſūt in iure ex
preſſi in quibꝫ ordinarius licite pe
tit ſumpt⁹. vt in ɔſecracõibꝫ eccle
ſiaꝝ. ⁊ i viſitacõibꝫ vt ꝗ. de ſymo.
cū ſit rõna. ⁊ ꝗ. de cenſibꝫ ſopite. ⁊
ꝗ. đ preſcp. cū ex officij. alꝰs michil
petet niſi qđ a iure expreſſum ē vt
xviii. q. ij. hoc tñ. De ɔſuetudīe
tñ tam ꝓlati ꝙ̄ priuati cū ꝓ cauſ
ɔmiſſ proficiſcunt̄ exigūt omīs ex
pēſas nec ɔdiāt ꝗ. de vita ⁊ ho. cle.
cum ab omni. Illa eñ non int̄di
cit ſumpt⁹. ſed ɔuencõeꝫ de certa
pte litis. que int̄dicit̄ ꝓcuratori.
vt ff. de pac. l. ſumpt⁹ ff. mand. l.
ſallariū. C. đ ꝓcu. l. litem. Emāda.
l. ſi ɔtra licitū. qui int̄dicit̄ ⁊ fideiuſ
ſori ꝓmittēti iudicatū ſolui vt. ff.
man. l. ſi remūerādi. §. vlt. ¶ Po
teſtas ordinarii potiſſime circa t̄a
v̄ſat̄. correctionē. iudiciū. ⁊ aiad
uerſionē. ⁊ hiis verbi ſatis ɔueni
unt v̄ba canonis. cohercē. corripe.
excõica. degrada vt xxiij. q. iiij. forte
in fine. coherce monēdo. corripe ſuſ
pendēdo. ⁊ hꝫ locū h̄ ordo cū ꝗs pu
niend⁹ eſt ꝓ cõtumacia. ſec⁹ ſi ꝓ
crimine tūc eñ pena incipit a deg
dacõe. ⁊ finit̄ i excõe vt lxxxi. di.
dictū ꝗ. de iudic. cum non ab hoie.
in contumacia vero incipit ab ex
cõmunicatione. ⁊ finitur in deposi
cõnem. vt lxxxiiij. di. quorund. et
lxxiij. di. honoratus. aliis tam ver
bis vtitur aplus. Argue. obſecra.
increpa. in omni paciencia ⁊ doct̄
na. Argue de peccato. obſecra pro
iuſticia ſeruanda. increpa timorē
diuini iudicii cõminando. ſed hec
locum habent in occultis peccatis
et in iudicio anime. vt. ij. q. i. Si
peccauerit in fine. Debet autem
iudex in correctione beniuolus eſſe
vt xlv. di. licet. in iudicio iuſtus.
vt. iiij q. vij. iudicet. in aiaduerſiõe

miſericors ·vt xlv·di·vera· ¶ Im
peditur autē iuriſdictio ordinarij
per ſuſpenſionem ordinarij ſi ab
officiō ſuſpendatur· Item p excōi
cacōez· quia ſuſpenſum ab officio
intelligo ſuſpenſū ab ordinaria po
teſtate· ⁊ excōicatꝰ excōmunicare
non pt· vt xxiiij·q·i· audiuimus·
nec alꝰ iudicare· vt ꝭ·d ſen·⁊ re iu·
ad probandū· Si vero ordinariꝰ
ſit alꝰ in mortali crimine cōſtitu-
tus· ⁊ ſi de merito vite iudicare nō
poſſit· vt iij·q·vij· qui ſine pcō iu
dicet·⁊·c· ſequentibꝰ· de ptāte tn̄
iuriſdictionis pt q̄diu fuerit tolle
ratus iudicare vt ix·q·iiij·nōne· In
hijs āt caſibꝰ ipedit̄ iuriſdictio or
dinaria vniuſaliter In ſpecialibꝰ
vero negocijs impeditur per alios
modos preter ſuſpenſionem et ex
cōmunicacōez ſcꝫ per appellacōem
recuſacōem· relacōnez ad ſupiorez
negocij reuocacōem· per alī factā
cōmiſſionez· ⁊ p alios modos q̄s
per ſe notare pt quilibet ſtudioſus
¶ Finitur autem iuriſdictio ordi
naria quo ad perſonam quatuor
modis· morte· depoſicōne· tranſla
cōne· dignitatis renūciacōne· quo
ad perſonam ideo dicit quia va-
cante eccleſia localiter et caſuali-
ter de conſuetudine reſidet iuriſdic
tio ordinaria penes collegium· vt
ꝭ· de ma·⁊ obe·cum olim ꝭ· de he·
ad abolendum·vij·q·i·pontifices
et ar·ꝫ·de conſuetu·cum iter vos·
et ꝭ e·irrefragabili·non tamen in
omnibꝰ quia non in collacōnibus
prebendaꝝ vt ꝭ·ne ſede va·illa·be
ne autem dixi de conſuetudine· nā
alꝰ de iure cōmuni ſoli prelati qui
per electionem aſſumūtur iuriſdic
tionem habent· vt no·ꝫ·e·t·in pn
¶ In ſumma notandum eſt ꝙ ⁊ ſi
ſupior mandet ordinario· vt id fa
ciat quod alꝰ ex officio ſuo facere
poſſet· ordinarius non ſemper id
exequitur vt delegatus racōne mā
dati· ſed plerumqꝫ vt ordinarius
iure ordinarie poteſtatis· vt ꝭ·e·t·
licet·⁊·c·graue· ſepe enim ordina-
rij procurant ſibi mandari ea que
ipſi ſuo iure facere poſſunt· vt cum
maiori libertate et excuſacione ea
dem exequantur· vt·xi·di·quis
neſciat ¶ Item ſepe ſuperior non
intendit committere ſed remit-
tere· vnde ei cui ſcribitur non im-
ponitur neceſſitas ſuſcipiende cog
nicionis· ſed poteſt ſi vult cog-
noſcere· poteſt eciam alteri dele-
gare· vt·ff· de offi· prefi·l· ſepe·
ſicut et cauſe appellacionum cum
remittuntur ad examen priorum
iudicum non committuntur· vt
infra de appella· vt debitus ho-
nor· Que autem ad ordinariam
iuriſdictionem pertineant legitur
ꝭ·e·ti·conquerente· Solent tamē
diſtingui due leges quibus eccle
ſie ſubſunt epiſcopis· lex dyoceſa
na et lex iuriſdictionis· lex dyoce
ſana i hijs ꝯſiſtit· i cathedratico exi
gēdo· Itē i ſcīa l' in q̄rta oblacōnū

hac lege ſubſunt oms eccie preter moſteria ·vt xvi·q·iij·Cū ꝓ vtili tate x·q·iij· Int cetera·xviij·q·ij· tate x·q·iij· Capelle tñ moſterioꝝ ſubſūt ꝙ ſit· Capelle tñ moſterioꝝ ſubſūt huic legi vt ꝭ·e·t·ꝯquerēte xvi·q ij·ſtatuendū·niſi moſteria eſſent exempta cū capellis ſuis vt ꝭ· de ꝓ uil·qm·ꝛ·c·Cū capella·ꝛ ar·xvi· q·ij·viſis ꝭ·de capel·mo·in eccijs lex iuriſdictionis eſt qdda ius ex quo eps hꝫ ꝯferre oia ſacramēta· ꝯgnoſcere ꝯ cauſ· coherce delicta huic legi ſubſūt ꝛ ſeculares eccie et monaſteria ·vt·l·di· accedens· xviij·q·ij·hoc tñ·xvi·q·i· interdi cim9·ꝛ eoꝝ capelle vt ꝭ·e·conque rente· ꝛ oms ecce ſite in dyoc·vt xvi·q·i·oms baſilice·ꝙuis autem dixeri moſteria exēpta a lege dyo ceſana·ſūdia tñ que ab antiq̄ ꝑſ tae ꝯſueuerūt·preſtabūt. vt xviij q·ij·ſeruiciū·ꝛ cenſū ſtatutum·vt xviij·q·ij·eleutheri9·hoc ecia nob ꝙ licet diſtinguā duas leges dy oceſanā ꝛ iuriſdictionis·frequent tñ vna ponit ꝓ alia vt ꝭ·de pſcp· Auditis ꝭ·e·regul·ꝛ trāſe·ad i·li· Ex pte ꝭ·d iūte·reſti·Auditis·ex igit igit epus a cunctis eccijs ſue dyoc·pret monaſteria ſicut dictū eſt cathedraticū ſiue ſynodaticū· Vocat autē cathedraticū eo qd ob honore cathedre ſoluit ſynoda ticū qꝛ frequent venietes ad ſyno dum ſoluūt·quātitas cathedratici vel ſynodatici erit de iure duoꝝ ſo lidoꝝ vt x·q·iij·placuit ꝭ·e·t. ꝯq rente· ꝛ erūt vſual monete vt·ff· de legibus·l·nūmis· verius puto vt tā in quantitate ꝙ in qualitate pecūie inſpiciat conſuetudo· Dy oceſani ānuis vicibus ſuas dyoc· viſitēt vt x·q·i·decernim9·vel plu res ſi neceſſitas vl vtilitas exegeit vt xviij·q·ij·viſitandi· ꝛ nō ſemꝉ et in viſitacōe ſua facient qd docet x·q·i·placuit·Sꝫ ꝛ ſi viderint ali quos āmouēdos poterunt āmouē vt ꝭ de reſcptis· dilect9· ſed cū in monaſterijs officiū viſitacōis im pendūt non introducēt ſecum clei cos ſeculares niſi duos vel tres et illos indecēti habitu ·vt ꝭ·e·ti·vt iuſta· Itē notabis ꝙ ptātē ab ſoluendi excōicatos ꝓpter iniectio nē manuū in clericos violentas·ꝙ ex officio cōpetit ordinario in ſpā libꝫ caſibꝫ pt alteri delegare vt ꝭ· e·t·c·vlt· hoc ideo dico quia ptās abſoluendi tales· ex cōmiſſione cō petens alteri cōmitti non pt vt ꝭ· de offi·dele·c·vlt·

De officio iudicis·

Tractatum eſt ꝭ ſingula riter ꝯ officijs dignitatū et de officijs iudicū·ꝛ qd ad ſingulos ptineat roe officioꝝ quid roe iuriſdictionis delegate ꝉ ordinarie· hic autē indiſtincte et in determinate tractat ꝯ officio iudi cis·nec exꝑmit cui9 delegati vel or dinarij· eo ꝙ qdaꝫ de qbꝫ ſub ru brica tractat ꝯia ſūt cuilibꝫ iudici tā dlegato ꝙ ordiario vt dae aduōtū

non hñti. vt ꝫ. e. ti. c. i. reſtituere le
ſos qd̓ cōe eſt ordinario ⁊ delega-
to. vt ꝫ. de inte. reſti. c. plꝭ. Cvbi
et apd̓ quē inte. reſti. poſtu. l. vlt.
et ꝓpterea ſic ſimpliciter intulatꝭ
rubrica de officiō iudicis. ¶ Vide-
am⁹ igitur quid ſit officium iudi-
cis. in quibꝰ locum habeat Itē qñ
deſeruiat actioni. et qñ imploretꝭ
et intētetur loco actionis. ¶ Offi
cium iudicis eſt ptās iudicis a iuē
ſumpta. ¶ Habet aūt locum offi
cium iudicis tam in hijs que añ iu
diciū fiunt. ſūt tamē iudicij ꝑpara
toria. ꝙ in hijs que in iudicio fa-
cienda occurrūt. Ante iudicium
vt habeat publicā pſonam ſi pt.
aut duos viros ydoneos. qui fide
liter vniuſa iudicij acta ꝯſcribāt
videlicet citacōes dilacōnes ⁊c. vt
ꝫ. de ꝓba. qñ contra falſam. Circa
edicta mittēda ad loca in quibus
rei morantur vt ꝫ. de app. Cum pa
rati ꝫ. de dolo. ⁊ contu. Cum olim.
ſi inueniri pñt. vt ꝫ. qui ma. accu.
poſ. relatum. alioquin mittentur
ad domos vel eccās eorum. vt ꝫ. de
dolo. ⁊ contu. cām. ff. de liberis ag
noſ. l. i in pn. ff. de dampno. infec.
l. iiij. §. pretor. xvi. q. iij. §. pt in vꝫ
is autem ꝫ. de dolo. ⁊ contu. contin
git. ⁊. c. vlt ꝫ. de cle. non re. Ex tue
vel denūciabit cognatis ⁊ amicis
vt abſentem defendant vel venire
procurent. ff. ex quibus cau. ma.
l. ergo ff. quibꝰ ex cauſis in poſſ. e.
l. ꝫ autem ꝫ. qui ſi. ſint le. platum.

Circa dilacōes indulgēdas ꝓ cō
dicōe cauſe temporis vel pſone. vt
hijs ꝯſideratis iudex ordinē edic
toꝝ vel cōpendium moderetur. vt
ff. de iud̓. l. non nūꝙ. ⁊ vt p eas d̓
legati iuriſdictio minimū non artetꝭ
vt ꝫ de officiō dele. ꝯſuluit. Vt pn-
cipales pſone in iudiciō cōparetes
non p aduocatos. ſꝫ p ſe ipſos fac
tū ꝓponāt: niſi forte adeo fuerīt in
diſcreti. vt eoꝝ defectus de iudicis
liña p alios ſuppleatꝭ. vt ꝫ. de iudi
cis. Paſtoralis. Vt porrigātur li
belli apti ⁊ cōuenientes rei de qua
agitꝭ. alioquin iudex ex officio ſuo
repudiet. vel aſſeſſor. vt ꝫ. de iud̓.
examinata. ff. ſi meſ. fal. mo. dixe.
l. i. §. fina aūt. C vt nemo pua. pdijs
ſuis vel alie. titu. impo. l. ij. i ſi. et
ff. de aſſeſ. l. i. ꝫ ꝙ ſine ſcriptis aga
tur in ſpālibꝰ caſibus quos nōbo
ꝫ. de libelli. obla. Itē vt p narracō
nem actoris ⁊ reſponſionem rei ſi
at conteſtacō litis. vt dicam ꝫ. de
litꝭ ꝯt. c. i. C e. ti. l. vna. niſi agatur
cauſa denūciacōis vel inqſicōis. in
quibꝰ nec libellus porrigitꝭ nec fit
conteſtacio litis. vt dicā ꝫ. de accu.
inq̇. ⁊ denū. Item vt iuretur de ca
lūpnia ⁊ de veritate dicēda. vt ꝫ. d̓
iura. ca. Itē vt fiāt poſicōes paū ⁊
intrrogacōes iudiciales Itē vt pa
cientꝭ audiatꝭ aduocat⁹. vt. ff. de
offi. procō. l. nec quicꝙ. §. circa. Vt
ſuppleat defect⁹ aduocatorum in
iure. vt. C vt que deſunt aduoca.
par. iu. ſup. non autem in facto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de officio iudic

ſuppleat· niſi de facto iudicii liqat
vt iudicii· ⁊ pꝰ lit· ↄt· Exēpla de h̄
habes· C· de appel· l· ampliorē· C· de
tēpo· app· l· ij· §· vlt· Jdeo autē āte
lit· ↄt· iudex de facto ſupplere non
p̄t· q꜡ ante lit· ↄt· oīa conſtant iu
dicii· non vt iudicii· ſ꜡ vt p̄uato· et
ideo dicī cōſueuit ꝙ ea que āte lit·
cont· cōtingūt non p̄tinēt ad offi
cium iudicis· vt· ff· de edil· edic· l·
ediles· §· Jtē ſciend̄· Fallit in caſu
nam iudex ex officiō ſuo repellit pro
curatorē militē· eciā aduſario ſuo
tacente vt· ff· de procur· l· filius· §·
veterani· C· de pcu· l· militez· Sꝫ il
lud ↄtingit ꝓpter publicā vtilita
tem· nō obſtat hiis que dicta ſūt
lex q̄ videt̄ velle ꝙ iudex ſuppleat d̄
facto ⁊ an̄ lit ↄt· vt· ff· de peti· hē·
l· vlt· nam qd̄ ibi dicit̄ ⁊ ſi non ex
cipiat̄ exponend̄ eſt ſic· i· ſi nō hēat
locū doli excepcō· ſatis tn̄ conſulit̄
officō iudicis ⁊ ſic intelligo ſupple
n̄d̄ facto ⁊ pꝰ lit· ↄt· ſ̄ de ↄſuetu·
c· vlt· ⁊̄· de ſē· ⁊ re iud̄· cū bertoldꝰ
⁊̄· de ↄceſ· p̄· c· Ex pte· ſupplet autē
iudex ⁊ an̄ ſn̄az opponendo aduo
catis ⁊ querendo a p̄tibus· ⁊ ſicut
meliꝰ p̄t verꝫ inueſtigando· vt xxx
q· vlt· c· vlt· ſupplet eē ⁊ pꝰ ſn̄az
vt in fructibus· vt· ff· de re iud̄· l·
paulus· Jtē locū h꜡ iudicis offici
um in oībꝫ que pꝰ lit· ↄt· accidūt
circa rē petitā vel ↄtingūt vel ſi fruc
tus ex ea pcipiant̄· vel dampnū i
ea det̄· ſiue preciū rei petite ad poſ
ſeſſorez p̄ueniat· vel aliquid loco
p̄cij que pꝰ lit· ↄt· accidūt· valde
pertinēt ad officium iudicis· vt· ff·
de rei ven· l· non ſolum· ⁊· l· Jtem ſi
verberatus· §· i· ⁊· C· de rei ven· l· cer
tum eſt· inſ̄ i· d̄ offi· iudi· §· poſt in
choatam· ⁊· §· eo q꜡ nomine· ff· de
edil· edic· l· ediles· §· ſciendum· ff·
de aqua· plu· ar· l· ſi tercius· §· offi
cium· ⁊· ff· de vſu· l· ij· Jdē in dolo·
vel culpa ſeu negligēcia admiſſa
poſt lit· cont· ſicut multis probat̄
exemplis· vt· ff· de rei ven· l· qd̄ pe
titori· §· i· Jtem iudicis officō fit
delacō iuramenti circa quantitatez
expenſarꝫ vt in autn̄· de iud̄· §· op
tet coll· vi· in quantitate dampno
rum vt ⁊̄· de hijs que vi· me· ce· ca
ſi· c· vlt· C· vn̄ vi· l· ſi qn̄· ij· q· i· in p̄
mis ¶ Jtē ex officō iudicis defert̄
iuramentū· qn̄qꝫ actori· qn̄qꝫ reo·
inſpectis pſonarꝫ ⁊ cauſe circūſtā
cijs· vt ⁊̄· de iur· iur· c· vlt· de q̄ ma
teria pleniꝰ tractauimus· ¶ Jtem
vt certam ferat ſentenciam prout
poteſt· vt· ff· d̄ iud̄· l· de qua re· et
inſt· i· de actio· §· curare· ¶ Jtem vt
ſentenciam execucōni demandet ſi
egeat execucōe· nā ſi in rei vendica
cione pronunciatur pro poſſeſſore
contra petitorem abſoluetur poſſeſ
ſor· nec eſt opus alia execucione·
ſi autem contra poſſeſſorem pronū
ciauerit· iubebit eum rem reſtitue
re cum fructibus· vt· ff· de rei ven·
l· ex diuerſo· §· vbi autem· Sed ſi
poſſeſſor neget ſe in preſenti reſti
tuē poſſe ⁊ ſine fruſtracōe videbit̄

tempus reſtituendi cauſa petere i
dulgendum eſt ei. vt tamen caue=
at de litis eſtimacōne cum fideiuſ
ſore. ſi intra tempus qd ei datum
eſt non reſtituat. vt inſti. de offi.
iud. §. i. In perſonali autem actio
ne debet pronūciare abſoluendo vel
condempnando. vt. C. de ſen. et inter
lo. om. iud. l. preſens. non refert q
bus verbis vtatur. nam ſiue dicat
abſoluo. ſiue dicat michi videtur
titium michil debere ſeyo. Item ſi
ue dicat condempno in decem. ſiue
dicat precipio ſeyū dare decem. vel
equipollencia verba. valet ſenten
cia. vt. ff. de re. iud. l. In ſentencia
ff. de arbi. l. quid tamen. §. ſed ar=
biter. et. de verbo. ſigni. In hijs.
In hijs igitur et conſimilibus de
quibus exempli gracia aliqua ſu
per trā ipſa notaui. iudicis officiū
ante lit. cont. actioni deſeruit. ſicut
mercenarius et miniſter et in tali
imploracōe officij nō ē faciēda li=
tis conteſtacō. eo qd facta vel faci
enda eſt in principali cui per iplo
racionē officij deſeruitur. ſicut alꝰ
dicitur non eſſe faciendam litis cō
teſtacōnem in cauſa appellacōnis
ſi facta eſt in pncipali. vt. et. de ap.
per tuas. Aliquādo deficiente acti
one cum nulla cōpetat actio ad hoc
qd intenditur imploratur iudicis
officium. et tunc ſuccedit loco ac
tionis licet nō ſit actio. vt cum pe
titur in integrū reſtitucō a maiori
vel minori non diſtinguo vt. ff. de

mino. l. qd ſi minor. §. vlt. In hac
igitur imploracōne officij que lo=
co actionis ſuccedit et procedit vt
dictum eſt. erit facienda litis con
teſtacō. vt. et. e. t. c. ij. in pn. Itē im
ploratur officium iudicis pncipa
liter ad interponēdum caucōnem
id eſt hoc ſolum agitur et petitur.
vt caueatur. vt cum petat legata=
riꝰ ſibi caueri de legato preſtando
vt. C. vt in poſ. legat. l. i. vt cum vi
cinus petit ſibi caueri de dampno i
fecto ab eo cuius domus minatur
ruinam. vt. ff. de dampno infec. l.
pretor ait. §. ei. et. l. dies. §. hoc aūt
Incidenter autem agitur de caucō
ne interponēda iudicis officio. vt
ecce agebatur rei ven. coram iudice
et re vſucapta poſt lit. cōt. iubet iu
dex caueri a reo qd nō impignora
uerit vel non manumiſerit ſi ſeruꝰ
vendicabatur vt. ff. de rei vend. l. ſi
poſt ſuſceptum. vel agitur pigno.
acc. iudex incidenter iubet credito
rem cauere de dolo vt. ff. de pigno.
acc. l. creditor. vbi ergo iudicis of
ficium pncipaliter intentatur nec
de alio agitur niſi de eo qd per of
ficium iudicis poſtulatur. libellus
porrigendus eſt. et litis conteſtacō
facienda. vbi autem de aliquo pn
cipaliter agitur et incidenter im=
ploratur officiū iudicis ſup alio
faciendo ſuper hoc qd per officium
petitur. litis conteſtacio locum nō
habet. vt. et. e. ti. c. ij. et ppterea lo=
cum officij imploracio non habe=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bat ꝗ. de app̄ significante. quia cū
canonicā conuenissent epm̄ itelligo
porrecto libello. ⁊ agerent cōtra eū
petitorio. dicentes q̄d in macellis
eorū carnes vendi deberent. vnde
ep̄s iniuriose faciebat vendi in fu
is. vt dicebant non poterūt quasi
incidenter ⁊ per officiū iudicis pos
tulare q̄d petebant p̄ncipaliter p
libellum scȝ ius vendēdi reduci ad
statum antiquū. nec mouet q̄d di
cit ante lit' cont'. nam idem esset ⁊
post lit' ɔt'. ⁊ ideo ponitur in lrā p̄s
tim. Multa alia exempla poni pos
sent in quibus iudicis officium i=
ploratur p̄ncipaliter tam in ciuili
bus q̄onibꝰ. q̄p in extraordinarijs
criminibꝰ puniēdis. ⁊ in quibꝰ in
cidenter siue ante lit' ɔt' siue post. ſꝫ
sufficiat supiora posuisse causa bre
uis ⁊ sūmarie doctrine. vnde alibi
dicitur officium iudicis latissimū
est vt. ff. de iurisdic. om. iud. l. i. eo
q̄d ita late patet vt exempla que
ponenda occurrent numerari non
possent.

## De maioritate ⁊ obediēcia.

TRactaturi sumꝰ s̄ de mīstris.
Sȝ quia ministroꝝ quidam
sunt maiores. quidā
minores. ad hoc enī dispensaciōis
prouisio gradus diuersos ⁊ ordi=
nes cōstituit esse distinctos. vt dū
reuerenciam minores potioribus
exhiberent. ⁊ pociores minoribus
dilectionem impenderēt vera con=
cordia fieret ex diuersitate ɔtextio
non enī eccā al's subsistere poterat
nisi huiꝰ magnꝰ eam ordo serua=
ret. q̄p celestium miliciarū exēplar
nos instruit. quia dum sūt angeli
sūt ⁊ archāgeli in ptāte ⁊ ordine
differētes. vt lxxxix. di. ad hoc. ⁊ si
cut mēbroꝝ varietas p diuersa of
ficia ⁊ robur corpis seruat ⁊ pul=
chritudinē repn̄tat. ita vaietas p
sonaꝝ per diuersa nichilominꝰ of
ficia distributa ⁊ fortitudinē ⁊ ve
nustatē sancte dei eccē manifestat.
vt lxxxix. di. c. i. Ideo post tractatū
ministroꝝ ponit' h̄ rubrica de ma.
et obe. In hac igitur rubrica trac=
tat' de maioritate ⁊ minoritate mi
nistroꝝ ⁊ d̄ obedīa maioribꝰ a mi
noribꝰ impendēda. ¶ Videamus
ergo quibꝰ ex causꝭ maioritas int'
clericos attēdatur. ⁊ in quibꝰ obe
diencia ɔsistat. ¶ Maioritas cōsi
deratur ex quinqȝ causꝭ. Ptāte siue
iurisdictione. ordie. ɔsecracōe. an=
tiq̄tate. progariā ordinātis. Ptā
te siue iurisdictiōe qua p̄est archi
dyaconꝰ. archipb̄ro. vt s̄ de offi.
arch. c. i. Ordie q̄ p̄est pb̄r dyaco
no. vt xciij. di. leginꝰ in fi. Dyaco
nꝰ subdiacono ⁊ sic deinceps. vt
xciij. di. A subdiacono. ⁊ h̄ duo mē
bra pbant' vno. c. lxxxix. di. ad h̄
in fi. Cōsecrōe q̄ p̄est ep̄s pb̄ro vt
xcv. di. olim ep̄s ⁊ ep̄s cūctis i eccā
cōstitutis vt xxv. di. perlectis. An
tiquitate. vt prior habeatur qui
prius fuerit ordinatus. vt ꝗ. e. ti.

c·i·lxxv·di·ordinacões·ꝫ·de elec·
dudū·Ad audiēciā·ff·de albo·ſcri·
l·i· Prerogatiua ordinantis·vt
maior habeat̃ q̄ a maiore fueit or
dinat⁹ vt ī·e·t·p̄ tuas·ff·de albo·
ſcri·l·ij·⁊ hec ōmia no·ꝫ·de officio
Archi·in p̄n·ſed ibi omiſſum eſt
vnū membꝝ·ſ·cōſecracōis ꝙ hic
addit̃· Obediencia vero ꝯſiſtit i
trib·i· reuerēcia·iudicō·⁊ p̄cepto·
Reuerēciā debet̃ ei qui precedit in
ordine vel antiquitate·vt xciij·di·
a ſubdyacono·ff·de albo·ſcrib·l·i
vt minor aſſurgat maiori nec ſede
at ſtāte maiore·vt xciij·di·nō op
tet·vt maior p̄cedat minor ſequa
tur in ſedēdo ſubſcribendo·vt xvij
di·§·vlt·xcvi·di·bene quid·ff·de
albo·ſcribē·l·i·in incedēdo q̄uis in
hoc ꝯſuetudo rōne curie ꝯtrariū ſer
uet·nā minor precedit ⁊ maior ſe=
quit̃· Itē in cōſuetis ⁊ honeſtis ſ
uicijs faciēdis vt ī·e·ti·ſtatuim⁹
ꝫ·de ꝯſti·Cū· Fallit in duobus
caſib vt cū minor ordine ⁊ poſte
rior tēpe maior ē ptāte vel iuriſdic
tione·vt Archidyacon⁹ qui ⁊ ſi i
ferior ſit archipb̄ro tēpe ⁊ ordine
maior tn̄ illo cenſet̃ ⁊ ei ab illo eſt
obediendū·vt xxv·di·perlectis·
Itē fallit cū minor gerit vicē et lo
cū maioris·vt xciij·di·c·vlt· Obe
diēcia iudicij ⁊ precepti debet̃ ei q̄
p̄eſt iuriſdictione vel ꝯſecracōe·nā
al's ſentencia a non iudice lata nul
lius eſt momēti vt ī·de iud·At ſi
cleicū·Cū ſi non a ꝯpe·iud·p totum

et idem in precepto vt·vij·q·i·ꝗ
frater·virt⁹ autē ſiue efficacia pre
cepti eſt·ꝙ ſubdit⁹ tenet̃ obedire
precepto prelati ſui ex neceſſitate·
alit̃ peccat mortalit̃·ymo ariol⁹ ⁊
ydolatra iudicat̃·Obediencia vero
victimis iure ꝓponit̃·quia p vicți
mas aliena caro p obedienciā pro
pria caro mactat̃·vt viij·q·i·ſciē
dum·qđ intelligo cum ſuperior p̄
cipit licitū ⁊ honeſtū· Obediēdū
eſt ſuperiori a clericis in omnibus
que ad diuini cultus obſequium
pertinent·vel que eccaſtice vtilita
tis cura pagē ſuaſerit·vt in p̄alle·
c·vij·q·i·quia frater. vnde ſi preci
piat ſuperior aliquid contra de=
um·non eſt obediendum·quia
tunc deo magis q̄ homini obediē
dum eſt·Vnde non ſemper malum
eſt obedire ⁊ obediencia non ē ſer
uanda in reb⁹ illicitis·vt xi·q·iij
Si domin⁹· Nunq̄ eni ꝓpter obe
dienciam malum cōmittendum ē·
Sed aliquādo dꝫ bonū qđ agit̃
intermitti·xi·q·iij·q̄d ergo· Sꝫ
quid ſi ſubditus dubitet an ſit li
citum vel non qđ a ſuperiore man=
datur·Rñō in dubio obediat·nā
et ſi fortaſſe reum faciat ſuperiorē
iniquitas imperandi·innocentem
inferiorem oſtendit ordo ſeruien=
di·vt xxiij·q·i·quid culpatur i ſi·
nec mireris ſi circa idem manda=
tum peccet idem precipiendo·non
autem inferior obediendo·nam ⁊
h' al's ꝯtīgit vt xxxiij·q·v maifeſtā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et·c·noluit·et ꝫ de iure iurã· Des
bitores· Item et ſi onerosum ſit
quod mandatur obediẽdum eſt·
vt·xix·di·in memoriam·et ſi iniuſ
ta correctio ſit tolleranda eſt·vt·c·
di·contra morem· et qd dixi in du
bio obediendum intelligo·niſi du
bitacio eſſet craſſa et ſupina· que
nõ excuſacẽt·vt ſi ſupior mãdet ali
qd qd ſit ꝯ articulos fidei· ꝯ pcep
ta ꝛ ꝓhibicões·ꝯ gnale ſtatutũ
eccẽ· In talib⁹ nõ excuſacẽt dubita
cio·qꝛ nec ignorãcia·vt· xvi·q·i·
ſi cupis·q ei q dei ſũt neſciuerint a
dño neſciuntur vnde ſi quis igno
rat ignorabitur·vt·xxxviij·diſtic·
qui ea· Sed pone q aliquis du
os habeat iudices vnus preci=
piat vnum · alter contrarium iu=
beat · cui erit magis obedien=
dum · videtur Auguſtin⁹ pro re
gula tradere q maiori ſit obedien
dum·vt xi·q·iij·qui reſiſtit· Sed
obicitur de clericis ſubiectis epiſ
copo·qui magis tenentur obedire
epiſcopo q metropolitañ·vt ix·q
iij·per totum·Obicitur ꝛ de mo=
nachis qui magis tenentur obe
dire abbati q epiſcopo· vt lviij·
di·c·primo· et ij ·Nec epiſcopus
debet relaxare ſentenciam excom
municacionis latam a plebano·
vt·ß·de offi·ordi· cum ab eccleſia
rum· Ad que respondeo· Canon
ille loquitur quando negocium ſu
per quo mandatur tranſlatam eſt
ad ſuperiorem iudicem per appel
lacionez· tunc ad eum ſpectat mã
dare· ad quem ſpectat negocium
principale· ar· ß· de officio dele·
prudenciam in fine· et ideo maiori
eſt obediendum· vel loquitur qn
do minor habet iuriſdictionem a
maiori·ꝛ maior reuocat in eo caſu
in quo poteſt·vt·ff·de iudic·l· iu=
dicium·et ar·ad idem·C·de officio
recto·prouin·l·pocioris·vel ſi bene
intelligatur littera illius canonis
ceſſabunt obiectiones·nam in pri
mo exemplo loquitur de curatore
qui nullam habet iuriſdictionem
et ſi habeat adminiſtracionem lo
quitur de proconſule qui habet iu
riſdictionem ꝛ ideo ei obediendũ·
In ſecundo exemplo ponit de pro
conſule ꝛ principe· Item de princi
pe ꝛ de deo in qbꝫ caſibꝫ iniunctant
pncipi ꝯ mandatũ ꝓconſul ꝛ deo
ꝯ mãdatũ pncipis eſt parẽdũ· vt
viij·di·q ꝯ mores in ſi·vnũ nõ ob
mitto q mãdato ſupioris oneroſo
ẽ parẽdũ vt xix·di·i memoriã ꝛ pa
cientiſſime tollerãda ẽ eciã iniuſta cor
rectio·vt·c·di·ꝯ morẽ Et hꝫ oia lo
cũ hñt i duobꝫ ordiarijs iudicib⁹
Ceteruz ſi duo ſint del·ꝯria alicui
mãdãtes·tũc locũ hꝫ dec·de reſcp
tis· Cũ ꝯtigat· Quid de vxoẽ an
peccꝫ mortlr frãgẽdo votũ abſtinẽ
cie ad mandatũ mariti· cũ maiori
ptãti poci⁹ parẽ deat q marito vt
ſupi⁹ dcm ẽ· Rñ o deo obedit i hꝫ q
maito obedit· qꝛ hꝫ fãt iur auctre·
vt xxxiij·q·v·maifeſtũ ꝛ·c·noluit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quid ſi ep̄s velit monachū īſtitu
ere p̄latū in eccā ſeculari. Abbas
nolit cui magis obediēd̄ eſt R̄n̄o
abbati vt xvi. q. i. cū pro vtilitate
et. c. mōchi. lviii. di. c. i. ꝛ. ij. Nec
obſtat. xvi. q. i. q̄ vē qd̄ eīn ibi d̄t
niſi iubeat ab epō. ſuppleo cū lr̄a
abbatis. Sꝫ fateor ꝙ ſi ep̄us ve
lit cauſa neceſſitatis ſm̄ vetera iura
ꝛ ſtatū antiquū eccē vt lv. di. priſ
cis. ſū hodie cā vtilitatis. vt in. c.
Cū pro vtilitate. cogend⁹ eſt ab
bas ↄſentire ꝛ monachū licēciare
vel p ſupiorē agendū vt no. in eo
qui poſtulat̄ in ep̄m. ſi a ſuo p̄lato
non concedit̄. ſ. de poſtula. eca p̄n.
Itē quid ſi ep̄us vocet monachū
ad ſe ad miniſteriū cubicularat⁹
nūquid p̄t inuitū inuito abbate
abſtrahē videt̄ ꝙ ſic. vt. ij. q. vij
cum paſtoris. Sꝫ puto ↄtriū q2 h̄
eſt p̄uilegiū ſolius pape. quēlibet
ad ſe vocare clericū vel mōchū. vt
ix. q. iij. p p̄ncipalem. Sꝫ ſi vocet ad
ſe mōchū. ꝛ abbas ↄdicat. mona
ch⁹ dꝫ obedire ꝑpe. vt viij. di. que
cōtra mores. ꝛ xi. q. iij. qui reſiſtit
Itē q̄d ſi prelat⁹ vocet aliquē reli
gioſū ad ſuū conuictū vbi religio
ſus generalia ſtatuta ſui ordinis
obſeruare non p̄t. puta p̄lat⁹ fre
quent̄ equitat ꝛ fratrē predicato
rē ſecū frequent̄ equitē ducat. cum
ſit de generali ſtatuto ordinis vt
nullus equitet niſi infirm⁹. ꝛ c̄te
conſulo vt ad clauſtꝝ ꝓpriū reuer
tat̄. nec periculū ſuū exponat cōmo

dis alienis vt xl. di. ſic n̄ ſuo. ꝛ idē
dico in fratre minore p̄lati alicui⁹
camerario cōſtituto. cū ſit de gene
rali ipoꝝ ſtatuto. vt denarios nō
contingāt. Satis eīn abſurdum
reputo. taliū man⁹ ex contactu pe
cunie rubiginoſas fieri ꝛ frequen
ter inſiſtere calculo rōnū. quē eīn
ſenſeris aut ſp aut crebro de num
mis loquentē inſtitorem potius ha
beto ꝙ̄ monachū vt xvi. q. i. ſi cu
pis. Et nota ꝙ mōchi ꝛ regulārs
magis ſūt aſtricti obedire ſuo ab
bati vel priori. tāꝙ̄ qui renūciaue
runt ꝓpe voluntati. ꝙ̄ clerici ſeculārs
ſuo epō vt. xij. q. ij. non dicatis. ſ.
de offi. or. Quito. Item clerici ſūt
magis aſtricti ꝙ̄ layci. ar. ſ. lxxi.
di. primatus.

De treuga ꝛ pace.

QVia ad officium iudicis
ſpectat pacificare diſcor
des vt xc. di. p totum. et
maxie i caplo diſcordātes ꝛ caplo
diffidētes. Ideo p⁹ tractatum de
offi. iudicis ponit̄ rubrica de treu
ga ꝛ pace. Videam⁹ igit̄ q̄d ſit
Treuga. q̄d pax. ꝛ quibꝰ tpibus
potiſſime pax ꝛ treuga debeāt ob
ſeruari. Treuga ē ſecuritas preſ
tita perſonis ꝛ rebus ad tempus.
diſcordia nondum finita. Pax
eſt diſcordie finis. Item treu
gaꝝ due ſue ſūt ſpēs nā Alia ↄuē
cional̄. Alia canoica. Cōuēcional̄

ex ꝯuencõe recipit formã· ſicut ⁊ cõ
tract⁹ ex ꝯuencõne legem·i·formã
accipiũt·vt·ff·depoſiti·l·i·§·ſi cõue
niãt·ff·de re·iur·l·ꝯtract⁹·ſicut et
in vltis volũtatibꝰ volũtas eſt lex·
vt in aut·de nup·§·diſponat coll·
iiij· Eo autem tpe qđ ex cõuencõe
finitur etiã hoſti fides ſeruanda ẽ·
vt xxiij·q·i·noli·xxij·q·iiij·Inno=
cens·qđ intelligo ſi ⁊ infidelis ſ=
uat fideli al's non·vt ꝯ·de iu·iur·p
uenit·xxvij·q·i·ſed infidelis·C·de
trãſac·l·ſi diuerſa ps·⁊·l·cũ ꝓcu=
ris·ff·loca·⁊ cõduc·l·quero·§·int
locatorẽ·xcv·di·eſto ſubiectus·li
cet ſit ar·ꝯtrariũ xi·q·iii·iter verba
in fi·xxxiij·q·v·qđ deo·⁊ xxij·q·ij·
vtilem· Eſt ⁊ treuga canonica que
preter oẽm ꝯuencõez certis diebꝰ
et tẽpibꝰ ſeruanda ẽ·vt ꝯ·e·ti·c·i·
Sȝ ꝯtra hoc oppõit· aut loquit
de iuſto bello aut iiuſto· Si de iuſ
to a tali etiã hijs diebꝰ đ quibꝰ h̃
decre·loquit ceſſanđ nõ ẽ·vt xviij
q·vlt·ſi nulla· Si aũt de iniuſto·
h̃ nullo tpe faciẽđ eſt·vt xi·q·iij·
iulian⁹·⁊·c· Si dñs xxiij·q·ij·c·i·
et ij· Solucõ pt hoc itelligi de iuſ
to bello a quo et ſi nullo tempe ſit
ceſſandũ·min⁹ tñ ei vacandũ eſt
hijs diebꝰ ⁊ tempib⁹ de quibus h̃
decre·ſupponit·⁊ hoc idem innuit
illud decretũ· Si nulla·cum dicit
ſi ineuitabilis viget neceſſitas vel
importunitas· Item poteſt intelli=
gi ⁊ đ iuſto bello quod ſi nullo tẽ
pore ſit faciendum· minus tamen

hijs diebus ⁊ temporibus ꝙ̃ alijs
Ad has treugas canonicas obſer
uandas·tres funiculi colligantur
excõmunicacio dyoceſanorum·con
firmacõ vicinorum epiſcoporum ⁊
mutuũ conſilium et auxilium a co
epis impendendum·vt ꝯ·c·i·⁊ xc·
di·precipimus ⁊·c·platum· Sed
queritur an epiſcopi conſtituãtur
tranſgreſſores ſi hoc nõ ſeruãt· Et
poteſt dici ꝙ non· eo ꝗ non ſunt
hec moribus vtenciũ approbata·
vt iiij·di·§·leges Quare autẽ hijs
diebus ⁊ temporibus de quib⁹ lo
quitur hec decre treuge canonice
pocius ſint ſeruande ſuper littera
ipſa notaui· ¶ Et eſt ſciendum ꝙ
certe ſunt perſone quibus ꝑpetuo
canonice treuge debentur· vt ſunt
preſbiteri·monachi·cõuerſi·pere=
grini·mercatores· ruſtici euntes ⁊
redeuntes ⁊ in agricultura exiſten
tes· Item ⁊ animalibus que arãt
ſemina et ꝗ portãt ad agrum·vt
ꝯ·e·ti·c·ij· Item romipete·⁊ orato
ria viſitãtes· vt xxiiij·q·iij·ſi quis
romipetas·habent autem hoc pri=
uilegium ruſtici ꝗ̃diu fuerint in
agricultura ſic milites donec pug
nãt vt·C·de reſti·mili·l·vlt·⁊·C·ꝗ
b⁹ ñ ob·lõ·tempo·preſcrip·l·vlt·
ſic ⁊ clerici·mõchi·⁊ conuũſi·donec
in eccl̃ijs canonice ac regulariter
viuũt·vt·C·de epiſ·et cleri·l·ge=
neraliter·et ſic legati gaudent pri
uilegio donec in legacione conſiſ=
tunt·vt·ff·de iudic·l·ij·§·plane·

ſic ⁊ aĩalia que ad culturã agri ꝑ
tinẽt vt. C. que res pigno. ob. poſ.
l. pignoꝝ. ¶ In ſumma hoc ſciendũ
eſt ꝙ quilibȝ prelat⁹ ⁊ maxīe eps
prius de plano ⁊ abſqȝ coactione
poſtmodũ aũt iuriſdictione ⁊ ꝑtāte
debet diſcordantes ad concordiaȝ
reuocare. vt xc. di. c. i. ⁊ vij. q. i. ſi
primates ⁊ litigantes reconciliaꝛe
vt ff. de vſur. l. ſi vſufruct⁹. §. eq̃ſſi
mũ. ff. de offi. preſi. l. illicitas. §. ne
potenciores. Sed obicit̃ ſi ſic int̃
litigantes cõponat̃ remanebunt
crimina impũita qḋ eſt contra le
gem vt ff. ad le. acqui. l. ita vulne
rat⁹. Itẽ expedit crimina nocẽciũ
eſſe nota vt ff. de iniur. l. Eũ qui ꝭ.
ḋ collu. c. i. ⁊ ij. Ad qḋ Rñō ꝙ dixi
ſupius locũ habet in cauſ ciuilibꝰ
in actione iniuriaꝝ. quã quilibet
remittere pt ſi iniuria non ꝯtigat
eccãȝ vt xxiij. q. iiij. ſi is q̃. ⁊ ſi ſit
facta non facienda vt ff. de pac. l.
ſi vn⁹. §. pacta. Itẽ hoc intelligo i
ciuilibꝰ actionibꝰ. eo ſaluo ꝙ in q̃
buſdam caſibꝰ cõpoſicõis remedi
um locũ non habet vt ꝭ. e. t. px. c.
vlt. Itẽ hoc intelligo vbi de crimi
ne ciuilit̃ agitur. nã ⁊ ſi crimẽ q̃s
remittere neq̃at. pt nedum a ciuili
actione ſed ab accuſacõe deſiſtere
vt ꝭ. de accuſa. ⁊ inquiſic. veniẽs.
qñ autẽ ab accuſacõe impune poſ
ſit deſiſti. ⁊ qñ non ⁊ qñ crimen in
abolicõeȝ veniat. ſuo loco dicem⁹.
¶ Itẽ notandũ ꝙ eps ꝓpriam iniu
riam vindicare ñ pt vt xxiij. q. iiij

inter querelas. Sȝ eã debet remit
tere qꝛ ei ſanctitas ignoſcẽdi glaȝ
dereliquit vt. C. ḋ epiſ. ⁊ cle. l. ſi q̃s
in hoc gen⁹. ſed nõ facile dimittẽ
dȝ. Nam rei publice inteſt penas
facile non dimitti. ne ad maleficia
temere quiſq̃ proſiliat. vt C. de
penis. l. ſi opis. Qȝ autẽ iniuriaȝ
eccĩe poſſit remittere. quibuſdã ar
gumentis ſuaderi pt. Nã eps ẽ pĩ
eccĩe. vt xcv. di. eſto. ſed pater in
iuriã illatã filio remittere pt vt. ff
de iniur. l. ſȝ ſi vn⁹. §. filiuſfamil.
Item actio iniuriaꝝ non eſt in bo
nis eccẽ anteq̃ intẽtet̃ ⁊ lis ſuper
ea ꝯteſtet̃. vt. ff. de iniur. l. iniuria
rũ actio vñ cum non ſit in bonis ec
cleſie. pt eam remittere ſine ꝯſẽſu
capli. vt ꝭ. de hijs que ſi. a pre. Cũ
in aplica. Sed hoc non puto fore
veꝝ. nec obſtant argumenta ſupe
riora. Nam ⁊ ſi dicat̃ eps pater.
eſt tñ eccĩe ꝓcurator vt ꝭ. de dona.
c. ij. x. q. ij. caſellas. xij. q. i. c. vlt.
xij. q. ij. ſine excepcõe. In illa. cum
aplica. fauor religionis attendit̃
ſumma aũt eſt racõ que pro religiõe
facit. vt. ff. de relig. l. ſunt ꝑſone.

## ¶ De pactis.

Explicato tractatu ordinã
doꝝ ⁊ officioꝝ. Accedim⁹
ad ꝑparatoria iudicioꝝ. ſȝ
qꝛ homĩes vt iudicia euitẽt pacta
ineũt. ⁊ trãſactiões. Ideo de hijs
premittitur. et primo de pactis

eo qḋ decēna⁹ ꝛ honeſti⁹ gratis a
lite diſceditur· ꝙ̄ pecunie interuen
tu· ꝛ quia pacta generaliora ſunt
ꝙ̄ tranſactiones· ¶ Videam⁹ igi
tur quid ſit pactuꝫ· Et vnde dicat̄
quot ſint ſpēs pactoꝝ· ꝛ quot di
uiſiones· ꝛ ad quos vires pactoꝝ
porrigātur· de quibꝫ rebꝫ paciſci
poſſit· ꝛ quis ſit effect⁹ pactoꝝ· et
q̄ pena non ſeruātis pactū ¶ Pac
tū eſt duorū plurīū ve ꝯſenſus in
idē ſcꝫ dandū· vel faciendū· non āt
in eodē vero vel falſo· Nā ſi duo vel
plures ꝯſenciant ī hoc vero ſcꝫ ticī
um eſſe hoīem· vel in hoc falſo ticiū
eſſe aſinū nō erit pactū· qꝛ nō erit
obligatoriū· talis eñ ꝯſenſus neu
trū alteri obligat· ꝛ quia dixi dan
dū vel faciendū intellige alteri pa
ciſcenciū ab altero· Quid eñ ſi pa
ciſcar tecū inuito ticio qḋ tici⁹ det
Seyo· pactū nullū erit· Sꝫ ſi pa
ciſcar tecum vt des ticio· pactum
erit qñqꝫ vtile qñqꝫ inutile ad agē
dum· ff· de verbo· ob· l· ſi ſtipulacio
iſta· §· alteri ꝛ· §· ſi ſtipuler· nec mi
rens ſi pactum inutile ad agendū
pactū vocet· Nam ſic a iure voca
tur· vt· C· e· t· l· debitoꝝ ꝛ· l· pacto·
ꝛ· ī· e· t· c· vlt· ꝛ p hoc qḋ dixi pac
tum duoꝝ pluriūue· differt a polli
citacōne· qꝛ pollicitacō eſt ſoli⁹ of
ferentis promiſſio· vt· ff de pollici·
l· pactum· promiſſio autem referri
pt nec̄ ad pollicitacōnem· ſed ad
nudum pactū· Itē ad ſtipulacōeꝫ
vt· ff· de edil· edic· l· ſciendum· §· i·

¶ Dicitur autem pactum a pa ct
one· vt· ff· e· t· l· i· pactio vero a pa
ce ꝛ actu· quaſi pacis actus· Nā
qui paciſcuntur ex diuerſis ꝛ con
trarijs motibus aīoꝝ· poſt multa
varia qꝫ certamīa in vnam conſo
nanteqꝫ ſñiam cōuenire dñr vt· C·
de reſcinden· vendi· l· ſi voluntate ꝛ
ff· e· ti· l· i· §· conuencionis· Et hoc
nomē pactum generale eſt ad oīa
que agūtur inter partes cauſa cō
trahende vel tollende obligacionis
ſed nomen conuencionis generaliſ
ſimum eſt· Nam ꝛ ſcolares in ſco
lis ꝛ clerici in captl̄o· ꝛ populus in
foro· conuenire dicuntur· vt in p̄s
dicto· §· conuencionis· vel dicitur
pactum a percuſſione palmarum·
veteres enim cum ſe obligabant
palmas paciebant in ſignum nō
violande fidei· vnde pactum quaſi
palme ict⁹ ¶ Pactorum ſpēs due
ſunt· quedā in rem· quedā in pſonā
In rem ſunt quociens generaliter
paciſcor ne petam· In pſonā quo
ciens ne a pſona petam· In primo
autem caſu nec ab illo cui ſit pac-
tum peti poteſt· nec ab heredibus
ei⁹· ſꝫ nec is qui paciſcit̄ nec ei⁹ he
res petere poteſt· In 2° vero caſu
pactum pſonale ad altꝫ non per
tinet· nec eciam ad heredem· vt· ff·
e· ti· l· idē· §· pactum· vtꝝ autem in
rem an in perſonam pactum factū
ſit· non minus ex verbis ꝙ̄ ex mē
te contrahencium eſtimandum ē·
Plerumqꝫ enim perſona pacto

inſentur· non vt pſonale ſit pctm̄
ſed vt demonſtret cū quo pctm̄
factū ſit vt· ff· e· t· l· i· ¶· pactorum
¶ Diuiſiones pactoꝝ ſimilit ſunt
dne· quedā eni ſūt vtilia· quedā inu
tilia· vtilia ſūt ea oia q̄ non iutilia
Jnutiliū v̓o exēpla multa ponūt·
ponā tn̄ de multis aliq̄ cā breuis i
ſtructionis· Sūt igit pacta inu
tilia roe pſonaꝝ vt ſi paciſcat fu
rioſus qui nec expſſe conſentire pt
vt ff· de actio· ꝛ ob· l· i· ¶· furioſum
nec tacite vt ff· loca· ꝛ ꝯduc· l· qui
ad certū· niſi i caſu vt ff· ſolu· ma·
l· ij· ¶· olim vn̄ furioſi mrīomiū ꝯhē
non pn̄t vt xxxij· q· vij· neq; vt ff·
de ſponſa· l· furoꝛ ff· de ritu· nup· l·
oracōe ¶· furoꝛ· nec eciā ſe ad religi
onē obligaē vt xvij· q· i· conſalꝰ
ꝗ· ō regula· ſicut tenoꝛ· qd̓ itellige
in cōtinuo furioſo· ſecꝰ ſi hēat dilu
cida intualla· vt vij· q· i· qͥris· C·
qui teſta· fa· poſ· l· furioſus· iſti· e·
ti· ¶· furioſus· quō eni reꝰ ꝯſtituit
qui neſcit qd faciat vt xv· q· i· ali
quātos· Jtē inutile reddit pactū
racōe pſone in pupillo qui non ō ē
doli capax vt ff· de acc· ꝛ ob· l· i· ¶·
furioſū· ff· de noua· l· i· in fine· ff· ō
cōdi· inde· l· ꝙ pupillus· ꝛ hoc vbi
pupillus vult obligai· ſecꝰ ſi ſibi
velit aliū obligare qd̓ pt eciā ſine
tutoꝛe vt ff· de auc· tu· l· obligari
et idē oino in ꝓdigo vt ff· de vbo·
ob· l· Js cui bonis· ꝛ id̓ itelligo vt
obligari vel alios ſibi obligare n̄
poſſint in mōchis regularibꝰ ꝛ cō

uerſꝭ ꝓfeſſis· qui pſonalit paſcif
cūtur vt ar· ꝗ· de ꝯfir· vti· vel inuti·
Ad noſtrā· ꝛ· c· poꝛrecta· ſecꝰ ſi cō
templacōe mōſterij cui p tales ac
quirtur vt· C· de epiſco· ꝛ cle· l· deo
nob· ¶· hō eciā xviij· q· ij· abbates·
xvi· q· i· mōchi· Jtē deficiūt pacta
et inutilia ſiūt roe pſonaꝝ· vt in
viro ꝛ vxoꝛe qui ſibi donare non
poſſunt ſeu vēdere vt ff· de dona· it
vi· ꝛ vxo· l· p̄ma ꝛ· l· ſi ſponſus· ¶·
circa· Jtē roe ptātis vt· C· de ꝯdi·
iudō· l· i· ꝛ idem intelligo in legatis
dū legacōe funguntur. ne per impſ
ſionem contrahē videantur in pro
uincia in qua legacōez exēcent vt· C·
de hijs que vi· me· ue· ca· fi· l· ſi per
impreſſionem· Jtē inter patrez ꝛ
filiū niſi de caſtrenſi peculio vel qſi
vt inſti· de inuti· ſti· ¶· Jtē inutilis
ff· de iudō· l· lis nulla· inter ſeruū et
dn̄m vt· C· de trāſac· l· interpoſitas
¶ Jtem deficit pactum ſi res que i
pactum deducitur non exſtet in re
rū natura vt ff· de contrahē· emp·
l· domū niſi mora preceſſerit vt· ff·
de verbo· ob· l· int ſtipulantem· ¶·
pſt· Jtem ſi homo liber· res ſacra l
religioſa deducantur in pactū· vt
inſti· de inuti· ſti· ¶· Jtem iuris·
Jtem ſunt vel fiunt inutilia pacta
ex alijs cauſis que cōnumerantur i
eodem titu· inſti· de inuti· ſti· Jtē
ceſſat pactum in collatione rerum
ſpiritualium· vt· i· q· i· ꝗ pio cum
ſuis concoꝛdan· Jtem ceſſat in re
bus prohibitis eciam ſi iuramētū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fuerit appoſitum vt ꝭ. de foro ↄpe-
Si diligenti ꝭ. de iu-iur. Tua. C. de
legibꝫ ꝛ conſti. l. non dubiũ. Item
ceſſat in hijs que obſuata vergũt
in aie detrimentũ. Item pactum tur
pe vel rei turpis aut impoſſibilis
de iure vel de facto nullam obliga=
cionẽ inducit vt ꝭ. e. ti. c. vlt. Sũt
et alie diuiſiones pactorum quas
omitto eo ꝙ ſunt mere legales.
¶ Porrigũtur vires pactorũ ad
alias perſonas vt probat̃ hoc. ff.
e. ti. l. ſi tibi. cum legibꝫ ſequentibꝫ
vſqꝫ ad le. ſi vnus. Item pactum
predeceſſoris obligat ſucceſſorem
ſicut pris filium. ſi pactũ fuerit in
vtilitatem ecc̃e contractũ. vt ꝭ. de
ſolu. c. i. al's ſecus. vt ꝭ. de preca. c.
ij. ¶ Paciſci non poſſum⁹ de reb⁹
ſpũalibꝫ. de ꝓhibitis. ꝛ de hijs q̃
rum non eſt cõmercium. vt ſupi⁹
dictum eſt. vbi tractaui de pacto i
uili racõne rei. ¶ Effect⁹ pactoꝝ
eſt. vt quod in pactum deducitur
obſeruetur. vt ꝭ. e. c. i. et iij. et ꝗ=
uis ſcd̃m leges ex nudo pacto nõ
oriatur actio. vt. ff. e. ti. l. iur̃ gen=
cium. §. ſed cum nulla. C. de rerum
permu. Ex placito. permutacõnis.
preterꝗ̃ in quibuſdam caſibus.
quos nõ proſequor. cum ſint prorſus legales. tamen ſcd̃m canones ex
nudo pacto et ex ſimplici verbo
aliquis efficaciter obligatur. ita
vt detur actio contra eum. vt hic
in. c. qualiter. xij. q. ij. quicumqꝫ
ſuffraga. et. q. v. quia Johannes

Et eſt racio canonum. quia dum
quis venit contra ſimplex verbum
mortaliter peccat. vt xxij. q. i. pre=
dicandum. Et ideo que procedũt
de labijs meis non faciam irrita.
Cor enim loquentis conuenire de
bet ori quod loquitur. vt xxiij. di.
pſalmiſta. Nec de⁹ vult aliꝗ̃ dif
ferenciã fieri inter ſimplex verbũ
et iuramentum. vt xxij. q. v. Iura
menti. Dicitur autem pactum nu=
dum qd̃ non veſtitur aliquo gene
re veſtimenti. Sex autem modis
veſtitur pactum. Re. verbis. lit=
teris. conſenſu. contractus coherẽ
cia. rei interuentu. vt inſti. de ver=
bo. ob. ꝛ. ff. de pac. l. iur̃ gencium.
§. quin primo. et. §. ſequentibus.
¶ Pena non ſeruantis pactum
eſt. ne alius teneatur ſtare pacto
et pena appoſita committatur. vt
ꝭ. de pe. conſtitutis ꝭ. de iure iurã.
peruenit. C. de pactis. Cum propo
nas ꝭ. de cenſibus. Cum olim. C. de
tranſac. Cum mota. ꝛ hoc ſi alius
pactum ſeruauit. al's a neutra par
cium committitur vt in eadem de
cre. dicitur. ¶ In ſũma notandũ
eſt ꝙ omne pactum qd̃ ſeruatum
nõ exigit aie detrimẽtũ ſuãdũ ẽ. vt
dic⁹ i iuramẽto vt ꝭ. de iu. iur. Si
vero. ꝛ xxij. q. iiij. ſi aliqd̃. nec ſit i
dãpnũ alteri⁹. ꝗuis ſit i dampnũ
paciſcẽtis vt ꝭ. de iu. iur. Cũ ↄtin
gat. Sꝫ obſtat in e. t. Debitores.
vbi pactum de ſoluendis vſuris
non ſeruat̃. Sed iuramẽtũ ſuat̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad qḋ Rñō ibi pactū non ſeruať
non iuris auctoritate ſeu pmiſſiōe
et eodem modo iuramentū ſeruať
per aliā dec·e·ti·ex adminiſtracōe
¶ Itē nota ꝙ poſteri⁹ pactū pre
iudicat p̄ori·C·e·t·pacta notiſſima
ar ꝫ·de cenſibꝫ Cū olim·

¶ De trāſactionibꝫ·

DIctum eſt ſ·de pactis in
genere nūc aūt tractatur
de pactis in ſpecie· ſcꝫ de
tranſactionibꝫ·que ſunt quedꝫ pac
ta ¶ Videam⁹ igitur quid ſit trāſ
actio·vñ dicatur·quis poſſit trāſi
gere·de quibꝫ rebus·ꝛ in quibus
rebꝫ ceſſet tranſactio·ꝛ q̇s ſit trāſ
actionis effect⁹·¶ Tranſactio eſt
de re dubia ꝛ lite incerta·nec dum
finita non gratuita pactio litē aūt
intelligo pn̄tem vel futuram·qꝛ ꝛ
ante litis ꝯt· fieri p̄t tranſactio vt
ff·de ꝯdic·inde·l·Elegant·§·ſi q̇s
poſt· Itē litem exaudio iuſtā ſiue
iniuſtam·vt·C·e·ti·l·ij·Si tñ is q̇
agit certet ſe fouere iuſtam cauſā
alioquin cōtra·vt·ff·de ꝯdi·indebi·
l·In ſūma·cū diſtinguatur inter
inſiſtentem ꝛ reſiſtentē vt ſi actor
per calumpniā īſiſtat nulla ſit trāſ
actio·Sed ſi reus per calumpniā
reſiſtat valeat tranſactio quo ad
eum·vt·C·e·t·l·ſub pretextu· licet
per aliam viam hoc eſt per actiōeꝫ
de dolo vel replicacōeꝫ doli conſula
tur actori· vt ibidē dicitur qñ re⁹
dolo induxit actorem ad tranſigē

dum· Non gratuita ideo dicť qꝛ
trāſactio nullo dato vel promiſſo
vel retento non procedit vt ꝫ·e·ti·
ſuper eo·C·e·ti·l·tranſactio Non ſi
nita vero dicitur quia ſi iudicatuꝫ
eſſet non appellari poſſꝫ nec aliquo
remedio attēptari·nec de ſentēcia
dubitať ſi fiat tranſactio·nulla eſt
vt·ff·e·t·l· poſt rē ꝛ de ꝯdic· inde·l·
Elegant·§·ſi poſt rem·p̄t enim eē
ꝙ is qui cōuenitur dicit verꝫ ē me
eſſe condempnatū tibi ad x·ꝛ verꝫ
eſt qḋ debeo ſed ſi vis eſſe contēt⁹
v·dabo tibi in cōtinenti v·tūc trāſ
actio nulla·ſed ſi negaret iudica
tum·adeo tamen liquida foret ꝓ
bacō· vt non ſufficeret negare ad
huc idem eſt· vt·C de penis·l·qui
ſn̄iaꝫ ¶ Dicitur autem tranſactio
quaſi actionis tranſicio· eo ꝙ qui
tranſigit·tranſit ꝛ diſcedit ab ac
tiōe·ꝛ ita ꝓprie dicitur tranſigere
is q̇ agit vt·C·e·ti·l·ij·¶ Poſſunt
autem tranſigere dñi reꝝ vel actō
num·tutores ꝛ curatores habētes
liberam ad miniſtracōnem·vt·ff·
de procu·l· procurator·p̄lati eccleſia
rum·Item procuratores habētes
ſpeciale mādatum ·vt·ff·de pcu·
l·mādato·ꝛ·l· pcur·tutoꝝ·Itē
dati in rem ſuam qui dn̄s ꝓferū
tur vt·ff· de procu·l· procuratore·
¶ Poteſt tranſigi in oībꝫ ciuilibꝫ
vt·C·e·ti·cās non tamen in ſpūali
bus·vt ꝫ·e·ti·conſtitut⁹·Poteſt i
eis interuenire amicabilis ꝯpoſicō
vt ꝫ·e·ti·c·ij·ꝛ·c·decreto ꝫ· de decīs

ſuggeſtũ. q. c. ex multiplici ꝗ. de cō
firma. vti. vel inu. venerabilis. niſi
dicatur tranſactionem fieri poſſe i
ſpũalibus vt detur ſpũale pro ſpũ
ali. ſicut in pmutacōne diamus vt
ꝗ. de re. pmu. c. ad qōnes. vel niſi i
teruemat ſupioris auctoritas pro
bono pacis. vt ꝗ. de preben. niſi. et
ar. ff. d hijs qui no. infa. l. furti ac
ope. ¶. q iuſſu In criminibꝰ autē in
teruenire poteſt tranſactio in hijs
que irrogant penam ſanguinis vt
C. e. t. l. tranſigere ij. q. iij. ¶. notan
dum in v. in oibꝰ. Pꝫ ꝛ tūc accu
ſator incidit in turpillianũ. vt. ff.
ad turpill. l. ab actiōe. ¶. lꝫ michil
ad reum cui ignoſcitur ſi quo qũo
ſanguinem ſuum redemit. vt. ff. d
bo. eoꝝ q ante ſen. mor. ſibi ɔſtitu
l. i. hoc tamen fallit i adulterio vt
in. l. tranſigē Sed hodie in adul
terio videtur correctum vt in autñ
vt nulli iud. ¶. adulteram. vel forte
ſpecialiter optinet in marito. vel
ve? ibi non tranſigitur de re du-
bia ꝛ lite incerta. Pꝫ reconciliat
coniūcta. In criminibꝰ autem que
ſanguinis penam non igerūt trāſ
actio fieri non poteſt. ſed gratuita
pactio ſeu remiſſio ſic. vt. ff. de iuē
fiſci. ꝛ ad le. iul. d vi. pub. l. q cetu
¶. qui vacantem. ꝛ idem in adulte
rio dicerem. ſi autē data pecunia
re? tranſigat cum actore trāſactio
nulla ē. ꝛ re? pro confeſſo habetur
vt. ff. de preuaric. l. in omnibꝰ ꝛ in
predicto. ¶. notand in v. In oibꝰ.

Et hoc fallit in crimine falſi vt. C. e.
ti. l. tranſigere. Vñuerſus. San
guinis ꝛ capitis metuēs de crimi
ne penaꝝ. Tranſige ſi placeat non
tranſigit vllus adulter. In reliqs
nulli liceat niſi crimine falſi. Dat
cenſura tñ noua mechomitte leua-
men. Sed cum ſm canones nullū
crimen irroget penam ſanguinis.
vt xxiij. q. viij. hijs a quibus ꝗ. ne
cle. vel mo. ſniam. in nullo tranſigi
tur. Item in alimentis non trāſi
gitur ſine preſidis auctoritate. vt
ff. e. ti. l. cum hij vſqꝫ ad. ¶. qui tñſ
igit. ꝛ. ¶. ſi pretor. ꝛ. C. e. ti. l. de ali
mentis. Itē in qōnibꝰ que ex teſ
tamento proficiſcūtur non trāſigi
tur niſi inſpectis cognitiſqꝫ verb
teſtamentis. vt. ff. e. ti. l. de hijs.
Item ceſſat tranſactio in actioni
bus famoſis deſcendētibus ex ma
leficiō vt in actione furti. vi bonoꝝ
raptoꝝ. ꝛ iniuriarum. vt. ff. d hijs
qui no. infa. l. furti. ¶. pactus ve. ſe
cus eſt in actionibus famoſis deſcē
dentibus ex cōtractu. vt in actione
mandati. tutele. ꝛ dpoſiti. vt. ff. d
hijs qui no. infa. l. in actionibus.
Item ceſſat tranſactio in iure ſub
iectionis vt ꝗ. e. t. preterea. ſubiec
tio enī eſt ſpũalis ꝛ ideo aliq da-
to vel promiſſo remitti non poteſt
ſed gratis poteſt. vt ꝗ. de religio.
domi. conſtitutus ꝗ. de puil. Cum
olim. ſed poteſt eps in remiſſionē
conſtituere cenſum ſibi ſoluendū
in recognicōe dominij. vt ꝗ. d cēſi.

Omis aĩa· vel ad iudiciũ p ce pte lib
tatis· vt ꝗ̃· de p̃uil· recepim⁹ Et no
tabis ꝙ in generalē remiſſionē nõ
venit iuriſdictio· vt xvi· q· ij· viſis
in fine· Item nec viſitacõ nec pcu
racio· vt ꝗ̃· de donacõ· paſtoralis ꝗ̃·
de cenſi· Cum venerabilis· nec reue
rencia· vt· C de bonis libto· l· vlt·
Nec cathedraticum· vt ꝗ̃· de dona·
paſtoralis· Quid ergo venit ĩ ge
neralē remiſſionem ſeu cõceſſionē
ſiue exempcõez· Rñõ remiſſio oim
tpaliũ vt in predicta dec paſtora
lis· Sʒ queritur an prelat⁹ poſſit
trãſigere in cauſa eccē ſine cõſenſu
captli· Rñõ nõ· vt ꝗ̃· e· ti· contingit
ſicut nec alienaē· vt xij· q· ij· ſine ex
cepcõe· ⁊ x· q· ij· §· hoc ius porrectũ
Sʒ agere p̃t cauſam eccleſie cum
ſit maritus ⁊ legittimus adminiſ
trator· preſtita tamen ſatiſdacõne
ꝙ captlm ratum habeat· vt vides
in marito in cauſa vxoris· vt· C de
procura· l· maritus· vel cum cauſa
ſit cõis inter prelatum ⁊ captl'm·
admittetur prelat⁹ ad agendum
cum ſatiſfactione de rato· ſicut con
ſors in cã ſui conſortis vt· C de con
ſort· eiuſd li· l· ij· defendē aũt eccãʒ
ex ſuo officõ tenetur· ꝫ· de reſcrip·
Ex decen· Sʒ ad primũ opponitur·
prelatus habet liberam ⁊ genera
lem adminiſtracõez· ergo tranſige
re p̃t· v t· ff· de procu· l· procurator
cui· ⁊· l· procurator tutorꝝ· ⁊ ꝙ pre
latus ſit pocurator eccē probatur
ꝗ̃· de donac· Fraternitatis· xij· q· i·

c· i· Itē tutor trãſigit· vt· ff· de fur
tis· l· interdũ §· qui tutelam· ⁊ p̃la
tus tutor eſt· vt xvi· q· i· In cano
nibꝰ· Itē tranſigit adminiſtrator
ciuitatis· vt· C e· ti· l· preces ⁊ p̃lat⁹
adminiſtrator eſt ſeu diſpenſator
x· q· ij· precarie· Ad primã obiecti
onem rñõ· prelat⁹ habet generalē
adminiſtracõez ſed nõ liberam· et
ideo tranſigere nõ p̃t vt· ff· de pac·
l· mãdato· vel dic ꝙ prelatus trãſi
gere non p̃t alienãdo rem de qua
agitur· plerũqʒ eñi p trãſactionez
fit alienacõ· vt· C de litig· l· vlt· et
ſm hoc prelatus p̃t agere ſed non
alienare ꝗ̈uis lex reputet h̔ abſur
dum· vt· ff· de iure del· l· ait pretor
Sʒ illud eſt gñale· Fallit tñ in p̃
lato· Itē ĩ tutore ⁊ pcuratore· Itē
nõ obſtat obiectio ſupi⁹ facta de
tutore qui trãſigit· nã alio mõ req̃
ritur ꝯſẽſus captli ꝗ̈ pupilli· Itē
non obſtat ſupior obiectio de p̃ſi
de qr p̃ſes hʒ liberã ⁊ generalem·
Itē querit̃ an ſi ſup eccã agatur
tranſigi poſſit· Rñõ non· vt ꝗ̃· e· ti·
conſtitut⁹· qḋ intelligo cum de ec
cleſia agitur tam ꝗ̈ de titulo ſeu de
beneficio eccleſiaſtico· vt ꝗ̃· e· t· ſu
per eo· Ceterum ſi duo epiſcopi vel
duo monaſteria agãt de eccleſia
contendentes de ꝓprietate illius
vt de ꝓprietate predij alicuius· vt
xvi· q· iij· inter memoratos· tunc
tranſactio locum habet et permu
tacio· dum tamen non detur tem
porale pro ſpirituali· vt infra de

rerum ꝑmu·c·ad qōnes In ſum
ma notanđ eſt ꝙ quedā ſunt in q̄
bus·nec cōpoſicio·nec diſpenſacō·
nec tranſactio locū habet·quō eni
poſſz fieri ꝑ amicabilem cōpoſicio
nem vel ꝑ diſpenſacōez ſeu trāſac
tionem· vt vir dimiſſa vxore aliā
ſup induceret·vt mōch⁹ exiſtens
monach⁹ haberet ꝓpriū·vt ꝗ· de
ſtatu·regu Cū ad monaſteriū·vt
ſubiect⁹ in ſubiectione ꝓ curās ſu
ꝑiori non obediat in licitis ⁊ ho=
neſtis In hijs ergo ⁊ cōſimilib⁹
trāſactio locum nō habet vt ꝗ·e·t·
c·vlt· Effectus trāſactionis eſt
vt omnia īſtrumēta ad cauſā ſpec
tancia ſup qua tranſactū eſt·⁊ q̇d
quid aliud qđ opez ꝑtib⁹ ferre po
terat ſit vacuū ⁊ omni v̄tute caſſa
tū·⁊ ſola tranſactio validum ꝑpe
tuūqz robur obtineat· vt ꝗ·e·t·c·
i·Itē ex ea datur excepcō in omni
eo de quo factū fuerat ⁊ tranſactū
Vn̄ ſi generalis fuit peticō ⁊ gene
ralis trāſactio in oīb⁹ obſtabit ex
cepcō·vt·C·e·t·l·ſub pretextu·⁊ ff·
e·t·l·non ē·niſi re⁹ dolo ocultaue
rit ſpēm de q̄ decept⁹ eſt actor·vt
ff·de pac·l·tres·ſi vero generalis ē
peticio ⁊ de ſpecie facta tranſactio·
nocet excepcō in ea ſpecie tm̄·⁊ idē
eſt ſi ſpālis ſit peticō ⁊ generał q̄n
tum ad v̄bū trāſactionis vt·C·e·t·
l·ſi de certa·⁊·l·age·⁊·ff·e t·l·cum
aquiliana·⁊·l· qui cū tutorib⁹·§·
vlt· Et multo forci⁹ idē ſi vtrūqz
fuit ſpāle·vt·ff·de pac·l·ſi vn⁹·§·

pacta·⁊ hic eſt effectus trāſactio=
nis ex ꝑte rei· Ex ꝑte vero actoris
non dat̄ actio ex tranſactione·ſcȝ
vt id det̄ vel fiat ꝙ cōuenit dari ł
fieri vt recederet̄ a lite· Et ē rō qꝛ
actori ſupeſt vet⁹ actio ad quā re
diē ꝑt·⁊ ſi opponat̄ excepcō ex trāſ
actione· replicabit̄ non dȝ ei fides
ſeruari qui vult ꝯtra pacta verſari
vt·C·e·ti·l·ſi apud acta·vt·C de
pac·l·cū ꝓponas ꝗ·de iur̄·iur̄·ꝑue
nit· et ſi actori non ſupereſt ve=
tus actio· det̄ ei ꝯdictio ob cauſā
cōtra reū· vt ſe reponat in p̄ſtinā
obligacōez·vt·ff·de ꝯđ·cā da·l·ſi
q̄s accepto· vel dat̄ actori actio ex
preſcp̄tis verb̄ ad interē qꝛ eſt cō=
tract⁹ do vt des·vt hic remittē ſit
dare·vt·ff·đ ꝯđ·cā da·l·ſi mulier
et·ff·de iur̄ dot̄·l·ſi pat̄·⁊·l·quem
admodū·§·i·⁊ de preſcp̄·verbis·l
ob eam·đ dolo autē non agit actor
qꝛ non fuit dolo induct⁹ vt tranſi
geret·licet ex poſt facto reus dolo
fecerit qđ non ſeruauerit fidem·vt
ff·de dolo·l·ij §·ſi quis·ſi aūt i trāſi
gendo dolo fuiſſet inductus actor
ageret de dolo·vt·C·e·t·l· actione·
et·l·ſub pretextu· ſequit̄ ti·

De poſtulando·

PRemiſſo tractatu đ pac·
et de trāſactionib⁹ ad ꝑ=
patoria iudicōꝝ accedi=
m⁹ ⁊ qꝛ litigare volēs indiget poſ
tulāte·i·aduōto ſeu patrono ideo
ſubiicit̄ hic tractat⁹ đ poſtulando

Videamus igitur quid ſit poſtula-
re. et qui poſſint poſtulare. qui et q̃
bus modis repellantur a poſtula
to. Et an clerici pro impenſis pa-
trocinijs ſallaria papere poſſint.
¶ Et quid poſtulare eſt deſideriũ
ſuũ vel amici ſui in iure apud eum
qui iuriſdictioni preeſt exponere.
vel alterius deſiderio contradicere.
vt. ff. e. t. l. poſtulare. et iij. q. vij.
§. tria. ¶ Poſſunt poſtulare inge
nui et libertini habentes piciã lrã-
rum vel experienciã cauſaꝝ. vt. C. e.
ti. l. ij. et. l. prouidendum in p̃n. C. d
iud. l. certi. et i autẽ. de iudic. i p̃n.
et i° R° coll. vi. Poſtulat autez
quis aliquãdo volens aliquando
a iudice coactus vt s̃ de offi. iu. c.
i. Vnde et pretor inquid ei qui nõ
habet aduocatũ ego dabo. vt. ff.
e. ti. l. i. §. ait pretor. Et eſt ſciendũ
ꝙ ſi aduocatus iuſſus a iudice. ali
cui patrociniũ denegauerit. cũ ex-
cuſacõe qd nequeat cõprobari. ca
reat foro. i. non aduocet. vt. C. e. t.
l. ꝓuidendũ. et iij. q. vij. §. Itẽ. da
bit inqͣ iudex aduocatũ feminis
pupillis debilibꝫ. et hijs qui ſue
mentis non ſũt. vel qui ꝓpter po-
tenciã ſuoꝝ aduerſarioꝝ aduoca
tos inuenire non poſſunt. vt. ff. de
offi. proconſu. l. nec quicq̃. §. vlt.
nec tunc gratis dare debet p̃mio cõ
uento a pte vel a iudice ſtatuto ſal
lario. pro facundia aduocati pro
modo litis et fori cõſuetudine. dũ-
modo quantitatẽ debitam non ex-
cedat vt. ff. de va. et extraor. cogni.
l. i. §. In honorarijs. alijs aũt pſo-
nis non puto aduocatũ dari poſ
ſe. cum p ſe et ſua pecunia poſſit q̇-
libet aduocatũ habere. ff. de rebꝫ
eoꝝ qui ſub tu. vel cura. l. mag. §.
in p̃mis ergo. vñ illud qd dicitur
ei qui nõ habet aduocatũ ego da
bo ſic exponiť. i. ſi habere nõ p̃t. ſi
cut et in actione aque pluuie arcẽ
de diciť ſi aqua pluuie nocet. i. no
cere poterit. vt. ff. de ſtatulib. l. la
beo. ¶ Repelluntͬ ab aduocacõne
coram iudice ſeculari. Clerici i ma
ioribꝫ ordinibꝫ cõſtituti. eciam ſi
eccleſiaſtica bñficia non habeãt.
qꝛ ſine titulo ſũt ordinati. tenetur
eis epũs ꝓuidere. vt ĩ. de preb. eps
et. c. Cum ſcdm apłm. Itẽ et in mi-
noribꝫ conſtituti ſi ſtipendijs eccle
ſiaſticis ſuſtentẽtur niſi aduocent
pro ſe et ꝓ miſerabilibus pſonis.
vt ĩ. e. ti. c. i. ſi vero bñficia eccleſi-
aſtica non habeant poſſunt aduo
care eciã in foro ſeculari. qꝛ iuſta
negociacõ non eſt clericis paupe-
ribꝫ interdicta. vt ĩ. ne cle. vel mo.
c. i. Aduõre ãt et ſallariũ recipe li
citũ ẽ p aduocãto. vt xi. q. iij. nõ lꝫ
ſed i foro eccãſtico lꝫ vt ſ qꝫ. mõchi
ãt et canonici regulares nec i ſecu-
lari nec ĩ eccãſtico foro pñt aduõre
niſi forte id mõſterij expoſcat vti
litas abbate nichilomꝰ iperãte. vt
ĩ. e. c. ij ĩ. ne cle. vel. mo. nõ magno
opere. et. c. ſuper ſpecula. xvi. q.
i. alia. et. c. placuit. et. queſti. xv.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q·ij·c·i· Quid de epiſ· dico q̄ nec
in cā ꝓpria nec i cā eccleſie pnt ad
uocare· ſ; aduocatū habebūt non
male fame ſuſpectū· vt v·q·iij·q̄2
epiſ· Sacerdotibꝰ autē non niſi ꝓ
ſeipſis pro ecclijs ſuis ꝓ perſonis
coniūctis ac miſerabilibꝰ licitum
eſt poſtulare· vt ꝟ·e·ti·c·vlt· xiiii·
q·v·deniq3· et xvi·q·i· de quidem
Obprobriū eſt em̄ ſacerdotibꝰ ſi ſe
pitos forenſiū cauſaꝝ velint oſtē
dere· vt·C·de teſta·l·conſulta diua
lia·C·de epiſ·ꝛ cle·l·repetita· Itē re
pellit̄ quis a poſtulando qn̄q3 iudi
cis officiō forte quia aduocati ꝛ aſ
ſeſſoris officiō ſimł vtitur· vt·C·de
aſſeſſo·l·vlt· Item repellit̄ q̄2 iu=
dex videns ex vna pte rudes ꝛ no
uicios aduocatos· ex altera pitos
et antiquos· vult eq̄ facere diſtri
bucōez· ꝛ vnū dare pti alteri indi
genti cui aduocat⁹ negat ſuū pro
ciniū· vt·C·e·t·l· puidendum· ꝛ iij·
q·vij·§·tria in v·ſin vero· Itē re=
pellitur qui pact⁹ eſt d̄ ſallario cū
graui dampno litigatoris· ꝛ max
ime de quota porcōe litis· vt·C·e·t·
l·ſi qui aduocatorū· ꝛ iij·q·vii·§·
arcent· Itē quia non catholic⁹ vt
C·e·t·l·nemo de peni· di·i·nemo·
ꝟ·de hereti· excōicam⁹·§· preterea·
Itē repellitur quis p legem iul·re
pet· ſi pecuniam ob non iudicand̄
accepit· vt·ff·ad le·iul·repe·l·ea=
dem· Item ꝓhibet̄ quis a iudice
ne apd̄ ſe aduocet· vel ne i ꝓuin=
cia illa aduocet· vel ne in ppetuum
aduocet· qd̄ ex forma decreti iudi
cis apparebit· vt·ff·e·t·l· puto cū
l·ſe· Itē ꝓhibent̄ aliqui poſtulare
per edictū pretoris· cui⁹ edicti tres
ſunt ordines qui autē in iſtis ordi
nibꝰ ɔprehēdant̄ hiis v̓bis ɔtinet̄
Non cuicūq3 dat̄ vt poſtulet pri=
mo vetat̄· Addict⁹ pene ſui⁹ puer
actor harene· lūibꝰ caſſus mulier
muliebria paſſus· Et hec oīa ꝓbā
tur· iij· q·vij·§·tria· ꝛ·ff·e·ti·l·i·
¶ Pro inpenſis autē prōcinijs cle
rici ſallaria recipere pn̄t· vt xi·q·iij
non licet· nec em̄ tenent̄ ꝓprijs ſti
pendijs militare vt xij·q·i·§·quia
vero· nec de ſuo facere bn̄ficiū vt x·
q·ij·p̄carie· Et g̃g̃⁹ dicit iuſtū3 nā
q3 eſt vt illi conſequantur ſtipen
diū qui ꝓ tpe ſuum cōmodare re
periūtur obſequiū· vt xij·q·ij· cari
tatē· Sed contra xv·q·ij·obſuād̄
Ad qd̄ Rn̄o cū grāno q̄ illud de=
cretū loquit̄ de profeſſo· vel dero=
gatū eſt ei p contrariā conſuetudi
nem· Caueant autem aduocati ne
cauſas deſperatas aſſumant· et ſi
forte a p̄ncipio aſſumpſerit igno
ranter· cū de vicio cauſe patuerit ceſ
ſent ꝛ ſallaria iam recepta reſtitu
ant· vt·C·d̄ iud̄·l·rem non nouam·
nam ꝛ tutor cauſam defendere d3
pupilli ſi ē iuſta· vt·C·d̄ admiſtra·
tu·l· ſi bonam· alioquin bonam fi
dem agnoſcere debet· vt·ff· de ad=
miniſ·tu·l·quociens·§·ſicuti· ꝛ idē
in fideiuſſore· vt·ff·mād̄·l· quint⁹
et ſi neq̄ aduocatus clientulum

ſiuum inducat ſcien ter ad mouen
dum vel defendendum cauſam
iniq̄ tenetur ei ad dampna ⁊ ex=
penſas·ar·C de adminiſtra·tu·l·
non eſt ignotum· Item tenetur ſi
ꝓpter ſuam imprudenciam vel ne
gligenciā cauſam amiſerit vel iſir
mitatē·vt ar·ff·ad le·acqui·l· Ide
iuris· ⁊·ff·loca et cōduc·l· cum in
plures·§·locator· ⁊·ff·de offi·pſi·
l·illicitas·§·ſicuti·⁊ multo forcius
ſi per infidelitatem ⁊ ꝓdicionem·
nam tunc maiori pena dignus eſt
vt·ff·de penis·l·ſi quis aliquid·§·
ſi quis inſtrā·ff·ad le·cor·de falſ·
l·i·§·is qui·⁊·ff·de extraord·crim·
l·ſaccularios·§·i· Item tenetur q̄=
liter cumq̄ ſuo vicio cauſam ami
ſerit·vt ar·ff·de euic·l·ſi ideo ⁊·C·
de euic·l·ēptor·⁊·ff·de tabu·exhi·
l·lo cum·§·contēpnacio·ſec⁹ ſi ex
q̄litate cauſe vel defectu ꝓbacionū·
quia vicium eſt materie non arti
ficis·vt·ff·ad le·acqui·l·ſi ſeruus
ſeruū·§·ſi calicem·⁊·ff·loca ⁊ cō·
l· Item queritur·§·ſi gēma· Vnde
aduocati in ſuis aduocacōnibus
quatuor obſeruare tenētur· Pri=
mo vt cauſe qualitatem examinēt
et iuſtam·ſi voluerint aſſumant ⁊
iniuſtam repudient ſicut dictū eſt
Secūdo vt in aduocando modeſ=
tiam veritatem ⁊ legalitatem obſ
uēt·modeſtiam vt non ꝓcacit nec
cōmīcando ꝓponant·niſi quaten⁹
litiū expoſcat vtilitas· vt·C·e·ti·l·
q̄m veritatem·vt non menciantur

vel falſa iura allegent·ſeu falſas ra
ciones non inducāt·falſas ꝓbacō
nes·cauillacōnibꝰ non vtātur·nec
dilacōnes nō neccārias petēt·vt iij
q·vij·§·tria in v̄·ſi quis autem ex
litigatoribꝰ·C·de iud·l·ꝓperandū·
§·illo procul dubio·legalitatē vt
de contingentibꝰ nil omittāt· Ter
cio vt ſallariū petāt cōueniens pro
magnitudine cauſe ⁊ laboris·et
pro ſui facundia ⁊ fori ɔſuetudie·
vt·C·e·t·l·quiſquis·iij·q·vij·§·ta
in v̄·apud vrbem·⁊ ar·xij·q·ij·cō
ceſſo vulterane ē·de preb·de multa
in fine·in verbo circa ſublimes et
litteratas perſonas·vt·C·de officō
ma·l·nemo in verbo vt is gradu ce
teros antecedat quem ſtipēdia lō
giora ⁊ labor prolixior fecerunt āte
ire ⁊ ar·ad idem lix·di·ſi officia ⁊
lxi·di·Miramur·⁊·ff·de va·⁊ ex=
traord·cogni·l·i·§·in honorarijs·
Quarto vt neq̄ a principio con=
ueniāt de certa parte litis·vel cum
graui dampno litigatoris vt ſupe
rius no·in·§· Item repellitur qui
pactus eſt·nec poſt ceptam litem
pactum ineant cum eo quem in ꝓ
pria fide receperunt·vt·C·e·ti·quiſ
quis·§·preterea·⁊ iij·q·vij·§·tria
in verſ·preterea·niſi forte nomi=
ne palmarij id eſt palme ſeu vic=
torie caueatur·ſed ⁊ poſt peractā
cauſam poteſt de ſallario caueri vt
ff·va·et extraordi·cogni·l·i·§·
ſi cui· ¶ In ſumma notandum
eſt ꝙ clerici in criminali cauſa

coram iudice ſeculari allegare non
pñt·vt li·di·aliq̃ntos xxiij·q· viij
hijs a quibꝫ·niſi ad hoc vt p̄ reis
ſupplicēt·vt xiiij·q·iij·ſi res aliēa·
xxiij·q·v·c·i·ꝛ ij·ꝛ·c·reos

## De procuratoribꝫ·

In ſupiori rubrica dictuꝫ
eſt de aduocatis qui liti=
gātibꝫ patrocinia p̄ſtāt
et glorioſe vocis cōfiſi munimine
laborancīū ſpem vitā ꝛ poſteros d̄
fendunt·vt·C·de aduo·diu·iud̄·l·
aduocati·Poſt q2 procuratores ſup
plent vices ꝛ plerūq3 defect? liti=
gancīū·ideo ſubſequent̄ ſubiicitur
hic tractat? de procuratoribꝫ·Vi
dendū eſt igit̄ quis dicat̄ procura=
tor·ꝛ q̄lit̄ cſtituat̄·q̇s iſtituat ꝛ
q̇s inſtituat̄ ꝛ in q̄ re·que ꝛ qñ exi
gatur cauciō a procuratore·qua=
liter procuratoris officiū explicetur
et q̇s ſit procuratois effect?·Pro
curator is ē qui negocia aliena mā
dato ſibi a dn̄o facto gerenda g̃=
tuite ſuſcipit·negocia plura l̄ vnū
vt·ff·de nego·geſ·l·iij·§·negociū·
ff·vi·bo·rap·l·ij·§·qd̄ ait·Ideo āt
adiicit̄ mandato dn̄i vt excludan
tur tutores curatores collegia ꝛ p̄
lati eccleſiaꝝ·qui procuratores cō
ſtituere non pñt·ſed ſindicum vel
actorem·vt·ff·e·t·l·nec ciuitas·C·
e·t·l·neq3 tutores ī·ti·prox·de ſyn
dico·c·vno·niſi forte p̄lati ſuo no
mine non eccleſiaꝝ cōueniant̄ tūc
eñi p̄ procuratores agent ꝛ defen
dent i autū de ſanctiſ·epiſ·§·ſi qñ·
qd̄ autem ibi dicit̄ causā monaſte
rij agi per procuratorē in ꝑꝑe ponit̄
procurator·i·ſyndic?·ſic intelligo
ī·de iuram̄·calūp·cum causā ī·e·t
q̄tia·vel dici p̄t q2 cauſe corporuꝫ
vel collegioꝝ agant̄ p̄ procuratoēs
ſc3 cū lite iam cſt·ſyndici vel acto
res conſtituūt procuratores qd̄ licꝫ
Et eſt in hꝰ dr̄a int̄ procuratoreꝫ ad
iudicia ꝛ procuratoreꝫ ad negocia·
Nam procurator ad iudicia non cō=
ſtituit procuratorem niſi lite cſt·cū
iam dn̄s litis eſt effectus vt in·l·
pręall·§·tutores·niſi ſit procurator
in rem ſuā qui ante lit·cſt·cſtituē
p̄t·vt·C·de dona·l·illam·Poſt procu
rator ad negocia procuratorem iſti
tuit qñcumq3 vt·ff·man·l·ſi procu
ratorem·§·i·gratuite autem iō di=
citur in deſcripcōne quia ſi interue=
niat merces locator dicet̄ operū·
non procurator ꝛ locacō cōtracta vi
debit̄ non mandatū·contrarium
porro ē officio merces·vt·ff·mād̄·
l·i·§·ij·Sed ſi procurator mādatū
gratis ſuſcipiat ꝛ poſtea dn̄s re=
muneradī laboris cā aliquid ei do
nauerit·nichilominꝰ erit manda
ti actio·vt·C·e·t·l·litem·ff·mā·l·i·
§·vlt·ꝛ·l·ſi remuneradī in p̄n·ſuſ
cipit autem idcirco ſubiicitur·q2 p̄
curator tenetur non ideo quia geſt
ſed quia gerendū ſuſcepit·vt·ff·
man·l·remuneradī·§·i·Cōſtitu
itur autem procurator mandato

generali vel ſpeciali· vt· ff· e· ti· l· i·
et· ff· manð· l· Si remunerandi· §·
i· ſunt tamē quedam perſone que
ſine mādato admittūtur ad agē
dum· vt· ff· e· t· l· ſed ⁊ hee perſone
fiant ⁊ ad impetrandū· vt ſ̄ de reſ-
ſcriptis non nulli in fine· qð intel
ligo ī coniūctis cognacōne carnali
vſqȝ ad quartū gradum· vt ī̄· de
cōſang· ⁊ affi· non debet ⁊ ar· C· de
epiſ· ⁊ cle· in auc· īniam· ⁊ ſi forte
aut· loquat̄ de gradu legali· Po-
teſt autem conſtitui ꝓcurator ad
vnum negocium vel plura· ad litē
preſentē vel futuram· in diē vel ad
diem vel inppetuū· pure vel ſub cō
dicōne· pn̄s vel abſens· vt· ff· e· t·
l· i· ⁊ ſequentibꝫ· Item conſtituit̄
vnus vel plures ſimul ⁊ inſolidū·
occupantis condicio melior eſt· ſi ve
ro diuerſis tēpibꝫ poſteriore dato
prim⁹ reuocatus videtur· vt· ff· e·
ti· l· ſi quis cū· §· vlt· ⁊· l· pluribꝫ· ⁊
ī̄· e· ti· c· non iniuſte· Quid ſi duo
dati ſint ⁊ inſolidum ⁊ neut̄ occu
pet· Sꝫ concurrant dico iudicē ꝫ eli
gere poſſe ydoneorem· vt· ff· de po
pula· acc· l· ij· ff· de acc· l· ſi plures·
ff· de collu· dete· l· vlt· ff· de liberali
cauſa· l· v· ⁊· ff· de libo· ho· ex· l· iij·
§· hoc interdictum· niſi vn⁹ ꝓcura
tor velit alteri cedere ar· ſ̄· de offi·
dele· paſtoralis· Sꝫ quid ſi duo
ſimul conſtituātur non hoc adiec
to inſolidū· puto ꝙ pro ꝑte quili
bet poſſit ⁊ debeat cum alio exequi
procuracōnem· licet in tutoribꝫ be
nigne aliud ſit receptum· vt· ff· de
neg· g· l· cū alicui· et· ff· de admi-
tu· l· de cetero· §· vlt· et· l· lucı⁹· §· i·
nec obſtat ꝙ legitur· ff· manda· l·
creditor· §· duobꝫ quia illud intel
ligitur cū inſolid̄ cuilibet manda
tur ⁊ eodē modo intelligitur· ff· e·
ti· l· qui ꝓprio· §· vlt· ⁊· l· qui duos
Mandatum ꝓcuratorium legalit̄
fieri debet· vt ī̄· e· ti· c· i· Et vt lega
liter fiat quatuor ꝯtinere oportet·
Primū vt dirigatur aduerſario·
vt· ff· e· ti· l· ſi ꝓcuratorē nam ⁊ mā
dati reuocacō eidem eſt inſinuāda
vt ī̄· e· ti· c· mandato· vel ſaltim di
rigatur iudici vt ar ī̄· e· ti· manda
to· iudici enī facienda eſt fides· vt
ff· de· proba· l· q̄nquaginta· ij· q·
vij· plerūqȝ· C· de codi· ob· tur· cau·
l· i· Secundū nomē inſtituentis ⁊
inſtituti· Tercium nomen iudicis
coram quo procurator expiri de-
bet· Quartū cām in qua ſi tn̄ corā
eodem iudice plures cauſas hab
at inſtituens· Sꝫ ⁊ ſi quis ita in-
ſcribat· Ego talis inſtituo michi
ꝓcuratorē talē in cā tali corā iudice
tali· q̄uis lr̄e q̄ mādatū ꝯtinēt nō
dirigant̄ aduſario ł iudici puto ſuf
ficē· Cōſtituit ꝓcuratorē pr̄ familꝭ·
fili⁹ ē̄t familꝭ· ꝯſtituit q̄nꝫ vt ſi ha
at peculiū caſtrēſe ł q̄i· ł aduētıcıū
et pr̄ ei⁹ ſit abſēs ac pn̄s ꝓcurator
vt ff· e· t· l· fili⁹ ff· ð iud· l· ſi lōgi⁹
⁊· ff· ð iu· l· ſi vn⁹· §· filio· Itē lib
homo· ſeruus enim non conſtituit
procuratorem· niſi ipſe ſit in quaſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De procuratoribus

poſſeſſione libertatis. et moueatur
ei q̄ſtat⁹. vel ipſe moueat alijs a
lias cās quia interī ꝓ libero ſe ge
rit. vt. ff. e. t. l. ſeruū. i. et ij. Anſo et
ff. de li. cā. l. ordinata et. C. de aſſer
cio. tol. l. i. Itē maior xxv. ānis nā
minor non conſtituit ꝓ ſe ſed cum
auctoritate tutoris vel tutor ſeu ꝓ
curator dat ei actorē vel poſt litem
a ſe ɔt. ꝓcuratorē vt. C. e. t. l. neqꝫ
Hoc tn̄ fallit in hijs in quibꝰ mi
nor p maiore habet̄ vt in m̄rimo
mo ɔ̄trendo in quo minor xxv an
nis maior xij. vel xiiij. ꝓ maiore hē
tur. vt ꝟ. de deſpon. impu. ex lrīs.
vrā et p ſe cām m̄ioritatem agere
p̄t et p ꝓcuratorē vt ꝟ. de reſti. ſpo.
Ex pte. Item in religione aſſumē
da vt xx. q. i. illud. Itē in ſacro or
dine aſſumendo. vt lxxvij. di. c. i.
et ij. et iij. Item cū morte parentis
exequit̄. vel cū agit de teſtamento
pr̄is. vt xv. q. iij. de crimine in v̄.
Item pupille. Item cū agit d̄ re
cupanda poſſeſſione vt. C. qui leg̃.
pſo. ha. l. vlt. Itē cū agit de thoro
violato. vt. ff. ad le. iul̄. de adul. l.
ſi maritus. §. lex iul̄. Item cū agit
de interdicto de libero hoīe exhibē
do vt. ff. de libo ho. ex. l. iij. §. ſi mu
lier. Itē cū agit de mandato alteri
us. vt. ff. de mino. l. mādato. Itē
cū ſ̄m canones agit ɔtra prēm. vt
ij. q. vij. quare cū em̄ ꝓ maiore ha
beat̄ in predictis et ad agend̄ ad
mittet̄ ſi cām de hijs fieri ɔtingat
et p ɔſequens ad ꝓcuratorem in

ſtituend̄. Cōſtituūt p̄lati in ꝓprijs
negocijs vt ꝟ. e. t. c. petitō. In dibꝰ
vero que ɔtigūt ipſos et captl̄a et
cōuent⁹ cū ipōꝝ conſenſu vt ꝟ. e. t.
c. i. ſicut econ° ꝟ de iud̄. cām et hoc
tam in agendo q̄ȝ in defendēdo. Et
ſi opponas et dicas p̄latus ex ſuo
officō tenet̄ et p̄t defendere eccleſiā
in cā ɔi. vt ꝟ de reſcptis. Edocen.
et no. ꝟ d̄ trāſac. §. ſed q̄e. ergo p̄t
dare ꝓcuratorem in cā eadem ſine
cōſenſu captl̄i vel ɔuētus non iſta
bit ꝓcurator ad agendū qui man
datū ſuſcepit tenet̄ et p̄t agere ex
ſuo officō non tn̄ p̄t conſtituere ꝓ
curatorem ante litem ɔt. vt. C. e. t.
l. neqꝫ. ff. de mand̄. l. ſi ꝓcuratoreꝫ
niſi eſſet datus in rem ſuam vt. C.
de dona. l. illā. Poſſunt ɔſtituere
nō excōicati. excōicati em̄ nec cōſti
tuere pn̄t. vt ꝟ. e. t. c. vlt̄. nec cōſti
tui. vt ꝟ. de proba. poſt ceſſionem.
Et vt breui⁹ dicam conſtituere p̄t
oīs ille qui nō prohibetur. eſt em̄
edictum de ɔſtituendo ꝓcuratoreꝫ
prohibitoriū vt. ff. e. t. l. mutus.
Sunt auteꝫ qued̄ perſone que in
proprijs perſonis non admittunt̄
ad agendum. ad defendēdum aūt
cogūtur conſtituere procuratores
vt excōmunicatus. vt ꝟ. de iud̄. in
telleximus. illuſtris perſona vt. C.
e. quicumqꝫ in autn̄. ibi ſignato
q̄d ius et in autn̄. vt ab. illuſt̄. et q̄
ſuper illuſtres ſunt. eo q̄d terribi
les aduerſarij ſunt vt ibi. Item et
epiſcop⁹ vt v. q. iij. quia epiſcopi

qđ contingit triplici racione· vna
quia ſm̃ apl̃m Seruos dei nõ op
tet litigioſos eſſe· vt ij· q· vij· ſicut
ſacerdotes· ſecunda ne cogant̃ re=
cedere a diuinis obſequijs· vt· C·
de epiſ· ⁊ cle· oīs qui· Tercia quia
cauſe materiam criminibꝫ creare
ſolebant· vt· C· de iud· l· ꝓperandū
in ꝑn ⁊ qđ dixi in epis locum ha
bet in prelatis maioribꝫ ⁊ eciam ĩ
minoribꝫ ⁊ in collegijs quoꝝ ſin=
gula ſingulos ſyndicos habere de
bent· vt ix· q· iij· cum ſimus ⁊ dice=
mus ĩ̄ ti· px· Illud autem ſciēdū
eſt ꝙ vbi is qui inſtituit procura
torem nouit veritatem negocij· ꝓ
curator autem ignorat Item dñs
iuſtus eſt ⁊ legalis· ꝓcurator neqꝫ
et pfidus· non agetur cauſa p talē
procuratorem· vt· ff· e· ti· l· ſi actor
et· C· e· ti· l· vlt̃· ⁊ ar ĩ̄ de iura· calūp·
in ptractandis· Eſt eciam ſciendū
qđ in quibuſdam negocijs requi
ritur ſpeciale mandatū· vt cū agi
tur de ſuſp cõ· vt· ff· de procu· l· non
ſolum· §· vlt̃· Item in cauſa reſti=
tucõnis in integꝝ· vt· ff· de mino·
l· illud §· ſi talis· in interdicto de libe
ris deducendis vel exhibendis· vt
ff· e· t· l· pomp̄· ⁊ in lr̃is apoſtolicis
impetrandis vt s̃ de reſcriptis nõ
nulli· Item in iuramento calūpnie
vel alio iuramento in aiam alicu=
ius preſtando· Item cum petitur
abſolucõ in forma iur̃ in pſona al
teriꝰ· alias āt ſm̃ regulam ſufficit
generale mādatū vt ĩ̄· e· ti· peticio

ff· pro ſocio· l· actione· §· renūciare
Dantur procuratores in cauſis
ciuilibus non autem in criminali
bus· vt v· q· iij· in criminalibꝫ· et
ff· de pub· iudi· l· vlt̃· §· ad crimen
Fallit hoc in crimine iniuriarū in
quo illuſtris pſona agit ⁊ defen
dit per ꝓcuratorem· vt iij· q· ix· §
niſi· ⁊ ſi criminaliter agatur· vt· C·
de iniur̃· l· vlt̃· ⁊ tūc ſn̄a concipiet̃
in perſona illuſtris non procura=
toris· vt in· l· eadē· ciuiliter agēdo
liceret cuilibet agere iniuriaꝝ p
procuratorem· vt· ff· de iniur̃· l· nõ
ſolum· §· agere· Fallit in cauſa in=
gratitudinis qua patronꝰ libertū
per ꝓcuratorem accuſare pt· ⁊ ille
defendere· vt· ff· e· ti· l· ſed hec· §· i·
Item in popularibꝫ actionibꝫ non
interuenit ꝓcurator· vt· ff· e· ti· l·
licet· ⁊ idem videtur in cauſa denū
ciacõnis cum ⁊ illa ſit popularis· ſꝫ
ſecus in cauſa inquiſicõis vt ĩ̄· de
ſen· ⁊ re iudi· cū Ja ⁊ a· ſſ. Nam ⁊ ſi in
quiſicõ fiat de crimine nõ tū eſt c̄
minalis ꝓpter modū· vt ĩ̄· e· t· tue
et maxime cū ſit inquiſicio tam in
capite ꝙ in mēbris vbi de plano ĩ
quirit̃ vt ĩ̄· de accuſa· olim· ſed cū
ſn̄a concipi debeat in pſona ꝓcu=
ratoris· vt· C· de ſē· ⁊ inter lo· om· iud
l· i· qualiter in cā inquiſicõis conci
pient̃ verba ſn̄e ĩ pſona ꝓcurato
ris cca remocõez ab adminiſtracõne
q̄ ex inquiſicõe pcedit vt ĩ̄· de ſymo·
lꝫ help· Nã nõ ĩ caſu iſto ↄcipiet̃ ſn̄a
in pſona pncipali· ſic̄ ⁊ ĩ cāie iu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

naꝝ· cū illuſtris ꝑ ꝓcuratorē deſē
dit· vt· C· de iniur· l· vlt· ſic fiet in cā
criminali cū agit̄ ⁊ defendit̄ ꝑ ꝓ
curatores· non enī ꝓnūciabit̄ nīrī
momū int̄ ꝓcuratores· ſed int̄ ꝑn
cipales· ⁊ idem puto in cā electōis
In grauib⁊ āt cauſ non ꝯpellitur
quis cōſtituere ꝓcuratorem· vn̄ ſi
citat⁹ ſit quis vt ꝯpareat ⁊ ī ꝓꝑa
pſona ꝯparē non poſſit· non tenet̄
et ſi ſic non venerit q̄ non potuit
nec miſerit q̄ noluit cōtumax nō
habetur· vt ꝭ· e· t· querelam· Sed
obicitur videt̄ qḋ citatus teneat̄
conſtituere procuratorē ſi venire n̄
poſſit· nam ꝑtātem intelligitur ex
piendi habere qui ꝑ procuratorē
agere pt· vt· ff· de diu· tēpo· pſcrip·
l· i· R̄ño vero eſt· ſi non agatur ſal=
tim ꝑ procuratorem tēpa cedant·
non tn̄ vt quis contumax reputet̄
Item opponitur ex eo qḋ legit̄ ꝭ·
de dolo· ⁊ contu· cum dilectus ꝭ· de
app· conſtitut⁹· in quibus contu=
max reputatur qui non miſit ſuffi
cientem ꝓcuratorem et agebant̄
ibi cauſe electionū· Ad quas rn̄o
decre· ille locū habent cum quis
citatur vt ꝯpeat per ſe vel per pro
curatorem· al's locū habet decre· q̄
relam· vnde illud qḋ in illis dicit̄
magis procedit ex forma citacio=
nis ꝗ̄ ex cenſura iuris· Cauſas ḡ=
ues in quibus poteſt quis ſi velit
procuratorem inſtituere ſed non
cogitur· puto has ⁊ conſimiles·
cauſam ſtatus cum quis vendica

tur ī ſuū· vt· C· de aſſer· tol· l· vna ī
ꝑn· liiij di· Freqūs· ſec⁹ cū q̄s ꝓcla
mat in libtatē vt ij· q· vi· ſi q̄n· Itē
vbi agit̄ ad remocōꝫ vt ꝭ· ḋ accu=
q̄lit̄ ⁊ q̄n· Itē vbi de toto bn̄ficio
vel de toto ꝑrīonio ſeu maiori pte
ipi⁹ vt· ff· ḋ excuſa· tuto· l· ꝓpt litē
Cōſtituit̄ ꝓcuratoꝛ pr̄famil· ꝑ fili⁹
vt· ff· e· t· l· fili⁹· §· ipſe q̄ꝫ ꝭ· e· n̄ in
iuſte· Itē maior xxv· ānis n̄ minor·
vt· ff· e· ti· l· minor· ſꝫ ſi minor ſua
ſpōte interueniat· ꝓ abſēte ſacti⁹ ē
talē admittē· ꝗ̄ abſētē ḡui ꝯdēp=
nacōe afficē· vt· C· e· t· l· exigēdi· ꝗ̄
uis qḋ ibi dicatur quidam exaudi
erint cum minor alleget cauſam
abſencie nō cauſam cauſe· Itē ꝯſti
tuit̄ ꝯpos mētis non furioſus· vt
ff· e· t· l· ij· §· furioſus· Itē hō bone
fame· nō īfamis· vt iij· q· vij· c· i· q̄
dā tn̄ expoṅūt ibi ꝓcurator· i· ad=
uōt⁹· vel itelligūt iſtud ī ꝓcurato
re epī vel collegij ꝑ id qḋ legit̄· v·
q· iij· quia eps· ſec⁹ ī ꝓcuratore ꝑ
uato ⁊ h' ꝓpt· l· iſti· de excep· ī fi· Sꝫ
dici pt qḋ aliud ſit ſm̄ leges· ⁊ ali
ud ſm̄ canones· Itē nec ſeru⁹ iſti
tui pt ꝓcurator· q̄ iudiciō int̄eſſe
nō pt· vt· C· de iuḋ· l· ſu⁹· Et videt̄
ꝗ̄ circa ꝓcuratorē gn̄alis regula tra
di poſſit· vt q̄libꝫ poſſit ꝯſtitui ꝓ
curator pn̄te vel abſēte adu'ſario n̄
certa lege ꝓhibeatur· vt inſti· de
hijs per quos agere poſ· §· vlt·
Item ⁊ alia ſubici poteſt ꝗ̄ pro=
curator volens tantum ⁊ expreſſe
conſenciens ꝯſtituitur· vt· ff· e· t· l·

filius·§·inuitus·⁊·C·e·t·inuitus·
Sʒ hec vltima regula fallit in cō
ſtituente·nam quid ɔpellūtur con
ſtituere pcuratorē vt excōicati cō=
uenti ⁊ illuſtres agentes vel reſpō
dentes in pecuniarijs cauſis·plati
et collegia·vt no·s̄·e·§·ſunt autē
qued pᵉ·¶ Circa caucōez que a p
curatore exigit ſic breuiter nō·li=
cet materia ſit diffuſa·nam ſi pcu
rator dat⁹ ſit ad agendū ⁊ de mā
dato ɔſtiterit ſine caucōe admitti
tur·vt·ff·e·t·l·ſi pcuratorem·ſi de
mandato dubitet᷑ tenetur pbare
mandatū·vel de rato cauere·vt·C
de pcu·l·i·⁊ idē eſt in actore vniū
ſitatis·vt·ff·ꝙ cuiuſqʒ vniu·no·l·
Item eoꝝ·§·actor·vtꝝ antē velit
mandatū pbare vel ď rato cauere
quid dicāt eſſe in ptāte pcurato=
ris·vt·ff·de iuē doc·l·plerūqʒ·C de
cōdic·inde·l·ſi quis ſeruum·ff·de
damp·infec·l·inter quos·§·aliēa
Alij aūt dn̄t eſſe in ptāte rei an ve
lit pbari ab illo·quia ſine māda
to nullus admittitur ad agendū
vt·C ď pcura·l·licet·niſi ſit ɔiūcta
pſona·vt·ff·de pcu·l·ſed hec·que
pſone pn̄t ſine mādato expiri ſed
non ɔtra mādatū vt·C·e·t·l·exigē
di·ff·e·t·l·pomp·§·vlt· Que aūt
perſone ⁊ vſqʒ ad quē gradū ſine
mādato ad agend admittāt᷑ dixi
s̄·e·§·conſtituitur· Quid tn̄ inter
coniūctas pſonas cōnumerāt cleri
cos ar·xij·q·ij·nō liceat ꝑp· Et nō
ꝙ licet pred cē pſone nō caueāt de

rato·cauere tn̄ dn̄t de defendēdo vt
·C de ſatiſda·l·vna·ff·de procu·l·
oīm hoc in pcuratore actoris·ſed
procurator rei eciā ſi ɔſtet de man
dato cauere debet iudicatum ſolui
vt·C de ſatiſda·l·vna·ff·de pcu·l·
Sʒ hec·§·defendē·iſti·ď ſatiſdac·
§·ſed hodie An aūt pcurator acto
ris habeat mandatū dubiū effici
tur ex ſola negacione rei·quelibʒ
eñ res efficitur dubia per negacō
nem vt·C quib ad lib·pcla·nō li
cet·l·vlt·C de acq·poſſ·l·nemo et
ff·de trāſac·l·i·¶ Et eſt ſciendum ꝙ
caucō quā exponit pcurator rei·ſ·
iudicatū ſolui tria continet·ſcʒ de
fenſionē cauſe faciendā·⁊ ſine dolo
et qd ip ſiu vbū ſonat vt·ff·iudica·
ſolui·l·iudicatuʒ ſolui·p hac ſatiſ
dacōe fideiubebit dn̄s cū ypotheca
reꝝ ſuarum pro ipſo procuratore
ſi pn̄s procuratorez conſtituit·vt
pn̄tem intelligas dn̄m ⁊ ſi ſit i vi
be·⁊ ſi in ortis·⁊ ſi in contiūētibus
edificijs vt·ff·e·t·l·pn̄s·⁊·l·qui i
foro ⁊·l·⁊ ideo·¶ Si vero procura
tor dn̄m defendit abſentem expoi
tur ab ipſo procuratore caucō·eci
am ſi ſit locupletiſſim⁹·vt·ff·iudi
ca·ſol·l ad defendendū·inſti de ſa
tiſda·§·ſi vero aliquis ⁊·ff·e·t·l·ſi
minor §·vlt·¶ Et nota ꝙ aliqn̄ ex
cipit᷑ contra procuratorē ꝙ nō ha
beat mandatuʒ·⁊ hec excepcō ē ex
cepcō falſi·nā falſus ē procurator
qui dicit ſe procuratorem cū non
ſit·ff·de verbo·ſigni·l·paulus· Cu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

igitur iudiciū nullum ⁊ cōtrouer=
ſie nulle·vt·ff·de iud·l· licet·⁊·ff·
rem ra·ha·l·iij·§·de offi·dele·cum
olim·Hanc excepcōnē ſi omiſerit
fideiuſſor ⁊ ſoluerit non liberat de
bitorē·vt·ff.man·l·inter cauſas·
§·mandato·ff·de condi·cā da·l· ſi
procuratori·aliqñ excipitur q̄ deſi
erit eſſe procurator vtpote reuoca
to mandato vt ī·e·ti· ex inſinua=
cōne ⁊·c·in pñcia·qḋ intelligo ſi=
ue reuocetur mandatum ante litē
conſ ſiue poſt ⁊ ex cā·vt·ff·e·ti·l·
ante litē ⁊·l·poſt litem cū ſequenti
bus·cū tali·ſimiliter·iudiciū nul
lum·vt in premiſſ dcere·⁊ ideo hec
excepcio ꝓponi poteſt qñcumq̄
id eſt i qualibet parte iudicij ſi iu
diciū dicī poteſt·eo ſaluo q̄ id qḋ
preceſſit reuocacōnē mandati vel
noticiam iudicis· valet ⁊ tenet vt
ī·e·ti·mandato·Aliqñ excipitur
q̄ non poſſit eſſe ꝓcurator quia mi
les·⁊ hec excepcio eſt dilatoria·⁊
ꝓponitur vſq̄ ad lit̄ ꝯt·vt·ff·e·
ti·l·filiuſfa·§·veterani·⁊ hanc ex=
cepcōnē poteſt omittere fideiuſſor
vt·ff·māda·l·ſi fideiuſſor·§· quedā
aliqñ excipitur q̄ ſit excōicat⁹ vel
fuerit tēpe mandati·vt ī·de ꝓba·
poſt ceſſionē·⁊ hec excepcio ꝓponi
pt qñcumq̄ ⁊ poſt ſentēciā·vt ī·
de ſen·⁊ re iud·ad ꝓbandū·⁊ hec
excepcio ꝓpē non pt dicī dilatoia
quia ꝓponi pt poſt litem cōt· per
emptoria non·quia ꝓponi pot ſt
poſt ſñiā·vt dictū eſt ⁊ ideo anoī

mala appellatur·i· irregularis q̄
nec dilatoriaꝝ nec peremptoriarū
naturam imitatur·Officiū ꝓcura=
toris eſt litem ꝓagere ex quo man
datum ſuſcepit· nam a pñcipio li
berū ⁊ voluntarium eſt mandatū
recipere·ſed poſtq̄ ſuſceperit nece=
ſitatis eſt ꝯſūmare·Vn̄⁹·Sperne
mandatum licet et finire nccē eſt·
vt ꝓbatur·ff·e·t·l·filiuſ·§·inuit⁹
et·C·e·t·l·Inuitus·Incumbit eciā
procuratori finita cauſa appellare
vt in·l·inuitus·vel ſaltim domino
cōteſtari vt ſi velit appellet vt ī·e
ti·non iniuſte·⁊ hoc verum eſt niſi
iuſta cauſa procuratorem excuſet
quare appellare non poſſit· puta i
firmitatis vel paupertatis·vt·ff·
man·l·ſi ꝓcuratorem·§·ſi ignorā=
tes·⁊ tunc denūciabit domino ſuo
ſicut dictum eſt·niſi pñs ſit·vt·ff·
de euic·l·herem⁹·Sed obicit quo
procurator poterit excuſari ꝑtextu
paupertatis cū lata ſñia ſufficiat vo
ce illico appellare vt ij·q·vi·in ſi·
vt·ff·de app·l·ij·Que ergo expēſe
requirūtur in dicto appello·Rñō
forte aberat ꝓcurator in die ſñe·
et ideo op⁹ erat in libello appellaē
vt·ff de appel·l·i·in ſi·in quo for=
mando ⁊ concipiendo optz haberi
conſiliū qḋ non ſine expenſis expe
ditur·Sed nunquid procurator
appellans tenetur proſequi ap=
pellacionem·non·vt·C·e·ti·l·In=
uitus·C·de appella·l·ſi actor·nec
obſtat lex·ff·an per alium cau·

ap·l·vna·ñam illa loquit̃ cum q̃s inſtituitur pcurator ſpecialit̃ ad appellandũ ⁊ pſequendũ· Itẽ ñ obſtat ff·e·t·l·qui pro·§·Itẽ queit̃· vbi finito negocio principali tenetur pcurator ſuſcipere negociũ reſtitutoriũ quia ibi fuerat pcurator ad hoc ſpãlit̃ conſtitut9 Sed adhuc inſtatur eo q̃ eadẽ ſit cauſa appellacõis cũ principali· vt C·ne in vna eademq̃ cã i rubrica ⁊ i·l· i·⁊ ij·q· vi· ſi quis i quacũq̃ lite· ſed puto q̃ non ſit eadẽ· vñ noue probacões locũ habent in cã appellacõnis·vt C de appel·l·eos·⁊ ·C de tempo·ap·per hanc ꝗ·de teſt i fraternitatis· ⁊ noua litis cõteſtacio·vt in·l·ſi quis in quacũq̃·⁊ ꝗ· de app·interpoſita·§·vlt· qd̃ intelligo in articulo appellacõis vt ibi non in pncipali ſi iam facta eſt coram pmis iudicib9·vt ꝗ·de app·p tuas· His igitur pactis finit̃ mãdatũ pcuratoriũ ¶ Itẽ finitur reuocacõne mandantis ſiue re integ̃ reuocetur·vt·ſ·de elec·in cauſ·nã hoc generalit̃ obtinet in quolibet mandato·vt inſti·mãda·§·recte· ſiue re non integ̃· ſed ante lit̃· cõt̃· v·ff·e·t·l·ante litem·ſed ⁊ p9 litẽ cont̃·ex cauſa·vt·ff·e·t·l· p9 litem cũ legib9 ſequentib9· Sꝫ ſi pcurator in hoc velit reſiſtere ſi ſolus eſt audiri non debet·q2 opas ſuas in geit iuito·niſi ad hoc faciat vt pu torẽ ſuũ defendat· volens pbare falſam eſſe cauſã ſuſpicõis quam

dñs pretendit· eaten9 igit̃ eſt audiend9 vt extimacõeꝫ ſuam defendat nõ vt pcuracõne vti velit· Itẽ et is contra quẽ pcurator inſtitutus eſt audit̃ in hoc int̃eſt eñ eius diuerſ pcuratorib9 non impugnari·vt·ff·e·t·l·que oĩa· Itẽ finit̃ mãdatũ renũciacõne pcuratoris·que fit re integra·poſtea vero nõ niſi ex cã·vt eadem intelligas in renũciacione que dixi in reuocacõe· vt·ff· e·t·l·initai ⁊ le·ſe· Item finit̃ mãdatum morte mandatoris vel mãdatarij re integ̃ exiſtente·inſti· mã· §·Iteꝫ ſi adhuc ⁊·Cmanda·l· mãdatum·ſecus ſi res non ſit integ̃· vt·Ce·ti·l·nulla· ¶ Effect9 pcuratoris ſeu pcuracõis eſt vt ratuꝫ ſit qd̃ cũ pcuratore gerit̃ ac ſi cũ dño geſtũ eſſet vt ꝗ·e·t·c·i·niſi poſtmodũ appareat pcuratorem falſũ vel reuocatũ· vt ſupius dictum eſt vel eũ cui9 noĩe actũ eſt ſeruũ fuiſſe· vt·ff·de iud·l·nõ idcirco·§·cũ poſt ea·vel aliquid aliud pter qd̃ redda t̃ iudicium retro nullum· ¶ In ſũma notand eſt qd̃ i pecuniarijs cauſis pcurator interuenit· ⁊ in criminalib9 ſm leges in quib9 agit̃ ad penam relegacõnis vel minorẽ Nã pena relegacõnis imponit̃ ab ſenti ſicut in pecuniarijs cauſis vt ff·de pe·l·abſentem·⁊ idẽ dico vbi agitur ad remocõnem ſcꝫ vt quis ab admiſtracõe remoueat̃· ⁊ poſtea i cã iqſicõis admittit̃ pcurator vt dixi ſ·e·ti·§·dant̃· nec obſtat

de ſindico

lex·ff·an p aliū cā app·l·vnā·que dicāt cās criminales ex quibꝰ ſeq̄ ſolet pena vſqꝫ ad relegacōeꝫ non poſſe agi·niſi p pncipales·nā illō ibi ponit̄ excluſiue· Sꝫ in p̄miſſa l·de penis ponit̄ incluſiue·ꝛ ſimile xxxiij·di·de illo· Item notabis ꝙ in criminalibꝰ interuenit ꝓcura= tor·ꝛ minor·ꝛ femina·et qui alꝰ non admittitur·nō vt allegēt cās pncipales negocij·ſed cauſas ab ſēcie accuſant vt·ff·e·t·l·ſuū §·pub lice·ꝛ·l·abſēs ꝛ·C·de accu·l·reos·

De ſindico·

Tractauimꝰ de procurato re q̄ agit vel defēdit cām dnī·nūc tractemus de ſyn dico qui agit ꝛ defendit cām vni= uerſitatis Videamus igitur q̄d ſit ſyndicus·vnde dicat̄·quid ſit eius officium·ꝛ in quo inter ſe dif ferant procurator ſyndicus ꝓco= nomꝰ actor defēſor ꝛ vicedominꝰ· Syndicus eſt procurator vni uerſitatis ad iudicia conſtitutus· vt ꝑ·e·ti·c·vno·ff·qō cuiuſqꝫ vni uer·no·l·i·§·quibus· Dicitur autem ſyndicus ſingulorum cau ſam dicens·vt ex interpretacione nois patet·cui deſeruire debemus vt·C·de epiſ·ꝛ cle·l·decernimꝰ·in= ſti·quibus mo·tel·infirma·§·alio quidam·C·de ferijs·l·A nullo·C·de epiſ·ꝛ cle·l·ſi quis ad declinandā §·licencia xvi·q·i·Si cupis·Po teſt autem conſtitui ſyndicus qui non ſit de collegio·vt ꝑ·e·t·c·vno· p̄t ꝛ de ipſo collegio cōſtitui·nā et mōchꝰ cōſtitui p̄t q̄ mōchoꝝ cās agat ꝛ defendat abbatis ipio·vt xvi·q·i·mōchi·ꝛ·c·q̄ vere·ꝛ ſi ali cubi inueneris cām vniūſitatis agi p ꝓcuratorē expone ibi ꝓcuratorē id ē ſyndicū vel actor·vt ṡ·ti·px· qꝛ in cauſꝫ ꝑ·de iu·ca·cū cām·i auc· de ſāctiſ·epiſ §·ſi qñ· Officiū ſin dici eſt agē vel defēdere cās p̄ntes vel q̄nqꝫ emergētes·vt·ff·ꝙ cuiꝰ qꝫ vniu·l·Itē eoꝝ·§·ſi decuriones et qō ħ dicit̄ ꝯſtitui debere ſyndi cū alienū a collegio·fallaro ꝯſtitu to ꝯſiliū ē·qō patet ex eo ꝙ hic di cat i ſi·Expedit eīn ꝓ ꝓuo incōmo do a ſtrepitu cāꝝ ſuos dei eſſe qe= tos·ꝛ hoc cōſiliū ē ſalubre dūmō ſufficiat mōſteriū ad ſūptus·ſicut alꝰ dicit̄ vna queqꝫ ecca dꝫ habē ſuū pbrm·vt xxij·q·ij·ſic·ꝛ tñ in telligendō ē ſi ſufficiat vt xxi·q·ij·p cipimꝰ·alioq̄n due ecce vni pbro cōiungūtur vt x·q·iij·vnio·Ideo āt dico fore ꝯſiliū qō ħ ꝯtinet̄ qꝛ p̄t vnꝰ de collegio agē cās mōſte= rii abbatis impio·vt ſupꝰ dictū eſt·ꝛ pbatur optime in autē·de ſanctiſ·epiſ·§·ſi quando colla·ix· Differunt autem inter ſe pro= curator ſyndicus et reliqui de qui bus·ṡ·poſitum eſt·Nam procu rator eſt priuate perſone·vt ṡ·ti· prox·in deſcripcione·ſyndicꝰ vni uerſitatis ſiue eccleſie ſecularis q̄

et ab ipſa vniuſitate cõſtituit᷑· ycõ
nom⁹ vero eſt is cui res eccleſiaſti
ca gubernãda mandat᷑· vt· C· de ſa
cro· ſanc· eccle· l· iubem⁹ in p̃n· vñ
ẏconom⁹ in rebꝫ eccleſiaſticis tm̃·
et quẽ epi tractatus elegerit vt· C·
de epiſ· ⁊ cle· l· oĩs qui vbiqꝫ· ſ·
nichilomin⁹· Syndic⁹ in rebꝫ et
negocijs cuiuſlibet corpis vel colle
gij· Actor ꝑ vno vt inſti· de cura·
i fine· vel pro vniuſitate ſꝫ ad vnã
cauſam tm̃· ⁊ preſentem ⁊ cum de
creto· ſyndic⁹ ad oĩs· vt· ff· ꝙ cu
iuſqꝫ vniu· no· l· Itẽ eoꝝ· inter ſy
dicũ autẽ ⁊ defenſorem lex non vi
detur facere differenciã· Nam ſyn
dicum defenſorẽ appellat· vt· ff·
de mune· ⁊ hone· l· munerꝫ· ſ· defen
ſores· ⁊ ad idem ·ĩ·e·ti·c·i· in p̃n· ẽ
et vicedñs q̃ admiſtrat res epa=
les vt hoſpitibꝫ ⁊ cauſis que veni
unt parat⁹ exiſtat vt lxxxix· di· no
lum⁹· Sꝫ yconom⁹ adminiſtrat
res eccleſie vt dictum eſt ⁊ pba=
tur lxxxix· di· quia in quibuſdam·
xvi· q· vij· qm̃ quibuſdã· ix· q· iij·
Cum ſim⁹ lxxxviij· di· c· i· x· q· ij· h⁹
ius porrectũ Aliqñ yconom⁹ defẽ
dit in cauſa vt in· l· preall᷑· oĩs q̃
ſ· hoc nichilomin⁹· Sꝫ ꝓprie ad
cãs actor vel ſyndic⁹ vt dictũ eſt·
Item qñqꝫ yconom⁹ ponit᷑ in ali
qua eccleſia vacante ad pãpien=
dos ꝓuentus ⁊ ꝯſeruãdos ad op⁹
futuri prelati ⁊ hoc cum ꝓpter diſ
cordiam pronorum eccleſia ordi=
nari nõ p̃t· vt᷑ ď offi· ord᷑· Cũ nos

plerumqꝫ·

De hijs q̃ vi met⁹ ue cã ſiũt

Dixim⁹ ſ᷑ de hijs que ſpõ
te facim⁹ tam circa nego=
cia ꝙ circa iudicia· Nunc
dicam⁹ de hijs que inuiti agim⁹
et coacti· Et ideo ſubiac᷑ hic rubri
ca de hijs que vi· me· ve· cã ſiunt·
Videndũ eſt igit᷑ quid ſit met⁹
qualiter diſtinguat᷑· Itẽ quis me
tus ſeu que coactio excuſet vel irri
tum faciet qď gerit᷑· In p̃mis
autẽ notanď eſt ꝙ rubrica que hic
ponit᷑ reſpicit intitulacõez antiquã
que ſic ponebat᷑ i antiquo edicto
pretoris· qď vi met⁹ ue cã factum
eſt ⁊c̃· Vis autẽ fiebat mencõ ꝓpt᷑
neceſſitatẽ impoſitã contrariã volũ
tati· ſed poſtea detracta eſt vis mẽ
cio ideo· qꝛ qď cũqꝫ vi atrocĩ ſit id
quoqꝫ metu fieri videt᷑ vt· ff· e· t· l·
i· Quinqꝫ aũt ſiit genera vis Eſt
eñi vis cõpulſiua per quã cõpellit᷑
quis ad id faciend᷑ qď non faceret
ſi eſſꝫ liberi arbitrij nec ꝯpelleret᷑
et ex hac vi orit᷑ actio ꝙ metus cã
Eſt vis expulſiua que inducit int᷑
dictũ vnde vi· Eſt vis ablatiua ⁊
hec inducit int᷑dictũ vi bonoꝝ rap
torũ in rebꝫ mobilibꝫ vt· ff de vi·
bo· rap· ſ· ſꝫ nedũ talia· Eſt vis tur
batiua que introducit interdictũ
vti poſſidetis in rebus ſoli· ſed in
rebus mobilibus interdictũ vtro
bi cum duo ſe poſſidere contendũt
Eſt vis inqetatia h᷑ iducit it᷑dem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qđ vi aut clam̄. vt ſi q̊s a me ꝓhi
bitus vel putans ſe ꝓhibendum
quid in eo faciat. ſiue ius faciendi
habeat ſiue non. vt. ff. qđ vi. aut
clam. l. i. ¶ Metus eſt iſtātis vel
futuri piculi cā mentis trepida-
cio. vt. ff. e. t. l. i. Metū autē accipi
endū non q̄lilibet timorē ſed ma-
ioris mali. vt. ff. e. t. l. metū. Item
non vani hoīs ſed qui in viꝝ ꝯſtā
tem cadere poſſet. vt. ff. e. t. l. metū
et ꝗ. e. t. ad audiam. ⁊. c. cū dilecti
Et ꝓpterea metus diſtinguit̄. aut
eſt ꝓbabilis. aut non ꝓbabilis.
Probabilis qui caderet in virum
aioſum ⁊ ꝯſtantem. Improba-
bilis qui caderet in viꝝ puſillani
mē ⁊ formidoloſū. vt. ff. e. t. l. v. et
vi. ¶ Probabilis excuſat ⁊ reſci
dit qđ factum eſt. eo inſtāte p acti
onem qđ metus cauſa. Improba
bilis nec excuſat nec reſcindit. Et
notandū ꝙ metus dāpni ⁊ amiſ-
ſionis reꝝ excuſat. vt ꝗ. e. abbas ⁊
ſimile. l. di. pbros. Pꝫ ꝯtra xxxij.
q. vij. oīs cauſacōnes vbi damp
na rei familiaris non excuſāt. So
luciō q̄ue dāpnū excuſat. n̄ q̄ue n̄ ex
cuſat. q̄ue āt dāpnū appello dāpnū
oim reꝝ vel maioris ptis. ar. ff. de
excuſa. tu. l. ꝗpt̄ litē. vel melius me
tus dāpni excuſat in dato vel pro
miſſo ſiue remiſſo. qꝛ ⁊ datū repe
titur ⁊ promiſſum nō ſoluit̄ ⁊ re
miſſum petit̄. ſed nō excuſat in cō
miſſo non eñ ob metū dāpni de
bet mortale pctm̄ ꝯmitti. qꝛ po ci⁹

deberem⁹ oia mala tollerare ꝙ in
pctm̄ mortale conſentire. vt xxxij.
q. v. ita ne. Cadit autē incōſtantē
virum ⁊ per hoc excuſat met⁹ mor
tis ⁊ cruciatus corporis. Item me
tus ſtupri ⁊ ſeruitutis vt. ff. quod
metus cauſa. l. iſti quidem. Ce. ti.
l. interpoſitas ꝗ. e. t. cum dilectus.
et ſic intelligo ꝗ. de ſpon. Cū locū
et c. veniens. ⁊ hec vera ſūt niſi q̊s
ſua culpa ſe ingerat in hunc me-
tum. vt. ff. e. ti. l. ſi mulier in prin.
et. l. nec timorem. Inuenio eciam
qđ metus verborum excuſat. vt. ff.
de acqui. heredi. l. vi. ⁊ vij. di. c. i.
Sed qđ dixi metum non excuſare
in quem quis incidit ſua culpa. re
cipit cōtra^m ꝗ. de ſpon. veniēs. Ad
quod rn̄o metus ex culpa meticu
loſi proueniens non excuſat ſi ſit
legittimus ⁊ a iure ſumat iniciū.
Si autem ſit iniurioſus id eſt in
iuriam timens excuſat. Sed non
ne legittimus ibi erat metus. de
iure enim mori timere poterat cum
in hoc caſu liceat patri occidere
adulterum ſimul et filiam. vt. ff.
ad le. iul. de adulte. l. quod ait.
Sed q̄uis lex hoc dicat canones
non admittunt. vt xxxiij. q. ij. int̄
hec. vel prerogatiua matrimonij
de quo ibi tractatur hoc habet vt
metus q̄uis legittimus efficaciā
mrionij impediat. Sed ſi p coacti
onē aliq̄d fiat tūc diſtinguit̄ bre
uit̄ qꝛ aut coactio ē abſoluta. aut
condicōnalis. Abſoluta. ſ. cū quis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

violenter trahitur ad quid facie͂dͦ
quo caſu q̃s violent̃ trahit̃ excuſa
tur oĩno. vt. l. di. p͛bros. i. q. i. con
ſtat xxxij. q. v. fere per totum. xv.
q. vi. c. i. ⁊ ar. de ↄſ. di. iiij. eos. ff
de auc̃. prã. l. i. cõdicionalis autẽ
que metũ vel cruciatũ ſeu aliq̃d g͂
ue minat̃ ⁊ ſi excuſet a tãto nõ tñ
a toto vt ĩ. e. ti. ſacris in verbo cul
pam attenuet. Quid tñ diſtinxe
runt inter iuramenta promiſſoria
et aſſertoria. vt i promiſſorijs me
tus vel coactio condicõnalis excu-
ſet. in aſſertorijs non. quia potius
debem⁹ oĩa mala ſuſtinere ⁊c̃. vt
xxxiij. q. ij. ita ne. xi. q. iij. quatuor.
et. c. quiſquis. ⁊. c. nolite Promiſ
ſoria vocam⁹ illa ſacramenta. ſ. cũ
quis iurat de aliquo dando ſeu fa
ciendo vel nõ dãdo vel non faciẽdo.
aſſertoria cum quis aſſerit ꝑ vero
falſũ ⁊ maxime ↄtra fidẽ Sꝫ q̃ri
tur an cõminacio excõicacõis excu
ſacõnez inducat. ⁊ videtur qͦd ſic.
nam ↄtinet corpis ⁊ aĩe detrimen
tum. vt ij. q. i. de manifeſta. xi. q.
iij. Audi. Itẽ p excõicacõez ſubu-
titur ſtatus alicui⁹. tranſitur eñ
dͦ corpe vel poteſtate eccẽ in ptãtez
dyaboli vt in p̃dcõ. c. audi ⁊ ideo
iuſt⁹ eſt met⁹. vt. ff. e. t. l. iſ i q̃dẽ
Itẽ excõicacio ẽ et͛na mortis dãp
nacõ. vt xi. q. iij. nemo. qui ergo ti
met excõicacõez timet mortẽ. timẽ
da eſt igit̃ vt xi. q. iij. c. i. Sꝫ ↄtra
excaͦ medicinal̃ eſt non mortalis
vt ij. q. i. multi. Itẽ ſi ẽ iniuſta va
cua eſt. ⁊ de ea non eſt curandũ vt
xi. q. iij. cui eſt illata. nec ligat dũ-
mõ non contẽpnat̃. vt xxiij. q. iij.
notandͦ in fine. puto ꝙ met⁹ excõi
cacõis non excuſet. aut eñ eſt iuſ
ta ⁊ illa non liget quo ad deũ aut
eſt iuſta ⁊ tũc ſibi imputet qui ſe
ita ↄſtituit. vt mereat̃ excõicari vt
ff. e. t. l. ſi mulier. Et eſt ſciendũ ꝙ
quedam fiũt p metum que ipſo iu
re non valent. vt ↄtract⁹ minorũ
vt ĩ. de ſponſa. Cũ lc cum. ⁊ xxx. q.
ij. vbi non eſt. Itẽ dotis ꝓmiſſio.
vt. ff. e. t. l. ſi mulier. §. ſi dos. Itez
iudicis adicõ vt. ff. de iudͦ. l. ij. Ryͦ
i. in fi. Item auctoritatis preſtacõ
vt. ff. de aucto. tu. l. ij. Itẽ eccleſiaſ
tice rei alienacõ. vt xv. q. vi. c. i.
Itẽ ſnĩc ꝓnũciacõ vt xi. q. iij. iniuſ
tum. al̾s autẽ que p metũ fiunt te
nẽt. ſed reſcindũtur p actionẽ qͦd
metus̃ cauſa. ſi ſũt pfecta. ſi vͦo ſũt
impfecta. tũc p excepcõz vt. ff qͦd
metus cauſa. l. metũ. §. ſed qͦd pre
tor. In ſũma notandͦ eſt ꝙ ſi per
metũ rem meam corpalez tradam
poſſum agẽ vtili rei vendicacõe. ⁊
contra metũ inferentẽ ⁊ ↄtra quẽ-
libet poſſeſſorẽ ad quem res ꝑueit
ſufficit eñ hͦ docere metũ illatum
a quocũqꝫ. nec aſtringor probare
quis metum in tulerit. cũ met⁹ ha
beat i ſe ignoranciã. i. iuſte poſſum
ignorarẽ quis metũ intulerit. max
ime ſi erat nox. vel dies ſed in mul
titudine hominũ. vt maleficium cõ
prehendere vel dinoſcere ñ potueri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt.ff.e.ti.l.metū.§.violenti.ꝛ.§
licet eñ.ꝛ.l.ſi cū excepcōe.§.i hac
Vtilis in rem actio ideo dat᷑ me-
tum paſſo ꝛ non directa ꝓ rebus
traditis.quia ꝑ tradicōnē deſinit
eſſe dn̄s.nam tradicōnibꝰ ꝛ vſuca
pionibꝰ dominia tranſferūtur.vt
C.de pactis.l.tradicōnibꝰ.inſti.de
reꝝ diui.§.per tradicōnem.ſed de
equitate pretoria fingitur rem in
bonis meis ꝑmanſiſſe ideo poſſum
eam vendicare vt dictum eſt.Nec
obſtat hijs qꝫ inuitus tradidi.qꝫ
coacta voluntas volūtas ē.vt xv.
q.i.merito.Non eñ videtur re ex
cluſus quem pretor reſtituturum
pollicetur.vt.ff.de minore.reſti.l.
nemo.Sꝫ nec videtur poſſeſſionē
adeptus qui ita poſſeſſionē adep
tus eſt.vt eam retinere non poſſit
vt.ff.de acquiren.poſſ.l.nō vide-
bitur.poſſum eciam agere actione
q̇ metus cauſa.Et eſt ſciendum
ꝙ rei vendicacō nūꝙ̄ competit niſi
in ſymplum.Actio vero q̇ metꝰ
cauſa a principio eſt in ſymplum
et in ſymplum condemnatur reus
id eſt in rem ipſam ſi extet.vel in
eſtimacōem ipſius.ſi nō extet.cui
ſentencie ſi pareat is qui metum in
tulit ſoluendo liberatur ꝙ ſi nō pa
reat dampnatur in quadruplum
vt quadrupletur omne quod erāt
ſoluendum in ſymplum.ꝛ in qua
druple contineatur res ſi poteſt rꝭ
titui vel rei eſtimacio.vt.ff.de rei
ven.l.quod ſi poſſeſſor.q̇ locum

habet ſiue agatur contra metum i
ferentem.ſiue contra illum ad quē
res peruenit.vt.ff.e.ti.l.ſi cum ex-
cepcione.§.i.ꝛ.§.in hac.ꝛ.§.qua-
druplabitur.ꝛ.§.quatenus.et ſic
circa eandem rem due feruntur ſen
tencie ꝛ vtraqꝫ diffinitiua.Sed
prima circa rem ipſam reſtituen-
dam que diffinitiua eſt.quia ne-
gocio finem imponit.vt.ff.de re.
iud.l.i.ſecunda circa rei eſtimacio
nem quadruplandam et poterūt
hec omnia locum habere ſcd̄m
iura canonica.Nam ſi animal tu-
um dampnum dederit poteris de
liberare dādo animal pro noxa ali
oquin ad omnia dampna tene-
ris.vt ꝭ.de iniur.ꝛ damp.dato ſi
culpa.datur eciam in quadruplū
ſcd̄m iura canonica vt xij.q.ij.cuꝫ
deuotiſſimā.et.c.in legibus.et ſi
per violenciam a domo mea expel
lar.tenetur violentus ad reſtitu-
cionem domus.ꝛ omnium rerum
in violencia perditarum.ꝛ ſi ad vi
olentum non peruenerunt.vt ꝭ.e.
ti.c.vlt.In quadruplacione autē
conſiderabitur aut metum paſſus
ſiue i re mea ſiue i poſſeſſione mea
nam aliud eſt precium rei ꝛ aliud
eſt poſſeſſionis.vt.ff.e.t.l.ſi muli
er.§.qui poſſeſſionē.Dant᷑ igitur
metum paſſo hec duo remedia de
quibus ſuperius dictum eſt.ſcili-
cet vtilis rei vendicacio.et actio
q̇ metus cauſa.datur ꝛ tercium
auxiliū.ſ.actio de dolo.nā cum qui

metum fecit ⁊ de dolo teneri cer-
tum eſt. ⁊ tollitur vna actio per
alteram ipſo iure. facta exactione.
electione tollitur excepcō in factū
oppoſita vt. ff. e. ti. l. ſicut excep. §
eum qui.

¶ De reſtitucōe ī integrū

Diximꝰ ſ͂ ḋ reſtitucōnibꝫ
que rōne metus indulgē
tur maioribus Nūc vide
amus de ī inte. reſti. que tam ecc̄ijs
q̄ꝫ minoribus etatis rōe donantur
¶ Videamus itaqꝫ quibꝫ per reſti
tucōnis auxilium ſuccurratur. Cur
qūo. quādo. ⁊ a quo poſſit reſtitu
cō indulgeri. Et q̇d ſit ī integrū reſ
titucō. ¶ Succurrit̄ per reſtitucō
nē ī integrum minoribꝫ xxv. ānis
Dicuntur autem minores xxv. an
nis. qui nondum ꝯpleuerunt xxv.
annos. facta cōputacione de mom̄
to ad momētum. Non enī̄ ſufficiat
tetigiſſe vltimū diem vt quis ab h̄
auxilio excludatur. Sꝫ oportet p
tranſire vltimū momentum. vt cū
ſi quis natus ſit in byſexto. duo
dies cōputentur pro vno. Nā poſ
terior dies interſcidatur. i. ḋ medio
eximit̄ vel non cōputatur pro die
vt. ff. e. t. l. iij. § minorē. ⁊ de vbo.
ſigni. l. cū biſextus Contingit aūt
biſextus in ſingulis quadrienijs
Nam ānus habet tricentos ⁊ lxv
dies ⁊ vi. horas vt. ff. de ſtatulibe.
l. cum heres. § ſtichꝰ. Ille aūt ſex
hore in quatuor ānis faciunt xxiiij
horas ⁊ ſic diem integram. ¶ Ita
cōputacio de momento ad momē
tum vbi agitur de reſtitucōne mi
noris ſit in fauorē ipſius. expedit
enī̄ minori ſic fieri. ſ. prorogari tē
pora reſtitucionis potius q̄ꝫ arcari.
aliquando ob fauorem non ſit cō
putacō de momento ad momentū
ſed ſufficit diem inchoari vt i vſu
capione triennij contingit. fauor
enī̄ eſt poſſeſſoris ſufficere vltimū
diem vſucapionis attingi vt cō-
pleta ſit vſucapio. ⁊ hoc ꝓpter ti-
tulum ⁊ bonā fidē. vt. ff. de vſuca.
l. in vſucapionibus ⁊. ff. de diuer.
et tpa. p̄. l. in vſuca. i. Rn̄o. ⁊ idem
eſt cum tractatur de libertate preſ
tanda a minore xxv. annis. vt. ff.
de ma. l. i. Item cum tractatur de
teſtamētis faciendis a maiore xiiij.
annis vt. ff. de teſta. l. in qua etate
ſic quandoqꝫ ob fauorem ſufficiat ā
num inchoari. vt. ff. de mu. ⁊ ho. l.
ad rem. ⁊. ff. ad trebell̄. l. qui filiū
⁊ ſ͂ de elec. cum in cunctis. ſecus in
preſcripcōne xxx. vel xl. annorū que
odioſa eſt. vbi requirit̄ur vltimū
annū finiri. vt. ff. de actio. ⁊ ob. l.
in omnibꝰ Succurrit̄ur ⁊ ecc̄ijs
que minorum iure cenſentur vt ī
e. t. requiſiuit Semper enī̄ eccleſia
iure minoris debet illeſa ſeruari vt
ibi dicit. quiḋ tamen expoſuerunt
illud verbum ſemper. i. in quolibꝫ
contractu reſtringentes illud ſemꝑ
ad quadriēniū tm̄ numerandū a
tēpore contractus. i quo eccīa leſa

de restitutione ...

eſt poſſet reſtitui ⁊ nō vltra. ecc̄ia
enī maior eſt ⁊ reſtituit ſicut mi-
nor fact⁹ maior. ſ. infra quadrienī
um numerādū a tpe contract⁹. vt
C. de tēpo. īnte. reſti. l. vlt. Naz vt
ibi heres minor fact⁹ maior reſti
tuit infra quadrienniū. In hijs in
quibꝫ fuit capt⁹ tpe minoris eta-
tis. vnde qui ſic dicūt ponūt eccle-
ſiā in xxv. āno. Alij autē aliter di
cūt ⁊ alio modo exponūt illud ver
bum ſemp ſic videlicz q̄n̄cūqꝫ ſine
temporis preſinicōe. Vn̄ ponūt eā
in primo die natiuitatis ſue. ⁊ dn̄t
eam ſemp in minore etate ꝯſiſtere
nec enī creſcit vel decreſcit ei⁹ etas
Tu dicas ꝙ eccleſia fungit iure ⁊
vice minoris. qđ ſic probat eccia
enī ꝯpat rei publice. vt C. de ſacro
ſanc. ec. vt iter diuinū. Et res pub
lica ꝯpat minori. vt in. c. requiſi
uit non tn̄ eſt minor ꝑmo maior ꝫ
reſtituit ſicut minor vt res publi
ca. ut C. de offi. ei⁹ qui vicē al. tege
nt. l. i. Si enī minor eſſet. vt dic
tum eſt. non fuiſſet deſponſata. vt
xxvi. di. acutū⁹. ꝫ. de byga. c. Debi
tū Et puto eccleſiā reſtitui q̄n̄cum
qꝫ in contractibꝫ ſine tpis preſini-
cione. ⁊ in iudicijs eciā poſt ſn̄iaz
vt ꝫ. e. c. ſuſcitata. ⁊. c. tū ex lris. ꝫ
hoc non niſi ꝓpter graue dāpnuz.
vt. ff. de mino. l. ſi ex cā. Et in hijs
duobꝫ differt eccā a minore. qui n̄
reſtituit niſi in minori etate. Et h̄
intelligo eſſe verꝫ niſi poſt contrac
tū vel p⁹ ſn̄iaz contra ecciaz ꝑſcri-

bat. Nam in tpibꝫ vt in vſucapi
one ⁊ preſcripcōe non inuenio ec-
cleſiā reſtitui. quis inueniā quedā
tempora de preſcripcōe ſbdiuā. vt
notabꝫ ꝫ. de preſcrip. preſcribit enī
eccia ⁊ preſcribit contra eā. ⁊ in h̄
ſimiliter differt eccleſia a minore
qui in tpibꝫ ipſo iure ſeruatur ille
ſus. preterꝗ in longiſſima ꝑſcrip
cione. que quid currit. ꝫ minor reſ
tituit. vt. C. in quibꝫ cau. non ē ne
ceſ. ī inte. reſti. l. vlt. Alij aūt di
cūt ꝙ eccā reſtituitur a xxv. ānis.
vſqꝫ ad q̄driennīū. ſic ⁊ eccā recte
iure vtitur minoris. hec enī tēpora
habet minor ad petendā ī inte. reſ.
vt. C. de tēpo. ī int. reſti. per totum.
Itē reſtituit minor vel eccleſia ſi
ledat ſiue decipiat ipſe minor ſiue
tutor eius vel curator eius interue
nerit legitim⁹. vt. C. ſi tutor vel cu
ra. interue. l. eciam. Et idē dico i ec
cleſia ſi prelatus eius. ſyndic⁹. vel
ycononi⁹ decipiat. Delictū enī per
ſone non debet redūdare i dāpnū
eccleſie. vt xvi. q. vi. ſi eps. ſecus ē
ſi decipiat ſimplex ꝓcurator mino
ris vel eccē. tunc enī minori vel eccē
non ſubueniť niſi ꝓcurator ſit nō
ſoluendo. vt. ff. e. t. l. cū mandato.
magis enī fuit ꝓuidendū ſupiori
bus ꝑſonis que gerūt ex neceſſita
te. ꝙ procuratori qui ex voluntate
gerit. Et qđ dixi eccleſiam reſtitui
ſi prelatus decipiatur. Et eſt racio
quia prelatus condicionem eccle-
ſie deteriorem facere non poteſt. vt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝗ.c.i.q̄ꝺ intelligo in faciendo ſec⁹
in omittendo vt xvi. q.iij.placuit
ꝗ.de preſcrip.c.i. Aliqñ tamē pōt
ecclā in faciendo condicōez eccē dete
riorem facere vtpote modicam rē
donando.vt ꝗ.de dona.ceterꝝ.xij.q
ij.terulas. Et idem ī quinqgeſima
et centeſima.vt ꝗ.de dona. aplice.
et ꝗ.de hijs que fi.a pla.ſine ꝯſēſu
ca.Paſtoralis xij.q.ij.bone rei.Et
in hoc differt prelatus a ꝓcuratorē
quia ꝓcurator liberam hn̄s ꝛ ge=
neralem adminiſtracōnez non pt
donare vt.ff.de ꝓcu.l.ꝓcurator tu
torꝝ.ꝛ.l.ꝓcurator cui.ꝗuis aliq̄=
ciens p̄latus appellet̄ procurator
vt x.q.ij.precarie.xij.q.i.c.vlt.et
q.ij.ſine excepcōne x.q.ii.caſellas
ꝗ.de dona.fraternitatē.Et q̄ꝺ dico
condicōez eccē deteriorem fieri poſ
ſe ꝑ prelatum in omittendo verꝝ ē
legittimo tempe interueniente.nō
ſtatim hoc eſt ſi ex omiſſione p̄lati
preſcripcō inducat̄ contra eccām
aliter ſi prelatus omittat in iudi=
cio legittimā excepcōez ſeu defenſi
onē reſtituit̄ eccā. vt ꝗ.e.c. Audi
tis.ꝛ.c.Cum veniſſent. niſi ſup h̄
eodem petita eſſet reſtitucō ꝛ dene
gata vt ꝗ.e.t.c.vlt.Iuuat̄ eciam
minor ꝛ eccā in allegacōibꝫ omiſ
ſis. dum ea que ſunt ꝓ cauſa non
allegat vel allegata non ꝓbat.vel
ſi ſe ꝓditum ſeu ꝓditam ab aduo
catis conq̄ratur.vt.ff.e.t.l.minor
autem.§.i.ꝛ.l.minor annis xxv.
omiſſis. Item ſuccurritur minori

et eccē ſi ſe negocijs alienis immiſ
cuit ſine mādato.vel ſaltē neceſſe
habet ꝛ dare dn̄o negociorꝝ bn̄fici
um reſtitucōnis.vt.ff.e.t.q̄ꝺ ſi mi
nor Et vt breuiter dicā reſtituitur
minor ꝛ eccā in contractibꝫ vel q̄ſi
contractibꝫ in delictis vel quaſi vt
ſuper hijs rubrice ſpāles in codice
ponūtur. Et q̄ꝺ dixi reſtitui in con
tractibꝫ vel quaſi locum habet cum
contract⁹ tenet.vtpote celebratus
in caſu cōceſſo ꝛ in forma iuris vt
x.q.ij.hoc ius porrectū.ꝛ xij.q.ij.
ſine excepcōe. aliter ſi in caſu non
cōceſſo vel non ſc̄m formā iuris nul
lus eſt contract⁹ ipſo iure.vt x.q.
ij.qr rem hmōi ꝛ xij.q.ij. ſine ex=
cepcōe. ap̄licas alienacōes.ꝛ tūc
cum ius cōe cōpetat nō eſt neccāria
in inte.reſtit̄.vt.ff.e.t.l. in cauſe.
Itē ſuccurritur eccē ꝛ minori ſi q̄ſi
contumax ad iudiciū non venit aut
pa.non dolo. vt.ff.e.t.l.minor. ſe
cus ſi ex dolo.vt.ff.de mino.l. ſi ex
cauſa.§.nūc videndū. tunc eīn nō
reſtituet̄ eccā quia nec minor reſ=
tituit̄ in delictis atrocibꝫ. ñ q̄ten⁹
miſ̄a° ad minorē penā iudicē ꝑdux
ent vt.ff.e.t.l.auxiliū.q̄ꝺ ītelligo
cū tō eccā delinq̄t vt.C.de ſacroſac.
ec.l.iubem⁹.nullā naue.alꝭ delictū
perſone ꝛc̄.vt no.s̄. e.t.§.reſtitui
tur. Itē ſbueniꝰ ꝛ ſi noue defēſio=
nes appareāt eccē quibꝫ añ vſa ñ
fuit.vt.C.ſi ſepius in inteḡ.reſtit.
poſt.l.ij ꝗuis de iure commum ꝑ
textu nouorum inſtrumentorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lites ſopite n̄ debeāt iſtaurari vt ꝗ̄
de ſen· ⁊ re iudica· int̄ monaſteriū
et· C· e· t· l· ſub ſpecie· Itē ſi deferat
iuramentū vt· ff· de iure iur· l· nam
poſtea· §· ſi minor· ⁊ qualiter cūq̄ꝫ
in iudicijs minor vel eccā capiatur
ſiue agat vel cōueniat̄ · vt· ff· e· ti·
l· ait p̄tor· §· ſꝫ ⁊ i iudicijs· Sꝫ du
bitat̄ an eccā ꝟl minor poſſit petē̄ re
ſtitucōeꝫ a ſn̄ia· eo ꝙ eccā tuta eſt
cōi iure ⁊ ꝯi auxilio· p̄t em̄ appella
re ⁊ ideo ad ex̄ordinariū auxilium
recurrē̄ non debet· vt. ff· de mino· l·
in cauſe· ſed h̄ obiectio i ſn̄ia dn̄i
ip̄e locū non habet· qm̄ ſupior nō
inuenit̄ ad quē ꝑ appellacōneꝫ re
curſus haberi poſſit· vt ꝰ de elect·
licet in fi· ⁊ ix· q· iii· cūcta Sꝫ ſi in
ſtes ⁊ dicas· poterit ſupplicari er=
go reſtitu° ſupuacua eſt· vt ſupi⁹
dictū eſt· Rn̄o vtrūq̄ꝫ remedium
ſupplicacōis ⁊ reſtitucōis eſt extra
ordinariū auxiliū ⁊ eadem eq̄tate
inductū· vnde vnū reliquū non ex
cludit· vt dicat̄ aliter actio de dolo
non dat̄ ſi alia cōpetit· vt· ff· de do
lo· l· i· Sꝫ hoc verꝫ eſt niſi alia ꝯpe
tat eadē equitate inducta· vt actio
ꝙ metus cauſa que ⁊ ſi cōpetat da
tur tam̄ actio de dolo· naꝫ ſi eū qui
metū fecit ⁊ de dolo teneri certum
eſt· vt· ff· ꝙ metus cā· l· ſi cū excep
cione· §· eū qui· Sꝫ nūquid a ſen
tencijs aliorꝫ p̄t quis petere reſti=
tucōeꝫ· videt̄ ꝙ non· quia p̄t ap=
pellare· ⁊ ſic ad ex̄ordinariū auxili
um nō recurret ꝑ· l· in cauſe· ⁊ ſi tē

pus appellādi exceſſerit reſtituet̄
ad appellandū vt· C· ſi ſepius int̄·
reſti· poſtu· l· i· Rn̄o p̄t eccā reſtitui
a ſn̄ia· nec obſtant ſuperiora iura·
Nam lex illa in cauſe loquit̄ cum
minor eſt tut⁹ ipſo iure ⁊ ideo nō
debet recurrē̄ ad auxiliū reſtitucōis
Itē alia lex non obſtat· loquitur
cuꝫ minor pecijt reſtitucōneꝫ ⁊ fuit
ei denegata· iterū petere non p̄t n̄
noue defenſiones allegent̄· ſed po
terit appellare· vt ꝗ̄· e· t· c· vlt̄· ⁊· C·
ſi ſepius int̄· reſti· poſtulet̄· l· ij· ⁊
iij· Si tu queras an ſit aliud reſti
tui a ſn̄ia· ꝙ̄ reſtitui ad appellād̄
a ſn̄ia· Rn̄o ſic· cum em̄ r̄ſtitucō fit
a ſn̄ia ꝑinde eſt ac ſi ſn̄ia lata non
eſſet ar· ad hoc ꝗ̄· e· cum ex lr̄is vbi
dicit· non obſtāte ſn̄ia· ſed vbi fit
reſtitucō ad appellandū ſn̄ia ſalua
manet· ꝗ̄uis poſtea ſuſpendat̄ ꝑ
appellacōeꝫ· vt· C· de iuē iur· l· gene
raliter in p̄n· C· de app· l· p̄cipimus
§· h̄ ſi· ꝰ· de offi· dele· paſtoralis· §·
preterea ꝗ̄· de ſen· ⁊ re iudi· cū inter
vos· licet alibi dicat̄ extingui pro
nūciatuꝫ ꝑ ap· vt· ff· ad· ſe· cō· tur
pill· l· i· §· vlt̄· Sꝫ exponitur ibi ex
tinguitur· i· ſuſpenditur ¶ Fieri āt
debet reſtitucō iudice ſedente ꝑ tri
bunali p̄ſte aduerſario· vocari em̄
debet is contra quem petit̄ reſtitu
cio· alioquin ipſo iure nō tenet reſ
titucio· vt· ff· de mino· l· verꝫ· §· ſci=
endum· ⁊· l· in cauſe· §· cauſa· ⁊· l· ſi
ſpecies· §· vlt̄· Nam negociorum
merita partium aſſ̄cōne pādūtur

vt·C· ſi p̄ rē in vel alio me do·l·vlt·
quia ⁊ ſi minori vel eccē pro reſti=
tucōne non detur actio ſed iudicis
officium·vt·ff·de mino·l·q̄ ſi mi=
nor·§·vlt·et·l·illud·§·i·l·q̄ð ſi de
ſpāli·oportet tamen libellū porrigi
ſitis ꝯteſtacio fieri ⁊ omnia ſolēp
niter ⁊ rite procedere·vt ſ̄ de offi·
iudi·c·vlt·In caſu tamē ſi is ꝯtra
quem reſtitucō petitur·vocatus ꝑ
triēnium nō veniat reſtitucō idul
getur·vt in aut·vt ſpōſali largi·
§·ad hec·coll·ix·debet eciam eccā ſi=
ue minor ꝓbare leſionem ſiue de
cepcōnem·nō enim ex hoc ſolo q̄
minor eſt quis ſequit̄ q̄ ſit decep
tus·⁊ idem in eccleſia·vt·ff·de mi
no·l·nō ōnia de iure iur·l·ii poſtea
§·ſi minor·¶ Poſſunt reſtitue̅ iu
dices del·a ꝑpa vel a principe·Itē
ordinarij·Itē delegati ordinario
rum hn̄cium adminiſtracōez·ſiue
cauſe reſtitucōez fuerīt ſpecialiter
cōmiſſe hmōi delegatis·ſiue alijs
cauſis cōmiſſis coram eis reſtitucō
num incidenīt qōes·Item ordiarij
non habētes adminiſtracōnez ſed
delegati ab eis non pn̄t·ſi cauſe rē
ſtitucionū ꝯmittātur eiſdem·ſed ſi
alijs cauſ cōmiſſis queſtiones reſ
titucōnum incidant coram ipſis·⁊
cauſas audire poſſunt ⁊ reſtitucio
nes indulgere·⁊ idem dico in arbi
tris·nam ſuper reſtitucōnis queſ
tione cōpromitti non poteſt·ſed ſi
ſuper alio cōpromittatur ſup quo

cōpromitti poteſt·⁊ coraz arbitro
incidat queſtio reſtitucōnis·⁊ au
dire ⁊ reſtituere poteſt·vt ꝑ·e·t·c·
cauſa que ſumpta eſt ex lege vt·C·
vbi ⁊ apud quem·l·vlt·Sed cer
te ſi recte inſpiciatur lex illa colli=
gitur ex illa q̄ nec delegati ordina
riorum non habencium adminiſ=
tracionem·nec arbitri cognoſcere
poſſunt de hmōi queſtione eciam
incidenter ⁊ ſic legebant ⁊ intelli
gebant legem illam domini ma
azo ⁊ hug·Sed hec decre·contra
rium dicit ⁊ poteſt eſſe hmōi dec·
racio·quia in incidenti queſtione
eciam minus competens iudex iu
riſdictionem ſortitur·vt ſ̄ de offi·
deleg·prudenciam·§·vlt·C·de iud·
l·Quociens·⁊·C·de ordi·cogni·l·
adite·¶ Dubitatur autem qui ſunt
ordinarij adminiſtracionem non
habentes·ſed facultatem tantum=
modo iudicandi·et ſm̄ iura ciui=
lia dici poteſt q̄ ſunt illi qui ho=
norem ⁊ dignitatem habent·ſed
non adminiſtracionem·vnde ra=
cione honoris ⁊ dignitatis iudi=
care poſſunt·ſi qui in eos conſen
ſerint·et de hijs loquitur lex de
iudi·l·i·⁊·C·e·ti·rem non nouam·
Ryn̄o primo·Sed ſm̄ iura ca=
nonica poſſet poni exemplum in
epiſcopo qui renunciauit loco epiſ
copali non dignitati·qui hono=
rē retinet ſine adminiſtracōe vt ſ̄ de
ordi·ab epō qui reſig·epa·c·i·⁊ ſ̄

de renunc̄·niſi cū pride· ̄§· vlt· ꝛ·c·
Poſt trāſlacōez circa fi· Itez poni
p̄t exemplū i epiſcopo cui⁹ epat⁹·
oino deſtruct⁹ eſt ꝛ ꝑpl's effugat⁹
hic em̄ ep̄s eſt nulli⁹ tamē epat⁹
hic honorē habet ſine adminiſtracōe
Quidā tn̄ ponūt exēplū in officia
lib⁹ epiſcopoꝝ ꝛ male· qꝛ officiā=
les non ſunt ordinarij ſed delega
ti ad vniuſitates cauſaꝝ· vt no· ̄s·
de offi· vica· circa p̄n· A quib⁹ aūt
conferat̄ iuriſdictio ordinaria no·
s̄· de offi· ordi· §· ordinariā Et eſt
ſciendu3 ꝙ vbicūq3 eccā vel minoꝛ
reſtituit̄· reſtituend⁹ eſt ꝛ ei⁹ ad
uerſari⁹ eciā maioꝛ· ſ3 i cod· tm̄ ca
ſu· ſed non in alio· vt· ff· de mino·
l· qd̄ ſi minoꝛ· §· reſtitucō ꝛ· l· pꝛ· §·
ij· ꝛ· l· eciam §· i· C· de repu· l· vna· C·
de predijs mino· l· ſi prediū i ſi· xij·
q· ij· vulſane ̄s· de reb⁹ ecc· nō alie
Ad audiaz· non em̄ eccā ditari de
bet cū aliena iactura vt liiij· di· ge
neralis ̄s· de penis ſuā· ff· d̄ condic·
inde· l· nam h̄ natura Itē l3 minoꝛ
vel eccleſia ipetrauit reſtitucōez p̄t
renūciare ſi velit· vt· ff· de mino· l·
ſi iudex· ¶ Quādo autē eccā reſti=
tuatur dixi ̄s· e· t· §· ſit ꝯputacō qꝛ
ſemp ꝛ ſine temporis p̄ſcricōe· vt
̄s· c· i· ꝛ· c· cum ex lr̄is· niſi ꝯtra ea3
legittime preſcribatur· nam vt ex
lrā illi⁹ dec· cum ex lr̄is colligit̄ tē
pore eugenij ꝑpe· ꝛ in p̄mo menſe
ſui pontificat⁹ interuenit leſio· et
tp̄e celeſtini indulta eſt reſtitucio
qui cām ꝯmiſit ſn̄a eugenii non

obſtante· Quid̄ tn̄ dicūt qd̄ ibi i
terrupta fuit quadrienij p̄ſcripcio
p petacōem reſtitucōis· fuit em̄ pe=
tita reſtitucō tempore Eugenij et
tp̄ib⁹ alioꝝ ſūmoꝝ pontificum ci
ſuccedenciū eadē peticio innouata·
et ſic eccā petēs non fuit quadriē=
nio excluſa· Sꝫ errāt qui ſic dicūt
quia reſtitucōis qd̄ neq̄ peticone
ſed nec lit̄· ꝯt̄· ꝑpetuatur· vt· ff· de
mino· l· papinian⁹ §· vlt· ꝛ· C· tēpo
in inte· reſti· l· vlt· ſi quis tn̄ vellet
illoꝝ ſn̄a3 ſuſtinere poſſet dicere
ꝙ ibi p iudices ſtetit quo min⁹ in
qōne illa ꝓceſſum fuiſſet· ꝛ iō eccē
petenti nullū potuit preiudiciū ge=
nerari· vt in autn̄· vt ſpō· largi· §·
hoc q3 coll'· ix· ꝛ ij· q· vi· anterioꝛu3
§· ſed lis· ꝛ· l· hyduū ¶ Vnum non
omitto quia qd̄ dixi ̄s· §· pꝛ· dele=
gatos cauſas reſtitucōnis audire
poſſe· recipit dubitacōez· videt̄ em̄
ꝙ cauſe huiuſmodi delegare non
poſſunt· quia ex edicto reſtitutoꝛio
nulla propria proficiſcitur actio·
ſed cōdependet ex officō iudicis vt
ff· de mino· l· qd̄ ſi minoꝛ· §· vlt· ea
vero que iudicis officō expediūtur
non delegant̄· vt· ff de offi· procō·
l· nec quitꝙ· §· vbi· ff· de re· iur· l·
omnia· ff· ad municipa· l· ea que·
Ad qd̄ R̄n̄o ſpeciale eſt h̄ fauore
reſtitucōnis· qui ampliandus eſt
non reſtringēdus· vt· ff· de lib· et
poſtu· l· cum quidam· ſic ꝛ aliud
ſpeciale in hac reſtitucōne contigit
vt cu3 cauſa reſtitucōis ſit excellēs



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ita vt in ea requiratur ſpeciale mã
datum·vt·ff· de mino·l·illud· vt
in ea cõpromitti non poſſit nec de
legari ab ordinario iuriſdictionez
ſine adminiſtracõe habẽte· tamẽ
tam coram arbitro q̃ coram dele=
gato hui⁹ ordinarij tractari pote
rit in ãbẽter vt ꝗ·e·t·cauſa· ❡ Eſt
autem ĩinte·reſtitucõ· prioris ſta
tus vel iuris reintegracõ· per quã
ſubuenitur minoribꝫ·ſubuenitur
et eccl̃ijs iure minoris ſicut dictuz
eſt·ſubuenitur quãdoqꝫ et maio
ribus ex iuſta ꝛ legittima cauſa·
vt·ff·ex quibus cau·ma· per totũ
et ſic intelligo ꝗ·e· ex litteris ꝗ· de
ſen·ꝛ re·iud·cum bertoldus ꝗ· de
pigno·ſignificante·

## ❡ De alienacõe iudicij mu tandi cauſa facta·

In ſuperiori rubrica proſ
pectum eſt et prouiſũ per
ĩinte·reſti· eccl̃ijs· vt ſ̃·
ti·prox·c·i·ꝛ minoribus·vt ſ̃ i·c·
conſtitutus· maioribus· vt ſ̃ i·c·
ex litteris· ꝛ non minori equitate
proſpicitur hic omnibus in quo
rum dampnũ ꝛ preiudiciũ alique
res ꝛ poſſeſſiones de quibus agen
dũ eſſe credunt ꝛ timent in alios
transferunt cauſa mutandi iudicij
Surgunt autẽ ex hoc edicto duo
ſpecialia beneficia· Vnũ quia agi
tur contra alienantes actione i fac
tũ· ad id qd̃ intereſt agenciũ res
nõ fuiſſe tranſlatas· ſaluis nichil
ominus priſtinis actionibꝫ aduer
ſus nouos poſſeſſoꝛes q̃s pocius pat
vel parit nouos aduerſarios·vt·ff·
e·ti·l·i·ꝛ·C·e·ti·l·i· Et aliud qꝛ lr̃e
cõmiſſionũ ꝯtra veteres poſſeſſores
obtẽte extẽdũtur ad nouos· de q̃
bus nullã faciũt mencõez vt ꝗ·e·t·
c·i· Intitulat̃ hic igit̃ rubrica de
alienacõe iudicij mu·cã fac· ❡ Nũ
videndũ eſt qñ locũ habeat hoc edic
tũ·ꝛ cui· ꝛ contra quẽ· ꝛ in quãtũ
detur actio ex hoc edicto· ❡ Ha=
bet locũ hoc edictum cũ quis cre=
dens ſe cõueniendũ ſup re aliqua
actione reali vel pſonali in rem tñ
ſcripta vtpote aliquo interdicto·
Interdicta enĩ licet in rem videã
tur concepta vi tamen ipſa pſona
lia ſũt vt·ff·de interdic·l·i·§·inter
dcã· alienat rem dolo malo cauſa
mutandi iudicij a ſe·et ſuſcipiẽdi
ab illo in quem trãffert poſſeſſio=
nem nec refert an trãſferat domini
um vel nudã poſſeſſionem vt·ff·e·
ti·l·non ſolũ· ꝛ·l·ex hoc· §·alienare·
Dolo malo idẽ dixi qꝛ ſi alienat rẽ
redibendo venditori·nõ vt iudiciuz
euitet· ſed alias redibitur⁹· vel ſi ex
alia neccãria cauſa alienat· locum
non habet edictum·vt·ff·e·ti·l·ex
hoc·ꝛ·l· ſequentibus· ꝛ idem di=
co ſi idẽ alienat quia timet ſibi mo
ueri qõez ꝛ lites execratur vt·ff·e·
ti·l· Itẽ ſi res·§·vlt· Itẽ locum hꝫ
hoc edictũ cum alienacõ fit cauſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

futuri iudicij mutādi vt in·l·ex hō·
§·i·quia ſi iudiciū eſſet inchoatū
inter petitorem ⁊ poſſeſſorē cōuen
cione iudiciaria· aut p preces pri
cipi oblatas ⁊ iudici inſinuatas·
ac p iudicē adūſario cognitas·tūc
res eſſet litigioſa· ſi de dominio ip
ſius vel quaſi qd̄ erat· tūc cōmiſſo
vicō litigioſi· locū haberet edictū
de litigioſis·vt·C· de litigio·l· vlt·
in autē·de litig·i pri·coll·viij· qꝛ
prohibita eſt talis rei alienacō vt
ibi·⁊ xi·q·iij. quia res·ſed res ſup
qua futurū ſperat̄ iudiciū non ꝓ=
hibet̄ alienari ante motam cauſā·
et ideo iſtud edictū ⁊ edictū de liti
gioſis ꝯctibꝰ non cōcurrūt ſed diu
ſis reſpectibꝰ locum hn̄t· ¶ Datur
autē actio in factū ex hoc edicto ei i
cuius fraude ⁊ eluſionē facta ē ali
enacō· ⁊ ſuis heredibꝰ ⁊ ꝯtra here
des eiꝰ ad quē res trāſlata ē· ⁊ da
tur infra ānū·vt·ff·e·t·l·non ſolū·
§·vlt·⁊·l· ſequentibꝰ ¶ Datur eni
in qꝰ adūſus eū qui alienauit quē
ad int̄eſſe cōueniat corā ordinaio
et vt puto corā delegato p lr̄as cō
tra eū obtētas·vt dolus repn̄tet eū
poſſeſſorē·vt·ff·de rei ven·l·qui pe
titorio·C·ad exhi·l· ad exhibendū
in quo int̄eſſe ꝯſiderabit̄ quāti in
tereſt agentis rem non fuiſſe tranſ
latam in hoiem alteriꝰ dyoc̄ forte
vel prinicie ꝯtra quē illū agere op
tet ad poſſeſſionē aduocandā p pſ
tinam actionē· Itē quāti int̄eſt
ipſiꝰ non habere duriorē vel potē=
ciorē aduerſariū· ſi in potenciorem
trāſlata fuit· qꝛ potencioribꝰ pares
eſſe non poſſumꝰ·vt·ff·e·t·l·i· Itē
aget ꝯtra poſſeſſorē actione in rem
vel alia actione ſibi cōpetēte ad rē
aduocandā· ſiue corā ordiario poſ
ſeſſoris ſiue corā delegato·quē ob
tinuit ꝯtra alienātem·qd̄ ē hic ſpe
ciale· cū alias gn̄a[illegible]ter lr̄e cōmiſſi
onis ſint pſonales·nec ad alios ex
tendātur quoꝝ noīa in lr̄is nō ha
bent̄ vt ſ̄ de offi·dele· Cū olim ab
bas·⁊·c·ſup eo·de reſcriptis ſigſi
cauit· Sꝫ fallit illud gn̄ale hic· et
in alijs caſibꝰ quos no·ſ̄ de reſcp·
§·ſed p̄uilegiū·⁊ ſ̄ de offi·del·§·ca
ſualit·verūptn̄ ſi ab eo qui rē alie
nauerit ꝯſequat̄ actor rei eſtima=
cōez dolo pn̄tante ipſū poſſeſſorem
vt ſupiꝰ dictū eſt·non aduocabit
poſtea rē a poſſeſſore·nec eni habē
pt·⁊ rē ⁊ p̄ciū·ſed alteꝝ·vt·ff·de
peti·here·l·ſi ⁊ rem ⁊ p̄ciū· ſi rem a
poſſeſſore ⁊ int̄eſſe ab alienāte cō
ſequi pt vt ſupiꝰ dictū· Itē alie
nator poterit cōueniri p̄ſtina actio
ne·non tm̄ ad rei eſtimacōez rōne
doli· vt dictū eſt· ſed rōne p̄cij qd̄
ex rei vendicōe recepit· qꝛ preciū
loco rei ſuccedit vt·ff·de peti·l·ſed
ſi quis·⁊ in·l·predicta ſi ⁊ rē ⁊ p̄ci
um·ff· de le· ij·l· Impr·⁊·l·ſe q̄·de
vſu·cum tu·n̄ ſi·ff·de le·iij·l· fidei
commiſſa·§· ſi rem ⁊ q̄·vt lite pen·
eccleſia ſancte marie·ſed ⁊ ſi cleri
co cedatur actio contra laycū·vt
ſic clericus trahat laycum ad foꝝ

eccleſiaſticum· ⁊ ſi non fiat contra
verba edicti· fit tamen contra men
tem· vt ꝗ̄· e· ti· c· ij· Naȝ ille incidit
in verba huius edicti· qui credens
ſe conueniendum ſuper re aliqua·
transfert rem illam in alium cauſa
futuri iudicij mutandi a ſe ⁊ ſuſci
piendi ab illo in quem trãſfert rē
ſed in mentem hui⁹ edicti incidit
non in verba qui dū credit vel ſcit
ſibi aduerſus alium cōpetere acti
onem· illam priuilegiato vel potē=
ciori hoī cedit cauſa futuri iudicij
non mouendi a ſe· ſed ab illo in=
choandi ⁊ perficiendi cui cedit· et
in hoc caſu ceſſio eſt nulla ⁊ is qui
cedit amittat actionem· vt hic· c·
ij· ⁊ C· ne li· ce· po· l· nulla· Clericus
autem dicitur potencior layco ra=
cione officij· cuius contemplacio=
ne ſortitur priuilegium quo ad fo
rum Nam al's racione officij cen=
ſetur durior aduerſarius ⁊ poten
cior· vt C· q̄ metus cauſa· l· ſi per
impreſſionem· C· ſi quacumq̄ȝ pre
di· ptã· l· i· et C· ſi rector prouin· l·
vna· ſic ⁊ tutor racione officij cen
ſetur potencior pupillo· ⁊ ideo ceſ
ſio ei facta contra pupillum nō va
let· vt C· qui dare dari ve· tu· poſ·
in auc̄· minoris· Sed hoc quali=
ter eſſe poteſt vt actione ceſſa· cle
rico cōtra laycum· clericus trahat
laycum ad forum eccleſiaſticū· cū
actor forum rei ſequi debeat ſ̄m ca
nonicas ⁊ legittimas ſanctiones·
vt ꝗ̄· de foro compe· Si clericus et

c· Cum ſit generale· xi· q· i· relatum
et· c· experiencie· ⁊ C· de iuriſdic· om·
iud· l· iuris ordinem· Nō hoc locū
poſſet habere in locis illis in qui=
bus conſuetudo eſt q̄ clericus tra
hat laycum eciam reum ad foruȝ
eccleſiaſticum vt ꝗ̄· de foro compe·
ſi clericus vel aliter poſſȝ clericus
moleſtare laycū ſuper re illa quā
laycus poſſidet ſuper qua ceſſa eſt
clerico actio· laycus cogetur age=
re contra laycum· ſuper moleſtia
quam clericus ei infert· Et tūc cle
ricus cōuentus in foro eccleſiaſti
co intentabit actionem ſibi ceſſaȝ
per modum recōuencionis· Ceſſat
autem hec actio ex hoc edicto in q̄
buſdam caſibus· vt ff· e· ti· l· iij· §·
vlt· ⁊ l· ex hoc· §· ſi quis alienauit

## De arbitris·

EXpeditis preparatorijs
iudiciorū ad iudicia venia
mus· Sed quīa ad inſtar
iudiciorum arbitria ſunt redacta
vt· ff· e· ti· l· i· Nam arbit' partes
iudicis aſſumit· vt· ff· e· ti· l· ſi de
re eis al' pomp· §· recepiſſe ideo pri
us de arbitris eſt videndū· Vi
deamus igitur quid ſit arbitrium
Itē in quot debeat cōpromitti· q̄s
poſſit eſſe arbiter· de quibꝫ rebus
valeat compromitti· ⁊ quis ſit ef
fectus arbitrorū· In quibus dif
ferant iudicium ⁊ cōpromiſſum· et
qualiter finiatur compromiſſum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De arbitris

Arbitrium eſt trin⁹ actus per
ſonaꝝ ſup ciuili qōne in quaſi iu=
dicio ꝯtendēciū· Nam ⁊ iudex labo
rare dꝫ ad inueſtigandā veritatē·
vt xxx·q·v· Judicantē· actor ad i
tencōeꝫ ⁊ ad amplificandā cauſā·
Re⁹ ad extenuacōeꝫ ad cauſam di
minuendā · vt iiij·q·iiij·c·i·vel ſic
diffinit Arbitrū ſm Azo Arbi=
trū eſt cā in dicendo iure volūtarie
poſita cū certaꝝ perſonaꝝ interpo
ſicione·ſ·arbit actoris ⁊ rei· Ar
biter eſſe pt qui non ꝓhibet a iuē
vtputa liber homo·pfamil·ſed ⁊
filiuſfa·arbit eſſe pt·eciaꝫ iure pa
tris·vt·ff·e·t·l·ſed ⁊ fili⁹ ⁊·l· qm
eciam· Itē libertus ſed non ſeru⁹
vt ff·e·t·l·pedi⁹ in pri·⁊ § in huiū
Itē non refert an arbit ſit itegre
fame·vel īfamis vt iij·q·vij·§·tria
in vb·ꝯgnitores ⁊·ff·e·ti·l·periti·
Sed ſec⁹ in iudice vt·C·de dig·l·
neqꝫ famoſis·C·d infamib·l·vna
li·xi·⁊ ꝗ·de excuſ·pla·inter dilectos
Prohibet autē eſſe arbiter ſeru⁹·
vt dictū eſt· Item mulier· vt ꝗ· e·
ti·Dilecti·C·e·t·l·vlt· quia nec iu=
dicare pn̄t·vt·iij·q·vij·§·tria·ff·d
iudic·l· Cum pretor·§·i·⁊ xxxiij·
q·v·mulierē· Hoc tn̄ fallit in qui
buſdā excellentib feminis·que ra
cione ſue excellencie ⁊ ꝯſuetudis
iuriſdictione ordinaria ⁊ arbitra=
ria vtunt·vt in predicta dec ꝗ·e·
ti·dilecti·⁊ aliquociens delegata·
vt·xij·q·ij·Cū deuotiſſimā viij·q·
i·vereor· Item in laycū ꝯpromitti

non pt ſuper reb ſpūalib·vt ꝗ·e·
ti·ꝯtingit·quia nec de reb eccleſi
aſticis laycī iudicare valēt directe
vel eciam incidenter·vt ꝗ·ti·px·decīi
m⁹ ꝗ·qui ſi·ſūt leg lator· niſi auc
toritate ſupioris ſuſcipiant ꝯpro
miſſum·vt ꝗ·e·t·p tuas· ſeu iudi
ciū·vt xxxij·di·§·verū·vel niſi h hu
militas ſupioris inducat·vt·ij·q·
vij·nos ſi incōpetēter·vel niſi hoc
fiat ad tollendā omnē ſuſpicōnem
contra clericū exortā· vt ij·q·v·hꝫ
et·c·inenam Et notabis ꝙ i cauſā
mrīoniali·nec in laycū nec in cleri
cum ꝯpromitti pt·vt ſ de iudic·xi.
Cauſa· Et hoc verū eſt in cauſa mrī
monij carnalis·nā in cauſa mrīo=
nij ſpūalis ꝯpromitti pt i clericū·
vt ꝗ·e·t·Ex pte ſ d elec· Cū int di
lectos· Itē prohibet ꝯpromitti in
furioſū ſurdum aut mutū·ſeruum
Itē minor xxv· ānis maior autem
viginti·ſed minor xxv· ānis pt ſu
mi in arbitrū ·ſed reſtituitur ſi te
mere auditoriū recepit cum int ſit
eius litib non vexari· vt·ff·e·t·l·
ſed ſi in ſeruū·§·i·⁊·l· cum lege· ⁊
ff· de minorib·l· minoribus xxv·
annis ſubuenit Item prohibe
tur ꝯpromitti in iudicem ordina
rium·lege dn̄te ſi quis iudex ſit ar
bitrium recipere eiuſdeꝫ rei de qua
iudex eſt in ſe ve ꝯpromitti iubere
prohibetur·l· iul· ⁊ ſi ſentēciā dix
erit non ē dāda pene perſecucio vt
ff·e·ti·l·ſed ⁊ ſi in ſeruū·§·ij·⁊ iij·
q·viij·§·tria·v· ſi quis iudex Et ē

triplex racio quare in ordinarium
cōpromitti non poſſit. Prima qꝫ
ſi nollet ꝓnūciare non eſſet qui eū
cogeret. cum p ordinariū cogi de-
beat arbiter ad pronunciandū. vt
ff. e. ti. l. iij. Secūda quia ſi contin-
gerꝫ ſnīaz quā ipſe tulerit ipugna
ri timendū eſſet ne eam defenderet
aīoſe. vt. C. de aſſeſ. l. Nemo. Ter-
cia quia lex dicit arbitruꝫ ſimilem
eſſe iudici vt. ff. e. ti. l. i. ꝛ. C. de iud.
l. rem non nouam. ergo eſt alius a
iudice cum inter vtrūqꝫ ſimilitu-
do notetur. nichil enī eſt id cui eſt
ſimile. ꝛ ſm̄ hoc intelliges l. illam
ſi q̄s iudex. ſicut ſonat vt ſint duo
dicta. ſ. qd̄ iudex non poſſit cōpro-
miſſum recipere. nec in ſe ꝯpromit
ti iubere. cōtra hanc ſnīaz facit con
ſuetudo. frequenter enī in ordina-
rios cōpromittitꝰ ꝛ valet qd̄ ſit. fa
ciūt ꝛ multa iura ad hꝰ ſ̄ de electio.
cām ꝛ. e. cū inter dilectos ſi. can.
ſen ꝗ. e. ti. dilecti. ꝛ. c. cū tēp e. ꝛ. c.
ex parte. ſimiliter ꝛ in delegatos cō
promittitꝰ. vt ꝗ. de pben. miſi ꝗ. de
preſump. lrās ꝗ. de rer ꝑmu. Exhi
bita. Tu dicas ꝙ ꝓhibicō legalis
non habet locum ſm̄ iura canoni-
ca. vel ſi vetis ſuſtinere legē illam
ſi quis iudex. dicas vnū eſſe dictū
l. illiꝰ ꝛ ſit ſēſus iudex ꝓhibetꝰ reci
pere cōpromiſſum iubendo in ſe cō
promitti. vt illa verba in ſe ꝯ cō
promitti iubere. ſicut expoſicō ver
boꝝ priorū legis. quidam tamē di
cunt eciam ſm̄ leges poſſe in ordia

riū ꝯpromitti per auc. vt diffe. iu.
§. ſi vero contigerit. coll. ix. Sꝫ cte
autē illud inquitur in arbitratorē
hoc eſt in amicabili cōpoſitore. ꝑt
enī ordinariꝰ per amicabilem cō-
poſicōez diſſoluere que dubia ſunt
inter partes vt ibi dicit. ¶ Debet
autem ꝯpromitti in imparē nume
rum quia in numero deus impare
gaudet. ſcilicet in vnum aut tres.
vt ꝗ. e. ti. c. i. et hoc ideo ſtatutum
eſt propter hominem facilitatem
ad diſſenciendum. vt. ff. e. titu. l. ſi
vnus. §. principaliter. ꝛ ſi contin-
geret tres non concordare in ean-
dem ſentenciam obtineat ſenten
cia duorum. vt hic. c. i. quod intel
ligo tercio preſente ꝛ contradicen
te. ſecus ſi abſente tunc enim ſen
tencia duorum non teneret. vt. ff.
e. titu. l. ſi in tres ꝛ. l. ſicuti. quid ſi
duo pronuncient tercio preſente
et tacente. vt nec contradicat. nec
conſenciat perinde habendum eſt
ac ſi contradicat. Sed queritur
an valeat compromiſſum ſi com-
promittatur in duos. Et videtur
quod non. nam ſi diſſenciant res
ſine exitu futura eſt. Sed certe ſo
litum eſt compromitti in duos ꝛ
valet compromiſſum ꝛ ſi non con
ſenciunt. tunc ordinarius vel dele
gatus qui iuriſdictionem ſibi reti
nuit poteſt cogere duos certam eli
gere ꝛ terciam perſonam. vt i dic
ta. l. ſi vnus. §. principaliter. et. ſ̄.
de offi. dele. ſuſpicōis. Quis aliud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de arbitris

obſeruetur in duobus iudicibus
diſcordantibus ac diuerſas ſentē
cias ferentib9. quia illa ſnīa vale
bit que a ſupiore ꝯfirmabit̄ vt. ff.
de re iud. duo iudices ꝗ̄ de re iud. c
vlt. Sed ſi in duos ꝯpromittat̄
ſicvt ſi diſſenciāt t'ciū aſſumāt nec
exꝓmat̄ is qui eſt aſſumend9 non
valet ꝯpromiſſum. qꝛ pn̄t in aſſu
mēdo diſſentire vt ī ead. l. §. ſi ī du
os ꝗ̄. e. t. Innotuit. Sꝫ ꝯ̄ ꝗ̄. e. t. Cū
a nobis. Ad qd̓ rn̄deri potent ꝙ
ibi actū fuit de certis pſonis aſſu
mendis q̄uis nō fuiſſent expreſſe.
vel illud locū hꝫ in mediatoribus
ſeu ordiatoribꝫ aſſumendis. ſec9
ī arbitris. vel illud obtinuit ob re
uerenciā legati. ꝛ ſimile ꝗ̄ de accu
ꝛ inqui. ad peticōez. vel dic ꝙ illa
eſt racio legis q̄re nō valet ꝯpro-
miſſum factuꝫ in duos ita vt ſi diſ
cordes fuerīt terciū aſſumāt. qꝛ et
in aſſumēdo poterūt eſſe diſcordes
ꝛ ſic ſine exitu res futura eſſet. que
racō ceſſat cum in vnum compro-
mittatur et datur ei poteſtas ali-
um vel alios aſſumendi et ſic lo
quitur contraria decre. ¶ Poteſt
compromitti ſuper pecūiarijs
cauſis et temporalibus poteſt et
et ſuper ſpiritualibus vt ꝗ̄. e. t. nō
ſane. cum olim. et ex parte. non ta
mē in laycū vt ꝗ̄. e. ti. ꝯtigit. ſed in
mrīoniali. ſiūali. l' c'miali n̄ ꝯpro
mittit̄ vt ꝯ̄. de imte. r̄ſ. cā. §. i mrīo
niali ꝛ ē r̄o in cā mrīoniali excellē
cia ſacmēti. In ſpūali v̓o fauor lib

tatis q̄ maiores iudices req̄rīt. vt
ff. e. t. l. nō diſtiguem9. §. de ſpūali
C. d peda. iud. l. ij. C. vbi cauſa ſta.
l. iam dudum. C. ne ſta. defunc. l. ſi
pater. Arbiter autem non ē mag
nus iudex ſed paruus. vnde ipſius
ſentencia non eſt per omnia ſentē
cia. vt. ff. de hijs qui no. infa. l. q̄d
ergo. §. ex cōpromiſſo. nec ei paret̄
niſi metu pene. vt. C. de arbi. l. i. et
hec eadem racio locum habet. qua
re in criminali non compromittit̄
vt. ff. e. ti. l. non diſtinguemus. §.
iulianus. ꝛ in. l. preallegata quid
ergo. §. ex cōpromiſſo ꝛ ꝯ̄. de im t.
reſti. c. cauſa. Et eſt ſciēdum ꝙ po
teſt agi inter partes vt pronūciet̄
vno litigatorum preſente ꝛ alio
abſente. vt. ff. e. ti. l. diem. §. ſtaci.
Item vt vnus ex arbitris pronū
ciet abſentibus alijs. vt. ff. e. ti. l.
non diſtinguemus. §. cum in plu-
res. Item agi poteſt vt compro-
mittatur in tercium vel in ſeptum.
ſed is cogetur pronunciare in quē
litigatores conſenſerint. vt. ff. e.
ti. l. Item ſi vnus. §. Item pomp.
Item agi poteſt vt certo loco pro
nuncietur alioquin ibi pronuncia
bitur vbi compromiſſum eſt. vt
ff. e. ti. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter.
Item agi poteſt vt arbiter pronū
ciet qd̓ ſibi videtur. dūmodo ei vi
deatur ſ'm leges. vt in autn̄ de iud.
§. autem plc̄. Sed ſi actum eſt vt
certam ſentenciam dicat nullum
eſt arbitrium. vt. ff. e. l. qualem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item arbit̃ feriatis diebꝫ pronũ
ciare non pt̃ niſi in tribꝫ caſibus.
ſcꝫ pretore cogẽte. vt. ff. e. t. l. ſi fe
riatis. vel de cõſenſu partiũ. nã hoc
inuenio in iudice. vt. ff. de iud. l. ſi
feriatis. Itẽ ſi dies cõpromiſſi ſit
exitura. vt. ff. e. ti. l. ſi de meis al.
pomp. §. arbit. Item agi pt̃ vt ar
biter certo loco ꝓnũciet. alioquin
ſi certus locꝫ non eſt adiectꝫ in quo
pronũcietur. ibi ꝓnũciabit̃ vbi cõ
promiſſuꝫ eſt. vt. ff. e. t. l. ſi cũ dies
§. ſi arbit. ¶ Effectꝫ arbitriorum
eſt vt ſnĩe arbitri ſtet̃ ſiue equa ſit
ſiue iniqua vt. ff. e. t. l. diem. §. ſta
ri. dũmõ non ſit cõtra leges ⁊ ſacꝫ
conſtitucões ⁊ ſit ſolempnit̃ lata.
et dolo arbit̃ careat ⁊ ſic ñ obſtat
C. e. t. l. arbitrorum. ff. e. ti. l. ita demũ
ſtabit̃ incꝑ ſnĩe arbitri metu pene
ſi pena fuit cõpromiſſum vallatũ.
quia tũc non emologabit̃ arbitri
um. i. non ꝯfirmabit̃ ſnĩa p ſilẽciũ
x. dierum ſi ptes non cõtradicãt. nec
ſnĩa trãſit in rem iudicatam. ſed ſi
ſnĩe non ſtet̃ aget̃ ex ſtipulacõne
ad penã. vt. C. e. t. l. i. ext̃. e. t. p tuas.
Sꝫ ſi cõpromiſſum ñ ſit pena val
latũ. ſed iuramẽto. ſcḋm canones va
let. vt ext̃. e. t. cum tpe. ⁊ ꝯpellũtur p
tes ad obſeruanciã iuramẽti rõne.
vt ext̃. e. ti. non ſine. Sꝫ ſcḋm leges ñ
tenet. vt. C. e. ti. in auc. decernimꝫ.
ſi neutrum interuenerit ⁊ ĩfra x. dies
contradicat̃ ſnĩe agi pt̃ ad intereſſe
vt ext̃. e. ti. p tuas. ſi ſimplicit̃ ſit cõ
promiſſum ſnĩe ſtaĩ vt. ff. e. t. l. di
em. §. vlt. Sꝫ ſi nullo remedio cõ
promiſſum vallet̃. ⁊ ſnĩe infra x.
dies non fuerit ꝯtradictũ. emolo-
gatur arbitriũ. i. ꝯfirmat̃ ſilencio
x. dierum tacite vel expreſſe. ſi ꝯſenſe
rint manifeſte tũc trãſit in rem iu
dicatam agit̃ ⁊ excipitur ex ea et
mandat̃ execucõi. vt. C. e. t. cũ ãtea
ext̃. e. t. per tuas. Et qḋ dico compro
miſſum vallari pena. intelligo ſiue
pena nũmaria ſiue re alia vice pe-
ne fuerit ꝓmiſſa vt. ff. e. t. l. litiga
tores. §. qꝫ ait. Item hoc intelligo
ſiue ptes int̃ ſe penam adinuicẽ fu
erĩt ſtipulate ſiue arbitrio pena fu
erit ꝓmiſſa. nam tunc arbiter pe-
nam exactã preſtare vel actionem
cedere ꝯpellet̃ ei qui ſnĩe ſtabit cõ
tra eũ qui non ſtabit. quaſi iter p-
tes ⁊ arbitrum hoc tacite actũ videa
tur. ⁊ ideo ꝓ tãto debet haberi. vt
ff. de pſcrip. verb. l. ſi gratuitam. §.
i. ſed ſi vnꝰ litigatorum penã ꝓmiſe
rit alter non. cõpromiſſum nõ va-
let. vt. ff. e. t. l. ſi de meis. Sed qḋ
ſi inter litigioſos cõpromittatur
et cum pene interpoſicõne. ⁊ altera
pars non ſtet arbitrio. nũquid al
tera poteſt petere videtur qꝫ ſic. vt
ext̃. e. t. dilecti in fi. nam ⁊ alꝫ aucto
ritate iudicis pena petitur vt xij. q.
ij. epiſcopꝰ qui mancipium xxiii.
di. quod qꝫ xvi. q. i. ſtatuimus xij. q.
ij. cum deuotiſſimam. ⁊. c. in legibꝫ
xvij. q. iiij. ſi quis contumax. ⁊. c.
quiſquis ⁊. c. ſi quis domũ. ⁊. c. qui
ſubdyac̃. ſed ꝯ xij. q. ij. frat̃nitas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia religioſi nec̄ penam ſed ſor
tem ſeu capitale petere non debent
cum ſcādalo aliorum vt xi·q·i·c̄ aſ̄
ud·ō pe·di·i·aliud ꝗ̄·ō penis ſimī
Sed puto ꝙ religioſi penā pete=
re pñt·ſiue in pecunia pena ↄſiſtat
ſiue in alio·vt·i·q·vij· quociens·
ꝗ̄·de elec·cum dilect?·equū eñi eſt
vt quis penam ſue contumacie re
portet·vt·ff·de coll̄·bo·l·ij·§·ſi cum
duobꝰ·ff·de tabul̄·exhi·l· locum·
puto ꝙ a quocūqꝫ pena exigi pt̄ ſi
ue ſit cōdicionalis ſiue ſit a iure in
ducta·vel tunc tm̄ cōuencionalis
poteſt peti ſ̄m canones· cum petit̄
loco intereſſe·vt ꝗ̄·de fideiuſſo·per
uenit·⁊·c· conſtitutus·ff· de acc·
emp·⁊ ven·l·predia· ⁊ ſic non ob
ſtat decretum illud·fraternitas·ꝗ̄
illud loquitur in foro penitēciali·
pena vero adiecta in fraudem vſu
rarum ſ̄m vtrūqꝫ ius peti non po
teſt·vt·ff·de acc·emp·⁊ ven·l·iul?·
§·ibidem pomp̄·vbi autem due ec
cleſie incidunt in penam cōuencio
nalem neutra ab altera petere pōt·
ſed ſit cōpenſacio vt ꝗ̄·de pe·conſti
tutus·⁋ Compromiſſum autem
et iudicium hn̄t ſimilia ⁊ diſſimi
lia· Similia ſunt in hijs quia in
vtroqꝫ libellus porrigit̄·⁊ in vtro
qꝫ p libelli oblacōēꝫ fit preſcripcō
nis interrupcio vt·C·e·t·l·plt̄· Itēꝫ
quo ad iuramentum calumpnie·
vt·C de iura·calūp·l·i· Item quo
ad teſtes qui recepti in vno valēt
in alio vt·C·e·ti·l·plt̄· Item i vtro

qꝫ ferenda eſt ſentēcia in ſcriptis
vt·C de ſen·ex pici·reci·l·vna·C·e·
ti·l·plt̄· Itē in vtroqꝫ fit citacio p
nūcium vel epl̄am·vt·ff·e·ti·l·ſed
interpellat̄·§·arbit̄· Itē tā arbit̄ ꝙ
iudex pnūciat diebꝰ feriatis vt·ff·
t·l·ſi feriatis ⁊·ff·ō ferijs·l·ſi feia
tis· Itē ſi arbit̄ nō veniat ad locū
deſtinatum cognicōni ↄpromiſſi
cauſa·pars illa que non venit con
tumax non habetur·vt·ff·e·ti·l·
arbit̄· Item ſicut iudex ſic ⁊ arbit̄
litem ſuam facit ſi male pronūciat
vt·C de epiſ·⁊ cle l·ſi quis in con=
ſcribendo in ſi·⁋ Differunt autem
in hijs quia coram arbitro locum
non habet ſatiſdacio de lite proſe
quenda·ſeu de ſiſtendo in iudicio·
quia pro hijs ſufficit pene pro=
miſſio ar·ad hoc in autn̄ de litigio
ſis·§·ad excludendas in fine· que
coram iudice locum habent·vt iij·
q·iij·in autn̄ offeratur· ⁊ in autn̄·
ꝙ fieri ⁋ Item reconuencio coram
iudice locum habet· vt infra de
mu·peti·c·i·⁊ ij· Sed coram ar=
bitro non·vt ꝗ̄·e·ti·c·Cum dilect?
Item iudex poteſt punire contu=
macem· vt ꝗ̄· vt lite non conteſt·
quoniam frequenter ff·ſi quis ius
dicen·non obtemp·l·i· Sed arbi
ter non·quia hoc ſol̄ iudicibus per
miſſum eſt·vt·ff·de iuō·l ij·§·vlt·
Nec obſtat lex·ff·e·ti· non ex om
nibꝰ que dicit arbitꝝ poſſe punīe
cōtumaciā litigatoris·ibi enī loq̄
tur in ↄtumacia ↄmiſſa·nō in nō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veniendo vel nō rn̄dendo ſed in nō
ſoluendo que p arbitrū ſic puniet
quia deferetur alteri parti iuramē
tum in litē. ff de app. l. creditor. §.
iuſſus. vel loquit lex illa nō ex oī-
bus qn̄ hoc in cōpromiſſo cōuenit
de puniendo cōtumace ¶ Itē in ar
bitris mora n̄ purgatur vbi dies
prefigetur ab hoie vt. ff. e. t. l. cel-
ſus. ſecus in iudicib vt. ff. ſi quis
cauc. l. ⁊ ſi poſt tres ¶ Finit aūt
cōpromiſſ lapſo tpe i q̄ exſtitit cō
pmiſſuz. vt. ff. e. t. l. ſi cū dies. §. ſi
intra. ⁊. l. ſi q̄. §. arbit. Itē ſi vnus
ex litigatorib hominis ſuis cedat vt
ff. e. t. l. Itē ſi vn⁹. Itē ſoluit ꝯpro
miſſuz die morte acceptilacōe iudi
cio pctō. vt ff. e. t. l. n̄ diſtiguem⁹.
§. ſūma. ⁊. §. ſeqntib. ⁊ q̄ dixi de
morte intellige iudicis vt ff. e. t. l.
Itē ſi vn⁹ §. Itē ſi plures. ⁊. l. arbit
morte litigatoꝝ l' litigatoris n̄ i ꝯ
pmiſſo hedū l' hedis mencō hēat
vt. ff. e. t. l. ſꝫ it pellat ¶ Sꝫ q̄rit an
pen̄ ſoluta ab eo q̄ n̄ parꝫ peti poſſꝫ
et iudicatū. Rn̄o nō duab rōib.
pmo q̄ ſic agēt ſn̄ia poſtulaēt. pen̄
ei petit qꝛ n̄ paēt. iudicatū 2o qꝛ
ſine ſtat. ⁊ iō tāq̄ petēs ſn̄ia n̄ au
dit vt ī. de appl'. ſollicitudiēꝫ. C. de
furtis. l. i. ff. qn̄do app. ſit. l. ij. C. de
nu. pr̄imo. l. pfeſſio. 2o qꝛ ex ſn̄ia
arbitri cū pen̄ aſſumpti n̄ agit qꝛ
n̄ tn̄ſit i rē iudicatā vt ſupi⁹ dictū
ē ⁊ pbat. C. e. t. l. i.

¶ Finit liber pmus.

¶ Incipit liber ſecūdus.

¶ De iudicijs.

Explicitis quibuſdā
iudicoꝝ pparatorijs. ad
tractatū de iudicijs ac
cedam⁹. Loquit autē
hec rubrica de iudicijs in plurali ⁊
nō de iudicio in ſingulari quia plu
ra ſūt iudicia. Iudicoꝝ em aliud
criminale. Aliud ciuile. Aliud or-
dinariū. Aliud extraordinarium.
Aliud ſpūale. Aliud temporale.
¶ De criminali loquit ī. e. c. At
ſi clerici. ⁊. c. Cū non ab hoie. De
ciuili ī. e. Ceteꝝ. ⁊. c. qꝛ w. de ordi
nario ī. e. c. dilecti. ⁊. c. examinata
De extraordinario ī. e. nouit. De ſpū
ali ī. e. Exhibita. De tpali ī. e. ve-
nerabilis. Poteſt ⁊ ſeptima ſpēs
adici vt dicat. Aliud ſpūali ānex
um. vt ī. e. q̄āto. Sed certe non
puto neceſſariū hanc ſpēm addi.
Nam cauſa iur patronat⁹ que di-
citur ſpūali ānexa vere ſpūalis ē.
id ē de re ſpūali Vnde ius patrona
tus vendi non poteſt. vt ī. de iure
pa. quia clerici niſi cum vniuerſi-
tate tranſeat vt ī. de iure pa. Cum
ſm. Dicitur autem cauſa iur patro
natus ānexa ſpirituali propt qd
dam accidens iur patronatus. qꝛ
cadit in laycum. ⁊ poſſidetur ſeu q̄
ſi poſſidetur ab eo cum nullum ius
ſpirituale poſſideatur a layco pre-
ter iſtud. Et preter ius funerandi.

vt·ff·de mortuo infe·l·i·Et preter
ius eligendi ſi ex priuilegio compe
tat·vt infra de iure patrona·no-
bis·¶ Videamus igitur quid
ſit iudicium· Vnde dicatur· Que
ſint partes iudicij·que ſint neceſ-
ſaria ad conſtituendum iudicium
Qualiter et quando iudicium per
ducatur ad effectum· et qualiter
finiatur ¶ Judicium deſcribi-
tur·ſicut et ſupra deſcripſimus ar
bitrium in proxima rubrica eo ex
cepto ꝙ iudicium eſt de re ciuili et
de criminali Arbitrium autem de
ciuili· Item eo excepto ꝙ iudici-
um neceſſario· arbitrium volunta
rie ſubicitur·¶ Dicitur autem iu
dicium quaſi iuriſdictio prius ve
ro inquiſicio vocabatur· vt ꝭ·de vᵉ
bo·ſigni·forus·§·conſtat·¶ Que
autem ſint partes iudicij legitur
ꝭ·de probac· quoniam contra fal
ſam·¶ Ad conſtituendum iudici
um neceſſaria eſt libelli oblacio ⁊
litis conteſtacō de quibus dicem⁹
ꝭ·in ſpecialibus rubricis· Itē ad
conſtituēdum iudiciū conſiderāda
eſt perſona illius qui pro iudice re
ſidet· an ſit iudex·⁊ ſi ſit· an ius eū
iuriſdictionem exercere permittat·
Si enim non ſit iudex coram eo nō
ordinatur iudicium· Et ſi conſen-
ſus parcium intercedat· vt·C·de
iuriſdic·om·iud·l·priuatoꝝ·Naz
pactis priuatoꝝ iuri publico non
derogatur vt ꝭ·de foro compe·Si

diligenti·ff·de pactis·l· ius pub li
cū·⁊ idē dico ſi ſit iudex ꝫ ius iuriſ
dictionis ei⁹ exerciciū non admittat
Hoc dico ꝑpter excōicatū coram
quo iudiciū nullū et ſnīa nulla vel
ſaltē annullanda·vt ꝭ· de ſen·⁊ re-
iud·Ad probandū·Hoc dico ꝑp
ter iudices ſeculares qui clericos
eciā volentes ⁊ cōſencientes iudica
re non poſſunt·vt ꝭ·de foro cōpe·ſi
diligenti·⁊ ꝭ·e·c·qualiter xi·q·iij·
inolita·⁊·c·placuit·⁊ ideo iudiciū
nullū·vt ꝭ·e·t· At ſi clerici· Item
nec corā heretico iudiciū ꝯſtituit̄·
vt ꝭ·de hereticis excōicam⁹ in vᵉ·
qō ſi forte· Itē ſūt quidam alij q̄
iudices eſſe non pnt̄· ⁊ ideo coram
eis nō ordinatur iudiciū· legibus
enī prohibentur eſſe iudices infa-
mes ⁊ turpitudine notati vt·ff·e·
ti·l·cū pretor· §·non autem·ff·de
ſena·l·ij·C·ad·l·iul·repetun·l·vlt·
·C·de dig̃ta·l·i· ⁊ ij··C·de iſanni·l·i·
et ꝭ·de exceſ·prela·inter dilectos·
Natura impediūtur ſurd⁹ ⁊ mut⁹
et ꝑpetuo furioſus· moribus vt
femine ⁊ ſerui vt in·l·predicta·cū
pretor·ff·de re iuris·l·ij·ſupra de
arbi·dilecti·⁊ infra de pe·⁊ re·no
ua quedam·iij·q·vij·§·tria in p̄n·
xxxiij·q·vi·Mulierē·Itē corā epō
nā ꝯſtituit̄ iudiciū in dyoc̄ aliena
vt ix·q·ii·nō inuitati·⁊·c·i·⁊ ij·ff·
de iuriſdic·om·iud·l·extra territo
riū·Item non conſtituit̄ iudicium
maioꝛis corā iudice mīoꝛ vt xxi·di·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inferior. ff. de arbi. l. iij. in fi. ꝛ. l.
iiij. Immo nec par. in parem ha-
bet imperium vt. ff. ad trebell. l. Il
le a quo. §. tempeſtiuū. niſi maior
ſubiciat ſe iudicio minor. vt xi. q. i.
peruenit. ꝛ ij. q. v. mandaſtis ꝛ. c.
Audiſtis. Vel ſi maior delinquat
in territorio minoris. vt. C. vbi de
crimi. agi opor. in auc. qua in ꝓ-
uincia ¶ Item non conſtituitur iu
dicium cum quis in ſua cauſa iudi
cat vt. C. ne quis in cā ſua iudex ſit
vel ius ſibi dicat. l. vna. Nec cauſa
filij conſtituit̄ coram patre. vt. ff.
ḋ iuriſdic. om. iuḋ. l. qui iuriſdicti
oni. niſi caſualit̄ cū parciſſime ius
pro quibuſdā dicit̄. vt. ff. de offi.
preſi. l. ſenat⁹ cenſuit. Item coraʒ
eo qui preſidet auctoritate falſaruʒ
līaꝝ nō conſtituitur iudiciū. vt. ff.
de iuḋ. l. Si pretor ꝗ. ḋ crimine fal
ſup eo. Item non conſtituit̄ iudici
um corā vno ex duobꝫ iudicibꝫ de
legatis vel corā duobꝫ ex tribꝫ. vt
ṡ. de offi. dele. Cauſam. ꝛ. c. cū cau
ſa. ꝛ. c. prudenciā in pn̄ Item non
conſtituit̄ iudiciū corā eo qui preſi
det auctoritate falſaꝝ līaꝝ vt ꝗ. de
crimine fal. ſup eo. ff. de iuḋ. l. Si
pretor. vel veraꝝ. ſ. que iam p mor
tem delegātis re integra expirarūt
ſi de hoc fuerit exceptū. vt ṡ de offi.
dele. Relatū ¶ Itē coraʒ legato vel
delegatis ipſi⁹ poſt egreſſuʒ de ꝓ
uincia. vt ṡ de offi. lega. c. vlt. ꝛ a
lios caſus poterit ſtudioſus quili
bet cogitare vbi ex defectu preſidē
tis nō conſtituitur iudiciū. Item
ex defectu actoris vt ſi ſit excōicat⁹
vt ꝗ. de excep. Exceptionē ¶ Item ſi
ſit ſeu⁹ niſi in certis caſibꝫ vt. ff. ḋ
iuḋ. l. vix certis ex cauſis ¶ Iteʒ ſi
monachi ſine iuſſu ſuoꝝ abbatū
ſeu ꝑoꝝum. vt xvi. q. i. monachi. mor
tua eſt enī in talibus vox eoꝝ. vt
ij. q. vij. placuit. ꝛ. c. nullus ¶ Itē
ſi minor xxv. ānis ſine tutorū ſeu
curatoꝝ auctoritate. vt. C. q legit.
perſo. ha. in iudicio. l. i. ꝛ. C. de iuḋ.
l. ꝓperandū in fine Itē pater ꝛ fi
lius generalit̄ inter ſe agere non
pn̄t. vt. ff. e. t. l. lis nulla ¶ Iteʒ ꝛ
ex defectu rei non ꝯſtituit̄ iudiciū
vt ſi agatur ꝯtra pupillū indefen
ſum vt. ff. de re. iuḋ. l. contumacia.
In hijs igitur ꝛ ſimilibꝫ in quibꝫ
defect⁹ fuerit vel ex pte iudicis. vel
ex pte actoris vel rei. cum per iſtas
habeat iudiciū ordinari n̄ ꝯſtituit̄
iudiciū vt ſupius dictū eſt. Nam
in omni negocio hee perſone que-
runtur. Iudex actor ſeu accuſator
et reus ¶ Sunt eciam neceſſarij
teſtes. vt ꝗ. de verbo. ſigni. for⁹. §.
in omni. qḋ verum eſt in omni ne
gocio dubio ne ſit obiectio de no-
torio vbi teſtes non ſunt neceſſa-
rij. vt ṡ de filijs preſbi. quoniam.
nec accuſator vt ꝗ. de accuſa. Euidē
cia ¶ Item hoc intelligo in omni
negocio in figura iudicij tractādo.
ne ſit obiectio de iudicio in quiſicō
nis in quo fama habet̄ loco actoꝛ
vel denūciatoris. vt ꝗ. de accuſa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qualiter. Nomine autem teſtium
intelligo triplex genus probacio-
nis. teſtium. inſtrumentorum. et
argumentorum. vt in predicta de
ere. forus. §. cauſa. ¶ Iudicio igi
tur rite ordinato vt dictum eſt ſic
perducatur ad effectum. ſi contin-
gat actorem abeſſe Reum vero ab
eſſe citatur per nuncium vel epiſto-
lam. vt de hoc plenius nc. ſ. de
offi. dele. §. In ſum̄a citatur in q̄ʒ t
bus edictis hoc eſt tribus vicibus
ſeu tribus denūciaco̅nibus vel vna
pro omnibus peremptoria. ꝑut
iudex ordinem vel co̅pendium edic
torum duxerit moderandū. vt. ff.
e. ti. l. ad pe̅ptoriū ⁊ legibus ſeque̅
tib̄ xxiiij. q. iij. ꝺ illicita. C. quomō
et quando iudex. l. tres denūciacio
nes. quelibet autem denūciacio co̅
tinet xxx. dies. vt in autū de litig.
§. omnem coll. viij. C. q̄uo ⁊ qn̄do
iudex in auc̄. qui ſemel. Quidam
tamen dixerunt ꝙ cum autū illud
loquatur in actore. certe lex vet9.
C. e. ti. ꝓponebatur que dicit quā
libet citaco̅nem continere debere x.
dies non corrigitur in reo. ſtabit
ergo q̄ꝺ enim non mutatur quaē
ſtare prohibebitur vt. C. de teſta.
l. ſcim9. ſed putamus ⁊ in reo cor-
rectam vt q̄ꝺ dicit auc̄. in actore
locum habeat ⁊ in reo quia nō de
bet licere actori q̄ꝺ reo nō licet. vt
ff. de re. iur. l. non debet. poteſt tam̄
iudex neceſſitate ingruēte peremp
torium maturare. vt ꝗ. de app. c. i.

ſupra de officio dele. conſuluit et
in predicta. l. ad peremptoriuʒ cū
ſequentibuʒ legibus. ſi non vene
rit mittetur actor in poſſeſſionem
rei petite ſi realiter agebatur. vel
in poſſeſſionem rerum ipſius rei
iuxta menſuram debiti declarati ſa
cramento actoris vt in autū. de ex
hiben. §. ſi vero eciam quidam iu-
rent. colla. v. ⁊ hoc ſi perſonaliter
agatur vt diſtinguitur hec mate
ria ꝗ. vt lite non conteſ. quoniam
frequenter. ſed ſi locum non habe
at miſſio tunc in locum miſſionis
ſuccedit excō̅municacio ſic intelli-
go ꝗ. vt lite non conteſ. Tue. ſunt
autem quedam in quibus non ha
bet locum miſſio verbi gracia. Cū
agitur inter duos de prelatura li-
cet enim procedatur contra electū
contumacem. vt ꝗ. vt lit non ꝯt.
quoniam frequenter. non tamen
alter in poſſeſſionem mittatur ſi
duo de prelatura contendant ne ſi
ex ſc̄ꝺo decreto poſtmodum fieret
miſſio ageret vt prelatus. ⁊ ſi for
te ius in electione non habeat de-
ciperet forte animas ſubiectoruʒ
q̄ꝺ eſſet abſurdum. vt ſupra de
elec. dudum. et idem dico in cau-
ſa matrimoniali. nam in ea tunē
dum eſſet vt miſſus in poſſeſſio-
nem ex ſecundo decreto ageret
vt maritus. cum in veritate ma-
ritus non ſit. vbi tamen non de
prelatura eccleſie. ſed de eccle-
ſia agitur inter duos epiſcopos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel inter duo collegia tā̄q̄ de ꝓpͤta
te nō̄ de titulo ſicut dictū̄ eſt· ⁊ pro
batur xvi·q·iij· inter memoratos
locum habet miſſio·vt ĩ·de eo qui
mitti·i poſſ·c·i·g ij· Nam ⁊ de du
abus eccĩjs tāq̄ de ꝓprietate locū
habet permutacō·vt tamē tēporale
non detᵉ ꝓ ſpūali·vel econ°·vt ĩ·de
rerꝫ pmu· Ad qōnes· Sz ſi contu
max venerit ĩ·annū preſtita caucō
ne iudicō ſiſti· vt i decretᵉ· Quī fre
quenter·§·in alijs·⁊ ĩ·de eo q̄ mit.
in poſſ·Cum veniſſet ⁊·C·de bonis
auto·iu· poſ· i auc̄·⁊ qui iurat· ac
exhibita ſatiſfactione cōgrua expē
ſarꝫ·vt in p̄dicto·§·in alijs·⁊·C·de
iud̄·Pcām?·C quō ⁊ qn̄ iudex·in
auc̄·qui ſemel· recipiat poſſeſſionē
reſtitutis expenſis factis circa iter
circa ingreſſum litis ⁊ ſallaria ad
uocatorꝫ·vt·C·de accuſa·l· qui cri=
men ⁊ de iud̄·l·ſcim?· Inuenio eci
am contumacez teni·ad expenſas
faciendas vt ĩ·de in intᵉ·reſti· Au=
ditis·ſi non venerit infra annū fiet
miſſio ex 2° decreto· De natura p̄=
mi ⁊ ſcdi decreti dicam ĩ·de eo qui
mit·in poſſ·¶ Facta igitᵉ miſſione
ex 2° decreto reſtabit Reo qō de ꝓ
prietate vt in decre·Quī frequentᵉ
§·in alijs·C vbi in rem actio·l·ij·in
fine. Fiet enī de poſſeſſore petitor·
vt·C·quō ⁊ qn̄ in·l· conſentaneū ĩ·
de dolo·⁊ ↄtu·ꝑut in fi· Nā miſſo
non daretᵉ in rem actio cū poſſide
at·vt inſti·de acc̄·in p̄n ĩ·c·t·exa=
minata·Vnde ꝙ dicit illa dec̄·qn̄

frequenter aduͤſe parti defenſione
legittima reſeruata·exponitᵉ defen
ſione·i· impugnacione ⁊ ſimilᵉ ex
pō·viij·di· Quo iure defendas·i·
vendicas villas ecc̄e· Vn̄ ꝙ ibi d̄t
de defenſione alibi dicit allegacōe
in eadē dec̄·§·ꝙ ſi f r̄ in fine·Et hec
oia locū habent in reali·¶ Sz q̇d
in pſonali videtur idem·Nam il=
la dec̄·Quī·dicit in fine ꝙ reuᵉ paſ
ſus miſſionem veniens ĩ·annū vel
poſt annū audietᵉ iuxta diſtinctio
nem in alio caſu ſupius ānotataꝫ
Sed certe nō videtᵉ ꝙ ſupior diſ
tinctio locum poſſit habere in pſo
nali ante ānū vel poſt ānū·ante an
nū nō·qꝛ in reali miſſus ex pmo d̄
creto incipit poſſidere ⁊ preſcribē
poſſe habet enī iuſtum titulū·Nā
iuſte poſſidꝫ qui auctoritate p̄tons
poſſidet·vt·ff·de acqui·poſſ·l·iuj
te poſſidet·habet eciā ⁊ bonā fidem
credit enī rem petitam ſuā eſſe ⁊ iō
preſcripcō locum habet·vt ĩ de p̄
ſcrip·Si diligenti· qꝛ i hoc preto
rio pignore aſſignato ꝓ mō debiti
non ↄtingit·vt·ff·qui ſatiſda·co·
l·ſcienđ·§·creditor·ff·de vſuca·l·
nō ſolum Itē poſt ānū nō habet h̄
ſimilia nam i reali poſt annū miſ=
ſus in poſſeſſionez poſſidet incōmu
tabiliter ⁊ irreuocabiliter· niſi de
proprietate ab aduͤſa parte ↄuin
catur·ſed in perſonali non eſt racō
quare reus veniens poſt annū non
recipet poſſeſſionē preſtita caucōe
et reſtitutis expenſis· Et eſt racio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De iud. ...

iſtarum diuerſitatum ante annū
et poſt annum. quia in reali dico
me ius habere in re. vnde non eſt
mirum ſi incipio poſſidere ac pre=
ſcribere. et poſt annum efficiar ve
rus poſſeſſor. Sed in pſonali nec
peto rem illam in cuius poſſeſſio=
nem mittor. nec dico me habere
ius in illa. Reſpondeo ſimilitudo
notari poteſt inter realem et perſo
nalem ante annum et poſt annum
ſic quia ſicut in reali reus veniens
infra annum recuperat poſſeſſio=
nem preſtita cautione ac reſtitu=
tis expenſis. ſic et in perſonali quo=
uis inter hec duo quo ad preſcrip
cionem differencia inueniatur.
Jam et poſt annum poteſt ſimi=
litudo notari. vt ſicut in reali miſ
ſus poſſidet donec aduerſarius pro
bet de proprietate. ſic et in perſona
li miſſus in poſſeſſionem poſſidet
pignus pretorium donec de debi
to liqueat. miſſo probante debi=
tum. et in hoc differt a reali. vel
ſecundum alios paſſo miſſionem non
probante indebitum vel ſolutum
eo enim ipſo quod reus non probat
indebitum vel ſolutum conſtat de
debito et hoc propter auctoritatem
ſecundi decreti. Quod tamen pri=
us dictum eſt magis placet. Si
ergo de debito conſtat tenebitur
pignus pretorium donec ſatiſfiat.
et res commodata tenebitur loco
pignoris iuris auctoritate propter
expenſas. vt. ff. de furtis. l. credi=
toris. §. ſi eum. ff. commodati. l. in
rebus. §. vlti. et accedunt ad ho.
ff. de le. i. l. filiuſfami. §. diui. ff. ſi ſ
uitus vendi. l. is cuius. ff. de le. ij. l.
filiuſfami. §. diui. ff. de no. operis
nunc. l. ſi priuſquam. Sed ſi actor nō
veniat reo veniente. licet ſecundum cur
ſum cauſarum reus abſoluatur ſta
tim ab obſeruacione iudicij tamē
ſecundum iura actor citandus eſt tribus
edictis vel vno pro omnibus edic
tis continentibus ſpacium trium mē
ſium vel forte citacio facienda eſt
reo poſtulante id eſt ſi poſtulauit
et tunc ſi nō venerit abſoluetur re
us ab obſeruacōe iudicij cum nō
ſit de cauſa liquidum. vt. C. de iud.
l. properandum. §. i. Et dabitur ac=
tori ānus infra quem ſi cauſam pro
ſequi detractat iudex auditis alle
gacōnibus partis preſētis pronū
ciabit diffinitiue ſi de cauſa lique
at. Si vero infra ānum veniēs ite
rum cauſam deſerat ab omni ca=
dit actiōe ipſo iure vt. C. quō et quā
do in auc. qui ſemel. Nec mireris
ſi durius agitur in hoc cum actore
vt procedatur contra eum ad dif
finitiuam lite nō conteſtata et vt cadat
ab actione ipſo iure. quam cum reo in
quo talia non contingunt. Nam
quicquid fauoris indulgetur ac=
tori et reo videtur conceſſum.
per regulam illam. ff. de regulis.
iuris. l. non debet. Sed hoc non
conuertitur. vt. ff. de ferijs. l. vlti.
et. C. de tempo. reſtitu. l. vltima.

Et hec locum habent cum lis non
eſt ɔt̄ vel quaſi ɔt̄. ¶ Nam ſi ſit q̄
ſi conteſtata vt cum agitur cõtra
inq̄linū vel colonū qui nomine poſ
ſidet alieno. qui debet ſtatim dn̄m
in iudicio nominare Dato certo t̄
mino infra quem veniat vel mit-
tat. q̇d ſi non fecerit ſed in ſua cõ
tumacia pduraueſit lis intelliga
tur quaſi conteſtata. quãtum ad
interrūpendam longi temporis p̄
ſcripcõnem. a die in quo inq̄linus
cõuentus extitit vel colonus. Q̇d
contingit ꝓpter duo. Et quia colo
nꝰ fuit cõuentus a dn̄o certum tē
pus aſſignatum. vt veniret vel ſuf
ficientem mitteret rn̄ſalem. q̊ neu
trum facere ꝑcurante iudex eum le
gittimis edictis euocabit. qui ſi i
contumacia ſua pmanſerit nego-
cium ſūmatum examinans forte re
cepto vno de teſtibus quos actor
producere intẽdit. vel viſo inſtrõ
per q̇d probare intendit. vel ecia3
delato iuramento actori. q̄ nõ ca-
lumpnioſe moueat q̄õnem. ar. ff.
ad exhiben. l. theſaurus. C. de fide i
ſtru. l. vlt. ē. de elec. Cum dilectus
ꝯ. de excep. paſtoralis ꝯ. de teſti.
ſpo. lr̄as in autn̄. de teſtibus. §. q2
vero coll. vij ꝯ. de teſtib9. in cauſis
et c. ſignificauerūt mittet actore3
in poſſeſſionem rei petite reſerua-
ta queſtione ꝓpetatis abſenti. vt i
dec. qm̄ frequenter. §. q̄ ſi ſuper re
bus. et C. vbi in rem ac. l. ij. Ꝑ3 ob
ſtat dec. ꝯ. de dolo. et contu. prout.

Nam ibi dicit q̄ ſi reus venire cõ-
tempſerit cãm vt poteſt lite que ige
ritur conteſtata diffinitiua ſenten
cia terminetis. Ad q̇d rn̄deri pote
rit vt dicatur q̄ illud vt poteſt e ve
ritatis expſſiuū et ſimile quaſi mõ
geniti. et alibi vidimus gloriã eiꝰ
gloriam quaſi vnigeniti a patre.
Vel eſt ibi ſpeciale in odium ipſiꝰ
calumpnioſi qui tociens litem de
luſit. ſicut et ſpeciale hic diximus
in illo qui interrupto ãno litem de
ſerit. vt. C. quõ et qn̄ iu. auc. qui ſe
mel. et diximꝰ ē hoc i eodem. §. Si
vero lis ſit vere conteſtata q̇d qua
liter fieri habet dicam ꝯ. de lit. ɔt
tunc ſi reus contumax fuerit et li
quet de cauſa vel liquere poſſit ꝓ-
cedetur ad diffinitiuam. vt iij. q.
ix. decernimꝰ. C. de iud. l. ꝓperand.
§. fin autem ex geſtis. ſed ſi liq̄re
nõ poſſet. fiet miſſio in poſſeſſiõe3
que nõ recupatur per caucõe3 vt. C.
quõ et qn̄ iu. l. cõſentaneum. et ide3
fiet actore per contumaciam abſẽ
te. Nam autn̄ illud qui ſemel q̇d
in actore loquitur locum habet li
te ɔt. et eciã ſi lis cepta n̄ ſit. Hec
omnia locum habent cum alter li
tigancium cõtumax eſt in cauſa ci
uili ¶ Ceterum ſi in criminali reꝰ
cõtumax fuerit excõicat̄ qui ſi ifra
annū ab excõicacõe non venerit in
principali negocio nõ audit̄. ſed
interpretacõe iur pro ɔuicto habe
tur. vt xi. q. iij. rurſus. Et ide dico
in cauſa ciuili in qua miſſio locum

non habet·vt e·c·ꝛ·q·quicūq₃·ſi
actor non venerit excat̃ vt v·q·i q̃
bam·Pꝫ ſi poſtmodū veniat ꝛ ſe
penitere ꝯponat audietur vt ĩ·de
accuſa·licet ꝛ ij·q·iij·ſi quē penitui
erit ꝛ·c·ſi quis irat⁹·Nā poſt libel
li oblacōēz licet deſiſtere ſine pena
vt·ff·ad turpil·l·queſitū·ff·de in
ius vo·l·libt⁹·tenebit̃ tñ iniuriarū
pro eo ꝙ infamauit vt·ff·de iniur̃
l·Item apud labionē·§·ſi quis li
bellus·Pꝫ ſi poſt litem ꝯt·contu
max fuerit accuſator vel non ꝓba
uerit de calūpnia tenetur·vt ij·q·
iij ꝑ totum·niſi iudex inueniat eū
promiſſione teſtiū deceptū vt ij·q
iij·paulū·vel ex temeritate ſeu calo
re iracūdie accuſaſſe·Temeritas ei
facilitatē venie cōtinet ꝛ in ꝯſult⁹
calor calūpnie vicō caret·ꝛ ob hoc
nullā huic penam irrogari oportet
vt ij·q·iij·§·notanð in fi·Partib⁹
aūt ſic in iudicīo ꝯſtitutis ꝛ ſic or=
dinato iudicō de ꝑſonis·Ab acto
re reo libellus eſt porrigendus ni
ſi talis ſit cā in qua ſine ſcriptis a
gatur de quo notab⁹ ĩ·de libell̃ ob
la·ſiet etiā conteſtacō lit̃ ſi eſt tal̃
nature cā vt in ea locū habeat cō=
teſta° lit̃ vt de hoc plen⁹ dicā ĩ·
de lit̃·ꝯt·Itē pſtabit̃ iuramītū de
calūpnia ſi ñ ſit cā ſi ſpūal̃ l̃ ſi ſit
ſpūal̃ tūc preſtabitur iuramentū
de veritate dñda·vt dicā ĩ·de iura·
ca·fient pōnes vt ĩ de elec·Dudū
ĩ·de lit̃·ꝯt·c·vno·que fieri debēt
poſt iuramentū·eo ꝙ fieri hñt per

iuramentū·Vñ ꝛ poſicō actoris ſit
per ſacramentū ꝛ rñſio rei ꝑ ſacra
mentū·ꝛ ex poſicōe actoris ſi cōtra
ſe ponat actor excludit̃ ꝛ ex rñſiōe
rei reus cōuincit̃ ꝛ pro cōfeſſo ha
betur·Propterea autē fieri habēt
pōnes poſt litē ꝯt·ꝛ poſt iuramen
tum de calūpnia vel de veritate di=
cenda q₂ loco ꝓbacōnū ſuccedūt
ꝓbōnes autē in pncipali locū nō
hñt niſi lite ꝯt·vnde cū in locū ꝓ=
bacionū ſuccedūt ꝛ inuētē ſint ad
releuacōēz oneris ꝓbacionū Dicē
dū eſt ꝙ id ſolum venit in pōnem
ꝙ venit in ꝓbacōēz ꝛ ideo non venit
negatiua que nō pt ꝓbari vt vi·
q·v·Actor ĩ·de cā poſſ·Cum ecīa
ꝙ verꝫ ē directe vt ĩ·de ꝓba·Quī
in pri·Et ſic non obſtat ĩ·e·t·ð ꝓ
bac·ex lrīs ꝛ·c·tercō ꝛ ĩ de renūc·
ſup hoc·nec pt poni Itē ſicut id ꝙ
probatū non releuat ꝓbantē pro
bari non pt vt·Cð proba·l·ad ꝓ
bac·ſic ꝛ id qð poſitū non releuat
ponentē poni nō pt·Itē ſimilia·ꝯ
ria·ꝛ impṫinentia poni nō pñt q₂
nec ꝓbari·Verūptñ caut⁹ ꝛ ſubti
lis·Aduocat⁹ ꝯria ad diuerſa ſi=
milia ad diſſimilia·ptinēcia ad i
pertinēcia reducāt mutatis verb̃ ſꝫ
ſēña retenta·ñ prudēcia iudicis pru
dēciā aduocati pcellat·Pꝫ quid
ſi ps aliqua offerat ſe ꝓbaturā ꝑ
teſtes vel inſtrā·nūquid ad pōnes
redire pt·Rñō non puto eni cum
potuerit releuari ꝛ grauari elege=
rit modꝰ ei gerēdus ē vt·ff·ð ꝓba·

l· certa· Et ſibi imputet qui pro no
uo beneficio vetus grauamē elegit
vt· C· de iure deli· l· vlt· §· ſi autem
Item fient interrogacões iudici
ales que locum habēt vſqꝫ ad ſē
tenciam· vt· ff· de interrogat· acc·
l· vbicūqꝫ· ⁊ ſic· iudex per poſicões
parcium ⁊ per interrogaciones iu
diciales· per probacões· preſūp
ciones· iudicia· ⁊ argumenta veri
tatem inueſtigabit· vt xxx· q· vlt·
Iudicantem vt tamen iudex non
ſuggerere ſed requirere videatur·
vt· ff· de queſtionibꝫ· l· i· §· qui queſ
tioni· Item paciencter audiat ad
uocatos diſſerentes hinc inde· vt
ff· de offi· proconſul· l· nec quicqꝫ·
§· circa· ſic tamen vt non naſcatur
contempcio dignitatis· vt· ff· de
offi· preſid· l· obſeruandum· Fac
ta igitur diſputacione a partibus
et concluſione ſecuta iudex commu
nicato conſilio peritorum ſentenciā
dictabit· ponderabit ⁊ emendabit
⁊ ſic in ſcriptis rediget vt· C· de ſē·
expe· reci· l· ij· in fine· niſi ſit cauſa
in qua pronūciandum ſit ſine ſcrip
tis quod in quibus caſibus contin-
gat notatur ſ· de libel· ob· Et tandē
pñtibꝫ partibꝫ vel altera per cōtu
maciam abſente ſentenciā recita-
bit· post recitacōez nō licebit aliqd de
trahē· ſed nec addē nī de fructibus
ſūptibꝫ ⁊ ſimilibꝫ q ptinēt ad cōſe
quenciā poꝝ ſtatutoꝝ ⁊ hꝫ eod dievt
ff· de re iudi· l· paulus· Sꝫ ſi pars illa
que non interfuit recitacioni ſnīe

venerit iudice adhuc pro tribunali
ſedēte audietur· vt· ff· de inte· reſti·
l· diuus· ſnīaꝫ vero latā nō mādabit
execucioni vſqꝫ ad x· dies eo quod infra
illos poterit appellari vt· ff· de ver
bo· ſigni· l· ſi qua pena· Infra hos
autem dies cōnumerabitur dies il
le in quo ſentēcia recitata eſt· Nā
ſm antiqua iura ille dies cōputabi
tur in biduo vel triduo· in cuius locū
ſuccedit decendiū· vt ij· q· vi· bi-
duū· Itē cōputabitur in numero
x· dierū ſm legē theodoſianā· vt ij·
q· vi· propter ſuperfluā· Lapſis igi
tur x· diebus non interpoſita ap-
pellacione iudex exequi debet ſnīaꝫ
in criminali cauſa ſtatim vt ij· q· i· ſi
cut ⁊· C· de penis· l· cū reis· niſi in q
tuor caſibus· Primus eſt cū prin
ceps iracūdia motus ſeuerius iu-
dicauit· vt· C· de penis· l· ſi iudican
ti· q· iij· cū apud· Secūdus eſt cū
ſnīa capitalis fertur in mulierē pgnā
tē differtur execucō vſqꝫ ad tps partus
vt· ff· de penis· l· pgnātis· Tercius cū
ſnīa fertur in ſeruū ro annis obligatū
differtur ei ſnīa donec dño rōcinia red
dat vt· C· de bo· pſcp· l· i· Quartus
cū inſula ē a pncipe aſſignāda· vt ij·
q· vi· biduū· In hijs ergo caſibꝫ iu-
dicibꝫ in modice ſeuiētibꝫ freni tēpe
ries adhibetur vt· C· de cuſto· reo· l· ij·
Si autem fuerit cā ciuilis ⁊ actio pſonalis dif
fertur execucō vſqꝫ ad quatuor mēſes
vt ſ· de offi· del· quarto· ſi actio ē realis
tunc ſtatim ſētēcia execucōni man
datur· vt inſti· de officio iudi· §· i·

Vel ſi a diffinitiua fuerit appella
tũ iudex pacient admittat nec pu
tet ſibi iniuriã fieri. vt. C. de app. l.
et in maioribꝰ. nec debet appellãti
cõuiciari. vt. ff. de app. l. Illud ſciẽ
dum. ſed nec iudicia appellato. vt
ff. de iniurijs. l. iudicia. licet talis in
iuria p appellacõez fieri videat̃ iu=
dici a quo fuerit appellatũ vt. C. ð
epiſ. aud. l. iij. ꝓpter quã iudices
ꝓuocari ſolent ⁊ velle vlciſci ſicut
et cũ recuſant̃. vt ſ. de officõ dele.
ſuſpicõis. ⁊ ꝓpterea pendẽte appel
lacõne põt recuſari in alijs cauſis
ab hijs q̃ eos talit̃ ꝓuocarũt vt ĩ.
de app. Ad hec. ⁊. c. ꝓpoſuit. ⁊ ſic
iudiciũ ꝑducat̃ ad effectũ. ¶ Nũc
aũt reſtat videre qualiter iudiciũ
finiat̃. Finitur autẽ iudiciũ pluri
bus modis. Tempe. Sñia. Pro
hibicõne. Statꝰ mutacõne. Tpe
vt criminales cauſe bẏẽnio. vt. C.
vt int̃ cer. tem. crimi. cau. terminen
tur p totũ. cetere triẽnio vt. C. e. ti.
l. ꝓperand. Sñia. qꝛ iudiciũ finez
accipit ex re iudicata. vt ĩ. de ſen.
et re iudi. iurgãciũ. Prohibicõne
ac ſtatus mutacõe. qꝛ iudiciũ ſol=
uitur vetãte eo qui iudicare iuſſit.
vel eo qui maiꝰ impiũ in eadẽ iuriſ
dictione habet. vel ſi ipſe iudex eiꝰ
dem impij eſſe cepit cuius ẽ qui iu
dicare iuſſit. vt. ff. e. t. l. iudicium.
Saluis hijs que notauimus alſs
quibꝰ modis iuriſdictio finiat̃. vt
ſ. de offi. ord. §. finit̃. Et qð dixi c̃
minales cauſas bẏennio t̃minari

vero eſt. ſed aliqñ cicior tpe reſtrĩ
gũtur. vt. C. vt oĩs tam ciui ꝙ mi
lita. l. i. in fi. in autñ vt clerici apð
ꝓpos epõs. §. ſi tñ coll. vi. C. ð nau
fra. l. de ſubmerſis li. xi. C. de dolo.
l. vlt̃. ¶ Sunt eciã quedã ciuiles q̃
vſqꝫ ad triẽniũ non ꝑducitur. vt
C. de deci. l. gñali li. x. C. de edifi. pri
ua. l. vlt̃. in quibuſdã eñi mora pe
riculoſa ẽ. vt ſ. de elec. cũ int̃ ĩ. vt
lite non ↄt. Quñ frequenter. c. di.
qñ ſ. de traſla. pla. Int̃ corpalia
ff. de dãpno. infec. l. i. Sꝫ videtur
ꝙ lex illa que loquit̃ de triẽnio cor
rigatur per dec̃. ĩ. e. t. venerabilis q̃
dicit non obſtare excepcõez de triẽ
nio Ad qð Rño lex illa nõ eſt cor
recta qꝛ illa excipit cãs ſpectãtes
ad publicã functionẽ ⁊ cauſa eccẽ
de qua loquit̃ dec̃. ad publicã fũc
tionẽ ſpectat. eo ꝙ ius publicũ in
ſacris ⁊ ſacerdotibꝰ conſiſtit vt. i.
di. Ius publicũ. vel ſicut lex exci=
pit cauſã fiſci vt in ea locũ non ha
beat lapſus triennij. ſic dec̃. excipit
cauſã xp̃i. i. eccẽ. vel dec̃. illa loquit̃
cum cã protrahitur vltra triẽnium
per cauillacões ⁊ ſubterfugia rei
vt in ipſa lrã continetur. Si ergo
triẽnium tranſeat perit inſtancia
iudicij perit proceſſus. ſed non pe=
reunt geſta redacta in ſcriptis p
manum publicam auctoritate iu=
dicis vt. C. ð re iud. l. geſta. i autñ
vt fratrum ſi. §. illud quoqꝫ coll.
ix. ¶ In ſumma notandum eſt ꝙ
ꝙuis ðficiẽte iudice ſcłci ſuccedat

eccleſiaſticus· vt ꝯ· ti· prox· Cū ſit
generale· q· c· licet in ſi· non tamen
hoc cōuertitur· vt ꝯ· e· t· qualiter·
Nec obſtat autē· vt clerici apud
ꝓprios epōs in pri· coll· vi· q xi· q·
i· Si quis cum clerico· Nam pu-
to illis iuribꝰ derogatum nec de di-
uerſitate ſupioris mireris· Nam
olim oīs cauſe clericoꝝ q laycoꝝ-
rum deferebantur ad ſacerdotes·
vt ꝯ· qui filij ſunt legi· per venera-
bilem xi· q· i· ſacerdotibus q· c· rela
tum ij· q· v· Si quis preſbiter Et
ideo ſi laycus redeat ad ſuū prima
rium foꝝ non videtur eius condi
cio deterior fieri· ſicut nec dotis con
dicio fit ſi ad ſuā naturam redeat·
vt· ff· de pactis· l· ſi vnus· §· idem
dicemus· ſed clericus priuilegiatꝰ
eſt circa forum q tali priuilegio cui
renunciare non poteſt· vt ꝯ· ti· ꝓx·
ſi diligenti·

De foro cōpetenti·

Quia rei ad iudicia vocati
frequenter de foro excipi
unt Solet plerūqꝫ dubi
tari qd forum reꝰ ſic excipiens ſe
qui debeat· Et ideo poſt tractatum
de iudicijs ſequitur rubrica de fo-
ro cōpetenti· Videamus igitur
quid ſit forum· Vnde dicatur· Et
ex quibus cauſis foruꝫ meciamur
vel ſorciamur Et an quis poſſit ꝓ
prio foro renūciare· q alterꝰ adiē
Foꝝ eſt idē ꝙ tribunal ꝗ forꝰ eſt
extendaꝝ litiū locꝰ a ſando dictꝰ:
ſiue a foroneo rege qui pͥmus gre
cis legem dedit· vt ꝯ· de v· ſig· forꝰ
in pri· q vij· di· Moyſes· Con-
ſtat āt foꝝ ex tribꝰ· Ex cauſa· ex le
ge· ex iudicio· vt in eadē dec· §· con
ſtat· Aliqn̄ dicitur foꝝ locus in q
iuſ redditur appellacōe collata ab
eo qd fit in eo vbi fit· quem locum
determinare hoc modo poſſumus·
vbicumqꝫ iudex ſalua maieſtate
impij ſui· ſaluoqꝫ more maiorum
ius dicere conſtituit vt· ff· de iuſti·
et iure· l· plt· Et forte locus in quo
ius redditur dicitur forum ſimili
tudinarie quia ſicut forum vocat
locus in quo multi cōueniunt infe
rentes res venales· q deferētes res
emptas· ſic q in foro iudiciali mul
ti veniunt inferētes lites q queſti
ones q diffinicōnes inde deferen
tes Sortimur forum quatuor
modis vel cauſis que ſingulariter
in ſingulis attenduntur· Racione
delicti quia delinquens nedum in
loco domicilij ſed vbi repertur et
vbi deliquit poterit conueniri Et
vbi de crimine agi oportet· l· i· in
auc· qua i ꝓuincia· in aut· vt nul
li iudicum· §· ſi vero quis cōprehen
forum· coll· ix· q vi· q· iij· placuit·
et iij· q· vi· c· i· Item racione con-
tractus vt nomen ꝯtractꝰ ponat
pro oi pacto vel q̄ſi cōtractu· vt ſi
quis geſſerit alterꝰ negocia vel tu
telā· vt· ff· de iud· l· heres abſens·
et· l· omnem obligacōeꝫ· Poterit

de foro comp.

igit̃ qui contraxit conueniri ⁊ vbi contraxit ⁊ vbi domiciliũ habet et vbi facienda eſt ſolucõ ſi alibi q̃ꝫ vbi ↄtractũ eſt vel vbi domicilium quis hꝫ ſoluere cõuenit ff. de actio. et ob. l. cõtraxiſſe ff. de bonis auc. iud. poſ. l. iiij. ⁊ ẽ. t. dilecti. Sed hoc verũ eſt vt quidã dicũt ſi in loco cõtract⁹ inueniat̃ vt in pn̄. l. illi⁹ heres abſẽs. Sed putat domin⁹ me⁹ azo. idẽ ⁊ ſi alibi inueniatur latitãdi cã. Nã ⁊ alibi inuẽto potent mandari vt veniat ⁊ ad locũ contract⁹ poterit remitti. ſicut ⁊ in criminib⁹ optinet vt in autn̄. vt nulli iud. §. ſi quis vero cõprehenſo⁊ coll. ix. Nam hec duo. ſ. ↄtractus ⁊ crimen quo ad legẽ cõueniendi parificãtur vt ĩ auc. vt oñis obe. iud. §. hoc cõſiderantes coll. v. Si vero alibi inueniat̃ q̃ꝫ in loco contract⁹ puta in loco domicilij nõ latitãdi cã citabit̃ a iudice loci ↄtract⁹. ſi citatus non veniat iudex loci in quo contractũ eſt mittet actorẽ in poſſeſſionẽ re⁊ quas ibi citatus habet. vt in. l. heres abſẽs. §. i. vel ſi ibi non habet tũc mittet ĩ poſſeſſionẽ re⁊ quas hꝫ in loco domicilij et iudex loci domicilij exequatur vt ẽ. t. poſtulaſti. Itẽ ſortitur quis fo⁊ rõne domicilij. Eſt autẽ domiciliũ vbi quis ſũmã re⁊ ſua⁊ ⁊ fortuna⁊ ↄſtituit. Vñ rurſũ diſceſſurus non ſit. Vñ cum ꝓfectus fuit peregrinari videt̃ ⁊ ad quẽ cũ redierit peregrinari deſinit. vt. C. de incol. l. cives. Poteſt autẽ quis duob⁹ locis domiciliũ habere vel pluribꝫ vt cũ quis diuiſis locis ſe ita iſtruxerit vt nõ minus in vno q̃ꝫ in alio ſe collocaſſe videat̃ vt. ff. ad munici. l. labeo. ⁊. l. aſſumpcõ. §. iur̃ prudentib⁹. ⁊. l. ei⁹. §. celſus. poteſt eciã et ſine domicilio quis eſſe vt ſi relicto domicilio nauiget vel iter faciet querens quo ſe conferat ⁊ vbi ſe conſtituat vt in. l. labeo. ⁊. l. ei⁹ §. celſus. Item ſortitur quis fo⁊ racõne rei de qua agitur vt ibi reali actiõe ↄueniatur vbi res ẽ ꝓpt̃ quã agit̃ vt. C. vbi in rem actio. l. vlt. ⁊ de reſcriptis. c. dilect⁹ fili⁹. I. ſarracen⁹ qd̃ quibuſdã placuit ad mittere circa imobilia tm̃. lex tamẽ predicta loquit̃ indiſtincte ⁊ alia ff. de iud. l. qd̃ legatur. §. fin autẽ. Vnũ tamen notabis q̃ꝫ ſi agatur actione reali. cogitur reus rñdere vbi domiciliũ habet ⁊ hoc innuit. Rubrica vbi in rẽ actio exerceri debeat. ſed ſi agatur vbi res eſt. pt̃ reus ſi vult rñdere ibidem. ſed non cogitur ⁊ hoc innuit Rubrica vbi i rem ac. exerceri debeat vel eſſe que at. exerceri enĩ debet neceſſario vbi re⁹ domiciliũ habꝫ ſed poteſt vbi res eſt. Itẽ domicilium voco ſiue quis domũ ſiue tabernaꝫ ſiue pgulam ſiue horreum vel armariũ habet. vt. ff. de iud. l. heres abſens. Ex hijs igit̃ q̃tuor cauſis vt dictũ eſt fo⁊ ſortimur que ĩ ſingulis ſingulariter attendũtur. Sꝫ ex vna



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et vniuerſali conſideracōne que in
oībꝫ locum habet·ſortitur quis fo
rum in curia romana eo ꝙ curia il
la cōis eſt oībꝫ ꝛ eccleſia romana
oīm eccleſiaruꝫ mater eſt ꝛ migrā
vt ꝗ·e·c·vlt·ꝛ roma cōis patria ē
vt·ff·ad munici·l·roma·qͦd verū
eſt niſi quis habeat ius reuocādi
domū·vt cum aliquis ad curiā ve⸗
nit pro aliqua iuſta ꝛ neceſſaria
cauſa puta legacōnis·vel cauſa ap
pellacōis exequende·vel teſtimonij p
hibendi·vel cauſa ꝓmouendi poſ
tulacōeꝫ vel electionem iam factā·
non ſic ſi quis veniat pro priuile⸗
gijs vel imunitatibus impetrādis
vel alijs nouis negocijs ſuis· vel
ſue eccē procurandis· talibꝫ enim
non cōpetit ius reuocandi domum
ſed ꝛ p̄mis quibus ius competit
tollitur ſi profecto eo ꝓpter ꝙ ve⸗
nerant volūtarie in curia morā tra
hant·vel alia aggrediantur nego
cia vel ſi ibidem contraxerint vt·ff·
de iud·l·ij·§·legat·ꝛ·§·oms· Iteꝫ
ſortitur quis foꝝ ex alijs cauſ vt
mulier que ſortitur foꝝ mariti ꝓ
ter matrimoniū·vt·ff·de iuriſdic·
om·iud·l·cum quedͦ puella·ff·de
iud·l·exigere·ſed aliud in cōcubi⸗
na· vt·ff· ad municip·l·de iure·§·
vlt· Item per manumiſſionem·
vt·ff·ad municipa·l·eius in prin·
Sed hoc quo ad tutelam locum
habet·non quo ad conuencōnem
id eſt vt manumiſſus ibi conueni

atur vbi manumiſſus eſt· Item
per natiuitatem ꝛ adopcōnem·vt
ff·e·titu·l·i·in prin· Item racione
milicie·vt·ff·e·titu·l·municipes·
Item racione dignitatis·vt·C·de
in col·l·ſenatores·li·decio· Sunt
autem quedam cauſe in quibus
iuriſdictio pertinet ad iudicem
eccleſiaſticum et ſi cauſe inter ſe⸗
culares vertantur vel quis ſe⸗
culares conueniantur vt ſunt cau
ſe ſeruorum et ruſticorum eccleſie
vt·lxxxix·diſtinc· Judicatum·et
xij·queſtione ij·eccleſiaruꝫ ſeruos
¶ Item cauſe penitencium· vt xi·
q·p̄ma· Aliud· de peni·diſtinc·i·
aliud· Item cauſe miſerabilium
perſonarum· vt lxxxvij· di·c·i· et
ij ¶ Item cum agitur de feudo
eccleſie·vt infra·e·c verum· Item
cauſe viatorum et peregrinorum·
vt·xxiiij· queſtione·iij·ſi quis de
potentibus· et·c· ſequenti· Item
cum agitur contra raptores reruꝫ
eccleſie·vt ꝗ·e·c·Cum ſit· Item cū
agitur cauſa ſpiritualis vel ſpiri⸗
tuali annexa·vt ſ·c·prox·decerni
mus·et·c·quanto ꝗ· de deci· quoni
am ꝗ·de conſang·ꝛ affini·Ex litte
ris· Item ꝓpter negligenciam iu⸗
dicis ſecularis·vt ꝗ·e·ti·ex trāſmiſ
ſa·et·c·ex tenore· Item ſi ſecula⸗
ris iudex ſit ſuſpectus· vt in aut·
vt differen·iud·§·i·et ſecūdo ꝛ·§·
penl·colla·nona· Item cum va
cat imperium· vt infra·e· licet·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De foro co[m]p[etenti]

Item rõne tẽpalis iuriſdictionis quã habet eccã inter ſeculares vel rõne ↄſuetudinis vt ĩ. de app. Si duobus. Itẽ i cã dotis cum accedit cauſe mrĩmoniali vt ĩ. d dote poſt diuor. pe. de prudẽcia. Itẽ cum agi tur de crĩine eccleſiaſtico. vt xi. q. i. ſi quis cũ clerico in auc. vt clerici apud ꝓpri. epõs. §. ſi quis colł. vi. C d epiſco. ⁊ cle. in auc. clericꝰ q3 Sunt autẽ crĩina eccleſiaſtica de quib iudex eccãſticꝰ punire pt tã clericos q̃ laycos. vt crĩen piurij vt s̃ de elec. venerabilẽ. Itẽ crimẽ hereſeos. vt ĩ. de heret. ad abolen dam ⁊. c. v̓gentis. Itẽ crimen vſu rarꝝ vt ĩ. de vſur. Cum tu. ⁊. c. q2 i oib. Itẽ crimen adulterij cũ agi tur ad thori ſepacõez vt s̃ de ꝓau. Tue. Itẽ crimen ſymonie vt ĩ. de ſymo. p totum. In hijs directe iu diciũ ſpectat ad eccĩaz. in alijs idi recte. vt ſi agatur de aliquo crimi ne p modũ denũciacõis. vt s̃ ta. prox. nouit. Sed opponit̃ fere in omnib hijs criminib leges pu niũt vt. C. de trãſac. l. ſi quis maior C. de hereti. p totũ. C. de epiſ. ⁊ cle. l. ſi quecũq̃. Ad qd̓ Rñ o leges docẽt quas penas eccleſia imponere de beat ſicut econ° ↄtingit vt v. q. vi Delatori. vel leges puniũt poſt q̃ eccã punijt vt ita ſit fori accumu lacõ ⁊ hoc innuit lex que dicit poſt debite vlcõis acmoniã que erga ſacrilegos iure ꝓmenda ẽ exilio p ꝑtue deportacõis vt aũ. vt. C. de ſa

cro ſanc. ec. l. placet in fi. Sed hoc recipit calũpniã ex eo qd̓ legit̃ s̃ t. prox. At ſi clerici. q2 non debet q̃s duplici ↄtricõe cõteri. vt lxxxi. di. pbr aut dyaconꝰ. vt xxxiij. q. v. q̃d ergo. ꝓpterea dici pt q in crimini bus memoratis layci corã ſeculari bꝰ iudicib clerici corã eccleſiaſti cis iudicib impetũtur ⁊ puniũtur Verũptñ in ſacrilegio in fauorem eccẽ inductũ eſt. vt eccã poſſit cõue nire laycos ſacrilegos corã quocũ q3 maluerit iudice. vt ĩ. e. t. cum ſit generale. Unde ꝓpe ⁊ vere loquen do crimen eccleſiaſticũ dici poteſt illud qd̓ eſt crimen ſm̃ eccleſiã nõ ſm̃ leges. vt crimen vſurarꝝ crimẽ fornicacõis qd̓ ſm̃ leges non ẽ cri men. vt. ff. de cõcubi. l. In cõcubi natu in fine hec crimina ſm̃ eccãaz puniũtur. Itẽ ſortitur aliquis fo rũ per appellacõez vt iij. q. vi. ꝑeg na. Item p delegacõez vt iij. q. vi. vnaqueq3. Itẽ p pͥuilegij cõceſſio nem. vt ĩ. e. t. dilecti. Itẽ per cauſe maioritatẽ vt ĩ. de app. vt debitus in fi. vt cõtingit in cã fidei vt xxiiij q. i. quociẽ. ij. q. vi. ſi quis vos. Itẽ in cã dubitabili que niſi in cõcilio expediri non pt vt xvij. di. multis Itẽ in cã criminali epi. cum videa tur eps in cã depõnis eſſe vt iij. q. vi. multũ. ⁊. c. q̃uis. Nam cã crimi nalis epi audiri pt ab alijs. vt iij. q. viij. c. i. ⁊ ij. ⁊ v. q. iiij. c. i. ⁊ ab ſolui vt vi. q. iiij. p totum. ſed nõ condẽpnari vt iij. q. iiij. duodecim.

Item per recuſacionez vt ſ̄ de offi.
dele. ſuſpicōnis ꝗ. de appella. cum
ſpecialis ⁊. c. ij ꝗ. e. ti. ſi quis cōtra
aliquem. ⁊. c. licet. Item per com
promiſſum vt ſ̄ de arbi. per totū.
Nunc reſtat videre an clericus
poſſit renūciare foro. Et eſt certū
ꝙ non poteſt renūciare foro eccleſi
aſtico vt adeat ſeculare ꝗ. e. ſi dili
genti. xi. q. i. in olita. ⁊. c. placuit.
Nam hoc ius inductum eſt in fa-
uorem tocꝰ collegij ⁊ ſic tamꝙ iu
ri publico renūciari non poteſt vt
ff. de pactis. l. ius publicum ꝗ. de
ſen. ex. contingit. ſed hꝰ recipit mlꝰ
ta contraria. vt. C. de pac. l. ſi quis
in cōſcribendo vij. q. i. ꝙ periculo-
ſum. ff. de edilꝰ. edic. l. queritur. §.
ſi venditor ꝗ. de priuilꝰ. ſi de terra ⁊
c. accedentibꝰ ꝗ. de regula. ad apli
cā. ff. de pactis. l. paciſci. ff. de mi
no. l. ſi iudex. ff. de ferijs. l. i. ff. a q̊
bus app. non licet. l. i. C. de tempo.
appel. l. vlt. in fine ſ̄ de renunc. per
totum. per hec omnia colligitꝰ ꝙ
quis poteſt renūciare iuri ſuo. Ad
que omnia rño. iuri introducto in
fauorem alicuius renūciare poteſt.
in fauorem omniū introducto nō
poteſt renūciari vel alſ iuri fauora
bili tantum renūciari poteſt. fauo
rabili ⁊ odioſo nō poteſt. Hoc āt
ius inductum eſt in fauorem cle-
ricorum. ⁊ in odium laycoꝝ. qui
opido infeſti ſunt clericis. vt. ij.
q. vij. laycos. ⁊ ſimile aliud quia

auxilio velleiani renunciatur.
vt. ff ad vellꝰ. l. vltima. C. quan
do mulier tu. offi. fun. in auc.
mat. Sed ſecus in macedo-
niano. Vnde et poſt ſentenci
am datur excepcio ex macedo
niano. vt. ff. ad macedonia.
l. tamen fine. Et eſt diuerſitatis
racio quia velleianum eſt fauo
rabile tantum id eſt in fauorem
mulierum inductum. Sed ma
cedonianum in fauorem filioꝝ
familias ⁊ in odium creditorū
vt. ff. de cō. ī debi. l. q̊ excepcōez
Vel ideo clericus non poteſt re
nunciare foro qꝛ ex hec preiudi
caretur epiſcopo. vt xi. q. i. cleri
cum iij. q. vi. nō liceat a quo enī
ordinem ⁊ iudicium recipere de
bet. vt ix. q. ij. nullus primas iu
dicium inꝙ manifeſtuz ⁊ ſecre
tum vt de pe. di. vi. placuit ꝗ. de
peni. ⁊ re. omnis. Preterea ſi iu
ri fori clerici renūciare poſſent.
iā clerici vnius ep̄atus poſſent
ſibi conſtituere iudicem in alio
ep̄atu. vt. ff. de iud. l. i. ⁊ eodem
modo clericus non poteſt renū
ciare priuilegio quod toti colle
gio indulgetur. vt xvij. q. iiij.
ſi quis ſuadente. Nam ⁊ ſi acti
onem iniuriarum ſibi competen
tem clericus remittere poſſit vt
xxiij. q. iiij. ſi is qui ⁊. c. ſi. illic.
iniuriam tamen factam ordini
abolere non poteſt. et ideo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de foro comp.

excõmunicacõ durat vt ꝗ̄. de ſē. ex-
contigit. Quidā tñ dicunt ꝙ cleri
cus ꝛ ſi foro clericali renūciare nō
poſſet expreſſe. tacite tñ poteſt. vt
ff. de pac. l. filiuſſa. §. veterani. ꝛ. C.
de iura. calūp. l. ij. qd̄ nō puto verū
Dubitari autē cōſueuit de clericis
exiſtentibꝰ in ſcolis qui forꝫ adeūt
ptātis l' iuſticiarij ciuitatis in qua
ſtudium viget cū ſit laycus. ꝛ hoc
fiet ex ꝑuilegio frederici idulto ſco
laribꝰ in illa ꝯſtitucōe que incipit
habita. Reſpondeo Illud locū hꝫ
in ſcolaribꝰ laycis qui ex ꝑuilegio
habēt opcōnez. An velint conueniri
coram epō. vel corā ptāte. vel mgrō
vel habet locū in ſcolaribꝰ clericis
qui ibi ꝓpriū non hñt epm. Vnde
ſcolares clerici ꝛ ciues non hñt illā
electionē vt poterint eligere ptātez
ſeu iuſticiariū ciuitatis. vel mgrm.
vel epm̄ ꝑmo preſciſe ab epō debēt
iudicari ꝛ ab ipſo ordinari vt dic
tū eſt. nec locū habꝫ electio de qua
dixi. Et nota ꝙ qd̄ feudalis agitā
da eſt corā dño feudi. vt ꝗ̄. e. t. verꝫ
Qd̄ intelligo verꝫ cum agitᷣ inter
duos vaſallos. nec reuocatur i du
biū qñ res ſit feudalis illa de q̄
agitur. Sꝫ dubitatur quis ſit va
ſallus ꝛ ad quem ꝑtineat iure feu
di. tūc quia intereſt dñi feudi q̄s
ſit eiꝰ vaſallus ꝛ ad eum cogniciō
ſpectat ꝛ ſic intelligo illam verꝫ. ꝛ
c. Ex tenore. ꝛ ſ̄. t. px. ceterꝫ. ꝛ ꝗ̄. e.
ti. Ex trāſmiſſa ſic loqᷣt cōſtitucio
de feud. §. preterea. ꝛ. ſ̄. ti. ꝓx nos-

trit. Sꝫ ſi qd̄ ſit inter dñm feudi
et vaſallum An vaſallus debeat
feudū ꝑdere vel habere ꝑ pares cu
rie hec qd̄ finietᷣ. Si vero quis ſe
aſſerat dñm feudi ꝛ petat in dñm
recognoſci. poſſeſſor autē negat il
lum dñm. hec qd̄ coram ordinario
loci. non corā illo qui ſe dñm feu-
di cōtendit agitanda eſt. ne in ſua
cauſa ſit iudex vt. C. ne quis in ſua
cauſa iudi. Sed ſi inter duos va
ſallos agatur nō de iure rei. ſed de
iure poſſeſſionis. vtpote quis aut
ad quem veniat poſſidentē. tūc co
rā ordinario loci. vel delegato trac
tanda eſt hec qd̄. non coram domi
no feudi ꝛ ſic loquitur decᷣ ꝗ̄. e. c. ex
parte. Itez ꝑ priuilegiū eximitur
quis a foro vt ſupius dixi. ꝛ pro-
batur xvi. q. i. ſicut ꝛ ꝗ̄. de ꝑuilᷣ. cū
capella. ff. de excuſa. mu. l. plᷣ. §. ſi
poſt. ff. de excuſa. tu. l. ſi ſpadonem.
§. ſcire. Et. ff. de ali. ꝛ ciba. le. l. Ius
cui. qd̄ intelligo niſi priuilegiatus
ſit in priuilegio ſuo ꝑuentus ſaltē
per citacionem vt ꝗ̄. e. ti. propoſuiſ
ti. ꝛ. ff. de iud. l. ſi quis poſtea. Sꝫ
videtur ꝙ ꝛ ſi priuilegium locum
non habeat in precedentibus lo-
cum tamen obtinet in ſubſequen
tibus. vt. ff. de vſur. l. cum quidaꝫ
§. fiſcus. C. de tempo. in int. reſti. l.
Ea que ꝛ in auc. ibi ſignato ſi mi
nor. Sed leges ille locum habēt
in rebus diuiſibilibus non in iu-
riſdictione que perpetuatur per ci
tacionem. vt. ſ̄. de offi. dele. gratū.

vnde ibi iudicium finẽ accipere de
bet vbi ceptũ eſt. vt. ff. de iudi. l.
vbi. ¶ In ſũma notandũ ẽ ꝙ cle
ricus foro eccleſiaſtico renunciare
non poteſt ⁊ adire ſeculare. vt dic
tũ eſt ſ. ¶ Sz poteſt renũciare ꝓpo
⁊ adire aliũ eccleſiaſticũ voluntate
ſui ordinarii accedente. vt ı͞ .e. ſig
nificaſti ¶ Vnde tria requirũtur ad
hoc vt clericꝰ non ſuũ iudicẽ face
re pt ſuũ ſcz. vt conſenciat in aliuz
habentẽ ordinariã iuriſdictionez.
delegata enim iuriſdictio non ex tẽ
ditur ad alias perſonas ꝙ in re
ſcripto cõmiſſionis continentur.
vt ſ. de of. dele. Cum olı̃ abbas et
c. P. ⁊. g. preterꝙ in ſpecialibus
caſibus. vt de hac materia no. ſ.
de offi. dele. §. caſualiter. ⁊. §. pro
rogatur. ¶ Item vt conſenciat in ꝑ
ſonã eccleſiaſticã. vt ı͞ .e. ti. ſi dili
genti. ⁊. c. ſignificaſti. Aliť nichil
agitur. vt ſ. ti. prox. At ſi clericũ.
¶ Itẽ oportet vt dyoceſani volũtas
accedat. vt in predicta ſignificaſ
ti. ⁊ xi. q. i. clericum nullus. ⁊ iii. q.
vi. non liceat. ⁊ ſm hoc non obſtãt
iura illa que dicunt aliquem poſſe
ſe ſubicere iuriſdictioni illius qui
habet ordinariã. vt. ff. de iud. l. i.
et. l. priuatoꝝ. quia illa in clericis
locũ non habent vt dictũ eſt. ⁊ eo
dẽ modo non obſtat ar. a cõtrario
ſenſu. iii. q. vi. pulſatus. ¶ Itẽ non
obſtat ii q. v. mandaſtis ⁊. c. Au
ditũ. ¶ Nã illũ facit papa ex nimia
humilitate. nec habet ſuperiorẽ cu

ius conſenſũ requirat ar. ſ. de elec.
li. cz. ¶ Itẽ qd̉ dixi ſ. de domicilio ſic
intellige quia ibi intelligitur cle
ricus domicilium habere. vbi larẽ
ſibi conſtituit non vbi eccleſiã ha
bet vel beneficium. vt ſ. de reſcrip
tis. dilectus ı͞ .e. ti. poſtulaſti. vnde
ſi contingat clericum delinquere
vbi domicilium habet. ibi punie
tur ſed ſi crimen exigit priuacõez
a beneficio. pronũciabitur a iudi
ce domicilii. mandabitur autẽ exe
cucioni ſentẽcia a iudice loci i quo
beneficium vel eccleſia conſiſtit vt
in predicta decre. poſtulaſti. ⁊. ff.
de re. iud. l. a diuo pio. §. i. ſed ſi a
libi ꝙ vbi domiciliũ habet delin
quat. tunc diſtinguitur inter gra
ue delictum ⁊ leue. vt ſi grauiter de
linquerit tunc iudex loci in quo de
linquitur puniet. vt. ff. de re mili.
l. deſertorem in prin. et adeo vt ſi
alio ſe contulerit delinquẽs remit
tatur ad illum. vt in aut. vt nulli
iudi. §. ſi vero quis comprehenſo
rum. colla. ix. ⁊ hoc pretextu remi
ſit criſtum ad herodem pilatus.
¶ Item remittitur quis honoris cã
vt cum miles delinquens remitti
tur ad magiſtrum militum ſub
quo deliquit. vt. ff. de cuſto. et ex
hibi. reorum. l. de militibus. ⁊ hoc
verum eſt cum miles leue delictũ
cõmiſit. vt. ff. e. ti. l. non eſt dubiũ
ſecus ſi graue vt. ff. de accuſa. l. vlt.

¶ De libelli oblacõne.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de oblatione libelli

Quia rei ad iudicia vocati ſolent poſtulare libellos. vt ſciant quid petatur. et qualiter. et ſuper quo debeant reſpondere ideo poſt tractatus de iudi. et de foro compe. ſubiūgitur hic rubrica de libelli oblacōe. ¶ Videam⁹ igitur quid ſit libellus. quis libellum porrigere debeat. in quibꝰ cauſis locum habeat libelli porrectio que in libello debeant cōtineri. et de libellorum effectu. ¶ Libellus eſt ꝑ u⁹ liber id eſt modica ſcriptura. Et eſt duplex libellus cōuencōnalis et accuſacōis. Prim⁹ i ciuilib⁹ Secūd⁹ in criminalibꝰ locum hȝ ¶ Libellū autē porrigit actor. vt iij. q. iij. §. ſpacium in auc. libellum porrigit incipit et offert reo. vt in c. §. ſpacium in aut. offeratur et porrect⁹ transfertur in acta. vt ͡ḡ. de pba. qm̄ cōtra falſā. ¶ Libell⁹ exigit in oi cauſa in qua ordiarie agit niſi in quatuor caſibꝰ. Prim⁹ eſt cum cā vel lis ſit breuiſſima et maxime viliū rerum ſeu pſonarum. vt C. de ſē. ex. pica. recit. i auc. ii Secūd⁹ cum eps cognoſcit inter ſuos familiares vt in ꝑoco aut. et xi. q i. ſi quis cū clerico. Tercī⁹ cū hoc fit ex cōſenſu parciū. vt. C. de pūil. ſcola. l. quocies i fi. li. xij. Quart⁹ cū rector puincie ͡ḡ. l. dies cōuenit vt in aut. vt iudices ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatē. coll. ij. Ideo aūt dixi ordinarie quia ſi extraordinarie agitur ſec⁹ erit. vt in cā denūcia-cionis et inquiſicōis ꝙ cauis in cā inquiſicōis capitula ſint edenda vel pocius exponenda de quibus fuerit inquirendum. vt ͡ḡ. de accuſa. qualiter et quando. §. debet igitur. alis autem generaliter libellus dandus eſt ſiue in ciuilibus vt ͡ḡ. e. c. i. ſiue in criminalibꝰ. vt ij. q. viij. libellorum. ¶ In libello conuencionali debent contineri hec. Nomen actoris. nomen rei. et nomen iudicis coram quo agitur. Item res que petitur. vt ͡ḡ. e. ti. c. ij ͡ḡ. de app. ſignificantibus. cum eni libellus ad hoc detur vt reus deliberet cedat an contendat. vt iij. q. iij. offerat. quō poterit deliberare niſi res que petitur exprimatur. Itē quomodo ſcire poteſt reus an poſſideat vel nō poſſideat rem que petitur. et periculoſum eſt ſubire defenſionem eius rei quam forte non poſſidet. vt. ff. de rei vendica. l. is qui. propterea res exprimenda eſt et indicia rei. vt. ff. de rei vendi. l. in rem et ſi res que petitur ſit immobilis exprimi dn̄t cōfines vt. ff. d acc. ēp. et ven. l. tici⁹. §. vlt. et. l. ꝑocā ñ i rē §. vlt. Itē ſpēs et pōd⁹ exprimi dn̄t vt. ff. depoſi. l. i. §. ſi qs argētū. cā ecīā exprimi dȝ vt. C. de adop. l. iij. C. de edic. di. adri. tol. l. vlt. Sȝ an actio ſit edēda dubitat. Et videt ꝙ ñ. vt ē d iudic. dilecti. Nā in iudicijs eccleſiaſticis ñ ē rigor huiuſmodi obſeruandus. vt ͡ḡ. de dolo et contu. c. i. ſed contra ͡ḡ. ti. prox.

c·i q̄·de depoſi·grauis·ſ·de iud·exa
minata xi·q·i·expiēcie· Ad qd ſic
diſtinguo· Actio aliqñ ſignificat
formulā verboꝝ vt·ff·de furtis·l·
ſi ſeruus nauem vt cum dicit̃ ago
contra talē ad x actione ex empto
vel certi condictione de mutuo·ta=
les actiones·i·formule verboꝝ ſub
late ſūt ſc̄m vtrūqȝ ius canonicum
et ciuile· vt in pal̃l·dec·dilecti· et
·C·de formulis ꝛ impetra ſubla·l·
vna· Aliqñ ſignificat cauſam agē
di· vt cum dico peto x·a tali qꝛ ven
didi ei librum·vel quia ei mutua=
ui·ꝛ ſc̄m hoc acº ſū cauſa agēdi vel
petendi ꝓponenda eſt in iudicio·
tam eccleſiaſtico q̄ꝫ ſeculari· Aliqñ
tamē cauſa petendi expmenda nō
eſt vt cum agitur rei ven· Nam ſi
aliquis petat rem iure dominij vel
quaſi non habet neceſſe dicere cām
dominij ar·ff·de excep· rei iud·l· ſi
mr·§·i·ꝛ ij· Item mod9 agendi ē
expmend9 vt cum ex eadē forma
verboꝝ plures modi agendi reſul
tant·ꝛ ideo expmend eſt ad quid
agatur·verbi grā· vt cum peto rē
michi furtum ſubtractā· Dubitari
pt an agatur actione ad exhiben
dū·vel rei vē·vel ꝯdictōe furtiua·l·
actione furti· Hijs em̄ oībꝫ actio
nibꝫ agitur ꝓ re furtiua ꝛ hijs oī
bus actionibꝫ ſat̃ cōpetūt illa ver
ba·Peto rem talem furti michi ſb
tractam.ſed diuerſi ſūt modi ꝛ di
uerſos ſortiūtur effectus·vt·ff·de
condic·fur·l·ſi ꝓ fure·§·i·ꝛ ij·ꝛ·l·

In furtiua re·ꝛ·ff·de rei vē·l· Itē
ſi verberat9·§·vlt· Item ſi ago ſic
ago contra talem qui arbores mi
chi inſcidit· Dubitari pt an agatur
ex illo edicto arborū furtim ceſaꝝ
an ex·l·acquilia. Et ideo iudex qui
curare debet certam ferre ſn̄iaȝ·vt
inſti·de acc·§·curare petere·debȝ ex
primi quō ꝛ ad quid agatur·ali=
quādo ſignificat ius agendi vel pe
tendi vt inſti·de ac·in pn·Et ſc̄m h
dicitur· Nemo ſine actione expit̃
vt·ff·de adminiſtra· tu·l·quoc·§·
i·ꝛ·ff·de nego·geſ·l·ſi pupilli·§·vi
deamus· Vnum tamen non omit=
to q̄ꝫ ſi acº·i·formula verborū ꝓ=
ponatur ꝛ inepta reus abſoluitur
ab inſtancia iudicij·vt·ſ·de iud·
examinata·ꝛ·ff· ſi meſſor fal·mo·
dixe·l·i·§·ij·ꝛ que ſupius dicta ſūt
locum habent ſc̄m vtrumqȝ ius ca
nonicum ꝛ ciuile· Omnia igit̃ cer
ta debet facere is qui libellum pre
ſentat·quia non licet ei vagari cū
diſcrimine alieno· vt·ff·de iniur·
l·pretor edixit in pn· Et ſi hec que
ſupius dicta ſunt fuerint ab acto
re ſeruata ſaluum eſt reo beneficiū
deliberacōnis· Et notand q̄ꝫ in vni
uerſalibꝫ iudicijs res exprimi nō
debent in libello neqȝ in ſentencia
ſed in execucione ſic·vt·ff·de pet·
here·l·iiij·ꝛ·l·ſi quo tempore·ꝛ·ff·
ſi pars here·peta·l·i·§·vlt· Et hec
idem obſeruandum puto cum pe=
titur eccleſia cum iuribus ꝛ perti=
nencijs ſuis vt q̄·de reſti·ſpo· Cū

de Libel. obla

ad ſedem ī pn. Et cum petitur pre
benda cū plenitudine iuris ꝛ hono
ris canonicā. vt ꝭ. de conceſ. prebē. ꝓ
poſuit in fi. Nā in talibꝫ et ſi perti
nencia iura ꝛ honores in libello ꝛ ī
ſnīa non veniāt exprimenda. in ex
ecucōe tamen exprimi oportet Nā
alˀs executor ſnīaꝫ in illis nō exeq̄
tur niſi victor ꝓbauerit illa in qui
bus execucōeꝫ fieri poſtulat eſſe de
pertinēcijs ꝛ de iuribꝫ rei in libello
petite vt in peticōe hereditatis dic
tum eſt. ſi tamen actor ī libello vel
reus in excipiēdo hec voluītarie dux
erit exprimenda exprimūtur ꝛ in
ſnīa. vt ſ̄ de offi. ordi. cōquerente
ꝭ. de preſcꝑ. Auditis ꝛ. c. Cū olim
Sunt autē vniuerſalia iudicia ſꝫ
peticio heredit. famil. hercīſcūde.
Actio ex teſtamēto cū vniuerſum
petitur ꝛ ſimilitudinarie idē ꝑt di
ci in premiſſꝫ peticōibꝫ Et cum ius
epāle vel archidyaconale vendica
tur. Sunt ꝛ generalia iudicia vt
cum agitur actione tutele. māda
ti. pro ſocio. ꝛ in talibꝫ ac cōſimili
bus non ſūt res exꝑmende in libel
lo. Sed in iudicō ꝛ in ſentencia.
vt. C. de iud. l. licet. ¶ Effectꝰ libelli
eſt facere rem litigioſam vt. C. de li
tigio. in auc. ibi ſignato litigioſa
res ē ꝛ ī aut. de litig. §. i. coll. viii.
ꝛ ſm̄ hoc intelligo ꝭ. vt lite pen̄. ec
cleſia. ꝛ xi. q. i. quia res in litigio.
Item ꝓpetuat actiones annales.
vt eſt actio iniuriarum. vt. C. quā
do libellus ꝑn. da. li. cō. ſa. l. i. ꝛ ij.
Item interrupcionem preſcripcō
nis inducat ꝛ in tantum hoc veruꝫ
eſt. vt ſi quis in libello aliquem ſi
bi obnoxium dixerit. ꝛ ſi libellus
nullam cauſam contineat. vel for
te contineat vnam ſolam. omniuꝫ
actionum vel obligacionum per
ſonalium videtur interrupcio fac
ta. vt. C. de annali. excep. l. ſi ex mul
tis. Sed oppones talis libellus
ſic generaliter cōceptus ꝛ ſine cau
ſe expreſſione recipiendus non eſt
Vnde tamq̄ȝ ineptus nichil de
bet penitus operari. R̄n̄o hoc non
ſequitur. Nam ꝛ circa libellum ſo
la executoris conuencio interrup
cionem inducit. vt. C. de preſcrip.
xxx. anno. l. ſicut in rem. leuiter au
tem fit interrupcio in odium pre
ſcripcionis vt innuit eadem lex ſi
ex multis in fine ¶ Item libellus
obligat porrigentem cauſam ad
finem perducere. vt. C. quomodo
et quando iu. in aut. qui ſemel. ali
quando tamen licet porrigenti re
cuperare libellum. ne iuſte penitu
dinis humanitas amputetur. vt
ij. q. vi. ſi quis libellos. ꝛ. C. de
appel. l. ſi quis libellos. quod in
telligo cum nichil incommodi ad
huc ſenſerit aduerſarius vt. ff. de
cond. cauſa dan. l. ſi ideo pecuniam
alˀs nō licēt ei penitē cū alterꝰ cap
cōe. vt. ff. de iterrog. acti. l. de etate
§. vlti. et ar. ff. de regulis iuris. l.

Nemo·ſed ꝛ libellus accuſatoꝛ pt
reuocari·vt ij·q·iij·ſi quem penitui
erit·ꝛ·c·ſi quis iratꝰ·ꝛ poſt libelli
oblacōnē licet deſiſtere ſine pena
vt·ff·ad turpill·l·queſitum ꝛ·ff·
de in ius vocan·l·libertꝰ·tenebit
tamē iniuriarum eo ꝙ dato libello in
famauit illum cui libellū porrexit·
vt·ff·de iniur·l·Itē apud labeonē
§·ſi quis libello·qd verum eſt niſi in
ſcripcō ſit ſecuta libelli porrectō in
tūc em̄ non poſſet accuſator penite
re niſi ex cauſa·vt·C·de abolic·l·ij·
et ij·q·iij·paulum·ꝛ petere aboli-
cōnē dūmō reus non ſit paſſus ali
quā iniuriā carceris ſeu vinculorum
vt·C·de abo·l·fallaciter ꝛ ſm hoc in
telligo de accuſa·licet·Et nota ꝙ i
libello ꝯtinebitur dies dati libelli
vt in auc·offeratur in verbo ꝙ non
modo ex ipſiꝰ rnſione ſed ex libel
li manifeſtetur ſubſcripcōne·Pꝫ ſi
ſit libellus accuſacōis cōtinebit
in eo nomē iudicis corā quo agit·
accuſatoris·ꝛ rei·crimen de quo agi
tur·ꝛ quāqꝫ pſona cum qua crimē
dicit eſſe cōmiſſum·ꝛ locus i quo
Item dies inſtitute accuſacōis
et pfeſſio accuſatoris·vt ij·q·vlt
libellorum·diem autē ꝛ horā cōmiſſi
criminis accuſator inuitus cōpre
hendere nō tenetur·ſicut hec omnia
quibuſdam verſibꝫ continentur·
Cōſule mēſe die corā pto e pfeſſus
Te ꝯferre reū crimē loca pone ſodalē
Et licet hora dies nō mēſ ptereat
Item nota ꝙ p libello habet re

ſcriptū in citatorijs lr̄is inſertum
quo ad inducias denegandas·vt
ſ·de dila·ptea ꝛ hꝰ plenꝰ ibi dicā

De mutuis peticōibꝫ·

Dictū eſt ſ de libel·obla·
ſed quia plerūqꝫ ab vtr
qꝫ pte porrigūtur libelli
et mutue ſiūt binande peticōnes·
Ideo ſubicit hic rubrica de mutu
is peticōnibꝫ·Videamꝰ igitur
apud quem fieri debeat·qn̄ ꝛ in q
bus caſibꝫ locū habeat recōuencō
et in quibus ceſſet·Et que ſit pena
actoris nolentis reſpondere libel
lo recōuencionis vel mutue peticio
nis·Recōuencō fieri debet apd
eundē iudicem apud quē ſit ꝯuē
cio·vt ſ·e·t·c·i·ꝛ ij·iij·q·viij·c·i·
C·de ſē·ꝛ int·lo·om·iud·l·cū pap·
et in auc·et cōſequenter·ꝛ ſi ſic in
idem iudiciū iſte due qōnes mutue
cōcurrant viciſſim tractande ſunt ꝛ
eadē ſnīa terminande·Si vero nō
cōcurrāt·Pꝫ vna poꝛ ꝛ alia poſte
rioꝛ pponat tunc locum habet re
gula illa qui prius appellat prius
agat·vt ſ·de ord·ꝯgnic·Cum di
lectꝰ·ꝛ·ff·de iud·l·qui prior·Pꝫ
quis dicam ꝙ vbi cōcurrunt due
mutue peticōes viciſſim tractande
ſint tn̄ is qui primo ad iudicium
proclamat prior erit in oībꝫ·vt p
us fiat conteſtacō lit in cā ſua·pri
us de calūpnia ſua iuret pus reci
piantur pbacōnes priꝰ in ea ſnīa

Nec obſtat qđ dictum eſt ꝙ eadē
ſentēcia terminētur quia vere due
ſunt ſentēcie que ferūtur circa du
as qōnes ſe ſe minime ɔtingētes
Sed ⁊ ſi ſe ɔtingerēt vt cum agi
tur petitorio ⁊ poſſeſſorio a diuer
ſis ptibus eciam circa eandē rem.
et adhuc dico fore duas ſnīas q̄
feruntur. vt ī̄ de cā poſſ. ⁊ ꝓprie.
Cum eccā. Dicitur autem vna et
eadem ſentēcia quo ad contextum
prolacōis. quia vnico cōtextu ābe
ferūtur ſicut plures ſtipulaciones
reſpectu plurī̄ reruʒ dicitur vna
et eadem ſtipulacō quo ad concep
tum verboꝝ. vt. ff. de verbo. obli.
l. ſi ſtichum. §. ſtipulacō. ⁊. ff. de do
na. cā mor. l. ſenatꝰ ſenſuit. §. vlt.
vnde ſi iudex pronūciaret in cauſa
cōuencōis ⁊ differret pronūcia
re in cauſa recōuencōis grauaret
partem que recōuenit ⁊ poſſet ab
eo iuſte appellari vt. ff. que ſenten
cie ſine app. re. l. i. §. vlt. Debet
autem fieri recōuencio ſtatiʒ vt di
cit auc. illud ⁊ conſequēter. ſ. i. ipa
litis ɔteſtacōne ſiue paꝝ ante vel
poſt. quia que incōtinenti fiunt in
eſſe videntur. vt. ff. ſi cer. pe. l. lecta
et. C. de pactis. l. petens. vel dici pt
vt oino necē ſit fieri recōuencōem
a pncipio ⁊ ante lit ɔteſtacōnem
ſi reus credat actorem in aliquo
ſibi fore obnoxium ꝓpter verba q̄
ſunt in corpore auctentitoꝝ de exe
cutoribus. coll. vij. §. illud. Non
enim ibi dicitur ſtatim ſed ſic non
apđ aliū ſed apđ eum mox a pnc
pio liceat cōuenire. Sʒ vtrumqʒ
approbo vt reus poſſit recōuenire
actorē ſiue a pncipio cū actor libel
lū porrigit ſiue vſqʒ ad litē cont ⁊
paꝝ poſt ar. C. de paci. l. nichil inť
eſt ⁊ qꝛ pncipiū cauſe dicit conteſ
tacō. vt. C. de iure iur. ꝓpter ca. l. ij.
Sʒ hoc ſciendū eſt qñcumqʒ libel
lus recōuencōis porrigit vſqʒ ad
lit. ɔt. ⁊ paꝝ pꝰ vt dictū eſt. reꝰ
tamen neceſſe hʒ reſpondere ad li
bellū recōuencōis lite ɔt in cauſa
cōuencōis. vt ī̄. e. t. c. i. Sʒ q̄d ſi
cōueniam te ad x. ⁊ tu recōuenias
me ad equū. Ego iterum recōueniā
te ad bouem. nūquid admittetur
in ea vltima recōuencio Nam quo
dāmodo videor te recōueire reſpcū
tue precedētis recōuencōis que pt
dici cōuencio reſpectu ſubſequētis
ſicut ⁊ relator dicitur delator vt. C.
de reb credi. ⁊ iure. iu. l. gnaliter
⁊ puto nō ee admittedā ne ſic mu
tue peticōes ī infinitū ꝓcedāt Sʒ
fateor ꝙ ego a pncipio potui vno
libello te ɔuenire ſup x. ⁊ ſup boue
et ſup oib pſonalib actionibus
vt. ff. q̄b reb ad eūdē iudi. ea. l. i
et ij. ⁊ s̄ de reſcriptis. c. vlt. Verū
tū nō omitto ꝙ ſi reus non recōue
niat cōgruo tempore ſalua eſt ei
qđ in alio iudicio. vt in predicto
auc. et predicto. §. illud. Et qđ ſu
perius dixi in duabus queſtionib
locum habere regulaʒ illam. Qui
prior appellat prius et cetera.

optinet cum vtraq; qͦ eſt ciuilis
et neutra preiudicialis. Item cum
vtraq; eſt criminalis ⁊ neutra ma-
ior. Itẽ cum pͥma maior ẽ ꝗ̄ ſcda.
Sꝫ ⁊ ſi ſcda ſit maior adhuc op
tinet regula. ſi tñ accuſati nomẽ vo
lentis accuſare accuſatorẽ receptũ
fuerit inter nomina reoꝝ. Nã tũc
pretextu maioris crĩminis obiecti ñ
differt̃ accuſacõ prioris. Ita ⁊ ſi q̄
uis alia excepcõ ꝓponatur. vt. ff.
ad legem iul. de adult. l. ſi maritꝰ
§. preſcripcões. Fallit autẽ regu-
la Cũ vtraq; querela eſt ciuilis ⁊
ſcda ꝑiudicialis quia de libertate
vel filiacõne vt inſti. de actio. §. ꝑ-
iudiciales. ff. de libe. cã. l. Ordiata
. C. ad le. iul. de adult. l. quoniã et
de ordi. cogni. l. i. ⁊. l. Cum hic ſta
tus. Item fallit cũ ſcda eſt crimi-
nal' ⁊ pͥma ciuilis ſed non ꝑiudici
al' vt. C. de ordi. iudicõ. l. vlt. iij. q.
xi. §. aliqñ. Itẽ fallit cum vtraq; ẽ
criminal' ſed ſcda maior vt iij. q.
xi. ꝑͥus eſt. ⁊. C. qui accu. nõ poſ. l. i.
Itẽ fallit cum vtraq; ẽ par ſed tñ
accuſatꝰ vult ꝓſequi ſuam iniuri
am l' ſuoꝝ vt. e. cã. ⁊. q. e. negãda
et. C. qui accu. non poſ. l. neganda
Si vero reus aliꝗ̄ actori qõnem
obiciat nõ vt ab eo aliquid petat
ſed vt abſoluatur ab impeticõne
ipſius ſemper eſt de excepcõne cog
noſcendum fundata primo inten-
cione actoris. vt. C. de proba. l. ex
ceptum et de excepc. l. ſi quis ꝙ̄.
de ordi. cogni. c. i. ⁊ ſ. de renũc. ſup

hec. C. de preſcripc. longi. temp. l.
emptor. ¶ Ceſſat autem recõuen
cio in actione ꝑuilegiata vt in qõe
reſtitutoria que de dignãtis natu
re eſt nec cõpatit' diſſimilem qõe;
vt ꝙ̄. de ord. cogni. ſuper ſpoliacõne
Ceſſat ⁊ in ꝑiudicialibꝰ que eciã
2º loco ꝓpoſite reiciũt alias qões
vt ſupius dictum eſt Ceſſat vbi ꝓ
mo ꝓponitur criminalis vt in ꝑ-
allegata. l. priꝰ eſt. Ceſſat in excã
to qui cõueniri pt non cõuenire vt
ꝙ̄. de excep. cũ inter. Ceſſat coram
arbitro vt ſ. de arbi. Cum dilectꝰ
Et nota ꝙ premiſſa locum ha-
bent tam coram ordinario ꝗ̃ corã
delegato. Nam ⁊ delegatus in cã
cõuencõnis ⁊ de recõuencione cog
noſcere pt vt ꝙ̄. e. t. prudenciã Pe
na vero nolentis reſpondere recõ-
uenienti eſt ſ'm quoſdã vt cõuenie
ti non reſpondeat' vel ꝑaſe cõpellẽ
dus eſt rñdere vt ꝙ̄. e. ti. c. i. ¶ In
ſũma notand eſt ꝙ ſi cõueniam te
vna actione tu poteris me recõuẽi
re pluribꝰ. vt. ff. de procu. l. omniũ
Item ſi cõueniam te in x. tu pote-
ris me recõuenire in quãtitate ma
iori. vt. ff. de iuriſdic. om. iud. l. ſi
idem cum eodem. ⁊ hec omnia locũ
habent cum duo vnꝰ contra aliũ
agere nolũt. Vbi autem duo plu
res ve ⁊ ex diuerſis cauſis ꝯtra ali
quem coram ordinario agere vo-
lunt. ⁊ diuerſis temporibus veni-
ant. tunc locum habet regula qui
ꝑͦr appellat pꝰ agat vt. ff. d iud.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de litis conteſta-

l·qui prior· Si vero ſimul veniant
et cõcurrãt tunc aut agere volunt
ciuiliter aut criminaliter· Si ciui
liter tunc iudex eliget quem velit
vt gratificacõni ſit locus ſicut alit
ff· de religio· ⁊ ſump· fu· l· vlti· et
ꝗ· de iure pa· Cum aduocat9· Si
autem criminaliter iudex debet eli
gere magis ꝓxoneum vt· ff· de ac=
cuſa· l· ſi plures· Nec obſtat ꝗ· ð ac
cuſa· licet· Nã ⁊ ſi plures ibi detu
liſſent a ꝑncipio tandẽ nec vn9 ap
paruit· Sz ⁊ ſi plures apuiſſent
vnus eligend9 fuiſſet · vt ſupius
dictum eſt.

¶ De litis ↄteſtacõe·

Poſt libelli oblacõez ⁊ p9
mutuas peticões ſequi dz
litis ↄteſtacõ· Et iõ poſt
tractat9 illos ſubicit hic rubrica
de lit· ↄt· ¶ Videamus igit quid
ſit lit ↄtº· qualiter fiet· ⁊ q̃d ope
tur· ¶ Eſt autem lit ↄt· hinc inde
apud iudicem negocij ꝑncipalis
facta narracõ per ꝑncipales perſo
nas· non per aduocatos· niſi forte
ꝑncipales adeo fuerint indiſcreti·
vt eoꝝ defectus ꝑ alios de lĩia iu=
dicis ſuppleatur vt · ſ̃ · de iudicis·
Paſtoralis· ſic ⁊ ſi fiat interroga
cio de facto ꝑncipalis debet reſpon
dere vt· ff· de interroga· acc· l· ſi ſi=
ne qð locum habet in omnib9 in
terrogacõibus que fiunt ante lit
cont· vt ꝗ· de dolo ⁊ contu· prout ⁊
ff· de interroga· acc· l· locũ· habet

et in poſicõnib9 que fiunt poſt lit
cont· quia ꝓbacionum loco ſucce
dũt· vt no· ſ̃· de iud· §· ꝓhib9· ꝑ eas
autẽ non fit ↄteſtacio vt hic ⁊ ſ̃·
de elec· dudũ· Itẽ locuz hz ſi iudex
equitate motus interroget ſuper
facto qð fieri ꝑt añ lit ↄt ⁊ p9 vſ
qz ad ſnĩaz· vt· ff· de interro· acc· l·
vbicũqz· In hijs ergo in quib9 de
facto queritur ꝙ ꝑncipalis reſpõ
deat ſi etatem habeat· vt de cõ· di·
iiij· cum pro puulis· ſic ⁊ ꝑncipal
per ſe ipſum preſtat iuramentum
de calumpnia· vt · C· de iura· calũp·
in auc· principales idem eſt in iu=
ramento de veritate dicenda· Et ẽ
racio in hijs omnibus quia prin=
cipalis perſona meli9 nouit factũ
ꝗ aduocat9 ⁊ ideo ipſe non aduo
catus de facto rñdet· vt · ff· de ꝓcu·
l· ſi actor· ⁊ C· e· ti· l· vlt· hoc autem
fallit in quibuſdã caſib9· ſ̃ de iud·
paſtoralis· vt dictum eſt· ff· de ꝓ
cu· l· non ſolũ· Rñº pº· Fallit in pu
pillo qui ꝑ aliũ rñdet vt· C· de iura·
calũp· l· ij· §· ꝙ obſuai· C· de aucto·
preſtan· l· claꝝ· Fallit in vniuerſi
tate que iurat ⁊ rñdet ꝑ alios per
quos municipiũ regitur· vt· ff· de
condic· ⁊ demon· l· municipibus ⁊
ad municipa· l· municeps · fallit ſ̃
de iudicijs intelleximus· v· q· iij·
quia epiſcopus· C· de procurato· l·
plt· in auc· vt ab illuſtribus· fal·
lit· C· de cura· fu· l· vltima· ¶ Con=
teſtacio litis facienda eſt poſt li=
bellum porrectum· Nam lit cont

preter hoc idultū habita ꝓ michi
lo est habenda· vt iij· q· iij· in auc·
offeratur· nisi sit causa in qua libel
lus non detur vel de ꝯsensu pciū re
mittat' vt no· s̄ de libel· obla· §· li=
bellus· Sed querit' quare non fit
lit· ꝯt· per posicionē actoris ꝛ rn̄si
onē rei· fiat p libelli oblacōnez ꝛ
rei narracōez· lex enī imponēda est
reb ꝛ non verb· vt· C· de vsu· l· vlt
et· C· ꝯia del· l· ij· in fi· Ad qd̄ respō
deo posicōes inuente sūt· non ad ꝯ
testandū sed poti⁹ ad ꝓbandū ꝛ
ad releuandū ab angustijs testiū
producētoꝝ vt als no· s̄ de iudic·
Sed opponit' ex eo qd̄ legit' ꝗ· d
dolo· ꝛ cōtu· ꝓut· vbi post rn̄sionē
ꝓcedit' ad diffinitiuā· sed ibi agi
tur de respondēte ad int'rogacōez
non ad posicōez vel ibi non fuit fac
ta lit· ꝯt· sed quasi ex illa rn̄sione
Vnde ibi dicit' vtpote lite que in=
gerit' ꝯtestata ꝙ autē ibi ꝓcedit'
ad diffinitiuā spāle est in odium
illi⁹ rei calūpniosi qui tociēs subt'
fugerat iudicium ꝛ simile· C· quō ꝛ
qn̄ iu· in auc· q semel· Fit autē ꝯtes
ta° lit' aliqn̄ vera aliqn̄ non vera ſʒ
quasi vera· vt p narracōez actoris
et responsionē rei intelligo contra
dictoriā· vt· C· de iud· l· rem non no
uam· §· patroni ꝛ sic intelligo· C· e·
ti· l· vna· Fit ꝛ quasi cōtesta°· s· cū
agit' actione reali· vocat colon⁹ vel
inquilin⁹ qui detinet nomine ab-
sentis· vocat⁹ nominat dn̄m· dat
temp⁹ ad denūciand̄ non venit in

termino dato tūc ex hijs oīb que
procedūt· s· quia vocat' inquilin⁹
vel colon⁹ qꝛ auditur nominans
dn̄m absentē· ꝛ qꝛ datur temp⁹
ad denūciandū dn̄o· ꝛ exspectat⁹
in t'io nō venit· habetur lis quasi
cōtestata quantū ad int'rūpendā
longi tēpis prescripcōnez vt ꝗ· ti·
ꝓx· qn̄ frequent' §· ꝙ si sup rebus
et· C· vbi in rē actio· l· ij· Sed ē sci
endū ꝙ si re⁹ respondeat in iudicō
non ea mente vt litē cōtestetur vel
vt in causa ꝓcedat seu actori resis
tat sed iudici non vt iudici sed vt
amico seu familiari negocij quali
tatē exponat ꝓtestans id se facere
sine preiudicō suo· ꝛ subsequent'
ꝓponat aliquā dilatoriā excepcio
nē per quā declinet iudiciū nō intel
ligitur facta litis cōtestacio eo ꝙ
fit a reo narracō· saluo iurē suo ar·
ꝓ hoc· ff· quib mod pig· vel ypo·
sol· l· si debitor· §· si in vendicōne·
ff· de negoc· g̃· l· nesciri⁹ in fi· ff· de
religios ꝛ sump· fu· l· si quis. §· ait
labeo s̄· ꝙ metus causa· c· platum
xxxi· q· ij· lothari⁹ s̄ d minte· resti·
cum venisset circa finem· licet ar·
contrarium sit s̄ de consti· Cum M
ferr· ꝛ ꝗ· de app· sollicitudinez ꝛ ꝗ·
de testi· presenciū· Item nota ꝙ si
plura in libello ponantur ad ōnia
respondēdum est· vt sit plena lit·
contestacio· ar· ff· de app· l· cum in
vna· ff· de noui opis nūc· l· de pu=
pillo· §· si plurium ij· q· iij· §· nōn d
in v̄b· si plura ꝗ· d sen· ex· cū p̄o cā

et·c·Officij· Sed ſi re⁹ neget oia
in libello cōtenta vel ſi ſic reſponde
at ſicut in curia romana fieri ↄſue
uit nego narrata vt narrātur ⁊ di
co petita fieri nō debere puto plene
fieri lit̄ cōt̄· quaſi ad oia ſingulari
ter ſit reſponſum ar·ff· de verbo·
ob·l·pluribus in principio·⁊·l· ti
cio i fine· Sed quid ſi peto ad te
decem ⁊ tu confitearis nūquid di=
cemus litem eſſe conteſ· Et videtur
ꝙ non quia cōfitens non videtur
ſubire iudiciū· ſed dandū eſt ei tē
pus ad ſoluendū·vt·ff· de le·i·l·ſi
do⁹·§·in pecunia·ff·de iud·l· ſi de=
bitori·⁊·ff· iudicatū ſol·l· ex iudi
catum ſolui ⁊ ꝓpterea ſuperi⁹ dixi
fieri ↄteſtacōez ꝑ narracōez actōis
et per rñſionem rei contradictoriā
vt·C·de iud·l·rem non nouā·§·pa
troni· Sz ↄtra poſt ↄfeſſionē rei ſe
qui hz ſñia·vt·ff·de ↄfeſſ·l·i·iij·q
v·Et ſm hoc dicit̄·i ↄfitentē nulle
ſūt ꝑtes iudicis·ſ· ad examinādū
diſcuciendū ⁊ ꝓnūciādū vt·ff·ad
legē acq̄l·l·ꝓinde·§·vlt̄· Et puto
ꝙ ſi q̄s ad iudiciū vocat⁹ nō expec
tans ad libellū de plano ↄfiteat̄ ſe
debē qd̄ petit̄ nō ſit lit̄ ↄt·nec ſeq̄
ꝑt ſñia ſed mandatū vt·ff· ꝙ me
tus cauſa·l·vlt̄·§·vlt̄· Si vero p⁹
libellū porrectum reus confiteatur
et conteſtacio facta intelligitur et
ſentēcia ſequi poteſt vt ſuperi⁹ dic
tum eſt· ¶ Litis conteſtacio mul
ta operat̄· Sed de multis aliqua
perſtringamus· Tollit dilatori=
as excepcōes vt iij·q·vi·§·excepcō
·C·de proba·l·excepcōez·C·de excep
l·ſi quidam ·C·de procu·l·licet·et
ff·de procu·l· pomp·§· rati ⁊ infra
de ſen·⁊ re iudi· inter monaſteri=
um·C·de excepcō·l·plt̄·⁊ vlt̄· infra
de excep· Paſtoralis· niſi poſtmo
dum ad illius noticiam aliquid
peruenerit qui proponit propter
quod dilatoria excepcione vtatur
vt in c· paſtoralis ·j·de teſti· pre=
ſencium ⁊ ·ſ· de offi·dele·inſinuan
te·⁊ ·j·qui ma·accuſa· poſ·conſulu
it· Item tranſmittit cauſam ad he
redē ex delicto defūcti vt·C·ex delic·
defunc·l·vna· Itē lit̄ ↄt· hō opat̄
vt fruct⁹ p⁹ lit̄ ↄt̄ ꝑcepti ⁊ expēſe
fcē p⁹ lit̄ ↄt̄ valde contingant of=
ficium iudicis·vt·ff·de edil̄·edic·
l·ediles·§·ſciendum· Nam illa per
officium iudicis veniunt·vt inſti·
de officio iudicis·§· illorum·et·§·
preterea· Item facit procuratorez
dominum litis·vt·C·de procu·l·ne
qz ¶ Item preſtat vni ex legata=
rijs poteſtatem optandi·vt·ff·de
le·i·l·ſi pluribus· Item condicio=
nem occupantis meliorem conſti
tuit·vt·ſ·de procu· Non iniuſte·
ff·e·ti·l·pluribus· Item in multis
iuris articulis inſpicitur tēp⁹ lit̄
cont̄·vt·ff·de neg·g̃·l·lit̄·ff·de do
na·inter vi·⁊ vxo·l· quod autem
in prin· Item ante lit̄·conteſta·
non dicitur quis agere ſed agere

....vt·ff·rē rata hūi·l·ap̄li⁹·

Vt lite non cōteſtata non p̄cedatur ad teſtiū recepcōez

Quia inicium cauſe in lit' cōteſtacōe ɔſiſtit vt·C·d iur' iur·ꝑpter calump·l·ij· in pn·añ inicium ad ſequēcia cauſe p̄cedi non debet· hoc eſt ad teſtiū recepcōez ⁊ ſnīaz diffinitiuā·Et ideo intitulatur hic rubrica vt lite non cont' non p̄cedatur ad teſtium recep·vel ſnīam diffinitiuā·Videamus igitur An hoc in cauſ ſingulis ſit obſeruand̄ Et qd ſit officiū iudicis contra cōtumacem añ litez cont·⁊ p⁹ litē·Et eſt ſciendum ꝙ regulariter verū eſt ꝙ lite n̄ ɔt· non eſt p̄cedendū ad teſtiū recepcōez vt ·ɛ·e·t·Quī in p̄n·Fallit hoc in quibuſdā caſibꝫ vt cū de morte teſtiū timeatur·vel de abſencia diuturna ⁊ ciuiliter eſt agendū·tūc enī ne veritas occultetur ⁊ p̄bacōnis copia fortuitis caſibꝫ ſubtrahatur ſenes valitudinarij ⁊ abfuturi lite non ɔt· ſunt admittendi ſiue ps ɔtra quā p̄ducit' ſit contumax ſiue abſens vt cōueniri n̄ poſſit·ſed ſi is qui p̄duxit non conueneit aduerſariū infra annū ex q̄ cōueniri poterat·vel ſalt' non denūciauerit ei ꝙ teſtes ſint contra eum recepti·atteſtacōnes ille nō valent·ne forte hoc faciat p̄ductor i fraudem vt reus p̄dat p̄bacōez excepcionū que ſibi i pſonas teſtiū ɔpetūt·vel in eo ſup quo p̄ducuntur vt habet' hoc totū in dec·Quī·i pmo rñſo·⁊ idem puto cū lis mota ē·ſ non cōteſtata·Uz in cā mrīmonij carnalis ⁊ ſpūalis cū de federe agitur p̄t p̄cedi ad teſtiū recepcōnez et ſine placōez ſi de cā liqueat vti eadez dec·Quī·ſ·porro·Et iſti duo caſus locū hn̄t cum altera ps cōtumax eſt ſiue lite iam mota ⁊ nō cōteſtata·ſiue nondū mota vt ex ipa lrā colligitur·Itez cū agitur de federe mrīmonij cōtrahendi ⁊ i hijs caſibꝫ is qui p̄ducit nō artatur cōuenire aduerſariū ɛ· annuū vel denūciare ei de atteſtacōibꝫ ſic receptis·vt in caſibꝫ ſupioribus·Item hic recipiūtur ſani ⁊ validi ibi ſenes ⁊ infirmi ⁊ abſuturi·hic ſtati publicant'·ibi vſqꝫ ad ānū cōſignātur·hic valent poſt ānū·ibi nō niſi infra ānū fiat cōuencō vel denūciacio·Sed quid ſi agatur d̄ mrīmonio cōtracto ⁊ ſepando Rñorefert an agatur ad ſepacōez adulterij rōne·Et tunc lite non cōteſtata p̄cedi non p̄t ad teſtiū recepcōnem vt ɛ·e·t·c·i·in fi·An quia ꝑpetuū ſubeſt impedimentū ꝑpter quod mrīmoniū non ſubſiſtat·Et tūc ſi is cōtra quē p̄cedend̄ eſt contumax ſit vere vel preſūptiue p̄cedi p̄t lite non ɔt ad recepcōnez teſtiū ⁊ ſnīaz diffinitiuā vt ɛ·qui filij ſunt legi·perlatum ⁊ idem ſi alter nō fuerit ɔtumax ſ vagabund⁹·

vt lite nō ɔteſt

vt inueniri nō poſſit·vt ē·qui ma·
acu·poſ· Relatū·ſed ſi iuſta de cā
ſit mant⁹ abſens tūc ɔtra eum ꝓ
cedi non debet·vt ē·e·t·qm̄·§·ſi ve
ro·Quidā tn̄ dixerūt illas dec· per
latū ꝛ relatū fore correctas p·§·ſi
vero· Sed verius puto ſic diſtin
guendū eſſe ſicut ſupius dictū eſt·
vbi vero agit̄ de ſpūali mrīmonio
iam cōtracto tenē qd̓ dicit̄ i·§·ſi ve
ro in pn̄· Sunt ꝛ alij caſus ſpeci=
ales in quib⁊ ſimilit̄ ꝓcedi pt ad
recepcōez teſtiū lite non ɔt·vt cir
excelſuum inqſicō inminet facienda
vel cum id quod geſtū eſt petitur
publicari vt ē·e· qm̄·§· ſunt ꝛ alij
ē·de teſtib⁊ ſignificauit ꝛ·c· albri
cus· Sz magis ꝓpe loquitur ſi in
hijs caſib⁊ dixero abſqz lit̄ ɔt̄·nō
ante lit̄ ɔt̄ ꝓcedi·quia in inqſicōe
non eſt actor vel accuſator ſz fama
loco accuſatoꝛis habet̄ Et ſi aliqn̄
quis adiuuet inquiſicōm·vt ē· de
ſen·ꝛ re iudi·Cum I ꝛ A·nec libel
lus offertur nec cōteſtacio ſit· qꝛ
totū ꝓcedit ex ſupioris officō·qui
ad clamorē deſcendit ꝛ īquirit vt
ij·q·i·Deꝰ omps·Et idem eſt vbi
cūqz ꝓceditur ex officō iudicis ita
vt officiū iudicis non ſit loco acti
onis·alioquin ſecꝰ vt ſ·de offi·iu
dic·c·vlt· Idem eſt vbi aliquid i
cident̄ ꝓponitur ꝛ ꝓbatur· Nā ꝛ
tūc ante lit̄ ɔt̄ teſtes ꝓducuntur
ad ꝓbandū articulū īcidentē vt ē·
de teſtib⁊ veniens ē·de app·ſup eo
ſ·de foro ɔpe·licet· Ide eſt in cau=
ſa appellacōnis cū vna pte pn̄te ꝓ
ceditur qd̓ fieri pt·vt·C·de tempo·
app·l·vlt̄·ij·q· vi· Ei qui appellat·
idez cū agitur de ſtatu ecce·vt ē·te
ſtib⁊ Cū olim· Nam ꝛ hoc obtinz
cum agitur de ſtatu hoīs· vt·ff· de
fideicōmiſ·liber·l· In fideicōmiſſa
rijs·l·herede·l·apud iulianū·l·ſi le
gatario ꝛ·l·ſi eū·§·plt̄· Idem eſt ī
caſib⁊ ſpālib⁊ ē·de dolo·ꝛ cōtu· ꝑ
ut·C·quo ꝛ qn̄ iu·in auc·qui ſemꝫ
Idez eſt vbicūqz ecca ex officō ſuo
procedat·vt ē·de ɔſang·ꝛ affi·Ex
līis ē·de teſtib⁊ cum in tua ē·de iur
iur·Ad nrām xxiij·q·ii·ſane ꝓfer
tur· Idem in quod caſu ſpeciali·C·
de penis·l·ne diu· Et nota ꝙ cū iu=
dex vel ecca ex officio ſuo procedit·
vel cum aliquid qd̓ geſtū eſt peti
tur publicari·vt in dec· illis ſigni
ficauit ꝛ albericꝰ· vocari dn̄t oēs
quos ꝓductio teſtiū tangit ꝛ lede
re poteſt·vt·ff·de adop·l·nam ita·
ff·de mino·l·In cauſe·§·cā·C·ſi ſe
ab hed·abſti·i auc· ad h·i autn̄·
vt ſpōſal̄ largitas §·ad h colꝫ·ix·
·C·ad·l·falc·in auc·ſz cū teſtator·
·C·de aucto·preſtā·l·vlt· Et nō ꝙ
inter iſtā ꝓductionem cū petitur
aliquid publicari per teſtes· ꝛ il=
lam de qua loquit̄ dec·Qm̄ in pn̄·
Differencie multe ſunt· Nam in il
la producitur tm̄ ſenes ꝛ valitu
dinarij ꝛ abſuturi·hic oēs·illa ſit
contra contumacem·hic cōtra nul
lum·illa cum lis mota eſt vel mo=
uēda·h cū nec mouet̄ nec mouēda

ſperatur· ſed timetur ne aliq̇d mo
ueatur· illā facit actor· hāc facit is
qui ſe reum futurum timet· cogi-
tat enim ꝙ poterit aliquando ſibi
controuſia fieri et ideo munit ſe ip
ſū· In iſta fit publicacio ſtati ī il
la fit ꝯſignacio vſqꝫ ad ānū· i hac n̄
requiritur cōuencio vel denūciacio
in illa ſic· Itē hoc fit preſentibus
hijs qui ledi pn̄t· illa abſentibus
per cōtumaciā· hic atteſtacōes cō
uertūtur in publicū inſtrumentū
ſed ibi remanēt in actis· ¶ Nunc
videam⁹ quid ſit officiū iudicis in
contumacē an̄ lit ꝯt ꝛ p⁹ litē· Et
primo videndū eſt q̊t modis ꝯtu
macia cōmittat̄· Et eſt ſciendū ꝙ
quinqꝫ· Prim⁹ cū quis citatur tri
bus edictis vel vno ꝑ oībꝫ ꝑemp
torio pn̄ciaꝫ ſui facere ꝯtēpnit· vt
ff· de re iud̊· l· contumacia xxiiij· q·
iij· de illicita ꝗ· e· ti· c· qm̄· ꝗ· porro·
Secūdus cū veniens iudicio nō pa
ret· Tercı⁹ cum ante temp⁹ diſce
dit· vt xi· q· iij· certū eſt xviij· di· ſi
quis aūt· Quartus cū ſe malicio
ſe occultat Quintus cum ipedit ne
poſſit ad eū citacō ꝑuenire vt in p̄
dicto· ꝗ· porro· ꝛ v· q· i· quidam· ff·
de euicc̄· l· ſi dictum ꝗ· ſi pn̄te· ff· ꝙ
vi· aut clam· l· i· in fine· ꝗ· ꝙ ſi vi·
pro citato enī̄ debet haberi is qui
procurat vel impedit ne ad eum ci-
tacio veniat· vt· ff· de regu· iu· l· ad
ea· ꝗ· ſemper ꝛ· l· iure ciuili· ꝛ· ff· de
cond̊· ꝛ demon· l· iure ciuili· et· l· q̊
bus diebus· Item ſciēdum eſt ꝙ
eſt contumacia vera ꝛ eſt contuma
cia preſumpta· Vera eſt cum quis
citat⁹ ꝛ inuētus nullū habens im
pedimentū venire ꝯtēpnit· vel veni
ens iudicio non paret· vel contuma
citer an̄ temp⁹ diſcedit· preſūpta
cū quis ſolēpnit̄ citat⁹· nec venit·
nec mittit ꝓcuratorē in t̄mio cōſti
tuto· ſed ſi adhuc iudice ſedēte ꝓ
tribunali veneit· tollit̄ illa preſūp
cio ꝑ aliam preſumpcōnē· preſu
mitur enī ꝙ paꝝ exaudiuerit vo-
cem p̄conis vt· ff· de in int̄· reſti· l·
diu⁹· Nam vox p̄conis paucis in
noteſcit vt· C· quō ꝛ qn̄ in auc̄ qui
ſemel ꝛ ꝓpterea iud̊x exſpectaē p̄t
citatū in diē alteꝝ eq̊tate ſuadēte·
vt ſ̄ de offi· dele· ꝯſuluit· Nā ꝛ i iu
dicijs ꝛ icōpromiſſꝫ mora purgat̄
vt· ff· ſi q̊s cauc̄· l· Et ſi p⁹ tres· C·
de fideiuſ· l· ſcim⁹· Vn̄ ſi ꝯtingat ꝓ
cedi ꝯ̄ abſentē eo ꝙ preſūptiē ꝯtu
max habeat̄ ſi poſtmod̊ veniēs do
ceat ſe abfuiſſe iuſta de cā̄ reſtitui
tur· vt· ff· ꝛ· C· ex q̊bꝫ cau· ma· ꝑ to
tū ꝗ· de ſen· ꝛ re iud̊· Cū bertoldus
Iudex ꝯtumaciā punire p̄t· Ideo
aūt dico p̄t· qꝛ non ſemp cogitur
vt no· ſ̄· de offi· dele· ꝗ· in ſumma·
puniet autem per miſſionē in poſ
ſeſſionem ſi locum habeat miſſio·
ita vt in reali mittatur in poſſeſſi
onem rei petite· in perſonali au-
tem pro modo debiti declarat in li
bello· vt· C· de epiſco· ꝛ cleri· in auc̄·
generaliter· Nam ꝛ ſi decem in li
bello petūtur ſiet miſſio i poſſꝫionē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rei alicuius valentis x· vel aliquā=
tulum plus· quia pign⁹ ſiue p̄tori
um ſiue cōuencōnale plus debȝ va
lere q̄ debitū· prius tñ examina=
to negocō· vt· C· de bonis auc· iud·
poſ· in auc̄· ꝛ qui iurat· ꝛ ſumatim
vt· ff· vt i poſ· lega· l· ſi is a quo· §·
i· ꝛ ꝗ· e· t· qm̄· §· Oꝛ ſi ſup rebꝯ· Nā
ad miſſionē iudex feſtinare nō dȝ·
vt· ff· de dāpno· infec· l· ſi finita· §·
ſi forte· ſumariā autē cognicōeȝ in
telligo in h̄ caſu forte recepto vno
ex teſtibꝯ quos actoꝛ intendit p̄=
ducere in p̄ncipali· vel lectis iſtru
mentis p̄ que actor intencōeȝ ſuā
fundare intendit· vel recepto iura
mento actoris q̄ non calūpnioſe
agat· ar· ff· ad exhibend· l· theſau
rus· C· de fide· iſtru· l· vlt· ꝫ· de elec·
cum dilect⁹· Cetera de mittēdo in
poſſeſſionē ꝯtra cōtumacē an̄ liteȝ
ꝯt· vel poſt in reali vel p̄ſonali vel
quid fieri debeat ſi locū non habȝ
miſſio dic vt no· ꝫ· de iud· §· iudicō
et· §· ſi actoꝛ· ꝛ· §· ſi vero lis ſit vere
ꝯt· ꝛ· §· hec ōnia· Sed queritur
quid obſeruari debeat in actioni
b⁹ mixtis de quibꝯ dec· qm̄ nichil
dicit· ſed tm̄ de realibꝯ ꝛ p̄ſonali=
bus· Sūt em̄ quedā actiōes mix
te vt famil· hercūde· ꝯ diuidūdo·
finiū regūdoꝝ· vt iſti. de actio· §·
qued· mixte iō dicuntur q2 ad res
dantur ꝛ q2 i eis veniūt p̄ſonales
preſtacōes· In hijs ergo hoc ꝯſua
tur circa miſſionē in poſſeſſionē q2
in quantū danꝰ ad res ſequūtur
naturā realiū actionū vt fiat i eis
qđ i realibꝯ fieri ſolet ꝛ dȝ In q̄n
tū vero danꝰ ad p̄ſonales p̄ſtacō
nes naturā p̄ſonaliū imitentur et
iudex p̄cedat in eis vt in p̄ſonali
bus circa miſſionem· vt· ff· famil·
hercīſcō· l· Itē labeo· §· famil· her=
cīſcō· Itē queritur quid in inter
dictis dēat obſeruari· Sūt em̄ p̄=
ſonalia in rē tm̄ ſcripta· vt· ff· de in
terdictis· l· i· §· vlt· Et puto int̄dcā
imitari naturā realiū actionuȝ circa
miſſionem faciendā· ꝛ idem puto
in actione q̄ metus cā que ꝛ ſi ſit
p̄ſonalis· vt· ff· q̄ metus cā· l· me
tum· §· volenti· ꝛ· §· licet· in rem tm̄
ſcripta eſt· vt· ff· e· t· l· ſi cū excep cō
ne· §· aliq̄n· ꝛ· §· pedius· Itē queri
tur quid ſi edictū vel citacō non p̄
ueniat ad citatū· videtur q̄ contu
max nō ſit· vt· ff· que ſen· ſine app·
non reſc· l· i· §· Itē cum ex edicto· C·
qūo ꝛ qn̄ iu· l· Ea que· ꝛ iō in eū tā
q̄ in contumacē p̄cedi non debet·
et ſi p̄ceſſum fuerit· videꝰ q̄ ſn̄ia
nulla ſit vt in· l· predicta· Ea que·
et iij· q· ix· caueant· Alij autem di=
cunt ſuffiat ſi diligens facta ſit in
quiſicō licet abſens non ſit inuen
tus vt ꝗ· de cle· non reſi· Ex tue ꝗ· q̄
ma· acu· poſ· c· Relatū· denūciacōe
domui vel eccleſie facta· vt ꝗ· de do=
lo· ꝛ contu· venerabilis ꝗ· de eo qui
mit· in poſſ· cā rei· ſeruan· l· ſi adū
ſarius· ff· de libis agnoſ· l· i· in p̄n
ff· de damp· infec· l· iiij· §· pretoꝛ·
xvi· q· iij· §· poteſt· in v̄ſu· is auteȝ·

ſollicitatis ꝯſanguineis ⁊ amicis ·q̄· qui ſi· ſūt legi· platū· ff· ex qb⁹ cauſ ma· l· ergo· ff· ex quib⁹ cau· in poſſ· ea· l· ſi autē· hijs enī p̄miſ ſis abſens preſumit̄ ꝯtumax· vn̄ in eū tanq̄ ꝯtumacē procedi p̄t· vt ·C· de iud· l· ꝓperand· §· ⁊ ſiquidem ff· de euicc̄· l· Et ſi dictū· §· ſi p̄nte· et· l· ſi vero· ff· lo· ⁊ cō· l· Itē queri tur· §· ꝯtatu· ⁊ puto hoc qd̄ ſupi⁹ dictū eſt veri⁹ eſſe· nec obſtat· §· il le· Item cum ex edicto· Nā ibi lo= quit̄ cum edictū ꝓpoſitū non eſt et qd̄ ibi ſequit̄ neq̄ȝ in noticiam peruenit abſentis ad maiorē exa= genacōeȝ dictum intelligo ſufficie bat enī dici qd̄ neq̄ȝ ꝓpoſitū ē ad oſtendēdū ꝙ ſn̄ia lata ꝯtra abſen tē nulla ſit· ſed factuȝ exag̃ns ad icit neq̄ȝ in noticiam ꝑuenit ab= ſentis ſufficeret tamen ſolenniter ꝓpoſitū fuiſſe ⁊ ſi ad citati noticiā non veniret ſic loquit̄ lex· C· quō ⁊ qn̄ iu· l· ab eo· C· ſi ſe ſe ab heredi· abſti· in auc̄ ad h· C· de iud· l· ꝓpe= randū· §· i· Item non obſtat canō ille caueant· quia loquitur de ab= ſentibus non ꝑ contumaciā vt po te qui nec citati fuerūt· Itē querit̄ quid ſi iudex mandet ꝑti certo die adeſſe ſi non adſit· nūquid in eum tanq̄ in ꝯtumacem ꝓcedi p̄t nullo miſſo edicto· Rn̄o ſic· vt· C· quō et quando iu· l· ceſſante· Item queri tur quid facere debeat iudex procu ratore cōtumaciā cōmittente Rn̄o procedet contra procuratorem et nichilominꝰ cōtra dn̄m ſi dn̄s ſci ēs non purget eandē· vt q̄· e· ti· c· i· in ſi· Ceteꝝ ſi dn̄s ignorat· contu= macia obest ſoli ꝓcuratori qui cō miſit eā· ⁊ hoc ante lit̄ ꝯt· vt· ff· ſi quis ius dicēti non ob· l· i· §· ſi ꝓcu ratori· ff· ꝙ quiſq̄ȝ iur̄· l· iij· §· i· ff· ad le· acquil· l· ꝓinde· §· i· ſed cōtu macia ꝓcuratoris poſt lit̄ ꝯt ꝯmiſ ſa nocet dn̄o eciā ignorāti· vt· ff· de doli· excep· l· ſi ꝓcurator· §· ſi poſt li tem· Sed dn̄o dabitur actio mā dati ꝯtra ꝓcuratorē vt ſic ꝯtuma cia ſua ei ſoli ſit dampnoſa futura vt dicit· l· illa ſi ꝓcurator in fine ⁊ ſic intelligo· ff· de tributo· l· procu ratoris· ſic ec̄ in ꝯfeſſione ꝓcura= toris obtinet· Nam ſi ꝓcurator in iudicio confiteatur cōtra dominū obest ꝓcuratori confeſſio· vt· ff· de procura· l· non ſolum in p̄n· ſed do mino nullū faciet preiudicium vo lenti probare contrarium· vt· ff· de interroga· acc̄· l· ſi ſiue· §· ſi defēſor et· ff· de confeſſ· l· certum· §· ſed an Item queritur quid ſi aliquis nō ſit contumax in iudicio ſed in exe cucione quia non patitur iudicem exequi ſentenciam· Rn̄o iudex p̄ōt eū de ꝯtumacia punire vt ſ̄ de offi· dele· Ex lr̄is ꝑriarche· ff· ſi q̄s ius dicenti nō ob· l· i· §· is videt̄ ius di cēti nō obtēꝑare q̄ qd̄ extremū ē i iudicio n̄ facit· ⁊ ꝓptēa iuriſdictio de legata durat vſq̄ȝ ad execucōeȝ· vt ſ̄ de offi· del· i· lr̄is ⁊ q̄· de ſen· ⁊ re· iud· qd̄ ad cōſultacōeȝ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De iuramēto calūpnie·

Sicut Ginī⁹ ſ̄ de iudic̄ ꝛ de lit̄·
cont̄·ſed qꝛ actione in iu
dicio edita· ꝛ lit̄ ꝯt̄ facta
ſuccedit ex ordine iuramentū de ca
lūpnia·Ideo ſubiicit̄ hic rubrica d̄
iuramēto calūp·¶ Videam⁹ igit̄
quid ſit iuramentū calūpnie·que i
ſe captl̄a ꝯtineat·quis p̄ſtare de=
beat hoc iuramentū·qn̄ preſtet̄·ꝛ
in quibꝫ cauſ̄ locum habet huius
iuramenti p̄ſtacio·ꝛ quare iductū
eſt hoc iuramētū·ꝛ que ſit pena iu
rare nolentis ¶ Juramentū calūp
nie eſt cū quis iurat ſe bona fide et̄
non calūpniādi animo cām mouiſ
ſe·vel ꝙ putās ſe bona iſtācia vti·
ad reluctand̄ cum puenerit vt·C·e·
ti·l·ij·§·i· Sed quia poſſibile ē ꝙ
actor a p̄ncipio non mouerit cām
animo calūpniādi·nunc autē tp̄e
iuramenti moueat calūpnioſe ar·
ff·de dampno·infec·l·qui bona·§·
ſi quis ſtipulatur⁹·Jdeo nō ſuffi=
cit iurare de p̄terito vt dicat actor
nō mouiſſe·ſed adiciat nec mouē
et eodē modo re⁹ adiciat ꝙ nō ca=
lūpniādi aīo reſiſtat·vt ꝓbantur
hec·ff·famil·hirciſ·l·inter cohēdes
§·qui famil̄·hirciſ·Vn̄ hoc iuramē
tum dicit̄ calūpnie·ſ·vitande vel n̄
cōmittende·vt ſic dicit̄ iuramētū
de malicia vitāda vel nō cōmitten
da·vt ſ̄ de elec·Cū dilect⁹·ſic dici
tur al̄s vnuſquiſqꝫ habeat ſuā ꝓp
ter fornicacōez·ſ·vitandā vel non
cōmittendā·Eſt autē calūpnia cū
quis iniuſte ſcient̄ agit vel defēdit
vt·ff·ad turpill̄·l·i·§·calūpniari
et ij·q·iij·§·notand̄·¶ Continet
autē iuramētū quod captl̄a q̄ hijs
verſibꝫ cōprehendūtur·Jllud iure
tur ꝙ lis ſibi iuſta videt̄·Et ſi que
retur verꝫ non inficiet̄·Nil ꝓmit
tet̄·nec falſa ꝓbacio detur·Vt lis
tardetur dilacio nulla petetur·hec
captl̄a colligūtur p̄ varia iura·vt
·C·e·t·l·i·ꝛ ij·ꝛ in auc·ibi ſignato
principales·in auc·vt litigantes
coll̄·ix·in auc·de hijs qui igre·ad
app·§·vlt̄·ꝛ plt̄·coll̄·v·ff·famil̄·
hirciſ·l·iter cohēdes·§·qui famili·
hirciſcū·¶ Preſtat̄ hoc iuramētū
ſtati lite ꝯt̄·vt ī·e·t·c·cū cām·C·e·
ti·l·ij·§·i·ſemel aūt preſtat̄ in tota
lite·vt·C·e·t·in auc·hoc ſacramen
tū in autū de hijs qui ingredi·ad
app·vn̄ correcta ſūt illa iura antiq̄
que dicūt pluries poſſe d̄ calūpnia
iurari·vt·ff·de dampno·infec·l·q̄
bona·§·ſi quis ſtipulatur⁹·ff·qui
ſatiſda·co·l·de die·§·iubetur·ff·de
iur̄ iur̄·l·iuſiurand̄·Quidaꝫ tamē
dixerūt ꝙ auc̄ que prohibet pluri
es iurari poſt litē ꝯt̄·non tollit iu=
ra p̄mittēcia pluries iurari an̄ litē·
vel ſemel ante litē·ꝛ 2° poſt litem·
ſed hoc non placet quare tm̄ poſt
lit̄ ꝯt̄ iuratur de calumpnia·ſicut
dictum eſt hoc tamen fallit in qui
buſdam caſibꝫ in quibus ſcd̄o de
calumpnia iuratur vt ī·de teſtib⁹
In cauſis ꝛ·c·plt̄·i aut·de teſtibꝫ

§ qꝛ vero · coll' · vij · que auctentice poſteriores ſūt illa · de hijs qui ingredi ad app · ⁊ in alio caſu · C · de fide inſtru · l · vlt · Verūptñ dici poſſet ꝙ in caſibꝰ illis nō iuratur de calūpnia ſed de malicia · Differūt aūt hec duo iuramēta in quatuor · quia iuramētū calūpnie preſtatur poſt litē ↄt · iuramentū de malicia ante ⁊ poſt · aū vt ſ̄ de elec · cum dilectus ꝗ̄ · de excep · Paſtoralis ꝗ̄ · de reſtitu · ſpolia lrās circa finē · poſt litē ↄt vt in premiſſ iuribꝰ · de teſtibus ⁊ fide inſtru · Secūdo differūt quia iuramētū de calūpnia pſtatur ſemel in tota lite vt dictū ē · Sed iuramētū de malicia preſtatur tociēs quociēs quis in iudicio aliquid ꝓponit vel poſtulat fieri · ꝙ ex malicia procedere timeat' vel preſumatur · Tercīo quia iuramentū d̄ calūpnia tantūmō locū habꝫ in ꝓbanis · ſed ſacramētū de malicia locū habet tam i ꝓbanis ꝙ̄ in ſpūalibus · vt probatur per iura premiſſa · Quarto qꝛ per iuramtum de calūpnia prouidetur n̄e aliquid fiat calūpnioſe in tota lite · Sꝫ per iuramētū de malicia prouidetur ne illud qđ ꝓponitur vel petitur in quo ſuſpectus habetur ꝓponens malicioſe proponatur vel petatur · Eſt ⁊ terciū iuramētū qđ in cauſis eccleſiaſticis frequētatur vt eſt iuramētu de veritate dicēda Sed ⁊ iſtud iuramentum habet ſuas condicōnes · Et differt a iuramēto calūpnie in tribꝰ · Primo qꝛ iuramētū de calūpnia locū nō hꝫ i ſpūalibꝰ cauſ · vt ꝗ̄ · e · lrās · ſꝫ in tēporalibꝰ ⁊ pecuniarijs · vt ꝗ̄ · e · t · ⁊ tex · Cū cām · ⁊ · e · vlt · Sꝫ iuramētū de veritate dicēda locū hꝫ in ſpūalibꝰ vt ſ̄ de elec · dudū · ſucceſſit ei in defectū iuramēti de calumpnia · Secūdo differt qꝛ in iuramēto de calūpnia rn̄det' de credulitate · vt in aut' · de hijs qui ingredi ad ap · § · plt · ⁊ vlt · Sꝫ in hoc iuramēto nō rn̄det' niſi de veritate · nā hoc ipſum verbū ſonat vt · ff · iudica · ſol · l · iudicatū ⁊ ar · ad idē · ff · de le · iij · l · non aliter · Tercīo qꝛ iuramentū de calūpnia multa cōtinet capl'a q̄ iuramēto de veritate dicēda locum nō hn̄t · Vnū tn̄ nō obmitto ꝙ cū iuramētum de veritate dicenda ſucceſſerit in locum iuramēti de calūpnia quia tūc iſtud pſtat' qn̄ illud locum nō habet puto ꝙ in tempore imitatur naturam illius vt preſtetur ſtatim poſt litem conteſ · ar · ad hoc · ff · de petic · here · l · Item veniunt · § · cum prediximus · C · cōia d̄ le · l · i · Eſt ⁊ iuramentum deciſorium qđ eciam in cauſis ſpiritualibus defertur reo · ꝓpter periculum anime actore nō probante · vt ꝗ̄ · de deſpon · impu · Continebatur · et c · atteſtaciones · ⁊ idem in cauſis nō ſpiritualibꝰ · vt · ff · de iure iur · l · admonendi · niſi iudex inſpectis perſonarum ⁊ cauſe circumſtancijs illud actori viderit deferendū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deferendo· vt ꝗ· de iur̄ iur̄· c· vlt· ꝟ·
de renunc· ſup b· ꝟ· q metus cā· c·
vlt· ij· q· i· In p̄mis· C vnde vi· l· ſi
q̄n in aut· de trien· ⁊ ſemiſ· ſ· ſtu·
diū coll· iij· ff· de re mili· l· nō oms
ſ· ſed licet· hoc tn̄ plenꝰ dicemus·
ꝗ· de iur̄ iur̄· ¶ Preſtāt hoc iuram̄
tum p̄ncipales pſone· vt· C e· t· in
autn̄ p̄ncipales ꝗ· e· t· c· vlt· ⁊ p̄mo
actor ⁊ poſtea reus· vt· C e· ti· l· ij·
Nec obſtat qd̄ legit inſti· de pena
temere litigā· quia ibi non ordo iu
randi ponit ſed denotant perſone
que iurāt· Iurāt tutores ⁊ curato-
res· vt· C e· t· l ij· ſ· qd̄ obſeruari· ⁊
idem dico in hijs qui preſūt muni
cipijs· Nam ipſi vel maior ps ipō
rū iurare debent· vt· C e· t· l· ij· ſ· hoc
et· ff· de ꝯdi· ⁊ demon· l· municipi
bꝰ· licet quidā dixerūt maiorē ptē
ciuitatis vel ipſam vniūſitatē iura
re debere· ſed hoc difficile ē· Iurāt
ſyndici ⁊ yconomi qui cām oino
non neſciāt· vt ꝗ· e· t· in pertractan
dis· Iurāt actores ⁊ defēſoēs vni
uſitatū· vt ꝗ· e· t Cū cām· Iurat ꝓ
curator datꝰ in rē ſuam ipſe em̄ ē
dn̄s cauſe· Nam ad eū ſpectat cō
modū vel incōmodum· vt ij· q· vi·
bydum· ſ· in ꝑpa· ff· qn̄ ap· ſit· l· i·
ſ· in ꝑpa· C de pau· l· qui ſtipendia
Iurat eps̄ ecīam in cā ecce ſi p ſeip
ſum cām agat vt ꝗ· e· t· c· vlt· ꝓpo
ſitis ⁊ non tactis euangelijs· ſicut
cum pducitur in teſtē vt ibidē· et
C de epiſ· ⁊ cle· in auc· ſed iudex· p̄
ſencia em̄ euangelioꝝ terrorem in

ducit ⁊ ſuffragiū veritati impēdit
vt· C d iud· l· rem non nouā ⁊ ſimi
le· xi· q· i· nec honore· ⁊ i autn̄· vt de
func· ſeu funā· ſ· optz coll· v· ſecꝰ
eſt cū eps hereſim abiurat tūc em̄
tangit corpali tactu euangelia· vt
i· q· vij· quociens cordis oculus·
¶ Preſtat hoc iuramētū poſt lit
cont· vt ſupius dictū eſt· preſtat
in oibꝫ cauſis tam ciuilibꝫ q̄ crimi
nalibꝫ dūmō non in ſpūalibꝫ vel
ſpūalibꝫ ānexis ⁊ qd̄ in criminali
bus iuretur de calūpnia pbat C
e· t· l· i· Nam ita dicit i oibꝫ cauſis·
cauſa aūt dicit criminalis· lis pe
cuniaria· vt· C de trāſac· l· cauſas l
lites· Item ex eo qd̄ dicit ſi ꝓpter
quicq̄ aliud faciat ꝓ hac ſnīa C de
fide inſtru· l· vlt· ⁊ C de pena· iud·
qui ma· iudi· i auc· ibi ſignata no-
uo iure· C de auc· preſtā· l· clarum·
Et hoc dixerūt bul· io· bal· ſed M
contra· Nam in criminalibꝫ ſuffi-
cit ſi actor puniatur ſimilitudine
ſupplicij· vt· C de accuſa· l· vlt· ⁊ ij·
q· iij· c· i· ij· iij· ⁊ iiij· Item lex dicit
publica iudicia nec quicq̄ ſimile
habent cū ceteris iudicijs vt inſti·
de publicis iud· in p̄n· Itē i crimi
nibꝫ que ſanguinis penā irrogant
licitū eſt alicui ſanguinē ſuū qua-
litercūqꝫ redimere vt· ff· de bonis
eoꝝ qui mor· ſibi conſti· l· i· Vn̄ in
criminibꝫ aliqn̄ pcit ei qui calūp
niā ingerit· vt· ff· de bonis liberto·
l· q̄ cū maior· ſ· ſi pernis· Itē facit ꝓ
pte iſta· C e· t· l· ij· in p̄n· vbi dicit

ſcim⁹ in oib⁹ titul⁹ ₰c. puto in oi
bus cauſis ciuilib⁹ ⁊ criminalibus
iurand̄ eē de calūpnia. Nec obſtat
lex illa. ff. de bonis eoꝝ ₰c. timēdū
eſt ei ne accuſator ꝓbat calūpnio
ſe. Itē nō obſtat lex iſti. de publi.
iud. qꝛ criminalia ⁊ ciuilia iudicia
in multis hn̄t ſimilitudinē. In li
belli oblacōe. in iudicij examiacōe
in ſiñe ꝓlacōe. Dicitur aūt nō hrē
quit q̄ſ ſimile quo ad finē. qꝛ in ci
uilib⁹ agit ad aliq̄d dand̄ vel fa
ciend̄. In criminalib⁹ vero vt reus
puniat. Itē nō obſtat lex. ff. de bo
nis eoꝝ qui mor. ſibi ↄſti. l. i. qꝛ il
lud in trāſactiomb⁹ locū hȝ. ⁊ licȝ
in quibuſdā crimib⁹ pmittat trāſ
actio non tñ calūpnia. ¶ Induc
tū eſt hͦ iuramētū calūpnie ad ve
ritatē eliciendā. vt ꝗ. e. ceteꝝ. Itē
vt ſacmēti timore litigiatoꝝ inſtā
cia ↄpeſcat vt. C. e. t. l. i. Itē vt ꝓpt
religionē iuramti q̄s imemor n̄ ſit
ſue ſalutis vt. i. q. vlt. ſcimus. ₰. a
calūpnijs ceſſet ¶ Pena iurare no
lētis eſt vt actor cadat ab actiōe
iſtituta p iudicātis ſñaꝫ. re⁹ āt ꝓ
ↄfeſſo habeat ⁊ ↄdēpnetur i hijs
capitlis q̄ ſūt i narracōe ↄplxēſa. vt
ꝗ. e. t. c. vlt. C. e. ti. l. ul. ₰. vlt. i auc
vt litigan. iurent ₰. i. in fi. ¶ Que
ritur quare in ſpiritualibus cau
ſis non iuretur de calumpnia. cum
in ſpiritualibus perniciosior ſit ca
lumpnia q̄ in alijs. Naȝ circa ma
iora mai⁹ piculum vertitur. xlij. di.
Quieſcamus vii. q. ij. c. vlt. ff. ad

carbo. l. i. ₰. ſi. R̄ño iuramētū de ca
lūpnia multa ↄtinet ⁊ ad multa ar
tat iurantē ⁊ in cauſis ſpūalib⁹ nō
eſt rigor hmōi obſeruād⁹ qui in
cauſis alijs obſeruat vt ꝗ. de dolo
et ↄtu. c. i. Et ꝓpterea in locū illi⁹
iuramenti multa ↄtinētis ſucceſſit
iuramentum de veritate dicenda ex
quo nichil aliud ꝓuenit niſi vt ve
ritas exculciatur. Item queritur po
ne q̄ agam contra te rei ven. tu ſcis
rem meam eſſe ſed nichilominus
vis reſiſtere ꝓpter actionē de euic
tione. nūquid ergo iurando de ca
lumpnia peccas. videtur q̄ ſic. qꝛ
negas rem meam eſſe ⁊ mentiris.
Item iuras qđ putas bona inſtan
cia vti ad reluctand̄ veniens. ⁊ hoc
falſum eſt. quia non bona inſtācia
reluctans. Quidam tamen dicūt
q̄ nō peccas ſi ideo hoc facias vt cō
mittatur actio de euictione in poſſ
ſu tamen iudicij confitebēris veri
tatem. Non enim videtur dolo face
re qui ideo facit vt ſibi ſtipulacōeȝ
de euict. committat vt. ff. d̄ nego.
geſ. l. At qui natura. ₰. cum me ab
ſente. ff. de iure iuran. l. ſi quis de
libertate. ff. de liberali cauſa. l. qui
ex libertate. ſed licet hoc ſit ſecurū
quo ad actionem de euictione. nō
tamen eſt ſecurum quo ad deum.
Et ideo laudo ⁊ conſulo vt poſt li
bellum porrectum confitearis ve
ritatem. nec de calumpnia iura
bis ex quo fateberis rem eſſe acto
ris. ⁊ nō minus committetur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtipulacõ de euictione⸱ emptor em̃
honeſte defendere dꝫ⸱ vt⸱ ff⸱ de mã⸱
l⸱ Idemqꝫ⸱ §⸱ generalit⸱ ⁊ ſuo pudo
n̄ parcet⸱ vt⸱ ff⸱ mand⸱ l⸱ quintus
mucí9⸱ ⁊ cãm fouere ſi eſt iuſta⸱ vt
ff⸱ d adminiſtra⸱ tu⸱ l⸱ quociẽs⸱ §⸱ ſi
ait⸱ ⁊ ſᵐ h̃ non obſtat⸱ ff⸱ de euic⸱
l⸱ ſi rem⸱ §⸱ ſi duple⸱ ⁊ hijs que dcã
ſunt de iuramẽto calũpnie non ob
ſtat ĩ⸱ e⸱ t⸱ c⸱ i⸱ Illa dec⸱ corrigit̃ per
ſubſequẽtes⸱ nec obſtat lex cũ cle
ná⸱ C⸱ de epiſco⸱ ⁊ cle⸱ nam loquit̃ i
iuramento iudicõ ſiſti⸱

¶ De dilacionib9⸱

Dilacõ ẽ ꝯ de lit̃ ꝯt ⁊ d iuá⸱
ca⸱ ſed qꝛ iudicõ cepto et
cõteſtato⸱ ſolent litigato
res inducias poſtulare⸱ Qñqꝫ ad
põnes faciendas⸱ qñqꝫ ad ꝓbacõ
nes Idcirco ſubiciẽ hic rubrica d
dilacõib9⸱ In decretalib9 tñ que
huic rubrice ſubiciũtur non agit̃
de dilacõib9 que dant̃ p9 lit̃ ꝯt⸱
ſed que dantur ante litem cont⸱
Nos tñ de vtriſqꝫ tractem9 ¶ Vi
deam9 igit̃ quare dilacões dant̃
Et qñ⸱ Et q̃ciens⸱ Et quante⸱ Et q̃
liter⸱ ¶ Vnde ſciendũ ẽ ꝙ inducie
ꝑme que dant̃ añ lit̃ ꝯt ⁊ dñr ci⸗
tatorie dant̃ ad veniẽdũ ad iudi
cem⸱ Nam ĩ⸱ illas inducias citat9
ꝑparabit ſe ⁊ veniet in termino⸱ ⁊
nichilomin9 poſt terminũ⸱ vt ꝯ d
offi⸱ dele⸱ cõſuluit⸱ Tria autẽ debẽt
eſſe edicta citatoria quoꝝ ſingula
continebũt ſingulos xxx⸱ dies⸱ vt i
aut⸱ de litigio⸱ §⸱ oẽ coll⸱ viij⸱ Sed
iudex ordinẽ edictoꝝ ⁊ cõpendium
moderabit̃ p ꝯſideracõez tpis ⁊ ꝑ
ſonaꝝ ⁊ cauſe⸱ vt⸱ ff⸱ de iud⸱ l⸱ non
nũꝙ⸱ non tñ nulla neceſſitate iſtã
te ꝑemptoriũ maturabit⸱ vt ĩ⸱ e⸱ t⸱
c⸱ i⸱ ⁊ de hoc plení9 no⸱ ꝯ⸱ de iud⸱ §⸱
iudicõ⸱ igit̃ ⁊ ſi ꝯtingerit aliquaꝫ
dilatoriã iudicij vel ſolucõis ſeu
declinatoriã excepcõez ꝓponi⸱ Iu
dex dabit ꝯgruas inducias ad ꝓ
band Iudex tñ ad ꝓponendas di
latorias excepcões certũ temp9 aſ
ſignet⸱ ⁊ ſi ꝑs aliq̃ velit p9 illud
aliꝙ dilatoriã ꝓponere quam nõ
fuerit ꝓteſtata⸱ nullaten9 audiat̃
niſi forte de nouo exorta fuerit vel
is qui eã oppoit fidẽ faciat iuram̃
to ſe poſtmod ad illi9 noticiã per
ueniſſe⸱ vt ĩ⸱ de excep⸱ paſtoralis⸱
Sunt ⁊ alie inducie que dantur
añ lit̃ ꝯt⸱ Et ille vocant̃ deliberato
rie⸱ cũ em̃ citat9 venit ad iudicem⸱
porrigitur ei libellus⸱ oblato ⁊ por
recto libello⸱ dant̃ ei inducie xx⸱ di
erũ⸱ in quib9 deliberet reus an ce⸗
dat vel cõtendat vel iudicem recu⸗
ſet ⁊ ſic ĩ⸱ illos xx⸱ dies iudex eſt re
cuſandus⸱ ꝙ fieri poterit ⁊ ſi dat9
ſit fideiuſſor iudicõ ſiſti qd patꝫ ex
ordine illius anc⸱ iij⸱ q⸱ iij⸱ offerat̃⸱
ſicut ⁊ poſt iuramentum de ſtando
iuri poteſt nichilomin9 appellari
vt ĩ⸱ de app⸱ ad h̃⸱ ⁊ qd dixi ĩ⸱ xx⸱ di
es debere iudicem recuſari⸱ recipit
calumpniam⸱ Nam hec excepcio

dilatoria eſt ⁊ ideo ante lit̄ ↄt̄ ꝓ-
poni pt̄ · vt ꝗ̄ · de ſen · ⁊ re iuꝺ · inter
monaſteriū · ſed licet hoc ſit verū in
alijs excepcōibꝫ dilatorijs · in hac
tn̄ que in pſonā iudicis ꝓponitur
dico ꝙ vſqꝫ ad xx · dies ↄputandꝰ
a die porrecti libelli opponēda eſt ·
poſt illos autem dies non debꝫ ad
mitti · nec ideo dicitur hec excepcio
dilatoria ꝙ vſqꝫ ad lit̄ ↄt̄ ꝓpona
tur · ſed quia ſemp ante lit̄ ↄt̄ ꝓpo
nenda eſt · non tn̄ qn̄cumqꝫ ſed vſ
qꝫ ad xx · dies tm̄ vt dictum ē · Itē
ſi qn̄cumqꝫ an̄ lit̄ ↄt̄ poſſet oppo-
ni recuſacōis excepcio · quare lex di
ceret ꝙ ſi iudex qui eſt recuſandus
ſit abſens is qui recuſare intendit
proteſtari debet corā alijs ꝙ hꝫ iu
dicē ſuſpectum vt · C · de iudic · l · Cū
ſpālis · hoc non alia de cā ꝑuiſum
eſt niſi vt tēpꝰ xx · dieꝝ non cedat
et in corpe auctenticoꝝ dicit̄ i me
dio xx · dieꝝ hoc eſt ꝗ̄ · xx · dies lr̄iaꝫ
eſſe iudicem recuſare vel repudiaē
et ſi ↄtingat fieri lit̄ ↄt̄ que nō va
let adhuc ſūt ſalui illi dies ⁊ lice
bit ꝗ̄ · illos oīa ex integro fieri vt ī
aut̄ · de exhi · ⁊ intro · §. ſcimꝰ coll̄ ·
v · Et nota ꝙ hec excepcio recuſato
ria pͥma dꝫ eſſe int̄ dilatorias · vn̄
ſi qͥꝰ ea omiſſa ꝓponat alias ad eā
redire non pt̄ ar · ff · de iudic · l · ſed
ſi ſuſcepit in pn̄ · Rā ⁊ ſi alique in
terlocutorie ꝑ ipſo late fuerint · iu
dicē iam approbatum non potue-
rit reprobare niſi ex noua cā vt ꝗ̄
de officō dele · Inſinuāte · Sunt ⁊

queꝺ̄ paternales adiectiones in-
duciaꝝ que dant̄ ante lit̄ ↄt̄ vt v ·
q · ij · pn̄ti · Poſt lit̄ vero ↄt̄ dantur
inducie ꝑparatorie que dant̄ alicui
ꝓbare volenti ꝗ̄ · quas ꝑparat ſuas
probacōes · ſpacium autē iſtaꝝ in
duciaꝝ moderandū eſt vt lex dicit
iij · q · iij · §. ſpacium ⁊ hee iducie dā
tur tam actori ꝙ̄ reo · vt xv · q · vij ·
ſi an̄ · nec facile ampliꝰ ꝙ̄ ſemel vt
in · §. predcō ſpacium · ⁊ C · de dila ·
li · niſi forte caſus īopinatꝰ emer
gat · vt · ff · de ferijs · l · oracōne · ff · ꝺ
iuꝺ · l · interdū · ſed in c̄mine adul
terij nulla datur dilacō niſi vt per
ſone exhibeant̄ vel niſi iudex ex qͣlī
tate negocij motus hᵒ cā ↄgnita ꝑ
miſerit · vt · ff · ꝺ crimine adulterij
l · In crimine · ſꝫ inducie deliberato
rie non dantur ei qui reſcriptū im
petrauit ad extra ordinariū iudicē
vt ſi dicat volo inducias ſup for-
mādo libello · aduſario autē datur
vt · C · e · t · l · ſi qn̄ ⁊ i predicto · §. ſpa
cium · in vᵒ · illo ei aūt · ⁊ qꝺ̄ dico ac
tori non eſſe dādas inducias verū
eſt niſi quid inopinatū emergat ·
vt ſupiꝰ dictum eſt · vt ſi ponamꝰ
ↄ reſcptū opponi aliqͥd ī qͣ replica
cōne opꝰ ſit de qͦ n̄ potuit puidere ·
Sūt ⁊ iducie indicatorie q̄ datur
ↄdēpnatis ⁊ ſūt qͣtuor mēſiū vt ꝗ̄
de ſē · ⁊ re · iuꝺ · qꝺ̄ ad ↄſultacōeꝫ ⁊
ꝗ̄ de offi · dele · qͥrenti · ſed hee locum
non habent in criminalibꝫ cauſis
in quibꝫ execucio nō differtur niſi
in qͣtuor caſibꝫ vt notaui ꝗ̄ de iuꝺ ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de ferijs

ſ. partib9. ſicut nec deliberatorie lo-
cū habet in criminalib9. q2 re9 cer-
tus debet eſſe an velit crimen ↄfi-
teri vel negare cū ſciat ſe eſſe reum
criminis vel innocētem. Sunt ⁊ in-
duciē reſtitutorie quib9 hodie non
vtimur in cauſis de facto. Olim ei
ſpoliatis vel eiectis ⁊ tandē reſtitu-
tis dabātur induciē reſtitutorie. i.
īfra quas a iudiciorū ſtrepitu quieſ-
cebāt. et ille erāt non minores ſex
menſiū nec maiores āno. vt iij. q.
iij. Eiectis. vel veri9 erāt arbitrarie
vt e. cā ⁊. q. ſi epūs. Eſt ⁊ ſextū ge-
nus induciarū quib9 hodie ſimilit̄
non vtimur ⁊ ille locum habet in
criminalib9 cauſ. ⁊ vocant̄ ꝑpara-
torie. dātur enī accuſato vt ꝑ. eas
ꝑparat ſuas defenſiones ⁊ ille cōti-
nēt ānū ⁊ dimidiū. vel vnū ānum
vel ſex menſes. ⁊ dātur poſt litem
cont. ⁊ an̄. vt iij. q. iij. de inducijs
et. v. q. ij. ſi primates. Illud autē
ſciendum eſt ꝙ in ciuilib9 cauſ. ꝑ
qualibet neccāria cā vnica dat̄ di-
lacio vt C. e. t. l. vlt. in fi. ⁊ iij. q. iij
ſ. ſpacium. Sz in criminalibus ꝑ
qualibet necītate dātur tres dila-
cōes reo. Due autem actori. vt. ff.
de ferijs. l. vlt. Et eſt racō diuerſita-
tis inter ciuilia ⁊ criminalia q2 ſo-
lempni9 ꝓcedit̄ in criminalib9 ꝙ
in ciuilib9. vt. ff. de q̄oib9. l. i. ſ. di-
u9. ⁊. ſ. ſi quis vltim9. ff. de penis
l. abſentē. ff. de requiren. reis. l. i.
C. de teſtib9. l. ſciant ⁊ ij. q. viij. ſci-
ant. In ciuilib9 igit̄ prima dilacō
dabitur ſine grādi cauſe ↄgnicōe
nam eoipſo ꝙ prima petit̄ dilacō
gracia teſtiū vel inſtrumentorū dā-
da eſt. niſi euidēs appareuit calūp-
nia. Secūda vero danda ē ita de-
mū ſi is qui petit probet ſe aliquo
caſu impeditum fuiſſe quo minus
produceret teſtes vel inſtrā. vt. ff.
de ferijs. l. ſi quis. ſ. plt. ⁊ vlt. ⁊. l.
veluti ⁊. l. oracōne. In criminali-
bus autem cauſis pro quolibet im-
pedimento dabuntur due dilacio-
nes accuſatori. ⁊ tres reo ſine cauſe
cognicione hoc eſt ſine impedimē-
ti probacione. ⁊ ſic intelligo ꝑ ſin-
gulis cauſis ſingulas dare dilacio-
nes id eſt pro ſingulis impedimē-
tis. vt. ff. de ferijs. l. vlt. Dande
autem ſunt dilaciones a iudice ſe-
dente non procedēte cum cauſe ↄg-
nicione nō plenaria id eſt nō d pla-
no ſed magis legittime colligatur
et ſi forte dilacōnis peticio fuerit i-
probata ſuſcepta queſtio per inter-
locutoriā dirimat̄ vt. C. e. l. a iudice

### De ferijs.

Dictum eſt ſ. de dilacōni-
b9 q̄ dātur a iudice. nūc
autem dicamus d dilacō-
cionib9 que indulgentur a iure ⁊
ideo ſubiciatur hic rubrica d ferijs
Videamus igitur quare ferie
dicantur. qualiter diſtinguantur
que tempore feriarum agi poſ-
ſint. Ferie autē dicuntur quia
a forenſibus negocijs imunitatē
preſtant. vt. ff. e. titu. l. dpuns.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et nichilominꝰ preſtāt immunitatē
a mercancijs cū eīn difficile ſit vt i
ter emētis ⁊ vendētis cōmerciū nō
interueniat pctm̄ vt de pe. di. v. q̄
litaſ ⁊. c. negociū. ceſſand ē ab hijs
maxime diebꝫ ſolēpnibꝫ. vt ꝑ. e. t.
c. i. ceſſand eſt ⁊ a placitis q̄ ꝗuis
fieri liceat non tn̄ expedit vt xi. q.
i. aliud de peni. di. i. §. i euangelio.
et. c. aliud xv. q. iij. placita ⁊. C. e. t
l. om̄s. nullus eciam ad mortē die
bꝰ ſolēpnibꝫ duci dꝫ. Nam ꝗuis
nō ſit pctm̄ iudici ſeculari iuſte ho
minē occidere. vt xxiij. q. v. q̄ ma-
los ⁊. c. iudex. ⁊. c. ſi homicidiū. qꝛ
tn̄ horridū eſt ⁊ miſerabile hoiem
ꝑimi ⁊ qꝛ pene non irrogate īdig
nacō ſolā duriciā continet. vt. ff. d
ꝓuis expoꝛ. l. ſeruus in fi. ⁊ ideo ob
reuerenciā dierū ſolempniū eſt ab
hmōi abſtinend. Ceſſand eſt eciā
diebꝫ ſolempnibꝫ a iuramētis. vt
ꝑ. e. t. c. i. h̄ ideo qꝛ iuramēta a ma
lo non credenciū ſūt facta. ӡ. d elec.
ſignificaſti. hijs eē diebꝫ ceſſand
eſt ab omni opeꝑuili. vt ꝑ. e. licet
non tn̄ ab opibꝫ pietatis quibus
magis inſiſtend eſt diebꝫ ſolēpni
bus ꝗ ꝓuatis. vt ꝑ. de ſtatu. mo.
Cum ad monaſteriū. §. in refecto
rio. diebus aūt dn̄icis ⁊ alijs pre-
cipuis feſtiuitatibꝰ ſiue int̄ paſcha
et penthecoſten genuflexio nequa
ꝗ fieri dꝫ. vt ꝑ. e. ti. c. ij. §. i. Et ē rō
quia dies illi iugi gaudio ⁊ conti
nua leticia peragendi ſunt vt als
lxxvij. di. ſcire. Diſtinguūtur āt
ferie quia feriarū alie ſolempnes
alie repentine. Solēpnes alie ſta
tuūtur ob honorē dei. alie ob hono
rem ꝑncipis. alie ob honores ciui-
tatū. alie ob neceſſitates hominū.
Ob honoreꝫ dei vt ſūt dies illi qui
continētur ꝑ. e. t. cōqueſtꝰ i quibꝰ
dies dn̄icos cōputabis. vt ꝑ. e. ti.
c. i. ⁊ ij. Dies autē quadrageſima
les dn̄r ſolempnes quo ad vaca-
cionē a criminalibꝰ cauſis. vt C. e.
ti. l. quadraginta. qd tn̄ hodie non
ſeruat̄ ob honorē ciuitatū vt ſūt di
es natalicij vrbiū maximaꝝ rome
ſcꝫ ⁊ conſtantinopol. in quibꝰ dn̄t
iura differri qꝛ ⁊ ab hijs nata ſūt
vt. C. e. t. l. om̄s. ob neceſſitates ho-
minū ſolempnes ferie ſūt gemini
menſes vnꝰ datur grā meſſiū. alt̄
grā vindemiaꝝ. Hi duo menſes
conceduūtur fructibꝰ decipendis in
eſtate ⁊ in autūpno ad requiē la-
boris. i. vt homines quieſcāt a cau
ſis dū laborāt circa meſſes ⁊ vin-
demias. ⁊ ꝓptea appellat̄ indulgē
cioꝛ pars āni. quia indulgēt infir
mitati hoim concedētes eis ad vitā
neceſſaia. vt e. l. om̄s. Iſti duo mē
ſes ſtatuūtur a preſidibꝰ ꝓuinciā
rū diuerſ tpibꝰ ſm̄ diuerſitatē lo
coꝝ. Nam in quibuſdā locis tēpeſ
tiuiꝰ in quibuſdā tardius finitur
meſſes ⁊ vindemie. vt. ff. e. ti. l. ꝓ-
ſides ⁊ de offi. procon. l. ſi in aliam
Omnibꝰ autem diebꝰ feriatis
agi pn̄t ea que voluntarie iuriſdic
tionis ſūt vt. C. e. t. l. Actꝰ. §. i hijſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Itē ea q̄ fieri viget ncc̄itas vel pie
tas ſuadet· vt ꝯ̄·e·t· ꝯq̄ſtus· viget
ncc̄itas hec fieri ſcȝ agriculturā pu
tacōeȝ foſſurā ꝛ mūdacōeȝ vinearꝝ
qḋ itelligo cū in alijs dieb⁹ hᷣ non
fieri pn̄t ne ocaſacōe momti pꝑeat
cōmoditas celeſti puiſione ꝯceſſa
vt·C·e·t·l·oīs· Itē qōes latronuȝ
et maxie pſauroꝝ in qb⁹ ſūmi nu
minis facilime ſperat̄ venia ꝑ qḋ
multoꝝ ſal⁹ ꝛ icolumitas ꝑereat̄
vt·C·e·t·l·puīnciaꝝ· Itē viget ne
ceſſitas appellari vn̄ q̄libȝ tp̄e ap
pellat̄ vt·C·e·t·l·i· In excenda aūt
appellacōe finit̄ ē obſuācia ſolēp
niū ꝛ repētinaꝝ feriaꝝ· qꝛ in neu
tris appellacio excet̄ vt·C·e·t·l·i·ꝛ
tū nō ꝯputant̄ oīs dies· vt·C de
tēp·ap·l·ij·§·illḋ· Pietas vō ſua
det dari tutoēs vel curatoēs pupil
lis ꝛ alijs miſerabilib⁹ pſonis vt
ff·e·t·l·i·§·excipiūtur ꝛ·l·ſequēti·
Itē pietas ſuadet diſciplinā mili
tarē ꝛ eodē mō ſcolaſticā ꝛ clerica
lē vt·ff·e·t·l·diu⁹· Itē ſuadet ea q̄
ad pacē ꝛ ꝯcordiā ptinēt· vt·C·e·t
l·vlt̄· Et ē ſciendū qꝫ hijs tp̄ibus
in quib⁹ agi non pt̄· ſi tn̄ actio ſit
pitura eaten⁹ ꝑcedit̄ vt lit̄ ꝯt̄ vl̄
executoris ꝯuēcio fiat vt in p̄dcō
§·excipiūtur· In geniis aūt menſi
b⁹ q̄ grā hoim indulgētur agi pōt
ex ꝯſenſu paciū· qḋ in dieb⁹ ſolēp
nibus ſtatutis ob honorē dei p̄nci
pis vel ciuitatū nō ꝯtigit vt ꝓbā
tur hec·ff·e·ti·l·ſi feriatis ꝛ·ff·de
arbitris·l·ſi feriatis·C·e·t·l·oīs·
et ꝯ̄·e·t·c·vlt̄·in ſi· Sūt ꝛ quedā
tp̄a in quib⁹ a nupcijs abſtinet̄
vt ꝯ̄·e·t·capellanus ꝛ xxxiij·q· iiij·
nō optȝ· Dies āt incipit ꝛ finit̄ di
uerſ tp̄ib⁹ ꝛ horis ſ᷑m diuſitatem
eoꝝ de qb⁹ agit̄ q̄ ad feriandū di
es incipit a veſpa ꝛ finit̄ i ſeqntē
veſperā vt ꝯ̄·e·t·c·ij·viſo primo·
quo ad ordinādum dies incipit
a veſpera ꝛ finitur in mane ſeqnti
vt lxxv·di·qꝫ a prībus· quo ad iu
dicandum incipit in ortu ſolis et
finitur in occaſu cum iam iudex ho
neſte ꝑ tribunali ſedere nō poteſt
vt ꝯ̄ de offi·dele·conſuluit i aut·ḋ
iudic·§·ſedebunt coll̄·vi·ꝛ·ff·de
origie iuris l·ij·§·ꝛ quia· quo ad
ſoluendum dies icipit i medietate
vnius noctis ꝛ finitur i medieta-
tem alterius vt·ff·e·ti·l·more ro-
mano·ꝛ quo ad treugas obſeruā
das dies icipit ab ortu ſolis ꝛ fi-
nitur in occaſu vt·ꝯ̄·de treuga et
pace·c·i· Quo ad ieiunandum ſex
ta feria incipit poſt cenam diei Jo
uis ꝛ finitur in mane diei ſabbati
et idem in alijs diebus ieiunioꝝ
vt de conſe·di·iij·de eſu·

De ordie ꝯgnicōnū·

Hic ititulatur rubica de or
die ꝯgnicōnū· Hȝ meli⁹
ititularet̄ de ordie iudicō
rū que lacior eſt ꝛ generalior· Nā
in ea tractatur de diuerſitate cāꝛū
que cauſa alteri p̄ferat̄· ꝛ que cāꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alia cōcurrūt. ⁊ que prius ⁊ que poſ
terius ſit tractanda ⁊ ſic intitulat
in tercō libro Codicis in quo de iu
dicijs agit. ¶ Sed ſub rubrica
de ordine cognicionū querit Quid
iuris ſit cū qō liberal' ꝓponitur ⁊
alia ciuilis vel criminalis Vnde in
vij° li° Codicis in quo de libera=
lib9 cauſis agitur ponit' hec rubri
ca de or. cog. ¶ Nos tū de natura vtri
uſq3 rubrice aliqua ſub breuitate
notemus. Qualiter autem diuerſe
qōnes in idē iudicium deducte de=
beant ordinari. ⁊ quis ordo in diu
ſis qōnib9 ſeruari debeat videamus
¶ Et eſt ſciendū ꝙ ſi vnica qō in
iudicio ꝓponat' ab actore ꝯtra reū
nulla eſt dubitacio. ſi vero plures
qōnes moueat q̊s ⁊ eodē libello l'
diuſis cōtra vnū vel diuerſos. aut
oēs qōnes ſūt ciuiles. aut crimi
nales. aut quedā ciuiles ⁊ quedā
criminales. Si oēs ſūt ciuiles pt
eas eciā contra vnū eodem libello
et apud eundē iudicē intentare reſ
pectu tamen diuſaꝝ reꝝ vt no. ꝫ.
de mu. peti. §. debet autē. qd verū ē
niſi actiones ille ſint ꝯtrarie vt. C.
de furtis. l. i. C. ſi ſeruus exte. ſe. man.
emi. l. i. ⁊ de pactis int' emp. ⁊ ven.
l. ꝯmiſſoie. vel niſi vna ſit p̄ambu
la. vt. C. de hered. acc. l. vt debitu3
vel niſi vna ex ſui natura p̄cedē de
at aliā. vt ꝗ. de cā poſſ. ⁊ ꝓp̄e. paſ
toralis. vel niſi electione tollantur
vt. ff. de tribut. l. ꝙ in heredem. §.
eligere. ⁊ ff. de le. ij. cū filius. §. va

rijs. hoc tū fallit in caſu. ff. quoru3
lega. l. i. §. qd autē. vel niſi qōnes
ſe ſe non ꝯpaciātur vt. ff. d excep.
l. fundū. ⁊ l. ſed ſi ante. ⁊ l. fundi.
Si vero quis velit agē contra plu
res reſp̄cū diuſoꝝ factoꝝ vel reꝝ
et ciuilit' poteſt cum non ſit ꝓhibi
tus. vt. ff. de ꝓba. l. ab ea pte Sed
ſi actor agat ciuilit' contra reū ⁊ re
us eodē mō contra actorē erūt due
mutue peticōes viciſſim tractande
ſi neutra ſit p̄iudicial' ⁊ eade3 ſnīa
termināde. vt ꝗ. e. t. c. Cum dilcūs
et nichilominus habebit locū regu
la in ꝓceſſu qui prior appellat pri
or agat. vt. ff. de iud. l. qui por vt
no. ꝫ. de mu. pet. §. debet. Sed ſi con
gruo tpe non fuerit recōuencō fcā
non minus rei actio ſalua manet in
alio iudicio ꝓponenda. vt. C. d ſen.
et interlo. om. iud. in auc. ⁊ conſe
quent' in ſi. Si vero plures crimi
nales cē inſimul apud eundē iudi=
cem moueant' aut eas mouet ide3
actor vel accuſator contra vnum ⁊
eundē reū ex eodē facto vel diuerſis
Aut contra plures reos. ſi contra
vnū ⁊ ex diuſis factis licet. cum nō
ſit ꝓhibitū ſi ex eod facto non lic3
vt colligitur a cōtrario ſenſu legis
. C. de accuſa. l. qui de crimine ⁊. ff.
de accuſa. ſenatus. ſed ſi moueat ꝯ
diuſos reos poteſt vnus quid ex
diuſis factis in diuerſis libell' vno
et eodē tpe duos accuſare pt. vno
autē libello nō pt ſꝫ tres eciā diuſ
libell' n̄ pt. C. q̄ accu. n̄ poſ l. cū ſcribo

ꝯ ordi cogni

vel dic ꝙ nec duos pt in diuiſis li
bellis eodē tpe accuſare niſi ſuā in
iuriā pſeqt̄ vt ff de accuſa. l. duos
§ lege et ff ad le. iul. de adult. l.
inter §. marit. l. aūt illa cū racōi =
bus negat de tribꝰ qꝫ de tribꝰ ſuit
queſitū. ⁊ eod mō negaſſz de duo
bus ſi de duobus q̄ſitum fuiſſet.
de vno aūt crimie pt quis eodē li
bello plures accuſare vt C ſi reus
vel ac. mor. l. i. ff. ad le. iul. de adul.
l. vim paſſam. §. inceſti. qd tū fal
lit in accu. adul. vt ff. ad le. iul. de
adul. l. vim paſſam. §. duos ⁊. l. re
os ⁊. l. ſi marit. §. vlt. Sꝫ nūqd
plures pñt vnū accuſare videtur
ꝙ ſic. vt. ī. de accuſa. ꝫ in pn. ſꝫ ve
rius ē ꝙ nō. Cū eñ plures ſint qui
accuſare velint iudex eligere debꝫ
vnūq̄ accuſat. cā ſcꝫ ɔgnita ⁊ exa
minatis accuſatoꝝ pſonis. vel dig
nitate vel ex eo ꝙ intereſt vel etate
vel moribꝰ vel alia iuſta cā. vt. ff.
de accuſa. l. ſi plures vbi vero duo
adinuicē ſe accuſant plerūqꝫ hꝫ lo
cū regula illa qui pꝰ ⁊ ſic pma ac
cuſacio pcedit ⁊ ſecūda ſubſiſtit
plerūqꝫ pualet ſecūda ⁊ intmitti
tur pma. que qualit ⁊ ex quibꝰ ca
ſibꝰ ɔtingāt. no. s. de mu. peti. §. ⁊
ꝙ ſupiꝰ dixi. Vbi aūt ex vna pte
ꝓponit accuſacō cimnal ⁊ ex alia
pte querela ciuil. ſiue accuſacō pri
or ſiue poſterioꝝ ꝓponat preiudicat
ciuili. ſi cīlis nō ſit preiudicial. vt
C. ord. iud. l. vlt. iij. q. xi. §. aliqn̄
Sꝫ ſi ciuili qōni pncipalit ꝓpoſi

te incidat qō criminal. vbi grā. pc
to a te ſudū l x. ꝓduco inſtrm ad
ꝓbād intencōēz meā. tu excipis ɔ̄
inſtrm de falſo. ul ſi qōni ciminali
icidat qō ciuil. vbi grā. accuſo te
de plagio ꝙ vēdiſti ſuū meum. tu
dicis illū fore ſuū tuū. poterunt ſi
mul hmōi qōes tiari vt C de ord
iudicioꝝ. l. cū cīli. vt tn̄ n̄ itelligas
ꝓnūciari i incidēti. ſꝫ eo ipō ꝙ ꝓnū
ciat i pncipali videat ⁊ i incidēti
ꝓnūciatū. vt C de ord. iud. l. i. C d
ordi. ɔgni. l. ij. ad le. iul. d adul. l.
qm̄ ⁊ ad le iul. de plag. l. pſes ī. e
ti. cum dilcis ccā ſi. ⁊ hꝰ ſm bulg.
nec obſtat lex. ff. de mio. l. itra vti
le. ibi eñ nō ꝓnūciat incidēti qōe
ſed ſup etate ⁊ ſup reſtitucōe inin
tegꝝ racōne etatis vt reſtituto lice
at intendere veterē actionem. Vn̄
qō reſtitucionis non incidenter ſꝫ
principaliter mouebatur ⁊ codeꝫ
modo reſpondetur ad. l. C ad le.
cor. de fal. l. vbi falſi. crimen inci=
dit. i. propoſitum fuerit non inci=
denter ſed principaliter vt pdixi.
Placentinus vero dicebat pronun
ciandum fore in incidenti per. l. ff.
de iud. de qua re. niſi condicio rei
vel iudicis impediat Jo. ⁊ Azo.
diſtinxerunt inter incidentes et
emergentes. vt in incidentibus
non pronuncietur ſed in emergē
tibus ſic. incidentes autem queſ=
tiones dicūtur veteres dfenſiones
que ante litē ceptam competebant
reo. Ex hijs que acta ſunt inter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reū ⁊ actorē vt pactū de non peten do. trāſactio ⁊ res iudicata. ⁊ ſimi lia. emergentes vero qōes dicūtur que ꝓponuntur ex hijs que in lite emergūt. vt cū querit an iudex ſit cōpetens vel non An temp⁹ ſit ap tū ad cauſas vel non An dilacō ſit danda vel non. Et vt breui⁹ dicā incidentes qōnes ſunt pemptorie excepcōes. emergētes dilatorie. Et eſt racō manifeſta q̄re in emergen tibꝫ habeat ꝓnūciari. q2 ſi non ꝓ nūciaret in dilatorijs non poſſꝫ ꝓ cedi in ſequentibꝫ cauſe. ſed ſecus in incidentibꝫ que p̄ncipale ↄtigūt in quibꝫ ꝓnūciari intelligit dum pronūciat in p̄ncipali. Verūptn̄ ſꝫm iura canonica in incidentibꝫ qō nibꝫ ꝓnūciatur. vt .q. qui ſi. ſūt le. lator ꝰ de elec. Cum dilect⁹. Et nō ꝙ licet ſꝫm iura ciuilia ille tm̄ ciui les qōnes ſūt preiudiciales in qui bus de ſtatu q̄rit vt inſti. de actio ſ. p̄iudiciales. tamen ſꝫm iura cano nica qō ſpoliacōis p̄iudicialis eſt quia non ↄpatit diſſimilem qōeꝫ vt .q. e. t. ſup ſpoliacōne. Eſt em̄ p̄ uilegiata hꝫ qō ſpoliacōis vt agēs ex ea ↄueniri non poſſit. niſi ↄſimi li actione. q2 tūc cum vtraqꝫ ſit p̄ uilegiata ⁊ fauorabilis. vna aliaꝫ non tollit nec ipedit. ſed cōcurrūt et eadē ſnīa t̄minātur vt due mu tue peticōes vt cōuencio ⁊ recōuen cio. vt .q. e. t. cū dilect⁹. ꝰ. de mutu is peti. c. i. ⁊ ij. C. d ſen. ⁊ interlo. om. iud. l. cum pap. ⁊ in aut. ⁊ ↄſeqn

ter. iij. q. viij. c. i. ſed ſi ↄtra agēteꝫ de ſpoliacōne excipiat de cōſimili ſpoliacōe ⁊ ꝓbetur repellit agēs vt .q. e. t. c. vlt. Et eſt racō duplex. Vna quia fauorabiliores ſūt rei ꝙ actores. vt ff. de acti. ⁊ ob. l. arria nus. ff. de ferijs. l. vlt .q. de ꝓba. Ex lr̄is .q. de fide. inſtru. Cū inter in ſi. .q. de ſen. ⁊ re iud. c. vlt. ff. e. t. l. inter pares Itē alia quia excepcōes for ciores ſūt actionib⁹. vnde cui da mus actionē multo forci⁹ excepcio nem dare debemus. ff. de ſupfici e. l. i. ſ. ꝙ autē ⁊ de regul. iur. l. iuit⁹ ſ. cui dam⁹. Ideo eciā que tpalia ſunt ad agend ꝑpetua ſūt ad exci piendū. ff. de doli. excep. l. pure. ſ. vlt. inſti. e. t. ⁊. C. e. t. l. ſi pacti. Et hac rōne quia fauorabiles ſūt ex cepcōes. dant excōicatis vt .q. de ex cep. Cum inter. ⁊ hijs rōnibꝫ con tingit ꝙ excepcō excacōnis impe dit actionem ſpoliacōis ſed actio ſpoliacōis aliā cōſimilē nō ipedit ſed ↄcurrit vt dictū eſt. Dꝫ ſi ego agā ↄtra te violentū de ſpoliacōe nūquid ſi ab alijs ↄueniar teneor rn̄dere. Videt ꝙ ſic. Nam in hac dec. ſup ſpoliacōe dicitur ꝙ agēs de ſpoliacōne non cogitur ante reſ titucōeꝫ ſpoliatorib⁹ rn̄dere. alijs ergo tenetur Ad qd Rn̄o non te neor ſi de ſpoliacōne excipiam po ſtero enī de eadem ſpoliacōne cōtra vnum agere ⁊ contra alios agētes excipere. cum ſit generale ꝙ ſpolia tus quemlibet agentem contra ſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

repellere poſſit ꝑ excepcōez vt iij·q·
i·c·i·⁊ q·ii·Cum eccē·Ab hoc tam
generali dicto excipit Vin·illuz q̄
agit actione depoſiti·cū enī actio d
poſiti ſit adeo ꝑuilegiata vt nō ad
mittat cōpenſacōez deductionez vel
doli excepcōez vt ī·de depoſito bo=
na fides·C·e·t·l·plt·⁊ eod mō nec
ſpoliacōnis excepcōez·ſed hoc nō
placet quia dum depoſitari⁹ nō in
ficiatur depoſiti·ſed per ↄpenſacō
nem ſeu deductionē conatur retine
re totum vel partē perfide agat ⁊
ideo nō auditur·ſed cum ſpoliat⁹
a ꝑncipio ⁊ ante ꝑ̄ de depoſito con
ſtet excipiat ⁊ dicat ſe inermē·cū
armato cōgredi nolle vt iij·q·ij·
optz audiend⁹ erit·Nā audit̄ ad
uerſus agētez de ſpoliacōe vt dic
tum eſt·Item excipit Vin·agētē
de mrīomo ⁊ hoc ꝓpterea q2 cauſa
mrionij fauorabilis ē·vt ī·q̄ ma·
ac·poſ·videtur ⁊ progatiuā hz in
multis vt ē de lite nō ↄt·c·i·Sed
certe nec iſtō approbo ſꝫ ſine excep
cione teneo ꝙ excepcō ſpoliacōnis
quēlibet agētem repellat vt dictū
eſt·Duo igit̄ ꝑuilegia qōis reſtitu
torie ſupi⁹ aſſignaui·Vnū q2 pri
mo ꝓpoſita nō ↄpatitur aliam ſe
quētem ⁊ diſſimilē qōem·Aliud
quia ꝑmo ꝓpoſita in mod excep=
cōnis repellit quēlibet ciuilit̄ agē
tem·Tercīu q2 in mod excepcōnis
repellit quemlibet acculantem et
ſic intelligo iij·q·i·p totū·Quar
tum quia in modum actionis pro

poſita ⁊ accuſantem repellit ⁊ reſti
tucionem indulget et ſic exaudio·
iii·q·ij·c·ij·iij·⁊ iiij·Sed ſi te pri
mo conueniam aliqua actione ci=
uili ⁊ tu ſubſequenter moueas q̄ſ
tionem ſpoliacōnis contra me nō
impeditur mea peticio·ſed cū ſua
concurret·tūc enim queſtio ſpolia
cionis aliam nō compatitur cum
primo ꝓponitur vel poſſum vti diſ
tinctione Jo·qui dixit ꝙ ſi ego cō
ueniam te ſuper aliqua re·Et tu cō
tra me agas ſuper eadem re reſti=
tutorio impedietur mea actio et
tua procedet exemplum quere ī·d
reſti·ſpo·ex conqueſtione·⁊·c·lit=
teras·ceterum ſi ſup diuerſis aga
mus concurrent huiuſmodi actio=
nes vt dictum eſt·vel ſi velis extē
dere ſpoliati fauorez dicas ꝙ queſ
tio ſpoliacōnis ſiue prius ſiue poſ
terius ꝓponatur non compatitur
diſſimilem queſtionem·⁊ qd dixi
ꝙ qō ſpoliacōnis in mod excepcō
nis ꝓpoſita repellit quēlibet agē
tem vel accuſantem verum eſſe in
telligo cum quis ſpoliatus eſt to
ta ſua ſbā vel maiori parte ipſius
et hoc innuunt verba canonis ·nu
di ⁊ inermes vt iij·q·ij·optz ⁊ ver
ba alterius nō poteſt exui iam nu
datus·vt ij·q·ij·c·vlt·Ceterum
ſi vna re quis ſpolietur cum habe
at multa bona et ſi poſſit repellere
ſpoliatorem in odium violenti nō
tamen alium·Item cum abſonum
videatur ⁊ etiam multorum corda

perturbet vt ſpoliat⁹ tota ſubſtā
cia vel maiori pte ipſi⁹ excipiat cō
tra illos qui non expoliauerūt. vt
ſic impunitatē in ſuis criminibus
ſortiat̄. dum a nemine pt efficaci
ter accuſari. cū forſan deſideret ſic
manere. dico iudicē ſic puidere de
bere vt certū temp⁹ ei aſſignet in=
fra quod petat reſtitucōez ⁊ pſeq̄
tur. ⁊ ſi hoc non fecerit non admit
tatur excepcō ſpoliacōis ipſi⁹ Nec
mireris ſi in hoc caſu quis agere cō
pellatur hoc enī plerumqȝ ɔtingit
vt certū temp⁹ prefigat̄ alicui ad
agendū ⁊ p⁹ id temp⁹ volens agē
non audiatur vt ⁊. q. i. quid̄ ꝟ. de
cladeſti. deſponſa. Cū inhibicō et
ar. C. de inge. ma. l. diffamari. C. de
remiſſ. pig. l. ſi eo tpe. C. de vſu. pu
pill̄. l. vlt. Sed pone ꝙ agā cōtra
te de expoliacōe. Et tu excipis ɔtra
me de alia ſpoliacōne. ego replico
ex illa ſpoliacōne ex qua ago. nū
q̄d ſum audiēdus. non. q2 excep
cio fortior ē ⁊ potencior q̄ꝫ actio vt
ſupius dictū eſt nec poſſum ex eo=
dem actu agere ⁊ replicare. ſꝫ pone
ꝙ replicē de alia ſpoliacōne nūq̄d
excludā excepcōnez. Videtur ꝙ ſic
ar ꝟ. de excep. A nobis ꝟ. de ſē. ex.
In pñcia. puto tñ ɔtrariū eo ꝙ re
plicacō adiuuat actionē. Itē pone
ꝙ agā ɔtra te de ſpoliacōe ⁊ tu ɔ̄
me de alia ſpoliacōe. excipio ɔtra
te de tercia ſpoliacōe. replices de
quarta. quid in hoc caſu erit facien
dū. Rñō qua rōne admittet̄ excep
cio eadez ⁊ replicacō ⁊ ſic ſublata
excepcōe p replicacōez remanebit
conuencō ⁊ recōuencio que i concur
ſu pcedēt vt ꝟ. e. t. Cū dilcūs ⁊. c.
vlt.

## ¶ De plus peticōib⁹.

Quia plerumqȝ i iudicijs
plus petitur q̄ꝫ debeatur
ideo ponit̄ hic rubrica de
plus petē. vel plus peticōib⁹ ¶ Vi
deam⁹ igitur quot modis pl⁹ pe
tatur. Que ſit pena plus petencīū.
¶ Et eſt ſciendum ꝙ quatuor mo
dis plus petitur. Cauſa. Tpe. Re.
et loco. exēpla non pono. q2 ponū=
tur ꝟ. e. t. c. vno. ſ. re qȝ ¶ Pene āt
plus petentiū hee ſunt olim ita ſer
uabatur in hijs penis. Nā quociē
qȝ mō actor plus peteret cadebat
a cauſa nec reſtituebatur niſi eſſet
minor. vel niſi lapſus eſſet aliquo
errore pbabili. vt ſi petebat ex te=
ſtamento totū legatū cuius par⁹
adēpta erat in codicill̄ de quibus ac
tor ignorabat vt inſti. de actioni
b⁹. ſ. ſi quis agēs. hodie non ſic in
penis pcedit̄. Nā ſi quis plus pe
tat cā iudiciū non pcedet. ſed con
dēpnabit̄ actor ad oīs expenſas i
triplū ⁊ omne dāpnū qd ptulit re
us occaſiōe hmōi cōuencōnis vt i
ſti. de act. ſ. ſed ſi quid. Si quis
aūt tpe plus petat iudiciū nō pce
det. ⁊ punit̄ actor in hoc q2 reo du
plicant̄ iducie ɔuete ad ſoluēd. ⁊
aduenięte tpe ſolucōis ñ alit̄. re⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de plus petitionib⁹
de ca. poſſ. et ꝓpetat.

tenebiť rñdē actori· quā ſi actoꝛ ei
reſtituat oēs expenſas quas fecit
re⁹ occaſione illius temere citacio
nis· vt hic ꝯ inſti· de excep· §· tēpa
lis· ¶ Vbi aūt loco plus petiť vt
cū petis a me vt ſoluā tibi hoc loco
cū ꝯuenerit inter te ꝯ me qd̄ i alio
loco ſoluerē· ꝯ hoc caſu ꝓcedet iudi
ciū ſi in foro cōpetēti agat᷑· ꝗuis ī
ſupioꝛib⁹ non ꝓcedat ꝯ veniet in
arbitrariā actionē· hoc eſt i tua ac
cōe arbitrabiť iudex quāti inteſt
mea non hic vbi agiť ſoluere ſed
vbi cōuenit· vt· ff· de eo qui certo
loco· l· i· Varia eñ ſūt p̄cia rez per
ciuitates ꝯ regiones ꝯ pecunie ſub
grauioꝛib⁹ vſuris danť in vno lo
co ꝗ̄ in alio· vt· ff· e· ti· l· Ideo· ¶ Et
nichilominꝰ ꝯdēpnaberis michi
in triplū eius qd̄ ipendi noīe ſpoꝛ
tulaz vt inſti· de acc̄· §· ſed iſ quid.
¶ Cū autē plus petiť re non pro
cedet peticō· ꝯ ꝯdēpnabiť actoꝛ in
triplū ei⁹ qd̄ re⁹ expendit vt inſti·
de actio· §· triplicī· Sȝ ſi q̄s ſuper
maioꝛi q̄ntitate quā ſibi debeat cau
cionē exegerit ꝯ in iudicō plus pe
cierit ſi penteat· ꝯ calliditatis ꝯ frau
dis veritatē cōfiteatur diſpendio
debiti nō grauet᷑· ſed in expenſ̄ q̄s
fecit re⁹ puniet᷑· ꝯ i triplū ſcḋm azo·
licet placen· dixerit in hoc caſu in
ſimplū· qui eñ ſic fecit nō peciit ſȝ
petere voluit· vt· ff· re ra· hri· l· Am
plius· Si vero pſiſtat in certami
ne ꝯ tandē p teſtes de falſa quātita
te adiecta ꝯuincať· puniať i toto
debito· ſȝ ſi n̄ arguať p teſtes ſȝ ip̄
cōfiteať· ꝯdēpnabiť i expēſ̄· vt dic
tū ē· ꝯ ꝓbať· C· de pl⁹ peti· l· vna· ſȝ
ecīā i ſupioꝛib⁹ caſib⁹ ita demū pe
na locū hȝ ſi actoꝛ i iudiᵒ duxerit ꝑ
ſiſtēdū vt ī· e· c· vno i pn̄· Itez ceſ
ſat pena conſtitucōis illi⁹· C· e· t· l·
vna· cū actoꝛ ꝯuinciť ſup caucōe in
maioꝛi q̄ntitate exacta· ꝯ ꝯuict⁹ añ
ſñaz l ꝑ⁹ trāſigit cū reo ſup pena
Itē ceſſat cū actoꝛ exegerit caucōz
in pl⁹ ſȝ re⁹ i iudicō ꝯfeſſus ē ſe to
tū debē qd̄ i caucōe ꝯtinet᷑· ꝯ hͦ eſt
qd̄ i fine illi⁹ ꝯſti· adiciť trāſactio
nib⁹ ꝯ ſeciūdis cōfeſſioib⁹ ſuā obti
nebūt firmitatē· Sȝ ſi actoꝛ nō fa
teať nec arguať de falſa q̄ntitate i
caucōe adiecta ſȝ i ꝓbacōe illi⁹ q̄n
titatis deficiat· crec iᷓ ꝙ pena n̄ ceſ
ſet ꝙ tūc vera q̄ntitate ꝓbabiť·

## ¶ De cā poſſ̄ionis ꝯ ꝓꝓetatis.

SVpi⁹ tractatū ē de oꝛdie
ꝯg· Sȝ ꝙ dubitari ſolet
q̄s oꝛdo ſuari debeat cū qō
poſſ̄iōis ꝯ ꝓꝓetatis a diuſ̄ ptib⁹
vel ab eād̄ i iudicō ꝓponiť Ideo ſb
iciť hͦ rubca de cā poſſ̄· ꝯ ꝓꝓ· ¶ Vi
dea⁹ igiť q̄ ſūt qōes poſſ̄iōis· Itez
q̄ qō poſſ̄iōis ꝯcurrat cū qōe ꝓꝓe
tatis ſiue a diuſ̄ ptib⁹ ſiū ab eodē
ꝓponať vtraqȝ· Itē q̄ nō ꝯcurrāt·
¶ Eſt igiť ſciēdū tot eē qōnes poſ
ſeſſoꝛias q̄t ſūt intdcā poſſeſſoꝛia
Sunt autem interdicta poſſeſſo
ria hec adipiſcende poſſeſſionis

retinende · ac recuperande Inſ dictū
adipiſcende poſſeſſionis dat̉ bono
rū poſſeſſori · hoc eſt ei qui eſt loco
heredis · Eſt eñ heres de iure ciuili
et bonoꝝ poſſeſſoꝛ de iure pretorio
Cum eñ pretoꝛ non potuit ſuo be
neficio herede facere · quia h̉ legis
eſt vel ſenatuſconſulti vel ꝯſtitucō
nis fecit qđ potuit · ſ · bonoꝝ poſſeſ
ſorem quem loco heredis ꝯſtituit
vt inſti · de bo · poſſ · §. quos āt · ⁊ ē
vtriuſqꝫ · i · hereditatis ⁊ bonorum
poſſeſſionis idē effectus · ſed in hoc
differūt quia hereditas mittitur au
ctoritate legis · bonoꝝ poſſeſſio au
ctoritate p̄toris · Item adicō here-
ditatis non deſiderat auctoritatem
iudicis viuētis · ſed bonoꝝ poſſeſ-
ſio requirit auctoritatē ⁊ p̄ncīā iu
dicis · dat̉ igitur bonoꝝ poſſeſſori
interdictū adipiſcende poſſeſſiōis
qđ appellat̉ quoꝝ bonoꝝ · ⁊ datur
cōtra poſſeſſores vniuſitatū · vt · ff ·
quoꝝ bonoꝝ · l · i · §. interdictū hoc ·
et contra poſſeſſores reꝝ ſingulari
um · vt · ff · de furtis · l · hoc amplius
dūmō non contra corp̄m poſſeſſo-
res · ff · quoꝝ bonoꝝ · l · ij · Nec ob-
ſtat qđ dicitur · ff · quoꝝ bonoꝝ ·
l · i · §. interdictū hoc reſtitutoriū ē
et ad vniuſitatē bonoꝝ non ad ſin
gulas res ptinet · qđ eñ ibi dicit n̄
ad ſingulas res ſubaudio tm̄ · ſic
eciam peticō hereditatis datur pro
vna re tm̄ vt · ff · de peti · here · l · licet
Eſt ⁊ interdictū ſaluianū adipiſ-
cēde poſſeſſionis cā ꝯpatū · co qvti
tur dn̄s fundi de rebꝰ coloni quas
is pro mercedibꝰ fūdi pignori fu-
turas pepigiſſet · vt inſti · de inter
dic · §. interdictū · Retinēde poſſeſſi
onis cauſa ꝯpata ſunt interdicta
vti poſſidetis · ⁊ vtrobi · cū ab vtra
qꝫ pte de ꝓꝑetate alicuius rei con
trouerſia ſit · ⁊ an̄ q̄rit̉ vter ex liti
gatoribꝰ poſſideat vter petere debe
at · quia niſi an̄ exploret̉ vtrius poſ
ſeſſio ſit non pōt petitoris actio in
ſtitui · quia ciuilis ⁊ natural̉ racio
facit vt aliꝰ poſſideat ⁊ aliꝰ a poſſi
dente petat · vt inſti · đ interdictis
§. retinende · ſed vti poſſidetis locū
habet in rebꝰ imobilibꝰ · vtrobi i
rebꝰ mobilibus vt inſti · e · ti · §. ſꝫ
interdictū · Eſt ⁊ interdictum recu
pande poſſeſſionis qđ dat̉ alicui
vi eiecto a poſſeſſione cui eciā da
tur bn̄ficium ꝯſtitucōis illius · C ·
vn̄ vi · l · ſi quis in tātam Item agi
p̄t · l · iul̉ · de vi pub · l̉ · p̄uata ſi tm̄
armis vel ſine armis facta ſit eiec
tio · vt inſti · de interdic · §. recupā
de · Interdictū autē nichil aliud ē
q̄ȝ que dā v̉boꝝ ſolempnis concepcō
quibus pretoꝛ aliquid fieri iube-
bat vel ꝓhibebat · qđ tunc maxi
me faciebat cum de poſſeſſione vl̉
quaſi inter aliquos contēdebatur
vt inſti · de interdictis in p̄n · Si
queras an idem eſſet interdictum
et actio cum ⁊ actio eſſet quedam
formata v̉borū concepcio · vt · C · de
formul̉ · ⁊ impetra · ac · ſubla · l · vna
R̄ñō non quia ſolēpnitas actionū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erãt inducta a iure ciuili. Solẽp=
nitas interdictoꝝ a iure pretorio.
Erat ⁊ alia dr̃ia int̃ actiones ⁊ int̃
dicta quia verboꝝ ſolẽpnitas que
attẽdebat̃ in actionib⁹ non forma
bat̃ in ſingulorũ pſonis. ſed erat
generalit̃ formata in pſonis oim̃.
ſed in int̃dictis quot erãt hoies q̃
volebãt agẽ. tot verboꝝ cõcepcio
nes formabãtur. quib⁹ ↄtra ſuos
adũſarios in cauſis ſuis vtebant̃
et has ↄcepcões iterdcã vocabãt.
et ob hoc pt̃ q̃libet ſtudioſus ſco=
lans p ſe notare quia in int̃dictis
variãtur v̾ba ſcḿ demonſtracõnez
pſonaꝝ. vt. ff. de tabul̾. exhi. l. i. ff.
ne quid in loco pub. l. i. ff. de vi. et
vi. ar. l. i. in pn̄. hodie aũt nulla eſt
dr̃ia int̃ interdictũ ⁊ actionẽ vt in
ſti. de int̃dcũs. §. vlt. Dicit̃ autẽ in
terdictũ non ab interdicẽdo vel p
hibẽdo ſ; q2 inter duos vt inſti. de
interdic. §. ſicut tñ. Et eſt interdic
tũ actio in factũ pretoria vt inſti.
e. t. §. vlt. Itẽ interdictoꝝ quedã
ſũt ſimplicia in quib⁹ alter actor
eſt. alter re⁹. qualia ſũt reſtituto=
ria aut exhibitoria. Duplicia ſunt
in quib⁹ par vtriuſq3 litigatoris
cõdicio eſt. nec quiſq̈ꝫ actor vel re⁹
pcipue intelligit̃. ſ; vnuſquiſq3
tam rei q̈ꝫ actoris ptes ſuſtinet vt
inſti. e. t. §. tercia ⁊. §. duplicia ⁊. ff.
de interdictis. l. ij. Nũc vidẽdũ
eſt que qõ poſſeſſionis poſſit con=
currẽ cum qõne ꝓpetatis. Et eſt ſci
endũ ꝙ licꝫ ſcḿ iura ciuilia iſte due
qõnes ſe ſe non cõpaciant̃. ſ; pus
agenda ſit cã poſſeſſionis ⁊ deniũ
ꝓpetatis. vt. C. de rei ven. l. ordiarij
. C. de iterdcũs. l. icerti. C. q̃ꝝ bonoꝝ.
l. vlt. ff. de iudic. l. ſi de vi. Alie ãt
leges dicũt ꝙ ſuſpenſo petitorio ĩ
tentari pt̃ poſſeſſoriũ ab eodẽ ⁊ co
ram eodẽ iudice. vt. ff. de vi. ⁊ vi.
ar. l. cũ fundũ. §. eũ qui. ff. d acqui.
poſſ. l. naturalit̃. §. nichil. quas le
ges dñs Jo. ſic intellexit ſicut pma
facie ſonare videt̃ dicens hec. que
cõtrariũ dicũt nullaten⁹ ſtare poſ
ſe vt eadẽ pſona poſſet vtrũq3 iu=
diciũ intẽtare. nam ordo tũc ſeruã
dus eſt. vt dicebat. vt pus cã poſ
ſeſſionis expediat̃. Sed mar. et
alij intellexerũt leges illas locum
habere in iterdicto vti poſſidetis ⁊
vtrobi q̃ ñ ↄcurrũt cũ rei vẽdicacõe
ab eadẽ pte q̃ ei tenet̃ poſſeſſiõez p
vti poſſidẽtis ⁊ vtrobi excludit ſe
ipſũ a ↄ̃ria peticõe rei vendicacõis.
vt. ff. q̃ndo ap. l. ij. §. ſed ſi ali⁹. C.
de furtis. l. i. C. ſi ſeru⁹ exte. ſe mã.
e. l. i. vendicacõ enĩ non dat̃ poſſidẽ
ti. vt inſti. de acc. ĩ pn̄. ꝑmo po ci⁹
alteri⁹ parit actionẽ in rem vt. C.
de aliena. iud. cã mu. fac. l. vna. et
hoc verum eſſe dicebant niſi renũ
ciaret̃ rei vendicacõi. quia tunc p
cederet interdictum vti poſſidetis.
vel niſi quis ꝓponat rei ven. igno
rans ſibi cõpetere interdictũ. ⁊ ſic
intelligebant legem illam natura
liter. §. nichil. ſed in interdicto re
cuperande poſſeſſionis ſecus. illud

ſed ſᵐ iura canonica que circa hoc
in ſimplicitate procedūt qđ poſſeſſi
onis cū q̄one ꝓprietatis concurrūt
ſiue vtraq3 ab eadē parte· ſiue ſin
gule a diuerſis ptibus ꝓponātur·
ab eadē pte pōt ꝓponi qđ recupan
de poſſeſſionis ꝛ ꝓprietatis vt ꝭ· e·
ti· ad vltimū· cū eccā ſutrina· cum
ſup electione· cum dilect9 ꝭ· de teſ
tibus ſignificauerūt in ſi· Item a
diuerſis ptib9 ↄcurrūt queſtio ꝓ
prietatis ꝛ qđ poſſeſſionis retinē
de· ita vt vnus agat de ꝓprietate
ali9 de poſſeſſione· vti poſſidetis vel
vtrobi ſic agitur inter dn̄m ꝛ fruc
tuarium vt· ff· vti poſſidetis· l· vlt·
ſic fit cū vnus vendicat ſeruitutē
et alter tuetur poſſeſſionem vt· ff·
vti poſſi· l· ſi duo· §· ſi vicin9 ꝛ hoc
cum vendicās eſt in poſſeſſiōe ſer-
uitutis vt ibi patet· Sed opponi
tur egi vtroq3 iudicio petitorio ꝛ
poſſeſſorio ꝛ i vtroq3 obtinui· ap
pellaſti a ſn̄ia lata ſuper ꝓprietate·
ab alia nō· ꝛ ſic facta eſt execucio
ſuper reſtitutorio ꝛ data eſt michi
rei poſſeſſio· ↄfirmatur ſn̄ia lata ſu
per ꝓprietate a iudice appellacōis
queritur que erit vtilitas hmōi cō
firmatōis ſiūo declaracio dominij
nō autem tenebitur aduerſarius
me9 reſtituere michi poſſeſſionem
quā habeo cū nec poſſideat nec do
lo deſierit poſſidere· Item ſi egero
petitorio poſſum redire ad īterdic
tū recuperande poſſeſſionis pendēte
iudicō petitorio· vt ꝭ· e· c· paſtoral·

ſed hoc recipit calumpniā· ſi enī de
ſiſtā in petitorio qđ incepi ꝛ tranſ
eam ad nouū iudiciū inchoandu3
ſup poſſeſſione· re9 p̄t a iudice im
plorare vt in petitorio ꝓcedat ꝑ
lege3· C· q̄uo ꝛ qn̄ iu· auc̄ qui ſemel
qđ locū habet ſiue lis fuerit ↄteſta
ta in petitorio ſiue cepta nō ſit· vt
ibi dicit· Et tūc concludet in pnci-
pali hoc eſt in petitorio ꝛ non erit
locus interdicto ſiī qōi poſſeſſorie
poſtꝗ̄ in ꝓprietate fuerit concluſū
aut renūciatum vt in· c· paſtoral·
Sed ho Jo· ꝛ alij qui dicūt ꝙ hec
duo iudicia poſſeſſoriū ꝛ petitoriū
nō ↄcurrūt· exponūt verba illa pen
dēte iudicō que ſūt in dec illa paſ-
toralis· ꝛ in· l· cū fundum· §· ei qui
et· l· renūciato· ff· de vi ꝛ vi ar· Itē
dicūt ꝙ iſtud qđ dicitur in decre·
et in· l· vt actor dimiſſo petitorio
tranſeat ad poſſeſſoriū locum ha-
bere nō poteſt· niſi cum re9 nō vult
vt in petitorio procedatur· al's op
tet in eo ꝓcedi vt dictū eſt· vel op
tet cedi vel renūciare lite petitorie
vt iā dixi· et eodē mō intelligebāt
qđ dicit ꝭ· de teſtib9 ſignificauerūt
ſuſpēſo petitorio ſupplebāt ipſi et
renūciato· Nos āt nō ſic· dicimus
enī ꝙ is q̄ rei vē· incepit pōt redire
ad interdictū recupādē poſſeſſionis
pendēte iudicō ꝓprietatis· i· ſuſpēſo
et nō dimiſſo· vt dicit illa ſignifi
cauerūt· cū enī hoc ī odiū violēti ſit
inductum ꝛ in fauorē ſpoliati non
cōuertet ad dāpnū eius· vt C· de

legibꝰ ⁊ conſti·l·qḋ fauore nec ob
ſtat autẽ·qui ſemel qḋ locū habet
in cõtumacē· Item pone ꝙ is qui
agit de ꝓpͤtate litē ꝯteſtat' eſt nõ
pt ꝓbare·reuertit' ad qõm poſſeſ
ſionis recupãde·quid ꝓderit ei poſ
ſeſſoriū cū aduerſari' iſtare poſſit
vt ꝓnūcie' i petitoio·vt·ff·de iuḋ·
de qua re ⁊·e·t·cū ſup·C quõ ⁊ qñ
iu·auc·qui ſemel·⁊ ſi ꝓnūcietur in
petitorio ꝓ reo cõtris ꝓnūciet' i poſ
ſeſſorio ꝓ actore videt' ꝙ ſnīa la=
ta in poſſeſſorio ſit ſine fructu· qz i
execucõne debet ꝓpͤtas ꝑualere·vt
⁊·e·cū dilect'·Rñō ex quo de iuris
ꝑmiſſiõe licet actori redire ad poſ
ſeſſoriū·vt h ꝑmiſſio ſit fructuoſa
dicā non poſſe ꝓcedi i petitorio n̄
actore inſtãte·vel ſi ꝓcedi poſſet i
ſiſtente reo·adhuc dico ꝙ ꝓderit
actoi ſnīa ſuper poſſeſſione ferēda
quo ad fruct' ⁊ intereſſe·ff·de vi·
et vi·ar·l·idē eſt·§·vlt·⁊·l·ſi plu=
res·§·deiectū· Item pone ꝙ egi cõ
tra te intdicto vñ vi vel cõdictiõe
ex illo canone reintegranda·iñ·q·
i·obtineo·reſtituit' michi poſſeſſio
nūquid hec ſnīa obe͛it violento i
qõne ꝓpͤtatis vt vict' in poſſeſſi
one non poſſit agē ꝯtra me de ꝓpͤ
tate·Rñō non puto hoc fieri poſſe
ex vi interdcā ſeu cõdictionis ex ca
none·qz h nudā poſſeſſionē aduo
cant·ſec' ſi actū eſſet cõdictiõe ex
illa·l·C vnde vi· ſi quis in tantam
ſnīa igit' lata in poſſeſſione non ꝑ
iudicabit in ꝓpͤtate q̄ſi ꝓ hoc vide

atur ꝓnūciatū in ꝓpͤtate·C·ḋ ſen·
et iterlo·om·iuḋ·l·poſt ſnīaz· Sꝫ
nūquid in hoc caſu poterit excipi ꝯ
violentū ex illa ꝯſtitucõe ſi quis i
tantā·puto ꝙ ſic·vt·C·de excep·l·ꝫ
Sed caue tibi qz ex violēcia cleri
ci vel prelati non daret' cõdictio ex
l·ſi quis in tantā·vel ex canone re=
integrãda·vel excepcõ ꝯtra eccleſi
am quo ad ꝓprietatē·ꝓpter regu=
lam illā delictū pſone non debet re
dūdare i dãpnū ecce·vi·q·vi· Si
epm· Itē vbi cõcluſū eſt vel renūci
atū in cā ꝓpͤtatis·cā non deciſa re
dire non pt ad poſſeſſoriū iudiciuꝫ
vt ⁊·e·t·paſtoralis· Et eſt racõ ne
lites litibꝰ iculcent'· Sꝫ nūquid
cauſa deciſa ſup ꝓpͤtate poterit agi
de poſſeſſione·Rñō ſic ꝓpter fruct'
et inteſſe· ſicut video ꝙ fructuari'
eiectus agit interdicto eciā p' vſū
fructū finitū vt·ff·de vi·⁊ vi·ar·l·
Idē eſt·§·vlt·⁊·l·ſi plures· Item
querit' quid ſi eiectus non agat in
terdicto vñ vi ⁊·ānū a die eiectõis
nūquid poſt ānū agē pt·videt' ꝙ
non quia hoc interdictuꝫ anuale ē
vt·ff·de vi·⁊ vi·ar·l·i· in pn·⁊ ⁊
annū vtilem cõpetit vt in e·l·ānus
vñ āno expirat ſicut ⁊ cetere preto
rie actiones·vt inſti·ḋ ꝑpe·⁊ tēpo·
ac·in pn· Ad qḋ rñō ꝑtorie actio
nes tpales ſūt quo ad penā·ꝑpe=
tue autē quo ad rez pſecucõnes·
vt ff·de acc·⁊ ob·l· In honorarijs
ſic ⁊ i intdcõ vnde vi·⁊ ſi quo ad
ea que in pdio erãt non competat

poſt ānū· ad rei tm̄ pſecucōez h̄ eſt
ad p̄dn̄ reſtitucōez· ppetuo datur
vt in predcā· l· in pn̄· Sȝ cōdictio
ex illo canone rei tegrāda ppetuo
dat̄ ⁊ ad oīa ꝯdicione tp̄is· Cap
tiuitate dolo· aut violencia nō ob
ſtañ· vt in eod̄ canone cōtinetur·
Itē dictū eſt· s̄ ꝙ interdictū adi=
piſcēde poſſeſſionis dat̄ bonoꝝ poſ
ſeſſori· Sȝ opponitur· Nōne quis
per bonoꝝ poſſeſſionē efficit̄ dn̄s
reꝝ hereditariū· quō ergo adipiſ=
cetur p interdictū quoꝝ bonoꝝ
qd̄ iam adept⁹ eſt p bonoꝝ poſſeſ
ſionē· Rn̄o p bonorū poſſeſſionem
adeptus eſt iam dominiū ſed non
poſſeſſionē ſicut in adicōne hēdita
tis ꝯtingit· ff· de acqui· poſſ· l· cum
heredes ⁊ ideo neccāriū eſt intdictū

Vnū autē non omitto qd̄ cōti
netur ī· e· paſtoralis· ſ· ꝙ is qui rē
vendicare incepit p̄t redire ad int
dictum adipiſcende vel recupande
poſſeſſionis· alijs poſſeſſorijs iudi
cijs ſuo robore duraturis que ven
dicacōez dominij ſui natura prece=
dunt· Solet em̄ multū dubitari q̄
ſint illa iudicia. Et p̄t dici ꝙ ſunt
h̄· ſ· interdictū de libris exhi· ⁊ int
dictū de tabu· exhiben· h̄ em̄ ex ſui
natura precedūt vendicacōez domi
nij· ſūt em̄ preābula ⁊ ꝑparatoria
vendicacōis· Pri⁹ em̄ libri exhiben
tur deinde agit̄ de iure pſonaꝝ· vt
C· de lib· exhiben· l· i· Et idē ē in in
terdcō de tabul· exhibē· Pri⁹ eñ ta
bule exhibent̄ deinde relictū in ta
bul· vendicat̄· vt· ff· de tabu· exhi·
l· locū· §· ſolet· Vn̄ q nō exhibet cō
dēpnat̄ habita eſtimacōe ei⁹ qd̄ i
tabul· ē relictū· vt· ff· e· t· l· locū· §·
condēpnacio· ad iſta igit̄ que de
ſui natuā p̄cedere hn̄t dominij qō
nē non ē regreſſus p⁹ intētatā ven
dicacōez· vel p̄t dici ꝙ h̄ ſūt illa iu
dicia· ſ· intdictum vti poſſidetis· ⁊
vtrobi· ad q̄ redire nō p̄t is qui rē
vendicare incepit· ꝓpt̄ ꝯrietatē pe
tēdi quā ſupi⁹ aſſignui s̄· e· §· nunc
vidēdū· Nec obſtat lex· ff· de acq̄·
poſſ· l· naturalit̄· §· nichil· q dicit
dari intdictū vti poſſideās ei q̄ rē
vendicare icepit· Nā illa ſic intelli
git̄ ſcȝ cū q̄s pri⁹ renūciat actiom
in rē quā iſtituerat· vel cū ignorās
ſibi ꝯpetere intdictū rei vendicacō
nē intētat· Et qd̄ de hijs duobꝫ in
terdictis ſcȝ vti poſſidetis l̄ vtrobi
loq̄tur· illa lrā alijs poſſeſſorijs iudi
cijs ⁊c̄· ſic ex lrā illa elicio· ſupen⁹
tractauit eād̄ dec̄· d̄ intdcās acq̄rē
de ⁊ adipiſcēde poſſeſſionis· in q̄bꝫ
dixit eū qui rem vendicare incepit
poſſe ad intdicta redire· an̄q̄ii iu
diciū ꝓpetatis renūciatū ſit aut cō
cluſū· poſtmod̄ āt q̄ñ de oppoſitis
intdictis loquēdo dicit alijs poſſeſ
ſorijs ⁊c̄· hec aūt interdicta ſcȝ vti
poſſidetis et vtrobi ſunt oppoſita
illis ſcȝ vn̄ vi ⁊ quoꝝ bonorū· Nā
hec ſunt retinende illa vero acqui=
rende poſſeſſionis· ſed huic intel=
lectui aliquantulum aduerſatur
qd̄ ī littera dicit̄ ſubſequēti alijs

poſſeſſorijs iudicijs ſuo robore du
raturis que vendicacōnem dn̄ij na
tura precedūt·hec enī interdcā vti
poſſidetis ⁊ vtrobi non p̄cedūt rei
vendicacōez Ad qđ rn̄o hec duo i
terdcā cum rei vendicacōe in eodē
iudicō non cōcurrūt·ſed precedere
pn̄t·⁊ ſubſequi·ita vt in diuerſis
iudicijs ꝓponātur·vn̄ qˀ ibi dicit
dn̄ij vendicacōem natura p̄cedunt
ſubaudi vel ſubſequūtˀ ¶ In ſum
ma notandū eſt ꝙ p duos act⁹ in
telligitˀ quis eſſe in poſſeſſione vel
quaſi·vt ꝗ̄·e·cū olim· Nam binus
act⁹ necđ poſſeſſionē vel quaſi·ſed
eciā ꝯſuetudinem inducit·vt·C·de
ep̄al·aud·l·iij·in fi·xxv·q·iij·ita
nos·⁊ multo forci⁹ tn⁹·vt ꝗ̄·e·ti·
c·Cum eccā ſutina·C·de fideicōmiſ·
l·i· Sed nunq̄d p vnicū actū ac-
quiritˀ poſſeſſio Rn̄o ſic· Dicit ei
p vnicū actū pditˀ·vt ſ̄ de ꝯſti·cū
in farien̄ ꝗ̄·de p̄be·⁊ dig·ꝓ illoꝝ·
ſic ⁊ acq̄ritˀ ⁊ ꝯ̄tinetˀ vt·C·de ſuitu·
⁊ aq̄·l·cū tal·nā ⁊ aq̄ đꝛ q̄tidiana
q̄ vn̄ i die dr̄ıcitˀ vt·ff·de aq̄ coti·⁊
eſtiua·l·i·§·ꝙ aūt ⁊ ſi miſero ting
nū in pariete tuū ſtati incipio poſ
ſidere vel quaſi ſeruitutē·vt·ff·de
ſeruitˀ·vrba·p̄đ·l·ſuitutes que i
ſupficie·

¶ De reſtitucōe ſpoliatoꝝ·

Dictū eſt ſ̄ de cā poſſeſſio-
nis ⁊ ꝓ̄pe·ſed qꝛ cā reſti
tucōis poſſeſſoria eſt·ido
ſubſequenter ānectitur h̄ rubrica
de reſtitucōe ſpoliatoꝝ· ¶ Videa
mus igitˀ quid ſit ſpoliacō·q̄s poſ
ſit ⁊ debeat reſtitui qn̄ facienda ē
reſtitucō·⁊ qualiter ⁊ in quibꝫ ca
ſibꝫ ceſſet· ¶ Spoliacō eſt a poſ-
ſeſſione rei imobilis violenta ⁊ in
iurioſa deiectio vel mobilis rei ab
lacio· Violenta ꝓpterea dico quia
ſi quis ſponte poſſeſſionē ſuā renū
ciauerit vel ipſā abiuret reſtitucō
locū non habet·vt ꝗ̄·e·t·accepta ſ̄
de renūc·ſuper hoc·vbi enī quis ſe
nolle poſſidere ꝯſtituit ꝓtin⁹ poſ
ſeſſionē amittit·vt·ff·đ acq̄·poſſ
l·i·§·ſi vir·⁊·l·ſi quis in·§·eſt dꝛa
et·l·poſſiden·§·in amittenda· In
iurioſa ꝓpter hoc adicō qꝛ non q̄
cienſcūqꝫ quis de poſſeſſione vio-
lenter eicitˀ iniurioſe eicī intelligen
dus ē·vt cū quis aliū eiciens incō
tinētī ⁊ q̄ſi bello cōtinuato reicitur
nam ⁊ ſi p violenciā excludatˀ nō
tn̄ reſtituitˀ·vt ꝗ̄·e·olim·iij·q·i·§·
patet·C·vnde vi·l·i· ¶ Generaliter
reſtituend⁹ eſt quilibet ab alio ꝙ
a ſuo iudice ſpoliat⁹ vt h̄ ⁊ i mul
tis dec·⁊ iij·q·i·p totum·ſic ⁊ a iu
dice ſine iuris ordine ſpoliat⁹·vt
ꝗ̄·e·t·cū veniſſet·⁊·c·cōquerēte ꝙ
uis enī preſumatˀ ꝓ iudice in hijs
que in iudicō fiūt ſ̄ de renūc·in pn̄
cia ꝗ̄·de teſtibꝫ Cum a nobis ꝗ̄·de
ſen·⁊ re·iudi·ſicut.ff·de ſtatu·ho·
l·ingenuū·ff·de in ius·vo·l·adopti
uū·§·i·qđ tn̄ hodie detˀminacōez re
cipit·vt ꝗ̄·de ꝓba·qm̄ ꝯ falſā·n tn̄
ſic p̄ſumitˀ ꝓ hijs q̄ exˀ iudiᵐ fiūt ⁊

ideo ſi prelatꝰ pret̃ figurã iudicij
ſpoliet ſiue ꝑuet faciẽda ẽ reſtitu-
cio ac ſi peteret̃ a ꝑuato. ⁊ ſic itel
ligo dec̃ preallegatas. Cetez ſi in
figura iudicij a ſuo ordinario q̃s
priuet̃. ⁊ ꝑuatꝰ petat reſtitucõnez
tamq̃ȝ violent̃ eiectꝰ non ẽ audiẽ
dꝰ. ſed ꝑus eſt vt inq̃ratur cã pri
uacõis q̃re ordinariꝰ ſic ꝑuauit vt
ſi inueniat̃ ꝙ iuſta de cã priuauit.
cõfirmet̃ ꝑuacio. alioq̃n infirme
tur ⁊ ſic intelligo. ij. q. i. notum. ⁊
vij. q. i. preſenciũ. ⁊ ꝙ dixi genera
liter reſtituendũ ſpoliatũ ee in tm̃
verũ eſt vt non obſtet excepcõ cri-
minis. vt ẽ. e. t. Itẽ cũ q̃s vel non
canonice inſtitucõis. vt ẽ. e. t. i lr̃is
et vi. q. iij. deniqȝ. hoc tñ fallit in
multis caſibꝰ. in ſpoliato a iudice
in figura iudicij vt dictũ ẽ ⁊ ꝓba
tur. ij. q. i. notũ. vij. q. i. preſenciũ.
Itẽ ſi quis intruſus fuerit i rõnã
ſedẽ ⁊ eiectꝰ non reſtituit̃ vt iij. q.
i. §. patz. Itẽ deſtitutꝰ ꝓpt̃ ſuſpi-
cionẽ dilapidacõis non reſtituit̃
añ ꝯgnitã veritatẽ de dilapidacõe
vt iii. q. ij. qz ea. hodie tam recipit
correctionẽ. qz ſuſpectꝰ de dilapi-
dacõe non deſtituit̃ ab adminiſtra-
cione niſi ꝓbata fuerit ſuſpicõ. vt
ẽ. de ſymo. licet. Itẽ impedit reſti
tucõez criminis enormitas. vt ij.
q. v. ſuper cã. ⁊ infamia vt ij. q. v.
preſbit. criminis euidẽcia vt ij. q.
ij. ſcelus. ⁊. q. i. de manifeſta. ⁊ ẽ.
de accu. euidẽcia. Itẽ ipedit reſtitu
cõez crimẽ ſymonie vt ẽ. de ſymo.

accuſatꝰ ⁊. c. tãta. Itẽ ꝯtumacia vt
iii. q. ix. decrimꝰ. Itẽ ſcãdalũ. vt
iij. q. vi. hꝰ q̃ppe. Itẽ rei abſecia vt
ẽ. e. t. ꝯſultacõibꝰ. Itẽ cũ eiciẽs i cõ
tinẽti eiciat̃ vt dictũ ẽ i ꝑn. Itẽ cum
ſpoliacõ obiciat̃ i mod̃ excepcõis
vt ẽ de ord. ꝯg. cũ dilcis. Itẽ ſm̃
q̃ſdã ſi aduſariꝰ i ꝯtinẽti velit pro
bare de ꝓꝑetate vt. ff. ad exhi. l. ij
§. ibidẽ. C. de edcõ di. adꝛ. tol. l. vlt.
in fi. ff. ad carbo. l. iij. §. cẽ. ff. vt in
poſ. lega. l. ſi is a q̃ in ꝑn. ff. ad tre
bell. l. ille a q̃. §. i. ff. de doli. excep.
l. dolo fac. Sȝ cẽte q̃ ſic dixerũt er
rauerũt. Nã leges ſupiores loqui
tur vel i exhibicõe rei vel i miſſiõe i
poſſionẽ. q̃ cũ ſumaria cẽ ꝯgnicõe
ſiũt ⁊ qz leuit̃ ſiũt leuit̃ ipediũtur
p obiectũ dominij. lex ãt illa dolo
fac. ãt locũ hȝ i petitorio ⁊ hꝰ inuit vo
rũ q̃ id petit ⁊c̃. Sȝ vbi quis petit
reſtitucõez q̃ ꝑuilegiata ẽ. vt ẽ de
ord. ꝯg. c. vlt. in q̃ deſiderat̃ plena
cauſe ꝯgnicio vt ẽ de offi. del. con
ſultacõibꝰ. ſicut non de facili dat̃
ſic nec de facili impeditur vt ẽ. e. t.
in litteris. ⁊. c. Item cum quis. et
hec ſnĩa ꝯfirmat̃ ẽ. e. t. lrãs. ⁊ ẽ. de
ſen. ⁊ re iud. ſuborta. Itẽ ipedit reſ
titucõez rei iudicate excepcõ. vt ij.
q. vi. §. diffinitiã. Itẽ excepcõ iur
iurandi. vel pacti ſm̃ quoſdam vt
ẽ. e. ti. accepta. Item vbi ſub con
dicione quis poſſedit. vt ẽ. e. titu.
olim. Item ſi ex gracia vel preca-
rio quis poſſedit. vt ẽ. queſtione
iij. quia ꝯgnouimꝰ. ẽ. de excõ. pla

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum ad quoꝝuīs· Itē ſi poſſedit vt
colon⁹ vt· ff· de vi· ⁊ vi· ar· l· cū fun
dū· Itē inter viꝝ ⁊ vxorē ſꝫ ſūt q̄
reſtitucōnez impediūt ſeuicia viri
vt ꝗ· e· t· extrāſmiſſa ꝰ vt lit̄ nō ɔt̄
c· i· xxxij· q· i· ꝺ bñdicto· Itē ſi incō
tinenti offerat̄ ſup ɔſanguinitate
probacō vt ꝗ· e· t· lrās· Itē ſi eiect⁹
adulteret̄ poſt eiectionē vt ꝗ· de di
uorcijs ſignificaſti· Item ſi vxor i
iudaiſmo repudiet̄ vt ꝗ· de diuorc̄·
gaudem⁹· Itē ſi is qui dicit ſe eiec
tum non habuit poſſeſſionē iuris·
vt ꝗ· e· t· ex pte vel habuit poſſeſſio
nē· ſed p violenciā· vt ꝗ· de ſpōſal̄·
cum locū· hij ſex caſus quatuor v̄
ſiaɫ cōprehendūtur· Si non cōti
nuit ſi mox ꝓbat impedimentuꝫ·
ſitqꝫ vir auſter⁹ moyſi ſit lege re
lict⁹· ſi non poſſedit iuſte vel ſi vio
lenter· pulſus ⁊ in iuſte ius perdit
reſtituendi ¶ Eſt aūt facienda reſ
titucō añ pncipal̄ cauſe ingreſſuꝫ
vt ꝗ· qui ſi· ſint le· cām· pncipalem
cām intelligo cām criminis· vt ꝗ·
e· ti· Iam cū quis· vel non canoni
ce inſtitucōnis· vt ꝗ· e· t· in lrīs· vel
cām petitoriā· vt ꝗ· e· t· cōquerēte·
et ſic intelligo oīa iura dñca ſpo=
liatū debere reſtitui añ cauſe igreſ
ſu· vt ij· q· ij· p totū· ⁊ iij· q· i· p to=
tum· alibi autē dicit̄ ſpoliatū debe
re reſtitui añ oēm cōtencōez· vt ꝗ·
e· t· c· i· non autē intelligas añ in=
greſſum cē pncipalis reſtitucōnis
nam ⁊ illa cā pncipalis vocat̄· vt
ꝗ· e· t· Item cū quis· qꝛ in illa fiei

debet lit̄ ɔt° ⁊ ꝓbacio poſſeſſiōis
et eiectionis vt ꝰ de offi· dele· cōſu
tacōibꝫ· ⁊ ſꝫ añ reſtitucōnez que cū
plena cauſe ɔgnicōe debet fieri vt
dixi ꝰ in pr· ſ· ¶ Reſtituenda ſūt
igitur oīa ⁊ in eo loco vnū abceſſe=
rant ſundit⁹ reuocanda ſi ad loca
alia ſūt trāſlata vt iij· q· i· reinte=
grāda· reuocāda in ꝗ̄ ſumptibꝫ vi
olenti· vt· ff· de rei ven· l· ſi vero· nō
tm̄ aūt res ablate veniūt in reſtitu
cōez ſed ⁊ dāpna ⁊ fruct⁹ pcepti
a violento ⁊ qui pcipi potuiſſent
a violenciā paſſo· ſi ei poſſidere li=
cuiſſet· vt ꝗ· e· t· grauis· Itē oēs cō
moditates ⁊ vtilitates q̄s habitu
rus ⁊ cōſecuturus fuiſſet eiectus a
die eiectionis· vt· ff· de vi· ⁊ vi· ar·
l· i· ſ· ex die· ⁊· ſ· non ſoluꝫ dāpna
vero ꝓbabūtur p iuram̄ eiecti· vt
C· vnū vi· l· ſi qñ· ij· q· i In pmis· ꝰ
ꝗ metus cā· c· vlt̄· interueniente
taxacōe iudicis· vt iij· q· iij· ſ· ſpaci
um i verbo ꝗ fieri· ff· ad exhiben·
l· ij· ſ· ij· que taxacō fieri habet āte
iuramentū non poſt· vt in aut· de
iudicibꝫ· ſ· optꝫ coll̄· vi· Et ſic cor=
recta eſt lex vet⁹· ff· de in litē iuran·
l· videam⁹· ſ· plt̄· in ſi· fruct⁹ autē
pcepti ꝓbari habent licet pcipien
di ⁊ alie vtilitates a iudice extimā
tur· vt· ff· de vi· ⁊ vi· ar· l· i· ſ· non
ſolū ⁊ ſcḿ hoc plenarie facienda ē
reſtitucō· vt ij· q· ij· p totū· hoc eñ
importat v̄bū reſtitucōis vt· ff· de
v̄bo· ſigni· l· Cū pretor· ¶ Et ē ſci
endū ꝗ q̄tuor ſūt auxilia ꝓdita p

q̄ peti p̄t reſtitucio · actio int̄dictū
cōdicō ex canone · iudicis officium
Actione petit̄ reſtitucō vt actione
q̄ metus cā p q̄ petit̄ reſtitucio ꝯ̄
quelibet poſſeſſorē vt no · ē · q̄ me
tus cā · §. in ſūma · Actione de dolo
petit̄ reſtitucio ꝯ̄ illū q̄ dolo fecit ꝫ
cōtra hedes agit̄ in quātū ad eos
ꝑuenit ex dolo defuncti vt · ff · de do
lo · l · ſi plures ⁊ hꝫ actio de dolo ꝯpe
tit vt res reſtituat̄ ⁊ ſup hoc fert̄
vna ſñia · ſi āt nō reſtituat̄ defert̄
actori ſacrm̄etū in litē · ⁊ ſup hoc fer
tur ſecūda ſñia · ⁊ idē ꝓuat̄ in acti
one q̄ met⁹ cā · vbi vero certū ē do
lo ſū non poſſe reſtituē ꝑtin⁹ ꝯdep
nād⁹ ē ad intereſſe · vt · ff · de dolo · l ·
arbitro · Rn̄ · i · ⁊ · §. i · Per int̄dictū
dat̄ reſtitucio ꝯ̄ illū qui vim fecit
vel mādauit fieri vel factā ratā ha
buit · vt ī · e · t · Cū ad ſedē · ff · de vi
⁊ vi ar · l · i · §. ꝫ cū q̄s Cōdictōe ex il
lo canone vel dec̄ · vt ī · e · t · ſepe con
tingit · agit̄ ꝯ̄ ſucceſſorē violenti · q̄
ſcient̄ rē detinet violentā · Item cō
dictione ex illa dec̄ ī · de app · bone
me · agit̄ ꝯ̄ quelibꝫ poſſeſſorē apō
quē res fuerit violenta · Cōdictiōe
vero ex illo canone iij · q · i · reitegr̄n
da agit̄ gn̄alit̄ aduſus poſſeſſoēs
reꝝ q̄s aliq̄s noſcit̄ ꝑdidiſſe quia
cūqꝫ ꝯdicōe tp̄is aut captiuitate ·
aut dolo aut violēcia maioꝝ · ⁊ ꝑ
quaſcūqꝫ iniuſtas cās · ⁊ hꝫ ſiue ſint
res ecc̄e ſiue ꝓp̄e vt ibidē · Iudicis
officō petit̄ reſtitucio cū aliq̄s ꝓpt̄
abſenciā ꝑdidit rē ſuā de q̄ agit̄ ·

ff · ex qui · cau · ma · ⁊ p̄t agi ꝯ̄ queli
bet poſſeſſorē · vt xvi · q · iij · porro · ⁊
c · p̄ma actione · ⁊ ꝓm̄ premiſſa nō
obſtat lex · ff · de vi ⁊ vi ar · l · cū a te
que dicit nō dari int̄dictū aduer-
ſus eū ad quē tranſlata fuerit res
violenta · vēꝝ eſt eñi q̄ non dat̄ in
terdictū qꝛ int̄dicta vi ipſa perſo
nalia ſunt · vt · ff · de int̄dic · §. inter
dicta · Itꝫ dātur ꝯdictiones ex ca ·
vel ex dec̄ ſicut ſupi⁹ dictuꝫ eſt · vel
officiū iudicis Itꝫ inter canonem
et dec̄ dr̄ā eſt notāda · Nam canon
ille reintegrāda generalis ē quali
tercūqꝫ ⁊ quocūqꝫ quis amiſerit
rem ꝓpriā vel ecc̄e apud quēcūqꝫ
et in quocūqꝫ loco fuerit ꝯſtituta ·
dec̄ illa ſepe ꝯtingit requirit ſciaꝫ
ſucceſſoris · vt cū quis ſciens a ſpo
liatore rē receperit violentam · tūc
quia ſpoliatori ſuccedit in viciū
eo q̄ nō multū intereſt quo ad pe
riculum anime detinere iniuſte ac
inuadere alienū cōpetit cōdictio ꝯ̄
talē · ⁊ hoc de nouo inducit̄ ꝑ dec̄ il
lam · qꝛ ꝯſideratur viciū in ſucceſſo
re ſingulari · q̄d in ſucceſſore vniu
ſali ſolet ꝯſiter optinē vt · C · de acq̄ ·
poſſ · l · vicia · ff · de diū · ⁊ temporal̄
preſcp̄ · l · cū hēs · ff · de acq̄ · poſſ · l ·
pomp⁹ · §. i · ſec⁹ in ſingulari q̄ i vi
ciū nō ſuccedit · vt · ff · de diū · et tē
p̄ · l · an viciū · Itꝫ dec̄ illa bone me
morie ſimplicit̄ loquit̄ ⁊ poſſet re
duci ad itellectū illi⁹ ſepe ꝯtingit
vel dici poteſt q̄ in illa bone me
exuberauit officium iudicantis ·

vel forte actū fuit cōdictione ex ca
none reintegrāda. Verūptū cū is
qui ſciam allegat ꝓbare habeat.
vt. ff. de ꝓba. l. verius. et graue ſit ꝓ
bare ſciaȝ alienā non reputo cau
tū agi cōdictione ex illa dec. ſepe cō
tingit. puto eſſe tutū agi officio iu
dicis ex canone reintegrāda. Sed
quid ſi te de poſſeſſiōe violenter eiecā
et alius a me emerit bona fide. nūquid
pſcribet. videtur quod ſic. lex ei plaucia
et iulia ea demū vſucapi vetuit que
vi poſſeſſa ſūt non ex ea quibus ali
quis vi foret eiectus vt. ff. de vſucap.
l. non ſolū. §. ſi dn̄s et §. ſed michi lo
nuus. Itē hic cōcurrūt ea que in p
ſcriptiōe canonica requirūtur. ſ. titu
lus et bona fides cū quibus pſcriptio
procedit. vt extra de pſcrip. Si dili
gēti extra de ꝓba. licet et extra de deci. du
dū. Ad hoc rn̄o quod quō iſta determi
nāda eſt per dec. illā extra e. t. ſepe cōtin
git. vt ſi emptor an cōpletā pſcrip
tiōeȝ rē nouerit viciosā intelligatur
in viciū ſucceſſiſſe et ideo non pſcri
bat. ¶ In ſūma notandū eſt quod ſi de
violencia criminaliter et de poſſeſſio
ne ciuiliter per interdictū agatur. prius
de poſſeſſiōe quam de violēcia cognoſ
cendū eſt. vt. C. de app. l. prius. ſi aga
tur de violencia et ꝓprietate. prius de
violencia quam de ꝓprietate vt extra e. t. in
litteris ff. de iudi. l. ſi de vi. Si autem aga
tur de poſſeſſione et ꝓprietate. prius cog
noſcendū eſt de poſſeſſione quam de ꝓprie
tate. vt. C. de rei ven. l. ordinarij. C.
de interdictis. l. incerta. quia et ciuilis

et naturalis rō pſuadet vt alter poſſi
deat et alter a poſſidēte petat. vt inſti.
de interdictis. §. retinende. Sed quamuis
hoc magis ordinariū ſit et ordinacio
tū ſecundum iura canonica ſimul ab eodē
intentantur vtrūqȝ. ſcȝ interdictū vn
de vi et rei uendicacō. a diuiſis autem
interdictū vti poſſidetis et rei uendi
cacō. vt no. extra de ord. cogni. §. nunc
videndū. et quia de natura poſſeſſionū
multa et varia ꝓponūtur de multis
pauca et in ſūma dicamus. Sciendū
dū eſt igitur vnā eē poſſeſſionē. ſ. na
turalē. i. inductā de iure gēciū ſed ap
probatā de iure ciuili et extenſā. et
hec reſpectu dicitur duplicē eē rōem poſ
ſidendi. vt. C. de acqui. poſſ. l. nemo
ambigit. Si enī de pdio excā nec
ſit pdiū in cōſpectu meo retineo poſ
ſeſſionē ſecundum quoſdā ciuilē. ſecundum Azo
naturalē. ſed ciuiliter ſicut et pretoria
actio dicitur ciuilis auctoritate et ex
tenſione. vt. ff. de noxali. l. electio.
§. ſi is quē. et §. ſi abſente. Unde ſi
alius ingrediatur prediū habet poſ
ſeſſionē naturalem ſed clamdeſti
nam. credit enim vel credere debet
me ſibi cōtrouerſiā moturū. vt. ff.
de acqui. poſſ. l. clā poſſideri. io rn̄o
et illa poſſeſſio proderit ei contra ali
os. Nam habet interdictū vti poſ
ſidetis aduerſus alios ſed contra
me qui naturaliter poſſideo iure ci
uilis auctoritate vt dictū eſt ſibi
non proderit. vt. ff. vti poſ. l. i. in fi.
niſi ego veniens non admittar ab
illo clādeſtino poſſeſſore vel ñ ſuſpicar

poſſe repelli vt in .l. clam poſſidem
§ qui ad nūdinas q2 tūc clādeſti
n9 efficit violent9 vt ibi dicit . et
ff . e . l . ſi id . § . q auīt . ſed ⁊ ſi p aliū
poſſideā ſcȝ p colonū vel inquilinū
vt in .l. ſi id qd . vel p vicariū . vt ſ
de reſcriptis . Ex pte . ſ . de offi . iud .
c . ij . ſeu p pēſionariū . vt ī . e . t . cum
veniſſet . ſi ille deceſſerit vel de poſ=
ſeſſione receſſerit non amitto poſ
ſeſſionē . vt . ff . e . t . l . ſi de eo . niſi ve
niēs ⁊c . vt ſ . ſed ſi is p quem dñs
poſſidet eiciat vel alij poſſeſſionem
tradit pdit dñs poſſeſſionē vt . ff .
de acq . poſſ . l . poſſiden . § . q ſi ſu9
. C . e . t . l . ex libeis Et h oīa locū hñt
i reb9 imobilib9 . Nā ēca mobilia
ſec9 ē . In eis eñ omiſſa ⁊ neglēā
cuſtodia inducit amiſſionē poſſeſ
ſiōis vt . ff . d acq . poſſ . l . ſi rē mobi
lē . imo eo ipō q qs ſe ɔſtituit nolle
poſſidē pdit poſſeſſiōȝ vt no . ſ . e . t § . i .

¶ De dolo ⁊ ɔtumacia .

In ſupiori rubrica tractaui
m9 d eiectis ⁊ ſpoliat . vi
et potēcia ſpoliatoꝝ . In
hac vero rubrica tractat d fatigatis
in iudicio dolo ⁊ ɔtumacia ⁊ ē ſb
audiēdū in rubrica malo ſic eñ iti
tulat in . C . ſcȝ de dolo malo . ¶ Vi
deam9 igit qd ſit dol9 . qre ſubau
diat in rubrica malus . Item qd ſit
ɔtumacia . ⁊ q remedia ſint ɔ do=
loſos ⁊ ɔtumaces . ¶ Dol9 mal9
eſt Calliditas fallacia machina=
cio ad circūueniēdū fallendū decipiē
dū alt'm adhibita . vt . ff . e . t . l . i . §.

i . ɔmittit āt calliditas i fraudeta
cendi . vñ Salomon Qui diſſimu
lat iniuriā callidiſſim9 ē ⁊ exēpla
ponere potes ſ de reſcrip . ſup lris .
et in ɔcordācijs ibi notat . Eſt ɔtra
ius vel vtilitatē publicā . l . pſcrip
cōne xxv . q . ij . pſcripcōe . ff . de acc .
emp . ⁊ ven . l . i . ⁊ . l . tenet . § . vlt . et
pñ . Fallacia ɔmittit in mēciendo
et falſū aſſerēdo ɔtra ɔſciāȝ . vñ ait
Aug9 . Mendaciū ē falſa ſignifica
cio vocis cū intencōe fallēdi vt xxij
q . ij . § . ille ergo . ⁊ lex dicit falſitas
eſt mutacio veritatis vt i aut . de ſi
de inſtru . in pn . coll . vij . Tn ⁊ ib
mēbro dicit ɔmitti calliditas tā
ex pte loqntis q ei9 ad quē ſmo
dirigit vt xxij . q . v . § . ex hijs oib
Machinacio ɔmittitur in arte v
boꝝ . vt xxij . q . v . qcūqȝ arte vboꝝ
exēplū . ff . de acc . emp . ⁊ vē . l . iul . §.
idē iul . Nā machinacō ē occulta i
ſidiacō . vñ mait9 q vite iſidiatur
vxori dicatur machiari i morte vx
oīs vt ī . d eo q dux . i ma . quā pol
p adul . ſignificaſti . ⁊ eodē mō adul
tēa dicit machiai i morte legitti
vt ī . e . t . c . i . ⁊ iij ¶ Ideo āt ſbaudi
tur i rubrica de dolo malo . q2 ē dol9
bon9 quē qs ɔmittit i hoſtē Nā do
l9 ā vt9 quā quis i hoſte reqrat vt
xxij . q . ij . vtile ſimulacōȝ ⁊ . c . qnt
xxiij . q . viij . vt pdē . vñ nl refert ar
mis ɔtigat palma dol9 ⁊c . vt tn ec
hoſtib9 ſuetur pactū a duab9 bel
li factū vt . ff . de pactis . l . ɔuēcōeȝ
xxij . q . iiij . inocēs . Nā ⁊ hoſti ſ . de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de dolo et gen-

ſeruãti fides ẽ ſeruãda· vt xxiij· q·
i· noli· nedũ qs alienã pfidiã argu
at ꝯpaꝫ fidẽ ſoluat vt i· c· innocẽs·
Jtẽ dolus bon⁹ ẽ q̃ fraudẽ excludit
vt· ff· de le· ij· l· cũ pr· §· ciciõ· vñ ve
tẽs dolũ ſollerciã appellabãt ⁊ ꝯpꝰ
tea dicitur qs bone idol· i· bonũ do
lũ int⁹ hñs· i· ſollerciã ⁊ igenium·
Cõtumacia ẽ iobediẽcia ⁊ ꝯtẽp
tus cũ qs trib⁹ edctis vel vno ꝑ oi
b⁹ pemptorio citat⁹ pñſenciã ſui fa
cẽ ꝯtẽpnit· vt· ff· de re iudi· l· con·
tumacia· vel veniens mãdato non
paret· vt· ff· ſi quis ius dicẽ· non
ob· tẽp· l· i· ⁊· ff· de app· l· creditor
§· iuſſus· Ex dolo alicui⁹ datur doli
actio ſi nulla alia ſupeſt auxilis vel
honoraria· qm̃ famoſa actio nõ de
mẽ debuit a ptore decni· vñ ceſſat
h actio ſi qd aliud ſupẽ rmediũ or
dianiũ l' extordianũ vt· ff· de dolo· l·
i· cũ legi· ſeqñ· ⁊ ꝯptea dr̃ h actõ ſb
ſidiana qꝛ in ſbſidiũ datur cũ defi
cit oẽ aliud auxiliũ ſic dictũ ẽ· Da
tur aũt h actio adúſus doloſũ· ſiue
ſingularẽ· ſiue collegiũ· ſiue corp⁹·
municipij· l' vniũſitatẽ· lꝫ h diffi·
cultas ꝯtigat vt vniũſitas ꝯſẽciat
in dolo vel metu vel ꝯſimilib⁹ cõ·
mittend̾ vt· ff· d̾ orig· iur· l· ij· §· de
inde· qꝛ difficile ẽ et id dicitur q̃d
eni municipes dolo facẽ pñt vt· ff·
e· t· l· ſi ex dolo· q̃ſi dicat difficile ẽ
ꝓpt naturalẽ facilitatem hoim ad
diſſenciendũ ⁊c̃· vt· ff· de arbi· l· ſi
vn⁹ §· pncipalit· hmõi eni intro·
gacões nõ ipoſſibilitatẽ ſꝫ difficul
tatẽ notant ſeu raritatẽ vt ibi· Eſt
pctm̃ ad mortẽ qs orabit ꝑ eo· qs
medebit incãtatori vulnerato a ſer
pẽte· Si ſacdos peccauit qs orabit
ꝑ eo qs putas ẽ fidel' ſeru⁹ ⁊ pru
dẽs vt de pe· di· i· §· q͂ aũt· Jtem q̃d
in oib⁹ pctis adulterio g̃uius· vt
xxxij· q· vij· q̃d in oib⁹ ⁊ ſimile· ff·
cõmoda· l· ad eos· ff· loca· l· ſꝫ ⁊ de
dãpno· Dat' ⁊ excepcio q̃ gñalis ẽ
ꝯtra oẽꝫ agẽtẽ eciã ſi ab inicio qs
non dolo faciat pretextu ignorãcie
facti ſꝫ poſtmodũ cerciorat⁹ in lite
iprobã pſeuẽt vt· ff· de doli excep·
l· ij· hãc excepcõeꝫ nullus tempoꝝ
curſus excludit vt· ff· d̾ doli excep·
l· pure· §· vlt· actio de dolo ẽ bieñi
alis vt· C· e· ti· l· vlt· ⁊ arbitraria·
vt inſti· de acc· §· pterea· ⁊ famoſa
vt dixi· ſ· in· §· ex dolo· Nec mireis
ſi excepcõ doli ſit ppetua· actõ aũt
tã breuis vite qꝛ q̃ ppetua ſũt ad
excipiend̾ tpalia ſũt ad agendum
vt no· ſ· de reſcptis· §· durat reſcp
toꝝ auctoritas Dolꝫ aũt diſtigui
legaliter ⁊ ſcire non ẽ inutile lꝫ to
ta materia ſit legal' refertur enim
quia· aut dolus adhibetur in ꝯctu
aut extra cõtractũ· Si in cõtractu
ſiquidẽ det cãm ꝯchri bone fidei h ẽ
qꝛ decept⁹ nõ erat al's ꝯctur⁹ ñ do
lo ad ꝯhend̾ fuiſſet induct⁹· ipõ iuẽ
ñ tꝫ ꝯct⁹ ſi h velit allegaẽ decept⁹· ſi
aũt ex eo ꝯctu velit agẽ pt vt· ff· e· t·
l· elegãt· ff· d̾ mio· l· i cẽ ⁊· ff· de iuẽ
dot· l· ſi res §· i· Si vo decept⁹ neſci
ẽs dolũ admiſſum rẽ tradit· eandẽ

repetit actione de dolo·vñ ait yr·ꝓ
ceſſit vendicio vt infirma·ſecuta ē
tradicō vt infirmāda ꝑ actionez
de dolo·vt ff·e·t·l·arbitrio·ꝛ·l·ꝙ
venditor·ꝛ·l·ſi legatari⁹·vbi autē
decept⁹ eſt alr̄ ꝯtur⁹ ſed dolo alte
rius decipit̃·vt in minori p̄cio cō
trahat tenet vendicō·ſʒ dolus pur
gat̃ ꝑ actionē ex eo ꝯctu·eciam ſi
vini⁹ nūmi decepcō ſit·vt·ff·de ac·
emp·ꝛ ven·l·iul·§·ſi vēditor·ꝛ·§·
idē iul·ꝛ·ff·de dolo·l·ſi quis affir
mauerit·Sed ſi dolus dat cauſaʒ
cōtractui ſtricti iuris·vel eciā ſi in
cidat in ꝯtractū tenet ꝯct⁹·ſed ob
ſtat excepcō·i quātū ſibi velit pro
cinari dolū·vt·C·de inuti·ſtipl·l·do
lo vel metu·ſed vbi decepto nō p̄t
cōſuli ꝑ doli excepcōez vel alio mō
dat̃ ei actio de dolo ne moretur in
dāpno·vt·ff·e·t·l·elegant̃·§·ſui⁹
vbi autē quis decipit̃ i ꝯtractu bo
ne fidei re ipſa·i·non ex ꝓpoſito al
teri⁹·ꝛ ſi impropē dicat̃ res ipſa i
ſe dolū ꝯtinere tenet ꝯct⁹·Sʒ ſi cō
trahens decipiat̃ vltra dimidiā iuſ
ti p̄cij aget decept⁹ vt reſcindat̃
contract⁹ vel vt ſuppleat̃ iuſtū pre
ciū data electione decipienti·vt·C·
de reſcin·vend·l·ij ꝗ·de ēp·ꝛ vend·
cum diſcā·ꝛ·c·cum cā·ꝛ hoc ꝑ acti
onē ex eo ꝯtractu·ꝛ ſic ꝑpetuo ſc̄m
Azo vl' ſc̄m alios officō iudicis īplo
rata in itegꝝ reſtitucōe·vt·C·ex q̄
bus cau·maiores·l·in ꝯctib⁹·ꝛ ita
aget̃ vſqʒ ad quadriēniū·vt ff·d
tēpo·inintegrū·reſti·l·ſi ſupuacua·

Sed ſi decepcō non ē vltra dimi
diū iuſti p̄cij tollerat̃·licet enī con
trahentib⁹ naturalit̃ ſe ad inuicez
circūuenire·vt·ff·de mino·l·in cē·
§·vlt·ff·loca·ꝛ cōduc·l·Itē ſi pre
cio·§·vlt·Si autē re ipſa inſit cō
tractui ſtricti iuris decepcō vel dol⁹
obſtabit doli excepcō vt·ff·de ver
bo·obli·l·ſi quis cū alit̃·quidam
tñ itellexerūt·l·illam cū in ꝯctu bo
ne fidei interpoſita fuerit ſtipulaº
vbi autē dolus adhibet̃ extra con
tractū ſiquid cadat in ſp̄ale nomē
maleficij·vt furti·vi bonoꝝ rapto
rū·iniuriarū·non aget̃ actione de
dolo·ſed illa ſp̄ali que ꝓdita ē ex
eo crimine·hʼ enī actio de dolo adō
ſubſidiaria ē vt nūꝙ cōpetat cum
alia ciuili vel p̄toria ordinaria vel
extraordiaria·ſʒ demū cū nullum
aliud iuris remediū ſupē dat̃·vt
dixi·ſ·e·§·ex dolo·C Cōtra contu
maces ꝓdita ſūt hʼ remedia re⁹ cō
tumax añ lit̃ ꝯt patit̃ miſſionem
in poſſeſſionē ſiue agat̃ cōtra eū re
aliter ſiue ꝑſonaliter ꝗ·añū miſſi
onis nō recipiat poſſeſſionē niſi re
ſtitutis expenſis ꝛ preſtita caucōne
de iuri parendo·p⁹ añū efficit̃ de
poſſeſſore petitor·Itē ꝯtra ipſū ab
ſentē ꝓcedit̃ añ litē ꝯt vel p⁹ litē
in q̄ntū iura ꝑmittūt·In hijs aūt
in quib⁹ miſſio locū nō hʒ patitur
excōicacōez·vt·ſ·vt lite non cont·
tue Actor vero cōtumax patit̃ ab
ſolucōez rei ab obſeruacōe iudicij
nec auditur cauſam reſumēs·niſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de dolo et cōtū

reſtitutꝰ expēſ. Itē contra eū ꝓce
dit̄ q̄tenꝰ iura pmittūt ſicut i reo
dictū ē. In cīminalibꝰ vero reꝰ cō
tumax excuſat añ lit̄ ↄt̄. ⁊ ſi ꝑ añū a
die excacōis nō venerit non audit̄
in pncipali ẜ ꝓ ↄuicto habetur i
terptacōe iuris ẜ ſi pꝰ lit̄ ↄt̄ contu
max fuerit. ſi liquē pōt de cā ꝓcedi
tur ↄ̄ eū ad diffinitiuā. vt iij. q. ix.
decernimꝰ. ſalua tñ diſtinctiōe le
gis. ff. de penis abſentē. Acuſa=
tor āt ↄtumax añ lit̄ ↄt̄ excuſat̄. pꝰ
litē vero ſi ex ↄtumacia non ꝓbat
qd̓ obieāt de calūpnia notatur. ẜ
ẜm iura ciuilia reꝰ ↄtumax in crimi
nali patitur bonoꝝ ānotacōnez ꝑ
annū. pꝰ ānū ↄfiſcacōez vt. C. d̓ re
quirē. re. l. quicūqꝫ ⁊ ff. e. t. l. vlti.
De hijs āt oībꝰ pleniſſime nōtur
ꝰ d̓ iud̓. ẜ. iudicō cū tribꝰ ſeqntibꝰ
ẜ. vſqꝫ ad. ẜ. ptibꝰ āūt ⁊ nōtur. ꝰ.
vt lit̄ non ↄt̄. ẜ. iudex cū ſeqntibꝰ
ẜ. vſqꝫ ad. ẜ. Itē q̄ritur. ¶ In ſū
ma notādū ē ꝙ cōtumax a diffini
tiua non auditur appellās. vt. C. d̓
iud̓. l. ꝓperand̓. ẜ. cū āt. xxiiij. q. iij.
de illicita. ſi veniat adhuc iudice
pro tribunali ſedēte vt. ff. de im=
reſti. l. diuꝰ. ⁊ hoc locū hꝫ in contu
mace in non veniēdo. ↄtumax āt i
nō faciendo puta in nō exhibendo
auditur appellās. vt. ff. de app. l.
creditor. ẜ. iuſſus. Item notādū ꝙ
ſi is q̄ in poſſeſſionē mittit̄ nō poſ
ſit nanciſci poſſeſſionē corpalit̄ ꝓp
ter dolum ſiue potenciā aduerſe p
tis licet ẜm iura ciuilia puniri poſ

ſit nam oībꝰ migrātibꝰ ↄceſſum eſt
iuriſdictionē ſuā defendere pena li
iudicō vt. ff. ſi quis in iꝰs voca ñ
ierit. l. ij. ⁊. ff. ſi quis iꝰs di. ñ ob.
l. i. in pn. tñ ẜm iura canonica tpa
tur iſte rigor ita vt ſi quis miſſio
nem paſſus velit cauere de parēdo
iuri non puniat̄ pena legali. puto
tñ ꝙ in expenſis condempnabitur
vt ꝑ. e. t. ex lr̄is ⁊. c. finē. ⁊ ꝑ. de pe
nis calumpniā. Itē tpatur rigor
iuris ciuilis in hoc vt miſſus non
agat ad intereſſe cōtra impediētē
ex illo edcō. ne vis fiat ei qui i poſ
ſeſſionem miſſus eſt. qd̓ verꝫ eē in
telligo niſi iuſticia piclitet̄ vt ꝑ. e.
ti. c. i. puto autem piclitari iuſticiā
am re pempta i qua facta eſt miſ
ſio cū apud miſſum pitura nō eſſet
Nam tūc in ſubſidiū agerē etiāz
ẜm canoneꝰ quāti intereſt miſſi fu
iſſe in poſſeſſionem corpalit̄. ff. ne
vis fiat ei q̄ in poſſ miſſus ē. l. i.
ẜ. h verba ⁊. ff. vti poſſi. l. ſi duo. ẜ.
vlt̄. ſicut alꝰs re pempta vel vſucap
ta agit̄ in ſubſidiū actione negocō
rū geſ. vt. ff. de neg̓. g̓. l. vlt̄. Dic
ergo paſſus miſſionē releuat̄ a pe
na p caucōez vt dcm̄ ē qd̓ locū hꝫ
āno miſſiōis iſtāte. Nā eo finito
nō ē locꝰ caucōi ẜ miſſus efficit̄ ve
rꝰ poſſor. vt ꝑ. e. t. cōtingit. qd̓ iō
cōtingit quia miſſus fictione iuris
medio tempore poſſidere videtur
vt. ff. de bo. auc. iudi. poſſi. l. ꝙ=
uis ¶ Item nota ꝙ licet ſufficiā=
at denunciari domui vel eccleſie

quartū ad cōſtituend̄ aliquē cōtu
macē· vt ꝗ̄·e·ti·cām· ⁊ ꝗ̄·e·t·c·vlt·
ꝗ̄·ti·px·c·vlt ꝗ̄·de cle· non reſi· ex
tue·ff·de libiſ· ag·l·i· in pn·ff· de
damp·infec·l·iiij·§· ꝑtor·pleruq̄ȝ
tn̄ requirit̄ quis in tota ꝓuincia·
vt ꝗ̄·e·ti·cū olim·ꝑmo aliqn̄ ex ꝓ
uinciā· vt ꝗ̄·qui ſi· ſunt le·platū ꝗ̄·
qui ma·accu·poſ·relatū· Itē cōtris
ſupius dixeri ꝙ in defectū miſſio-
nis ſuccedit excōicacō nō tn̄ curren
dū eſt ad excōicacōez ꝯtra ꝑlatos
ſed ꝓcedend̄ eſt ad ſuſpenſionem
vel interdictū vt ſ̄ d̄ offi·dele·ſane
qꝛ ꝗ̄·e·t· veritatis ſic nec ꝯtra lay
cos excellentes ſtatū ꝓcedend̄ ē ad
excōicacōez ſ; ad interdictū textꝰ
ſ̄ de offi·dele·c·p·⁊·g ꝗ̄·de iur̄ iur̄·
ex reſcripto ꝗ̄·de ſpōſa·nō eſt nob

¶ De eo qui mittit̄ in poſſeſſionē
cauſa rei ſeruāde·

Dixim⁹ ſ̄ de cōtumacia ſ;
quia ꝓpter cōtumaciam
frequēci⁹ fit miſſio in poſ
ſeſſionē· Ideo poſt tractatū de do-
lo ⁊ cōtumacia ſubſequent̄ tracta
tur de miſſione· ⁊ ideo ſubicit̄ h̄ ru
brica de eo qui mit· in poſſ· cā rei
ſeruan· ⁊ qꝛ ſupius dictū ē quis
mitti debeat· ⁊ ob quā cām· ⁊ in q̄
b⁹ caſibus locū habeat· Reſtat vi
dere quid iuris ꝯſeq̄tur miſſus tā
in ꝑſonali ꝗ̄ in reali ⁊ que dīa ſit·
inter ꝑmū decretū ⁊ 2m· ¶ Eſt igi
tur ſciendū ꝙ miſſus in poſſeſſio-
nē in actione reali ſtatim poſſidet

vt·C·de ꝑſcrip·xxx· anno·l· ſi quis
empcōis·§·plt·ff·de dāpno·infec·
l·A quo·⁊·C·quo ⁊ qn̄ iudex·l·ꝯſe
taneū·⁊·ff·ſi ſuit⁹ vend̄·l· is cui⁹
et h̄ ſm̄ quoſdā·ſm̄ alios nō poſſi
det ſed cuſtodit·vt·ff·de acq̄·poſ·
l·poſſiden·§·vlt·ff·de dāp·infec·l·
ſi finita §·iul·⁊·ff·vt in poſ·le·l·is
cui in ꝑn· Nā miſſus in poſſioneȝ
cā rei ſuāde cā legatorū cā dāpni
infecti non poſſidet ſed eſt in poſ-
ſeſſione· Eſt autem lōge diuerſuȝ
poſſidere ⁊ eē in poſſione vt·ff·de
acqui·poſſ·l·ſi quis an̄· Sed ob
tinuit vt ꝑoꝛ ſnīa in realib⁹ poſte
rioꝛ in ꝑſonalib⁹ locū habeat nec
turberis ex hoc ꝙ multe dec·loqn̄-
tes in realib⁹ actionib⁹ dicūt miſ
ſū in poſſeſſionē cā cuſtodie miſſuȝ
fore vt ſ̄·vt lite nō ꝯt tue ꝗ̄·e·t·c·
vlt· ⁊·c· cū veniſſet· Sȝ tu dicas
ꝙ hec verba cauſa cuſtodie in ꝓpe
ponūtur vnī ſubaudi ⁊ nichilomi
n⁹ cā poſſeſſionis ⁊ hoc in realib⁹·
vel dic ꝙ ī poſſeſſionē miſſus eā
in reali dicit̄ cuſtos eo reſpcū qꝛ
vſq̄ȝ ad ānū non poſſidet incōmu
tabilit̄ ſed ꝯmutabilit̄·nā paſſus
miſſionē veniēs ꝗ̄·annū ⁊ ꝑſtans
caucōez reſtitutis expēſis recipat
poſſeſſionē vnī qd̄ dicit̄ ſ̄ vt lite n̄
ꝯt qn̄ frequent̄ §·in aliis·ſ·ꝙ miſ
ſus ī poſſionē in realib⁹ p⁹ annū
efficit̄ verus poſſeſſoꝛ· exponim⁹
id ē incōmutabil̄·nā ⁊ āte vere poſ
ſidebat ſ; n̄ incōmutabilit̄ vt ſupe
ri⁹ dictū ē Sȝ h̄ ſciēdum ē ꝙ vbi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q mittit' ī poss

missio in posſionē fit p⁹ lit̄ ꝯt̄ mis
ſus ex p̄mo decreto poſſidet. ⁊ ſola
q̄ ꝓpetatis r̄ſuat̄ abſenti vt i. l.
pcalle. ꝯſentaneū. ⁊ idē ꝯtingit in
alio caſu vt lite nō ꝯt̄ qm̄ freqnt̄.
§. ꝙ ſi ſup reb᷒. ⁊ C. vbi rē in actio
l. iij. Poſt ānū vero a die miſſionis
abſente in ſua ꝯtumacia pdurāte
miſſus efficit̄ ver⁹ poſſeſſor. i. incō
mutabil̄ niſi ſup ꝓpetate ꝯ eū p=
nūciari ꝯtigat. miſſus eīn efficitur
de petitore poſſor. ⁊ paſſus miſſio
nē de poſſeſſore petitor. Sʒ nūqd
lapſus ānı p ſe tm̄ efficit poſſeſſorē
vez aut necāriū ē ſecūdū decretū.
et dixerūt quidā ꝙ nō lapſus āni
ſʒ 2ᵐ decretū h̄ opat̄. ar. ad h̄ ī. e.
ti. c. i. ſ. vt lite nō ꝯt̄ qm̄ frequnter
§. i alijs ſ. ti. px. ꝯtigit. ff. de dāp.
infec. l. ſi finita. §. iul. Alij āt dicūt
ꝙ excurſus āni ſufficiat p ſe ſoluʒ
ar. ad h̄ ī. e. t. cū ſicut ſ. d offi. ord
paſtoral̄ in fi. ⁊ trāſcurſus āni p
bat crimē. vt xi. q. iij. rurſus. Et i
hec breuit̄ dico ꝙ in realib᷒ ſuffi=
cit lapſus āni in pſonalib᷒ āt req̄
rit̄ 2ᵐ dec. i. ſcdā iuſſio auctoritas
vel ſnīa iudicial̄. Sʒ in hijs pſo=
nalib᷒ 2ᵐ decretū diuſimode opat̄
ſcʒ gn̄alit̄ vez ꝯſtituit poſſorē. ſʒ i
quibuſdā efficit dn̄m ſi dn̄s erat
is ꝯ quē fit miſſio. alioqn preſtat
cām vſucapiēdi vel preſcribēdi vt
in actione noxali ⁊ dāpni īfecti vt
ff. de noxa. l. ⁊ generalit̄ ⁊. ff. ſi ex
noxa. cā aga. l. ij. ff. de dāp. infec.
l. ſi finita. §. iul̄. ſʒ cū i realib᷒ actio

nib᷒ h̄ ōpet̄ 2ᵐ decretū vt miſſus
in poſſeſſionē fiat de petitore poſſeſ
ſor ⁊ h̄ ꝯmod ꝯſeqtur vt adūſario
non ꝓbāte vincat eo iure q̄ vicūt
ceteri poſſeſſores vt. i. ſti. de intdic.
§. cōmod. non videt̄ ꝙ h̄ in pſona
lib᷒ ſibi locū valeat vendicare. qꝛ
in realib᷒ dicit actor ſe ius hr̄e in
re quā vendicat. ⁊ iō non ē mirū ſi
ex ꝯtumacia rei cōſtituat̄ ei aliqd
ius circa rē ipſā tā p p̄mū ꝙ p 2ᵐ de
cretū. Sʒ in pſonalib᷒ in quib⁹
ex ꝯtumacia rei actor mittit̄ in poſ
ſeſſionē rei abſētis p mō debiti de
clarati in libello vt in aut̄. de exhi
ben. aut introdu. re. §. ſi vero colla.
v. ⁊ C. de bonis auc. iud. poſ. i auc̄.
et q̄ iurat. ⁊ aliqntulum largi⁹ vt
res q̄ ſibi aſſignātur a iudice ali=
qntulū plus valeāt ꝙ cōtineat id
qd petit̄. vt nōt Azo i ſūma de bo
nis auc. iud. poſſ. n̄ dicit actor ali
qd iuris ſe hr̄e in reb᷒ ſʒ pſonā di
cit obnoxiā. vn̄ non videt̄ ꝙ aliqd
iuris in eis p iudicē ꝯſtituat̄ eidē.
et ꝓptea non videt̄ ꝙ in h̄ int̄ rea
les ⁊ pſonales aliq̄ poſſet ſimilitu
do notari. quā tn̄ aſſigt illa dec. qm̄
freqnt̄ in fi. Ad qd r̄ño ſicut i rea
li miſſus ex p̄mo decreto lapſo an
no ꝯſtituit̄ incōmutabil̄ donec ali
us probet de propetate ſi poteſt ſic
et in perſonali miſſus ex ſecūdo de
creto. quia quod facit in reali lap=
ſus anni hoc facit in perſonali 2ᵐ
decretum efficietur incōmutabilis.
id eſt tamdiu poſſidebit donec ipē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

idem de debito ꝓbet ⁊ ſi ꝓbauerit
donec d̾ debito ſatiſfiat. ibi eñi agi
tur de iure rei ſꝫ de iure debiti. vel tã
diu retinebit donec reus probet de i
debito hoc eſt actori ſolutũ vel eo
noīe ſatiſfactũ. Sed ⁊ añ 2m decre
tum pt ſimilitudo nõri vt ſicut ī re
alibꝫ paſſus miſſionẽ veniens ĩ.ã
nũ recuperat poſſionẽ preſtita cau
cione ⁊ reſtitutis expenſ. ſic ī per
ſonalibꝫ poſt p̃mũ decretũ ⁊ ante
2m. hoc ⁊ queđ alia de mateia iſta
nõui ſ̃ de iud. §. iudicio igitur. Sꝫ
opponit̄ ꝙ miſſus in poſſionẽ in
pſonalibꝫ nullo tẽpe poſſideat. nã
hoc pign9 pretoriũ eſt. ⁊ pign9 p̃
toriũ non poſſidet̄. vt. ff. vti poſſi=
detis. l. ſi duo. §. creditoꝛes. Ad qđ
Rñ o verũ eſt ex p̃mo decreto ſecus
ex 2o. Itẽ quid ſi agat̄ de ecc̃a vel
prebenda ⁊ ex contumacia rei mit
tat̄ actor in poſſionẽ nũquid effi
cietur verus poſſor. Rño ſic q̃ntũ
ad preiudiciũ ɔtumacis vt fiat de
poſſore petitor non q̃ntũ ad eꝑm
quo ad ius inſtitucõis qui miſſuꝫ
ſuo iure poterit excludere niſi ꝓba
uerit ſe inſtitutũ. vt .ij. q. i. legũ ſ̃.
de ꝑue. ex inſinuacõe. ꝓdeſt igit̄
miſſio in poſſeſſionẽ in ſpũalibus
quo ad contumacẽ vt dictum eſt
Itẽ q̃ ad p̃ſcripcõeꝫ ſi miſſus al's
habeat bonam fidẽ vt ĩ. de p̃ſcrip.
ſi diligenti. habet eñi iuſtum titu
lum vt. ff. de acqui. poſſ. l. iuſte poſ
ſidet. ⁊ adde circa qõneꝫ iſtã ꝙ no.
ſ̃. de iud. §. iudicio igitur. Ex pre

miſſ itaqꝫ ſatis apparet q̃ dĩa ſit
inter p̃mũ decretũ ⁊ 2m. quia p̃mũ
cuſtodem 2m verũ conſtituit poſſeſ
ſorẽ. p9 p̃mũ cõmutabil' eſt poſſeſ
ſio. p9 2m incõmutabilis. Itẽ miſ
ſus ex p̃mo decreto ſeruat rem ſed
paſſus miſſionẽ colit ⁊ colligit fru
ctus. miſſus autẽ fruct9 ipſos cuſ
todit. vt. ff. vt in poſ. lega. l. ſi is
cui. §. qui legatoꝝ ſed ſi re9 non co
lat colit miſſus ⁊ colligit fruct9 ꝑ
cipit vendit ⁊ p̃ciũ ſeruat. vt ibi.
Itẽ miſſus in poſſeſſionẽ ex p̃mo
decreto non vtit̄ fructibꝫ. vt. ff. ex
quibꝫ cauſis in poſſ. ea. l. fulcini9
in p̃n. ⁊. l. p̃toꝛ miſi in caſibꝫ vt in
. l. eadẽ fulcini9. §. vlt. ff. vt i poſſ
lega. l. plt. ff. ad carbo. l. ſed ⁊ ſi is
§. an autẽ. ff. de ven. in poſſ. mit. l.
i. §. i. Miſſus v̾o ex 2o decreto vti
tur ⁊ fruit̄. Itẽ miſſus ex p̃mo de
creto cõpatitur reũ in poſſeſſione
Sed miſſus ex 2o dicit. vt. ff. de
dãp. infec. l. ſi finita §. ſi forte. duo
eñi in ſolidũ poſſidere non pñt. vt
ff. de preca. l. duo. ff. de acqui. poſ.
l. poſſidei. §. ecõuerſo. ⁊. §. trebaci9
Realis autem eſt actio que rem ꝑ
ſequit̄ ad quemcũqꝫ ꝑfecta fuerit
poſſeſſorẽ. Perſonalis que in pſo
nã obligatam intendit̄ ⁊ eius he
redẽ ꝓprie tñ loquendo peticõ dicitur
in rẽ. actio i pſonã. pſecucõ i vtro
qꝫ. vt. ff. de ac. ⁊ ob. l. actio.

Vt lite pẽdente nichil inouet̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt lite pendente

Dicatū ē ſ q̄lit ſtat⁹ rex abſē
tis ꝯtumacā īmutet. Nā poſ
ſeſſio rei de q̄ agit̄ trāſfert ī pñtē ꝑ
mittit̄ pñs ī poſſeſſiōe; rex abſētis
ꝯtumacā ſi pſonalit̄ agat̄. Pꝫ
ne forte crederet aliq̄s qḋ eo ď mō
poſſet aliquid īmutari circa ſtatū
cauſe lite pendēte. Jdeo ſubiicit̄ hic
rubrica vt lite pendē. nichil inno
uet. ¶ Videam⁹ igit̄ qñ lis pēde
re dicatur. ⁊ quare lite pendēte ni
chil ſit innouādū. ⁊ in quibꝫ caſi
bus liceat aliquid inouari. ¶ Lis
intelligit̄ pendere p appellacōe; re
cuſacōe; ꝯſultacōe; ⁊ relacōe;. Nā
in ſuſpēſo ſūt oīa donec ad ſupio
rē negociū trāſmittat̄ ſic dicit̄ exe
cucō ēē interim in ſuſpēſo. vt ſ̄ de
offi. dele. paſtoral. §. preterea. ſic
et ſnīa dicitur ēē ſuſpenſa. vt ī. de
app. ſepe ꝯtingit ī. de ſen. ⁊ re iud.
c. i. C. de rebꝫ cre. ⁊ iure iur. l. ſi q̄s
iuſiurand. ⁊ l. generaliter. et. C. de
app. l. precipim⁹. §. huic. Item p
recuſacōe; cā ſuſpendit̄ qꝛ dum de
cā recuſacōis corā arbit̄s diſcepta
tur iudex recuſatus in cā pncipali
ſua iuriſdictione vti non pt. Sed
tūc demū cū recuſans defecerit in
probacōe ſuſpicōnis. vt ī. de app.
ſecūdo requis ⁊ c. Cum ſpālis Itē
ſuſpendit̄ p ꝯſultacōe; ſeu relacio
nem. Nā is qui refert ⁊ ꝯſulit pen
dente relacōne non audeat aliquid
cōmutare vt ii. q. i. nomen. ⁊ iij. q.
vi. multū. C. de rela. l. ij. pmo ex il
lo tpe ex quo iudex dicit ſe relatu
rū ſuſpendit̄ negociū. vt. C. de ap.

l. ex illo. debet aūt is qui refert ſu
pioris exſpectare rñſum. vt vi. q.
iij. deniqꝫ ⁊ hꝯ nedū in cauſis locum
obtinet ſꝫ ⁊ ī aliis negocijs ad ſu
periorē trāſlātis vt ī eis nichil au
deat inferior ꝯmutare vt ſ̄ de offi.
dele. l꞉ tranēſes ⁊ ſ̄ de poſtula. bo
ne me. i ſecūda bone. Itē āt p hos
modos ſuſpendūtur negocia. qꝛ ī
terī ſuſpendit̄ iuriſdictio qꝛ in eo
in quo ad ſupiorē recurritur recur
rens eximit̄ a iuriſdictione īferio
ris. vt ī. de app. directe ⁊ c. paſto
ralis. ¶ Lite igit̄ pendēte nichil ē
innouand in p̄iudiciū alicui⁹. vt
ī. e. ti. c. i. ⁊ ij. qꝛ non ē aliq̄s iure
ſuo ſine cā pnuād⁹ vt xvi. q. iiij. no
lum⁹. xvij. di. §. hinc eciā ⁊ viij. q.
iiij. nōne. nec indulgēcia impetrata
lite pendēte valet. vt ī. e. t. c. vlt. ve
ruptñ ſcripſit ſup illa dec. vinc. q
iō nō valuit indulgēcia qꝛ res illa
ſup quā obtēta fuerat erat litigio
ſa. Sꝫ hoc nō placet ibi eīn agebā
tur de iure decimarum ⁊ ſic de re in
corporali in qua ⁊ ſi ſcḋm vetera iura
locum haberet viciū litigioſi hodie
locum non habet ⁊ in hoc correc
tū ē ius āntiquū p autñ. de litigio.
§. i. col. viii. ibi eī dr̄ ſcim⁹ ītellige
litigioſā rē mobilē vel immobi
lem ſeſeqꝫ mouentem de cuius do
minio agitur ⁊c. et propterea ſcri
bit dominus meus tractatum de
litigioſis in rebus tantum corpo
ralibus locum habere vt notat in
ſūma de litigio. in fi. Nō ergo illa
fuit racio quam vinc. aſſignauit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quare indulgẽcia illa non valuit
Sed illa quia monachi preuenti
fuerunt per cõuencionem ⁊ ideo in
dulgencia eos non adiuuit. vt. ff.
de iud. l. ſi quis poſtea ex. de fo. cõpe.
cõpoſuiſti. ff. de excu. tuto. l. tutor
petitus. ⁊ quia lite pendente impe
trauerũt vt ſuperius dictum eſt. vñ
ſupplicare non licet lite pendente.
vt. C. vt lite pen. nulli liceat ſuppli
care p totum. Hoc tamẽ fallit in
caſibus. vt. C. e. t. l. ij. in aut. in me
dio lit. non exſpecta ſacras iuſſio
nes. §. ſuper his coll. viij. ⁊ quamuis ge
neraliter verum ſit quod appellantis cã
intacta manere debeat. vt ij. q. vi.
Anteriorum. §. ad hec. ⁊ nichil in eius
preiudicium debeat innouari. vt ij.
q. vi. decreto qui ſe ſcit arguta ⁊. c
quociens. pt tamen caſualiter in
nouari vt ſi appellantis poſſeſſio
turbata fuerit eo de quo appella
cio interpoſita eſt pretermiſſo po
terit per ordinarium informari vt
ex. de app. Cum teneamur. Item ſi
ordinarius appellatum ignoret po
terit appellantem excõmunicare.
vt ex. de app. Si duobus. Item
ſi appellans notorie delinquat po
terit ab ordinario puniri. vt. e. ti.
cũ ſit romana. §. vlt. Sed ſi ap
pellans ſue appellacõni terminum
prolixum prefixerit poterit ordina
rius moderari ⁊ cogere nolentem p
ſequi vt in preall. dec. cum ſit ro
mana. ⁊. c. conſuluit. §. illos autẽ
¶ Vnum tamen non omitto quod ſi
is qui appellauit conueniatur co
ram ordinario ſuper alio quam eo in
quo appellauit. conuentus poterit
ordinarium recuſare. vt ex. de app.
ad hec. ⁊. c. cõpoſuit. niſi crimen eſ
ſet graue ⁊ manifeſtum vt in dec.
cõpoſuit. Sed opponitur iudex
non eſt offenſus ex appellacione
interpoſita coram ipſo. ⁊ ideo tanquam
ſuſpectus recuſari nõ poteſt vt. ff.
apud eum a quo app. non eſt ne.
l. vna. nec iniuria videtur fieri iu
dicii ſi appelletur ab eo. vt. C. de ap.
et in maioribus. Ad primam le
gem rño lex illa locum habet ſm
iura ciuilia ſm que ordinarius non
recuſatur. vt in aut. vt differen
tes iu. §. ſi vero coll. ix. ⁊. C. de iud. l.
aut. ſi contigerit. ſecus ſm cano
nes ſm quos recuſatur vt in pre
all. dec. cõpoſuit. ⁊. c. ad hec. ⁊ iij.
q. v. quia ſuſpecti. Ad aliam au
tem legem Rño ſic quamuis per ap
pellacionem non fiat iudici iniuria
talis ⁊ tanta vt agere poſſet iniuri
arum fit tamẽ ei qualis qualis iniuria.
Nam iniuriam facit ſynodo qui
ab ea ſemel iudicata et diſpoſita
iterum reuoluere ⁊ diſputare con
tendit. vt. C. de ſumma trini. ⁊ fide
ca. l. iij. ⁊ ideo timendum eſt ne pro
uocatus velit obeſſe. vt ex. de offi.
dele. ſuſpicionis ⁊ ar. ff. de bonis
lib. l. qui cum maior. §. ſi libertus.
vel dico quod facilius recuſatur ſm ca
nones quam ſm leges ſicut ⁊ facilius ap
pellatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De ſeqſtracōe poſſeſſionū et fructuum.

Hec rubrica cōtinuāda eſt ad ſupioribꝰ dictum eſt ſ in titulo de dolo ⁊ contumac. ꝙ ↄtumax ſua poſſeſſione puatur racōe ↄtumacie ſed qꝛ pꝛet contumaciā aliqñ q̇s puatur poſſeſſiōe puta p ſequeſtracōez. Ideo ſubicitur hic rubrica de ſequeſtra. poſ. ⁊ fruc. vel alit in pximo ſupioꝛi titulo dictū eſt vt lite pendēte nihil innouetur ſed lite corā iudice ſuo marte pcedēte aliqñ innouat per ſequeſtracōnez ⁊ ꝓpterea ponitur hic rubrica de ſeqſtra. poſſ. ⁊ fructuū. ¶ Videamꝰ igitur quid ſit ſequeſtracō. Quid ſequeſter. q̇t ſint modi ſequeſtrādi. Et an ſit licita ſequeſtracō ⁊ ſi nō ſit licita in quibꝰ caſibꝰ locū habet. ¶ Seqſtracio eſt rei d̉ qua agit̉ depoſicō. Nā et ſequeſter eſt depoſitariꝰ rei ī iudiciū deducte. vt. ff. de v̉bo. ſignifi. l. ſeqſter. ff. depoſiti. l. licet ⁊ l. ꝓpe. ¶ Fit āt ſeqſtracio duobꝰ modis Nā aliqñ fit omittēde poſſeſſiōis cā ⁊ tūc neut̉ litigāciū poſſidet ſed ſeqſter. aliqñ res ſeqſtrat̉ cuſtodie cā ⁊ tūc poſſeſſio remanet penes poſſidentē. vt in. l. pꝛeall̉. licet ſſ. i. §. i. ¶ Generaliter ꝓhibita eſt ſeqſtracio vt. C. de ꝓhibita ſeqſtra. l. vna. pmiſſa vero caſualit̉ Primo ex volūtate pciū vt lite finita res victoꝛi det̉ vt. ff. de acquiꝛ. poſſ. l. int̉eſſe puto. ⁊ ſi l̉ꝰ fecerint potent victoꝛ agē cū ſeqſtro ſeqſtraria actiōe vt. ff. d̉poſiti. l. ſi i aſia §. cū ſeqſtro. Secūdo fit ex neccītate ſi de re mobili ſit ↄtrouſia ⁊ perſona rei ſuſpecta ſit ne cū ipa re aufugiat vt. ff. de offi. pſid̉. l ſenatꝰ §. vlt̉. ff. q̇ ſatiſda. cogū. l. fideiuſſoꝛ. §. vlt̉. ⁊. C. de agricol̉. ⁊ cenſi. l ſtitibꝰ. Tercio aūt cū cca rē mobilē vel imobilē pſona poſſidēs ē ſuſpecta ꝙ fructꝰ depopulet̉ vel rē ſit diſſipatura vt. ff. ſolu. mat̉. l. ſi cū dotē. §. ſin aūt in ſeruiſſimo. ⁊. ff. de app. l. ipatoꝛ in ſi ꝗ. e. t. dilectus ⁊ c. vlt̉. iij. q. ij. qꝛ ea. Quarto ꝓpt̉ contumaciā nō cauētis de collacōe bonoꝝ faciēda. vt. ff. d̉ collac̉. bono. l. i. §. ſi frat̉. Quinto vt ſi ſeruꝰ de poſſiōe ſuitutis ꝓclamet in libertatē ſit ſeqſtracō eaꝝ reꝝ de q̇bꝰ dubitat̉ an ſint dñi an eiꝰ q̇ dicit ſe dñm vt. C. q̇bꝰ ad libta. proclā. nō l3. l. vlt̉. C. d̉ aſſcōe tol. l. i §. ſup peculio. Sexto cū appellatur ab executoꝛe vt. C. q̇ꝝ app. nō reci. l. ab executoꝛē. Septio cū timetur de ſeuicia viri nec poſſit ſufficient̉ vxori caueri tūc ſeqſtrāda ē vxor. vt ē de reſti. ſpo. l̉rās ⁊. c. ex tranſmiſſa. Octauo ne pdat̉ vēdedi cōmoditas vt. ff. d̉ dolo. l. ſi oleum. Nono vt cū q̇s de comitibꝰ pſidis furtū patỉ. Nā res ſequeſtratur vſqꝫ in tempus ſucceſſoꝛis pſidis vt. ff. de offi. pſid̉. l. ſenatus conſulto cauetur. Et nota ꝙ ſcripſit vinc. ſuper vlt̉. dec. huius tituli

q̄ ante dec. illam expꝛeſſus erat ille
caſus quē illa ponit ſcʒ in eo q̄ ap
pellat ab executoꝛe. vt. C. quoꝝ ap.
non reci. l. ab executore. ſed non cū
appellatur a ſnīa in quo caſu loq̄-
tur illa dec. ſed ſalua reuerēcia tāti
doctoris idē caſus expꝛimitur p l. ff.
de app. Impꝛator ex qua. l. ſūpta ē
hec dec. Sed eſt dr̄a inter vnū ca
ſum ⁊ reliquū quia vbi appellat̄
ab executore ⁊ ſi appellans non ſit
ſuſpect⁹ q̄ diſſipet nichilominus
fit ſequeſtracō. In h° vero caſu n̄
fit niſi appellans fruct⁹ depopulet̄
et ſic loquit̄ dec. ſic loquit̄ lex im
pator. Et eſt diuerſitatis hec racio
quia vbi ab executore appellatur
cum iā ſnīā pceſſent ⁊ tranſiuerit
in rē iudicatā q̄uis nūc dicat̄ exe-
cutorē excedere in exequendo ⁊ pp-
terea appellat̄ cū pp̄ter auctorita-
tē ſnīe pſumit̄ q̄ appellacō fiat cā
impediente vtilitatis ſnīe. ⁊ iō au
ferūtur fruct⁹ ab eo qui appellat ⁊
in depoſito collocātur vbi aūt ap
pellat̄ a ſnīa quia p appellacōez ex
tinguit̄ pnūciatū. vt. ff. ad tur-
pill. l. i. in fi. vel ſaltim ſuſpendit̄
vt notatur ſ̄ ti. prox. §. i. vt nichil
debeat innouari ea pendente vt ſ̄.
c. i. ⁊. ff. nichil innoua. app. pen. l.
vna. ⁊ ij. q. vi. appellacōne ⁊. c q̄-
ciens merito ſequeſtracō fieri non
debet niſi tunc demū cum timetur
ne poſſeſſoꝛ idemqʒ appellans fruc
t⁹ depopulet̄ vt i dec. pdcā. ⁊ in. l.
ipatoꝛ. ſeq̄tur rubca de confeſſ.

## De confeſſis.

Quia frequenter fiūt in iu
dicijs pōnes vt ſ̄ de elec.
dudū ſ̄ de lit. ɔt. c. vno.
fiūt interrogacōes a ptibꝫ vt ſ̄ de
dolo. ⁊ contu. ꝑput ī. d app. cū cām
qn̄qʒ a iudice vt ſ̄ de poſtul. c. i ī.
de fide inſtru. Cū iohānes. ⁊ hec fi
unt vt ptes releuētur ab āguſtijs
pꝛobandi et maxime p teſtes. vt
no. ſ̄. de iud. §. ptibꝫ aūt in iudicō
cōſtitutis. ɔtigit ex hijs ɔfeſſiōes
in iure fieri ⁊ ideo poſt aliquas p
tes iudicōꝝ ſupius expeditas ⁊ an
tractatū de pba. ponit̄ hic rubrica
de ɔfeſſ. Videndū eſt igit̄ que
confeſſio preiudicet. ⁊ cui. ⁊ an cō
feſſio pcuratoꝛis aduocati ſyndici
vel yconomi tutoris ⁊ curatoꝛis no
ceat dn̄is. Itē qn̄ valeat confeſſio
reuocari. Et an noceat ſi fuerit re-
uocata. Preiudicat cōfeſſio ſi fi
at in iure vt ī. e. t. cum ſup. ff. e. ti.
l. i. ⁊ ij. ⁊. C. e. t. l. vna. In iure autē
fieri ɔfeſſionē intelligo cū fit coꝛā
iudice cōpetente vt ſ̄ de iud. At ſi
clerici. Itē pn̄te aduerſario vt. ff.
e. t. l. iij. §. ſi quis abſente. ff. de int
roga. acc. l. vlt. ⁊ ſic intelligenda
eſt dec. cum ſuper ſcʒ q̄ canonic⁹
bethlehemitan⁹ accuſatus fuerat
de ſymonia ⁊ ɔfeſſus. ⁊ ſic depoſi-
tus vñ ceſſant oīa cōtraria que aſ
ſignari ſolent. ſ. q̄ ſine accuſatoꝛē
aliquis n̄ deponit̄ vt ij. q. i. nichil
v. q. ij. relatum. ī. de accu. ſup hijs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de confeſſis

ff. de mune. et ho. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem non habet. vel dic quod ibi inquiſicio facta fuit tam de eligentibus quam de electo. vt ſupra de elec. per inquiſicionem. vnum enim per modum inquiſicionis conſtiterit de ſymonia illius canonici potuit deponi. non tamen exauctorizari. vt infra de accuſa. inquiſicioni in prin. vel dicas quod canonicus iſte teſtis fuerat in cauſa electionis que vertebatur inter duos electos et ex ſuo teſtimonio conſtitit de propria ſymonia et quod delictum ſuum tangebat delictum electi de quo principaliter agebatur. ideo ſic fuit punitus. vt infra de excep. denique in fi. et ſic non obſtat. ſupra de ordi. cogni. cum dilectis in fi. et ff. de hiis qui no. in fa. l. luci⁹. vel expone ibidem deponendum .i. ſuſpendendum. Nam ex confeſſione extra ius facta ſuſpenditur quis ab officio et beneficio. vt infra de excel. prela. quam ſit graue. Requiruntur et quedam alia vt valida ſit confeſſio que hiis verſibus continentur. Maior ſponte ſciens contra ſe vbi ius ſit et hoſtis. Nec natura neget fauor aut lis ius verepugnet. Que ſingula ſingulis iuribus comprobantur. vt ff. de confeſſ. l. certum. §. minorem. xxxi. q. ii. lothari⁹. C. de iur. et fac. igno. l. error. ff. de interroga. acc. l. de etate. §. i. ſupra de iud. At ſi clerici. ff. de interrog. act. l. vlt. et l. confeſſionibus. C. de libe. cau. l. inter rogata. ff. ad le. acq. l. inde neraci⁹ §. vlt. ff. de pactis. l. ſi vn⁹. §. illud. et xxii. q. ii. ſolet queri. ¶ Preiudicat enim confeſſio confitenti cum de ſuo proprio fateatur non autem nocet alteri quem facti participem dicit. vt ii. q. v. interrogatum. xv. q. iii. nemini. et vi. q. i. ſi quis cum militibus. et lxxix. di. ſi quis pp. et infra de hereti. vergentis infra de t. c. i. Fallit in exceptis vt ibi. Sed nec ſententia lata contra vnum preiudicat alteri qui dicitur eſſe particeps. vt ff. de adult. l. denunciaſſe. ff. de inofficioſo teſtamento. l. poſtum⁹. §. ſi quis ex hiis ff. ſi ſuit⁹ ven. l. loci. §. competit. ſed et ſi confeſſio vni⁹ non preiudicet alteri ſicut dictum eſt quo ad condempnacionem. preiudicat tamen quo ad preſumpcionem et famam. vt infra de adul. ſignificaſti. Inuenio tamen in connexis quod ex quo conſtat de vno conſtat et de altero connexorum. Nam eo ipſo quod conſtat ordinatum male ordinatum conſtat ordinatorem male ordinaſſe et pena dignum eſſe. vt ſupra de eta. et qua. in ord. pfi. Cum ſit. et lxxxi. di. tanta et lix. di. ordinatos. et eſt racio quia non de facili poteſt prelatus ignorare vicium ſubiectorum ar. infra de regul. iur. quamuis. ſupra de elec. innotuit. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. quod verum eſt cum ipſe ordinator per ſe examinat ordinandos ſecus ſi per alios quod licet vt xxiiii. di. quando epiſcopus. ſupra de offi. arch. ad hec Nam ſine examinacione non debet aliquis ordinari. vt ſupra de eta. et qua. in ord. pfi. Accepim⁹ et xxiiii. di. c. i. et per totum. ¶ Procuratoris confeſſio in iudicio facta nocet domino. vt ſupra de poſtul. ad hec infra de ſen. et re. iud. ſuborta. Nam ex dolo procuratoris poſt litem conteſtatam commiſſo

ex̃cipit̃ · vt · ff · de doli · excep · l · ſi pro
curator · ꝰ · pꝰ litẽ · ff · de tribu · l · pro
curatoris · ff · de pcu · l · nõ ſolum in
pn̄ · ſed ↄtra · ff · de pcu · l · ſi ſui · ꝰ · ſi
defenſor · ff · de ↄfeſſ · l · certũ · ꝰ · plt̃
· ff · ad le · acquil · l · pĩnde · ꝰ · i · nec
videt̃ verũ ꝙ dictũ eſt ꝙ dolus p̲
curatoris noceat dñ̃o vt · ff · de doli
excep · l · ſi pcurator · Ad p̃mum di
cĩt quid ꝙ ↄfeſſio pcuratoris nõ
preiudicat dñ̃o niſi ſup hoc habu
erit ſpãle mãdatũ vel niſi ſit gña
lis pcurator ſicut pactũ pcurato
ris nõ nocet dñ̃o vt · ff · de pactis ·
l · nã ⁊ nocere · nec iuramẽtũ delacõ
niſi habitũ ſit ſup hoc ſpãle man
datũ vt · ff · de iur̃ iurã · l · iuſiurand
ꝰ · vlt̃ · ⁊ · l · ſeqn̄ti · Alij diſtinguũt
int̃ defenſorẽ ⁊ pcuratorẽ vt ↄfeſ
ſio defenſoris · i · illiꝰ q̃ nõ hꝫ man
datũ non p̃iudicet dñ̃o ſed ↄfeſſio
procuratoris cũ mãdato preiudi=
cet niſi dñ̃s poſſet pbare ↄtrariũ ·
Nã ⁊ ↄtra ꝓpriam ↄfeſſionem dñ̃s
audiret̃ · volens ſe docere ĩ facto er
raſſe vt · C · de iur̃ ⁊ facti igno · l · error
Verũ tñ̃ puto ꝙ ↄfeſſio pcurato
ris ſemp obſtet dñ̃o ar · õ · de pcu
c · i · nec exſpectandũ eſt vt dñ̃s ratã
habeat ↄfeſſionem eiꝰ vt · ff · de cõ
dic · indebi · l · ſi pcurator ⁊ · l · Inde
bita · Ad 2ᵐ ãt ſic dico ꝙ pcurator
delinquit circa iudicia ⁊ p̃iudicat
dñ̃o vt · C · de pcu · l · ſi pcurator · ſed
dñ̃s recuperat ab eo p actionẽ mã
dati quicquid perdit ex dolo ipſiꝰ
vt · ff · de doli · excep · l · ſi pcurator ĩ

ſi · Et hoc verũ eſt niſi pcurator mã
dati fines excedat tũc enĩ ipſo iure
non valet qd̃ fit vt õ de offi · dele ·
Cũ olim abbas · Itẽ ↄfeſſio ad=
uocati preiudicat pti nĩſ dñ̃o vt ꝗ̃
de cenſi · olim · C · de erro · aduo · l · i · ꝗ̃
de app · cũ cauſaꝝ · Item ↄfeſſio ſin
dici vel yconomi vt ꝗ̃ · de reli · domi
bus dilectus ꝗ̃ · e · t · Ex parte · et ide
creditur ĩ tutore ⁊ curatore verũp
tñ̃ minor poterit reſtitucõꝫ implo
rare a cõfeſſione tutoris · Dꝫ ẽ ſci
endũ ꝙ falſis cõfeſſionibꝫ reſpõde
tes ita obligamur ſi eiꝰ noĩe de q̃
quis ĩterrogatus ſit cum aliquo
ſit actio vt · ff · de interroga · acti · l ·
confeſſionibus · ff · ad le · acquil · l ·
ĩnde neracius ꝰ · vltimo · Poteſt
autem quis reuocare propriam cõ
feſſionem continẽtem errorem fac
ti vſqꝫ ad ſentẽciam vt · C · de iur̃ · et
fac · igno · l · error · ⁊ eodem modo er
rorem procuratoris vt ꝗ̃ · e · t · c · vlt̃
Qd̃ intelligo verum ſi probetur er
ror vt in premiſſis legibus confeſ
ſionibus · ⁊ ĩnde neracius · et pro=
babitur error vel ex ipſa natura ·
vt dicunt leges vel per teſtes ⁊ in
ſtrumenta · Et eſt racio quare lice
at reuocare quia non fatetur qui
errat · vt · ff · de confeſſis · l · non fate
tur · ſed ante litem conteſ · videtur
ꝙ liceat reuocare errorem ſine ali
qua probacione · vt · ff · de noxa
li · l · electio · ꝰ · penulti · et eciam poſt
ſi nulla ſit capcio aduerſarij · vt
ff · de interrogaci · acci · l · de etate ·

§ vlt· qñqȝ etiã pꝰ ſñiaȝ reuocat̃
error ꝓbabilis ·vt· ff· qñ actio de
pecu· eſt ãnal̃· l· iij· Dȝ de errore ad
uocati lex dicit vſqȝ ad triduũ re=
uocari licere· vt· C· de erro· aduo· l·
iij· Ad qḋ rñ̃o lex illa factũ narrat
non ius ponit· ſic eñi de facto error
aduocati fuerat ĩ̄· triduũ reuocatꝰ
et nichilominꝰ potuiſſet reuocari
vſqȝ ad ſñiaȝ vt ſupius dictum ē
que eñi eſſet racõ quare ꝓpꝛium erro
rē poſſet quis vſqȝ ad ſñiaȝ reuo=
care non aũt alienũ· i· aduocati cer
te nulla· vel alit̃ rñ̃o ad legeȝ illã·
ꝑt reuocari error aduocati vſqȝ ad
triduũ ſine ꝓbacõe erroris ſȝ poſt
modũ vſqȝ ad ſñiaȝ cũ ꝓbacõne·
Confeſſio aũt reuocata non nocet·
vt ĩ̄· de app· Cũ cãm ĩ̄· de cenſibus
olim· ¶ In ſũma notandḋ eſt ꝙ cõ
feſſus ꝓ iudicato habet̃ ·vt· ff· e·
ti· l· i· qḋ plures ſic intellexerũt vt
cõfeſſus ꝑ iudicis ſñiaȝ nõ debeat
condẽpnari ſed ſufficiat ꝓ condẽp
nacõe ſua cõfeſſio· vñ in cõfeſſum
nulle ſũt ꝑtes iudicis· vt· ff· ad le·
acquil̃· l· ꝑinde· vñ confeſſo ſtatiȝ
currũt tẽpora q̃tuor menſiũ· vt· ff·
e· t· l· certũ· §· vlt· ꝛ· ff· de re iudḋ· l·
debitoribꝰ· Dȝ certe licet non ſint
aliq̃ ꝑtes iudicis in ↄgnoſcẽdo vel
īterogãdo· ſũt tñ̃ aliquę in ꝓnũci
ando vel in eſtimãdo vt in e· l· pro
inde· vt· ff· e· t· l· iul̃· ꝛ in criminali
cauſa certũ eſt ſcḋm oĩ̄s confeſſum
dãpnãdũ eſſe· vt· ff· de cuſto· ꝛ ex
hi· reo· l· ſi confeſſus ij· q· i· c· i· ꝛ ij·

In ciuili aũt cã puto diſtinguẽdḋ
vtꝝ actor cepit agẽ iudiciario or=
dine puta dato libello Et tũc ↄfeſ
ſionẽ ſequi dȝ ſñ̃a· Si aũt ante li
bellũ reꝰ de plano cõfiteat̃ debitũ
nolens ſubire iudiciũ tunc ſeq̃ dȝ
preceptũ· qꝛ ꝑapẽ dȝ iudex pecuni
am ſolui ĩ̄· legittĩa tꝑa ſicut coti=
die de facto fieri videmꝰ· Nec eñi
cõpellet̃ ſubire iudiciũ qui illud ꝑ
ueniẽs confitet̃ ·vt· ff· de le· i· l· ſi do
mꝰ· §· In pecunia· ꝛ· ff· de iudḋ· l· ſi
debitori· de precepto hmõi vel ſim
plici iuſſione habes· ff· ꝙ metꝰ cã
l· vlt· Item ſciendũ eſt ꝙ ſi quis ĩ
terrogatꝰ a iudice non rñ̃deat vel
obſcure rñ̃deat ita vt incertum di
mittat īterogantẽ ꝑinde habetur
ac ſi cõfeſſus fuiſſet ↄtra ſe qḋ ad
uerſariꝰ aſſerebat· vt· ff· de īterro
ga· acc̃· l· de etate· §· ſi eũ ꝛ· §· qui ta
cuit· ꝛ· §· nichil intereſt de cõfeſſ· ĩ
iudicio ꝑnali dicã ĩ̄· de pe· ꝛ re·

¶ De ꝓbacõibꝰ·

Dictum eſt ſ̃ de confeſſ· ſȝ
quia frequencius in iudi
cijs promptas habẽt rei
negacõnes ꝛ contra negantes ne=
ceſſarie ſunt probacõnes. Ideo de
eis diligenter eſt attendendum·
¶ Videamus ergo quid ſit pro=
bacõ· vnde dicatur· quis debeat
probare· cui· quid· qualit̃· ꝛ quã=
do· ¶ Probacio eſt rei dubie per
argumẽta oſtenſio ſic diffinit Azo

in ſūma ſic ⁊ damaſus in ſumma
ſua. Pꝫ huic diffinicōi obſtat ꝗ.
de verbo. ſig. for⁹. §. cā. Aut argu
mento aut ꝑbacōe ꝯſtat. argum̄
tum nūꝗ̄ teſtib⁹ nunꝗ̄ tabul' dat
probacōeꝫ ſed ſola inueſtigacōne
inuenit veritatē vt dictū eſt argu
mentū argute inuētū. ꝑbacō teſti
bus ⁊ fide tabularꝫ ꝯſtat. Vn̄ ⁊ ſi
h̄ diffinicio locū habeat in hijs q̄
probant' p inſtācíā diſputādi nō
tn̄ locū hꝫ in hijs que ꝑbant' ī iu
dicio. illa eī̄ ꝑbant' per teſtes vel
inſtrā ⁊ plerūqꝫ p preſūpcōnes ⁊
indicia vn̄ ſic diffinio. Probacio
eſt rei dubie p teſtes vel inſtrā et
plerūqꝫ indicia ⁊ preſūpcōes oſ̄-
ſio. plex ideo dixi qꝛ ⁊ ſi in cauſis
pecuniarijs ⁊ ciuilib⁹ preſūpcōes
et indicia probēt vt. C. d̄ fide iſtru.
l. ſicut ꝗ. de preſūp. p totum. ita vt
per eas ſi certe fuerīt vel violēte ad
ſēnaꝫ ꝓcedat' vt xxxij. q. i. dixit ꝗ.
de preſūp. lrīs. ff. de hijs q̄ ſui vel
alie iur' ſunt. l. filiū. non tn̄ in crī
nalib⁹ ad condēpnādum ſufficiūt
quia in criminib⁹ non ꝓcedit' ad
penā ex preſūpcōib⁹ vt ꝗ. de p̄ſūp.
lrās. ff. de penis. l. abſentem ij. q. i
p̄mo. niſi eſſent indicia īdubitata
et luce clariora. vt. C. de ꝑba. l. ſci-
ant. ¶ Dicit' āt probacio a probe
aduerbio probe eī̄ facit qui pro-
bat qd̄ intendit nam p hoc penas
non probancium euitat. ¶ Debet
probare actor qui aliquid aſſeue
rat. vt. ff. e. titu. l. ei qui dicit in-
cumbit probacio. et hoc de iure re
gulari quia negantis factum nul-
la eſt probacio vt. vi. q. v. Actor
ſupra de elec. bone me. magunt.
C. de proba. l. Actor. ꝗ. de renunc.
ſuper hoc. Hoc tamen fallit in ca
ſibus ſi negatiua habeat impli-
cite affirmatiuam. vt ſupra de re-
nunc. ſuper hoc. et ideo ſic ſubau-
diendum eſt negantis factum nul
la eſt directa probacio. vt ꝗ. e. ti.
quoniam contra falſam. al's enim
indirecta probacio admittitur vt
ꝗ. e. ti. tercio ꝗ. de teſti. ſenes. ex te
nore. C. de contrahen. ⁊ cō. ſti. l. op-
timam. Item fallit ſi preſumpcio
ſit pro actore. vt in caſu legis. C. de
proba. ſiue poſſidētis. Ideo autē
negatiua ſimplex per rerum natu
ram probari non poteſt quia qd̄
non eſt nec genus nec ſpeciem ha
bet nec circūſtancias neqꝫ cauſas
que in probacione neceſſaria ſunt
vt ꝗ. de teſtibus. Cum cauſa ī aut.
de teſti. §. ij. coll'. vij. al's ſola teſta
cio nullius eſt momenti. vt iiij. q.
iij. §. Item in criminali ⁊. §. ſolaꝫ
C. de teſtibus. l. ſola. Item fallit
vbi quis negat ius. vt. ff. de pro-
ba. l. ab ea parte. vt cum quis di
cit aduerſarium ſuum de iure pro
hibitum. vel cum dicit aliquid ſi-
bi ꝯpetere qd̄ eſt ꝯtra ius cōe vt. C.
di. ꝯ mores. Item factū negatiuū
ꝑbari nō p̄t. ſꝫ dictū negatiuū ſic
vt ꝗ. e. titu. tercio ꝗ. de deſponſa.
impu. Ex lrīs. xxxi. q. ij. lothari⁹.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item negatiua ꝓbaẗ ꝑ iuramentū
qḋ in defectū ꝓbacionū deferẗ qñ
qз actori qñqз reo vt no· ḡ· de iuř·
ca·§·preſtaẗ in fi· ⁊ notabo plenꝰ
ꝗ· de iure iur· Itē incūbit neganti
probacō· cū natura negacōeз ipug
nat· vt cū q̇s negat hoīeз ſane mē
tis· quia ex natura ꝯtrariū ꝑſumi
tur ꝓbare hз hoīeз furioſū vt· C· ḋ
codicil· l· nec codicillos iij· q· ix· iu=
dicas· Itē natura īpugnat dictuз
illiꝰ qui dicit ſe indebitū ſoluiſſe·
Nemo eñ crediẗ ita reſupinus vt
facile pecunias ſuas iactet ⁊ inde=
bitas effundat ⁊ ideo neganti debi
tū ⁊ aſſerēti indebitū incūbit pro
bacō· vt· ff· e· t· l· cū de indebito· §·
ſi vero· Itē incūbit neganti ꝓba=
cio ſi negacōз impugnз honeſtas·
vt cū vxor negat ſe q̄ſiuiſſe de ho=
nis viri ꝓbare hз ſe aliūde queſi=
uiſſe· ne incidat ī ſuſpicōeз turpis
q̄ſtus· vt· ff· de dona· inẗ vi· ⁊ vxo·
l· quintꝰ mucius· ⁊ C· e· t· l· eciā qḋ
et in ꝑlato dicī ꝑt cū querẗ an de
bonis ecc̄e vel aliūde q̄ſiuerit· vt· C·
de epiſ· ⁊ cle· l· ſacroſc̄e· ⁊ in autñ
ibi ſignato liceciā· Qḋ autē ſupiꝰ
dixi actori incūbere onꝰ ꝓbādi ac
torē large intelligas vt in eo ꝯpre
hendas accuſatorē ⁊ reū excipiētē
Nam reꝰ actor efficiẗ in excipiēdo
vt· ff· e· t· l· in excepcōibꝫ qḋ veꝝ ē
ſi reꝰ in excipiēdo aliq̇d aſſerat· ce=
teꝝ ſi neget vt cū ꝯponit excepcio
nē non numerate pecunie nō ei in=
cūbit ꝓbacio vt ꝓbet non nume
ratā ſed creditori vt ꝓbet ſe nume
raſſe vt· C· de nō nu· pe· l· ſi ex cauciō
ne· Itē appellacōe actoris intelli=
ge ⁊ reū· qui licet nō opponat ex=
cepcōem dicit tñ ipſo iure deficere i
tencōeз actoris dū contēdit ſe ſol
uiſſe· vt· C· e· t· l· ij· hз igitur ꝓbare
actor ⁊ accuſator excipiēs dū exci=
piendo aliq̇d aſſeuerat ſic dū dicit
actorē nullā actionē habere· Poз ⁊
denūciator qui aliquē ſup crimine
denūciat· alioq̄n de calūpnia puni
tur vt ꝗ· de calūp· c· ij· extraordina
rie tñ cū non ſit in hoc certa pena
ſtatuta· vt ḡ de officō· dele· de cauſꝫ
Itē ⁊ qui aliq̇d obicit electo ꝯfir
mādo vel ꝯſecrādo· vt ꝗ· de accu· ſu
per hijs· §· ⁊ ꝓmotor inquiſicōnis
vel adiutor ſi ad ipſiꝰ denūciacō=
nē cōmiſſa ſit inq̇ſicio alioquin de
falſa denūciacōe puniet vt dictū ē
et eo a ꝓſequēdo ⁊ teſtificando re
pulſo ſi is ꝯtra quē inquirendū eſt
fuerit infamatꝰ nichilominꝰ inq̇
reẗ vt ꝗ· de accuſa· ⁊ inqui· cū opor
teat· ⁊ qḋ puniendi ſūt falſi nūcia
tores ꝓbaẗ· C· de accu· ⁊ inſcripc·
l· ea quidē· ff· ad turpil· ſe· ꝯ· l· ab
accuſacōne· §· nūciatores· ⁊ C· de cu
rioſis· l· i· li· xij· ¶ Iudicio facienda
eſt ꝓbacio· vt ij· q· vij· pleriqз· C·
ob· tur· cau· l· i· iiij· q· iij· §· Item in
criminali in verſꝫ· ſi teſtes· ff· de
probac· l· quinquaginta ī fi· fides
eñ religioni iudicāne debetur vt
· C· de teſti· l· Eos Nam ipſe magis
ſcire poteſt quanta fides ſit teſtibꝫ

adhibenda vt ff· de teſtibꝰ l· teſti
um fides· ſed p̄ñte aduerſario· vt
·C· de teſti· l· ſi quā· §· ſꝫ cū ꝗ· ti· prox·
In nomine dn̄i· ¶ Id autē ꝓban
dum eſt· ꝙ ꝓbatum ꝓbantē ad-
iuuet· vt ·C· de ꝓba· l· ad ꝓbacōnez
vt ſi quis ad ꝓbacōz dn̄ij ꝓbacō
nem induceret fcē locacōis non ei
ſufficiat ad ꝓbacōez dominij facta
locaciō· vt ꝗ· de fide inſtru· inter di
lectos· C· loca· ꝛ cō· l· Ad ꝓbacōez
¶ Species ꝓbacionum ſunt ſex·
Probatur enī aliquid ꝑ rei euidē
ciam vt cū quis in crimine depre
hendituꝛ vt· l· di· ſi quis dyaconꝰ
lxxxi· di· ſi clericus· ꝛ· c· pſ̄biter· ff·
de ritu· nup· l· palā· §· que in adul-
terio· non tn̄ ſufficiat ſola deprehen
ſio ſed requirit̄ eciā ꝯuictio vt i ꝑ
dicto· c· ſi quis dyaconꝰ ꝰ̄ de iud·
Cum non ab homine ·C· de defen·
ciui· l· vij· in pn̄· Dꝫ q̄uis ad con-
dēpnādū non ſufficiat ſola dephē
ſio· vt· ij· q· i· nos in quēq̄ ſufficiat
tamen ad infamandū vt in· l· palā
§· que in adulterio· Itē 2° cum q̄d
ita notoriū eſt vt nulla poſſet t giu
ſacōe celari· vt ꝗ· de accu· Euidēcia
ij· q· i· manifeſta que lotharꝰ· §·
in manifeſtis· ꝛ· c· de manifeſta·
et· c· ſcelus· ꝰ̄· de filijs preſbi· Quī
ꝗ· de purga· ca· Cum dilectꝰ· Ter
cio ꝑ famā· vt iiij· q· iij· Itē in cri-
minali in v̄ſi· Itē ſepe ꝗ· ti· px· tā
lris· Quarto per preſumpcōnem
vt xviij· di· ꝑuenit xliij· di· multis
ꝗ· de coha· cle· ꝛ mulie· ſi quiſq̄ i

aut̄· vt liceat ma· et auie· §· plt· C·
de adult̄· l· ſi quis in auc̄· ſi ꝑ tres
Quinto ꝑ iuramenti delacōnez· vt
xvi· q· iij· dilcō· ff· de iur̄ iurā· l· ma
nifeſte· C· de rebꝰ credi· l· in bone fi
dei ꝗ· e· ti· ſicut· Sexto ꝑ inſtrā· vt
ꝗ· de fide inſtru· ꝑ totū· qꝛ nomie
teſtes itelligūtur· vt ꝗ· de teſti· co-
ꝑuenit· ff· de fide inſtru· l· i· ff· de v̄
bo· ſigni· l· nocionē· §· iſtrumētoꝝ
Hoc tn̄ notabis ꝙ ꝓbacio tollit
et vincit preſūpcōez vt ꝗ· de ꝓſūp·
quia· ff· ꝙ metꝰ cā· l· nō ē veriſimi
le ſicut ꝛ preſūpcio preſūpcōez vt
ff· de iniu· reſti· l· diuꝰ· Sꝫ q̄rit̄ il
lud de quo freq̄nt̄ in iudicijs du-
bitatur an ꝑ teſtes ꝓbari poſſet ꝯ
rū eiꝰ qd̄ in inſtrō publico ꝯtine
tur· Et videt̄ ꝙ ſic vt ꝗ· e· t· tercō
ꝗ· de fide· iſtru· cū iohēs heremita
·C· de ꝓba· l· cū ꝑ̄ālo· C· de ꝯtrah· et
cōmit· ſti· l· optimā· ꝛ ·C· de nō nu·
pe· l· aduſus Et gn̄alit̄ dicit aucto
ritas· In ore duoꝝ vel triū ſtat oē
verbū vt ꝗ· de teſti· licet· ij· q· iiij· c·
i· §· i ꝗ· de teſtibꝰ· Cū a nobꝰ· nec mi
nū· Nam vox viua ꝑ̄fertur mortue
vt in aut· de fide inſtru· §· ſi vō ali
quid tale colꝰ· vi· ꝛ ꝓbatur ꝗ· e· t·
poſt ceſſionem ꝛ· c· in pn̄cia· Pre-
ſencia teſtium facit vt inſtrumēto
credatur· vt ꝗ· de fide inſtru· c· ij·
ꝰ̄· de procu· Alia· lxi· di· epiſcopus
xij· q· ij· ſine excepcōne· in autn· de
fide inſtrum· §· ſi quis igitur· ꝛ· §·
ſed et ſi quis· colla· vi· et in autn·
de here· et falſi· §· ſi vero obſtant·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ꝑ eos qui falſo int̄fuiſſe dicunt̄
p̄t improbari inſtrumentũ· vt· ff·
quẽadmo· t· ap· l· i· in fi· ⁊ in auc·
de fide inſtru· §· ſi vero moriantur·
Sꝫ cõtra licet em̄ dicat̄ ꝙ parem
vim habeãt teſtes ⁊ inſtrumẽta vt
·C· de fide inſtru· l· in exercendis· In
uenio tñ in pleriſqꝫ validiorẽ eſſe
probacõez inſtrumẽtoꝝ ꝙ̄ teſtiũ·
vt in mãdato ꝓbãdo· vt ſ̄ de offi·
dele· Cũ in iure· C· de mã· p̄n· l· vna
Itẽ in ſñia vt lxxi· di· ex̄neo ⁊· c· ſe
·C· de epiſ· ⁊ cle· l· ſi qua ꝑ calump
niã· §· vlt̄· in auc· q̄uo opor· e· §· nõ
aliter coll̄· i· viij· q· i· c· vno· Itẽ in
fidei ↄfeſſione· vt· i· q· vlt̄· ſalub̄ri
mũ· Itẽ i electione· ſ̄· de elec· quia
ꝓpter Itẽ in cõuencõne rei eccleſi
aſtice· vt x· q· ij· hoc ius porrectum
Itẽ in etate· vt· C· ſi minor ſe ma·
dixe· l· ſi alter⁹ in fi· Itẽ in nõ nu
merate pecunie cõfeſſione· C· de non
nu· pecu· l· generalit̄· Itẽ i ꝓbacio
ne cenſus· vt· ff· de ꝓbac· l· cenſus
In hiis igit̄ ⁊ ↄſimilibꝰ videt̄ ꝙ
per teſtes iprobari non valeãt in⸗
ſtrumẽta cũ tñ validior ſit ꝓbacõ
inſtrumẽtoꝝ ꝙ̄ teſtiũ ſicut dictuꝫ
eſt· Nec mirꝝ· Nã memoria homi
nũ labilis ẽ· vt· ff· de arbi· l· ſi ar⸗
biter ⁊ ideo teſtes ex tractu tp̄is va
nare ſolẽt· vt· ff· ad carbo· l· iij· §·
due· ff· de dãpno· infec· l· qui bona
§· vlt̄· Dolo ↄtra q̇libet inſtru⸗
mentũ ꝓbari p̄t ꝑ teſtes p· l· illaꝫ
·C· et· l· cũ precibꝰ· Fallit i inuenta
rio vt· C· arbi· tute· l· vlt̄· Et hoc ꝓp
ter nimiã ei⁹ ſolempnitatẽ· Itẽ fal
lit cũ mulier fatet̄ i inſtrumẽto ſe
pecuniã accepiſſe ꝑ interceſſione ꝙ̄
fecit ↄtra hoc inſtrumẽtũ ꝓbari n̄
p̄t vt· C· ad vell̄· l· Antique· ⁊ h̄ ideo
quia ꝑ hãc cõfeſſionẽ mulier tol⸗
lit ſibi p̄uilegiũ velleyani q̇d faci
li⁹ tollitur ꝙ̄ ius cõmune· Nam ſi
quis ↄfiteret̄ in iſtrumẽto ſibi pe
cuniã numeratã nõ ei tollit̄ ius cõe
ꝑ q̇d excipi p̄t de nõ numerata· C· d
non nu· pecu· l· aduerſus· ⁊· l· in cõ
tractibꝰ ¶ Sc̄do videdũ eſt de nu
mero teſtiũ· ſ· quot teſtes reqrant̄
ad iprobanđ inſtrumentũ· Et eſt
dicenđ ꝙ quatuor· Cũ em̄ tabellio
habeat̄ loco duoꝝ teſtiũ· vt ff· de
teſta· l· domici⁹ vñ facit qnqꝫ ple
nam ꝓbacõnem vt· C· ad le· cor· de
falſ· l· ſi quis decurio· Neccãriũ eſt
vt tot ſint teſtes excedẽtes numeꝝ
duoꝝ quot ꝑ ſe facerẽt ꝓbacõneꝫ
vt ĩ· de fide inſtru· Cũ Jo· hẽmita
Sed quid ſi iſtrumentuꝫ habeat
teſtes inſcriptos qui inſtrumẽtũ
defendãt dico ꝙ teſtes improbã
tes excedere debent illos in duobꝰ
ad min⁹· In numero autẽ teſtiuꝫ
qui ſunt pro inſtrumento cõputa
bitur tabellio pro duobꝰ vt dictũ
eſt· ¶ Reſtat videre qñ ꝓbacio fa
cienda ſit· Et eſt ſciendum ꝙ decli
natorie iudicij in inicio ꝓponende
ſunt· Declinatorias voco que ↄtra
iuriſdictionem iudicis opponũtur
ne ſi eis ſcienter omiſſ ad alia pro
cedat videat̄ q̇s in iudicẽ ↄſẽtire·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt·C·de excep·l·vlt·⁊ vt no· in re-
cuſacõe iudicis·§·de dila·§·ſunt et
alie in fine illi⁹·§·co tamen ſaluo
ꝙ non videt̃ in iudicẽ cõſentire q̃
cũ ſibi gen⁹ deſiderat actionis vt
ff·de iud·l·non videt̃ in iudicem·
Debẽt eciã ꝓbande declinatorie ſi-
militer in inicio·p̃us eſt enĩ vt ſci
atur de iuriſdictione iudicis·⁊ de
inde ad ↄſeq̃ncia ꝓcedatur·cetũp
tñ ſi ex ignorãcia excepcões hm̃oi
omittãtur eciã poſt ſn̄iaʒ locũ hñt
vt·C·ſi an̄ ↄpe·iudi·l·vlt·ꝭ·de ſen-
et re iud·ad ꝓband·Dilatorie ꝓ
ponende ſũt ⁊ ꝓbande an̄ lit̃ ↄt̃·vt
ꝭ·de ſen·⁊ re iud·int̃ monaſteriũ
ꝭ·de excep·paſtoralis·C·e·t·l·pl̃t·
Dilatorie ſolucõis ꝓponẽde ſũt in
inicio cauſe·Jnicũ cauſe appello
lit̃ ↄt̃·vt·C·de iur·ca·l·ij·Rp̃o·i°·§·
vlt·Probande vero poſtꝙ̃ actor i
tencõeʒ ſuam fundauerit vt·C·e·t·
l·excepcõeʒ·ſi tñ re⁹ non didiciit teſ
tificata vt dicã ꝭ·ti·px·Actor dʒ
probare intencõneʒ ſuã p⁹ lit̃ ↄt̃·
Re⁹ ꝓbabit excepcões ſuas·ſ·p
ẽptorias poſtꝙ̃ actor ĩtencõʒ ſuã
probauit·vt·C·de excep·l·ſiquid·
·C·ſn̄iaʒ reſcin·non poſſe·l·pemp-
torias ⁊·C·de preſcrip·lon·tẽpo·l·
Emptor·Qd aũt lex illa ſiquid·⁊
·C·e·t·excepcõeʒ velle videt̃ ꝙ re⁹
debeat ↄteſtari an̄ ꝓbacõneʒ acto
ris·puto ꝙ illa cõteſtacio ex volũ
tate non ex neccitate fiat·Debẽt ⁊ q̃
dã pemptorie que p⁹ ſn̄iaʒ oppo-
ni pñt ⁊ ꝓbari vt ſunt excepcões
ille p q̃s ↄtẽdit̃ iudiciũ retro nullũ
vt ẽ excepcõ falſi ꝓcuratoris vt·§·
de ꝓcu·in nr̃a·C·e·t·l·ʒ·ff·de iudi·
l·ʒ·Jtẽ excepcõ falſi·vt ꝭ·de cri·
fal·ſuper eo·ff·de iud·l·ſi p̃tor·§·
marcellus·C·ſi ex fal·inſtru·l·vlt·
et·l·i·⁊·l·ij ꝭ·de ſen·⁊ re iud·cũ J
et A·⁊ in quibuſdam alijs caſib⁹
quos notab⁹ ꝭ·de excep·Jlud in
ſumma notandum eſt ꝙ ſicut ſe
habet excepcio ad accuſacõeʒ quo
ad modum probandi id eſt ſicut
probata intencione actoris deinde
probanda eſt excepcio pemptoria
vt ſupi⁹ dictum eſt·ſic ſe habʒ re
plicacio ad excepcionem vt pro-
bata excepcõne replicacio ꝓbetur
vel ſimul probet vtrũqʒ ſcilicet ex
cipiens ⁊ replicans·vt ꝭ·de pre-
ſcrip·illud·ſic tamen vt poſterius
probans non didicit teſtificata p̃
oris alioquin ſecus·contingit ta
mẽ aliqñ ꝙ ꝓpter preſũpcõnem
facientem pro actore non admit-
titur probacio excepcionis ſed re-
plicacionis vt ſi repetam a te bene
ficium meum tu excipias ꝙ renun
ciaui ſponte·ego replico ꝙ coac-
te tunc quia non eſt veriſimile ꝙ
ſponte renunciauerim admitti-
tur in ea probacio·vt ſupra de re
nunc·ſuper hoc quod autem dixi
poſteriorem non probare ſi iam di
dicit teſtificata prioris intelligo
verum eſſe per teſtes·Nam per in
ſtrumenta poteſt quis probare·
vt ꝭ·de fide inſtru·Cum dilectus·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In ſũma notabis qñ in duplicib9
iudicijs ꝓbat vterqʒ · vt ꝭ · e · t · ex
lrĩs · Itẽ ꝓbaẗ aliqñ p aſpectum
vt ꝭ · e · t · ꝓpoſuiſti · ff · d ven · inſpi ·
l · i · in pn · Ciniũ regũ · l · ij · ff · e · l · ſi iz
rupcõi xvi · q · iij · iter memoratos ·
Nec obſtat ꝙ als diciẗ ꝙ oculus
plerũqʒ fallit vt ꝭ · e · t · cãm xxvij ·
q · i · nec aliqua · Nam et ſi plerũqʒ
fallat frequenci9 tñ non fallit · Nã
ſegni9 irritant aĩm dimiſſa p au
res ꝙ que ſũt oculis ſubiecta fide
lib9 · vt inſti · de gradi · in fi · Itẽ p
banẗ limitacões p libros antiq̊s
vt ꝭ · e · t · cum cã et cenſus p libros
cenſuales vt ꝭ · de pſcrip · Ad audi
enciã · p iſtrumẽta puata ab archi
no publico ꝓducta vt · C · de fide in
ſtru · i · auẗ · ad hoc xxx · q · i · puenit ·
probaẗ p abbreuiaturã notarij d
functi vñ ꝯplẽdã ẽ et ad inſtrumẽ
tũ publicũ reducẽda · vt ꝭ · de fide i
ſtru · c · vlt · non autẽ p puatas ſcp
turas vt · C · e · t · l · Inſtrumẽta · ñ ha=
beãt ſubſcripcões triũ teſtium · vt
C · de fide inſtru · l · ꝯpacões · Vñ9 ·
Caucio puata cũ trino teſte nota=
ta h9 ius eſt nacta ꝙ caucõ publice
facta · Vltimo querit an credaẗ
lrĩs epi · Et videt ꝙ ſic · vt ꝭ · e · t · p9
ceſſionẽ xi · q · iij · cure ꝭ · de fideiuſſo ·
puenit lxxi · di · extraneo · et · c · ſequẽ
tib9 ꝭ · de fide inſtru · c · ij · Nã et cre
diẗ lrĩs abbatis vt xix · q · iij · ſtatui
m9 · lrĩs eciã couent9 vt ꝭ · e · t · t · cũ o ·
lrĩs captli · vt ꝭ · d app · ſigniſicauit · lxxiij
di · In noĩe dñi · Itẽ crediẗ ſigillo
epi alieni vt xix · q · ij · c · i · et ij · Cre
diẗ inſtrumẽto pncipis in ꝓuin=
cia aliena ſi hoc habeat ꝯſuetudo
regionis vt ꝭ · de fide inſtru · Cũ di
lectus · Et ſatis credo ꝙ credendũ ſit
lrĩs epoꝝ preterqꝫ circa acta iudi=
cioꝝ · vt ꝭ · e · t · qm ꝯtra falſã · Sed
opponiẗ cũ vox viua · pferaẗ voci
mortue vt in auẗ · de fide iſtru · § · ſi
vero aliquid tale · qre non creditur
epõ dicẽti aliquẽ excõicatũ · vt vi ·
q · ij · ſi tm̃ et · c · placuit · et crediẗ ei
ſcribenti vt in · c · cure · Rñſo ſcribẽti
iure ordinario crediẗ vt iudici de
eo qd̊ ſit corã eo tãqꝫ corã iudice et
ſic loquitur · c · cure ei autẽ dicẽti id
qd̊ nouit vt hõ et ꝯtencõſe dicenti
tãqꝫ pti non crediẗ et ſic loquiẗ · c ·
ſi tm̃ et ꝭ · ti · ꝓx · cũ tu fili ·

## De teſtib9 ·

Primus ẽ de ꝓbacõibus
in genere nunc de ipſis in
ſpẽ videam9 et pmo de teſ
tib9 poſtea de inſtrumẽtis eo ꝙ vox
viua validior eſt qꝫ mortua vt in
autñ · de fide inſtru · § · ſi vero · h9 igi
tur ordine ꝓcedamus vt diſcucia
mus qui pñt eſſe teſtes · qui non ·
quot teſtes reqrantur · que iurare
debent · quando ſint ꝓducẽdi · quo
ciẽs · que diuerſitates teſtimonijs
noceant · et an poſt publicacõnem
poſſint teſtes produci · Poſſunt
eſſe teſtes qui non prohibenẗ · Nã
edictum de teſtib9 ꝓhibitoriũ eſt

vt·ff·c·t·l·i· ſicut edictū de ꝑcura
torib⁹ vt·ff·de ꝑcura·l·Mutꝰ·ſi
cut ⁊ edictū de m̄rionio ꝯtrahendo
vt·ꝗ·de ſpōſa·cū apud·ꝓhibitoriū
ſcꝫ certaꝝ ꝑſonaꝝ gn̄aliter auteꝫ
ꝑmiſſoriū licet aliter ponatꝛ ⁊ alit̄
ſignificet hoc verbū ꝓhibitorium
inſti·de interdictis·§·interdcoꝝ·ff·de
interdictis·l·i· In teſtib⁹ ſex po-
tiſſime ꝯſiderāda occurrūt·Condi
cio·Sexꝰ·Etas·Diſcrecō·Fama·
et fortuna·fides in teſtib⁹ iſta req̄
res·Condicio an ſit ſeruꝰ vel liber
ſeruꝰ enī a teſtimonio repellitꝛ·nā
ſepe ſeruꝰ metu dn̄antis teſtimo
niū ſupp̄mit veritatis vt ꝗ·de v̓bo·
ſigni·forꝰ §·teſtes·iiij·q·iij·§·Itē
in c̄minali in v̓bo liberi·⁊ iij·q·v·
Accuſatoēs·C·e·t·l·qm̄ libi·ſerua
ta tn̄ diſtinctione auctentice·C·e·t·
ſi v̓o dicatꝛ·Fallit tn̄ hꝰ cū d̓ fcō ſer
ui queritꝛ nō tn̄ ꝓ dn̄o nec ꝯ dn̄m
vt iiij·q·iij·§·Itē in c̄minali i v̓ſu
Itē ſui·Itē admittitꝛ in defectuꝫ
teſtiū ſed cū tormentis vt iiij·q·iij·
§·Itē in c̄minali in v̓ſ·Item ſui
Sexꝰ qꝛ femina nō admittitꝛ ad
teſtimoniū in crimīali· vt ·xxxiij·
q·v·mulierē·Et eſt racō qꝛ variuꝫ
et mutabile cor ſemp femina pro
ducit vt in ꝑ̄oca dec̄ forꝰ·§·teſtes
In ciuilib⁹ aūt admittitꝛ vt xv·q
iij·§·ex eo ⁊·ff·e·t·l·ex eo·In c̄mi
nalib⁹ vero mulieres admittūtur
ad teſtimoniū cū ciuilitꝛ agitꝛ de c̄
mine eciā ꝯ clericos· vt ꝗ·e·ti·qm̄
et·c·tā lrīs·Etas qꝛ minor xiiij·an

nis nō admittitꝛ in ciuilib⁹·vt iiij
q·iij·c·i·In crimīalib⁹ aūt minor
xx·vt iiij·q·iij·c·i·§·Itē in c̄miāli
in v̓ſu·Itē in teſtimoniū·Diſcre-
cio qꝛ ⁊ furioſus ⁊ mente captus
a teſtimonio repellitꝛ ſicut ab offi
cio iudicādi vt iij·q·vij·§·tria·Fa
ma·vt ꝗ·e·t·teſtimoniū·Nā ſi vi
ta bona defuerit fide carebit·vt in
dec̄ forꝰ in ſi·Fortuna vtꝝ ſit locu
plex vel egenꝰ vt iiij·q·iij·§·Item
in crimīali in v̓ſ ſi teſtes·Fides qꝛ
infidelis ꝯtra fidelē nō admittitur
vt ij·q·vij·ſi hereticꝰ·xxiij·q·iiij·
ipſa pietas nec tenet lex·C·d̓ heret
cis qm̄ in ſi·Item nō obſtat ꝗ·e·t·
Iudei qd̓ enī ibi dicit cū illi ꝯ·fac
tū notat nō ius ponit Ideo dīt dixi
ſex potiſſime conſiderāda qꝛ ⁊ alia
ſūt ꝯſiderāda ſcꝫ an ſit odioſus ex
crimie·vt in aut·e·t·§·ſi vero odi
oſi·Itē n̄ admittitꝛ q̄s ad teſtimo
niū in cā ſua ꝑ̄ncipalitꝛ vel ſcd̓ario
vt·C·e·t·l·oīb⁹ vn̄ venditor in cā rei
vendite n̄ admittitꝛ ꝓ ēptore·qꝛ ꝓ
pria venditoris cā videtꝛ·neqꝫ debi
tor i cā pignoris ꝓ creditorē vt·ff·
de app·l·ab executore·§·alio ꝯdēp
nato ⁊·ff·qn̄ app·ſit·l·ij·§·ſꝫ ſi ali
us·Fallit hꝰ in legatarijs ⁊ fideicō
miſſarijs q̄ ferūt teſtimoniū i cā teſ
tamti cū agitꝛ d̓ hēditate n̄ d̓ legatꝛ
et fideicōmiſſis·Nec obſtat qꝫ alꝭ
dicatꝛ hēs ſibi iudex ⁊ teſtis iuenitꝛ
vt·C·de fideicōmiſ·l·vlt·ibi enī in
ꝓꝑe loq̄tꝛ ſcꝫ cū iuramētū defertꝛ hē
di·Itē fallit i collegijs ⁊ corpib⁹ q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rū aliq̄ i cauſ̄ vniūſitatū ferre teſti
moniū pn̄t vt xiiij·q·ij·ſup prudē
cia ḡ·e·t·inſup·a·c·cū nūa⁹ a h̄ iō
qꝫ cauſe vniūſitatū n̄ ſūt ſingulo
rū a ſi cōmod̄ tāgat ſingulos ·vt
xij·q·ij·q̄ manumittit̄·ff·qꝫ cuiuſ
qꝫ vniūno·l·ſicut municipiū·Jtē
obſcuri a ignoti nō admittūtur n̄
cū tormētis vt in aut·e·t·§·ſcim⁹
Jtē executores negociorꝫ vt ḡ·e·ti·
iſup a·ff·e·t·l·vl·Jtē n̄ admittit̄
q̄s i cā cōis qꝫ cā cōis duorꝫ vt ſuſꝫ
eſt vt ar·ff·de ritu·nup·l·illud a
hoc pbari videt̄·C·e·t·l·qm̄ liberi
§·ide iuris·lꝫ quid̄ illud referāt nō
ad p̄mū dictū legis ſꝫ ad 2m·a idē
dico in ſocio ciuis a pticipe vt i·l·
qm̄ in pn̄·a iiij·q·iij §·Jtem i crimi
nali in vſ·Jtem libi ḡ·e·t·veniēs·
Nec obſtat ḡ·e·t·qm̄·Nā ill̄d ſpā
le eē in cā denūciacōis vel ibi admit
tit̄ ſoci⁹ ciuis ad preſūpcōez vt ḡ·
de adul·ſignificaſti·Nā a iud̄ x re
cuſari potent i cā ꝯſimili cū litiga
tore·vt ḡ·d̄ iud̄·cām·credit̄ tū ſo
cijs criminū in exceptis vt lxix·di·
ſi q̄s ſpvi·q·i·ſi q̄s cū militibꝫ xv
q·iij·nemini ḡ de ꝯfeſſ·c·i·Jtem
gn̄aliter parētes a filij in infinitū
cōtra ſe teſtimoniū nō ferūt·vt·C
e·t·l·pentes·Jtē a p ſe teſtimoni
um nō ferūt·gn̄aliter eīn verꝫ ē qꝫ
pr̄ filio a fili⁹ prī ꝑ done⁹ teſtis nō
ē vt iiij·q·iij·Jtem in c̄miali in v̄·
Jtē teſtis·a·ff·e·t·l·teſtis·nomīe
āt pr̄is a mr̄ ꝯtinet̄ ſicut a prōna
noīe prōni·vt·ff·de v̄bo·ſigni·l·

prōni·Caſualit̄ tū admittit̄ ad
teſtiōm pr̄ a mr̄ p filio ſcꝫ cū qn̄
de etate vel de natitate·vt·ff·de p
ba·l·ecīā ḡ·q̄ ſi·ſūt le·trāſmiſſe·a
c·p tuas·Jtē vbi agit̄ de impedi
mēto mr̄onij rōe ꝯſanguinitatis
et affinitatis vt ḡ·c·t·q̄ās ḡ·d̄ ſē·
et re iud̄·tenorꝫ ḡ·q̄ ma·accuſa·poſ.
videtur xxx·q·vi·c·i a ij·Ceterꝫ ſi
agat̄ an mr̄oniū ſit ꝯtctū vel non·
tūc admittūtur cū diſtinctiōe ḡ·e·
ti·ſup eo·Jtē in teſtamēto·vt·ff·
de teſta·l·qui teſtamento·§·p con
trariū·inſti·de teſta·§·in teſtibus
Jtem pater a fili⁹·Jtem duo fra
tres in eodē teſtamento teſtes eſſe
pn̄t·vt iiij·q·iij·§·Jtem in crimi=
nali in vſ·Jtem pater·quedam
tamen perſone ſunt que aduerſus
coniūctos ſuos teſtimoniū dicere
non cogūtur vt iiij·q·iij·§·Jtem
in criminali in v̄·Jtem lege iul̄·
Jtem de domo actoris vel accuſa=
toris teſtes producī non debent ſuſ
pectum eſt eīn in ea re domeſticū
teſtimonium vt iij·q·v·per totꝫ
·C·e·titu·l·eciam·ffe·titu·l·penul·
iiij·q·iij·§·Jtem i criminali in v̄·
Jtem in iure ciuili·qui autem ſint
domeſtici legitur ·ff·de penis·l·
reſpiciendum·§·furta·ff·ad ſel̄·
l·ſi vir·ff·de re·mili·l·qui cum
vno·C·de queſtionibus·l·pridem
ff·de edili·edi·l·ediles·§·fami=
lie·ff·de religioſis·l·familia=
ria·Jtem omnes illi qui ſuſpecti
ſunt in iudicando de quibus·

dicam ꝗ· de app· ⁊ recu· ſuſpecti ſūt
in teſtificādo q̃ teſtes abſq; ſuſpi
cione ⁊ īfamia eſſe dn̄t vt ij·q·vij
teſtes· ¶ Bij tn̄ oīs qui de iure re
pelli pn̄t admittendi ſūt ſi is contra
quē pducant̄ eorū teſtimonio in
alio iudicio vſus fuerit· niſi inimi
cicias poſtmodū exortas docuerit·
vel aliq̄d aliud legittimū p⁹ emer
gēs ſeu corrupcōez· vt iiij·q·iij·§·
Itē in criminali in v̇· Itē ſi q̄s teſ
tib9·⁊·C·e·t·l·ſi q̄s teſtib9· ¶ Duo
autē teſtes ad min⁹ ſūt neccarij vt
ff·e·ti·l·vbi·⁊ iiij·q·iij·§· Itē in c̄
minali in v̇· Itē vbinā in ore du
orū ſtat om̄e verbū· vt ij·q·iiij·§·
i·c·i· Hoc fallit in quibuſdā caſi=
bus ī quib9 plures requirūtur vt
cum p̄ſul· cardinal̄ accuſat̄ vt ij·
q·iiij·p̄ſul· Itē in teſtamētis req̄=
rūtur ſeptē vt·C de teſta·l· hac cō
ſultiſſima In codicill̄·v·vt·C de co
dicill̄·l·vlt·⁊·l·ſi vnus· niſi forte
iſta correcta videat̄ ꝗ· de teſta·Cū
eſſes ⁊·c·relatū· Quid tn̄ dn̄tes h̄
dux eē vt ex illis dec·tot leges tol
lant̄ vt ꝰ de elec·cu·mana·⁊·C de
inof·t·l·ſi qn̄· Intellexerūt dec·il=
las in relictis eccl̄ijs in quibus mi
nus ſolēpnis volūtas requiritur ſi
cut int̄ liberos vt·C famil̄·hēſcū·
l·vlt·C de teſta l·hac ꝯſultiſſima·
et in falcidia vt·C ad le·falci·ī auc·
ſimiliter· Alij aūt dixerūt leges il
las locū habere cū agit̄ in foro ſe
culari· Dec·cum agit̄ in foro eccle
ſiaſtico· Itē exigūt̄ quinq; teſtes
in donacōib9 cauſa mortis·vt·C
donac·cā mor·l·vlt· Item quinq;
cū quis debitū in ſcriptis vult pro
bare p teſtes ſe ſoluiſſe·vt·C·e·ti·
l·teſtiū· Vn⁹ autē teſtis in cā non
ſufficit vt iiij·q iij·§· Itē in crimi
nali in v̇·vni⁹ vero· Nam dictum
vni⁹ nec iuſtificat nec condēpnat·
vt xxxiij·q·ii·admonere· Sz ⁊ h̄
fallit·C de crimi·fal·l·ſi quis decu=
rio in autn̄·de fide inſtru·§·ſi vero
moriātur·ff de dote p̄legal·the opō
p⁹· Generaliter tn̄ dico ꝙ vn⁹ teſ=
tis facit preſūpcōez·ff· quēadmo·
teſta·apiant̄·l·i·in ſi· Preterea ſi
duo faciūt plenā pbacōnez ergo
vn⁹ facit ſimiplenā· Itē creditur
vni⁹ teſtimonio in oīb9 hijs in q̇
bus alteri preiudiciū nō infert̄ vt
puta ſi dubitet̄ de baptiſmo alicu
ius vel an eccā ſit ꝯſecta vt de ꝯſe·
di·iiij·puulos ⁊·c· Cū itaq; ¶ Iu
rare dn̄t teſtes dicere veritatē quā
nouerūt vt iij·q·ix·hortamur nec
admiſceant falſū· vt ij·q·iiij·nul=
laz·nec de ſuo aliquid adiciāt·nec
ꝙ bonū videt̄ addant vt iij·q·ix·
pura· Item ꝙ dicāt p vtraq; pte
vt xiiij·q·v·non ſane·cū vero agit̄
de impedimētis mrionij·ſ·d ꝯſan·
et affi· tunc teſtes preſtāt iuramē
tum ꝯtinēs duo Auditū ⁊ credu=
litatē·dn̄t enī dicere ſe ita a maiori
b⁹ accepiſſe ⁊ ita credere eſſe vt ꝗ·
e·t·quociens ⁊ xxv·q·vi·de pente
la·hodie tn̄ neccāriū eſt·ꝙ is qui teſ
tificat̄ vident aliquos ī gradibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8 teſtibꝰ

cōſtitutōs ·vt ꝗ̄·e·t·licz ex q̄dā in fine· In inq̄ſicōe āt forma iuramē ti teſtiū eſt vt ſup crimine dicant ꝟitatē plenā vt ꝗ̄· de ſymo·lz hełp Si vero ſup ſtatu eccē inquiratur tūc forma duplex ē· Nā aut iurat dicere ꝟitatē de hijs q̄ ſcit vel credit in eccā reformāda exceptis occultis·vt ꝯ̄ px· vel rn̄debit ad interrogata· ¶ Producēdi ſūt regulariter in p̄ncipali pꝰ lit ꝯt·Regulariter ideo dixi qꝛ caſualiter ſecꝰ· vt no·ꝯ̄ vt lite non ꝯt·§·i·⁊ ii· In p̄ncipali ideo adieci qꝛ in emergētibus q̄stiōibꝫ ⁊ in dilatorijs exceptiōibꝫ pn̄t teſtes an̄ lit ꝯt ꝓduci vt cū ſuſpicio iudicis opponit corā arbitris ꝓbacio offert vt ꝯ̄ de officio dele·ſuſpicōis· Itē cū opponit de ſuggeſtione falſitatis vel ſuppſſione ꝟitatis ſicut in hijs ⁊ ꝯſimilibꝰ q̄libet p̄t exempla ꝑ ſe notare· qn̄ aūt teſtes actoris ⁊ teſtes rei ꝓduci debeāt poſt lit ꝯt· no·ꝯ̄·ti·prox·§·actor· ¶ Teſtes ꝓduci pn̄t vſqꝫ ad terciā ꝓductionē·vt ꝗ̄·e·ti·In cauſ·ſed hoc verbū ꝓductō duobꝫ modis ꝯſueuit exponi·vno ſic·Productio·i·dilacō vn̄ tres ꝓductiones dari dn̄t ꝓ teſtibꝫ id ē tres dilacōes in q̄bꝫ fieri pn̄t multe teſtiū ꝓductiones·i· inductiōes et p̄ntacōes· q̄rta āt dari non dꝫ n̄ cū ſolēpnitate legali ꝗ̄·e·t·i cauſis ꝗ̄·e·t·c·plt· in aut·e·t·§·qꝛ vero·coll·vij· Et ſ̄m hoc intelligi p̄ot ꝙ

dicitur in·l· antiq̄·ff· de fe·l·vlt·ꝙ ꝓ ſingulis nccītatibꝫ ſingule dilacōes dari dn̄t verꝫ eſt vſqꝫ ad tres et q̄rtā cū ſolēpnitate vt dictū eſt Alio etiā mō exponit hoc verbum ꝓductio·i·p̄ntacio teſtiū vt ſic·h̄ verbū ꝓductio ſignificet id qđ ꝟbū ſonat ⁊ ſimile·ff· de ꝟbo ſigni·l·cū emixa·ff·iudicatū ſolui·l·iudicatū· Nā cū p̄ſento iudici aliquos teſtes r̄ecipiēdos dicit vna ꝓductio cū p̄ntō alios dicit ſecūda ꝓductō tres ergo tales productiones fieri poſſunt ſub vna tamen dilacione quarta vero non niſi cum ſolempnitate legali vt dixi· Et nota ꝙ ſ̄m primam expoſicionem quod dicitur de quarta gracia exempli dicitur Idem eſt de quinta ⁊ de ſexta ⁊ de vlteriori ex neceſſitate tn̄· quia vt ſuperius dictum eſt pro ſingulis neceſſitatibus ſingule dilaciones cum cauſe cognicione dande ſunt· non enim facile amplius ꝙ̄ ſemel dilacio dari debet· vt iij·q·iij·§·ſpacium· Sed puto in hoc ſeruari debere qđ obtinet in cauſ de facto·cum enim aliquis vult ꝓbare per teſtes colligere debet omnes teſtes quos tunc habere p̄t ⁊ dicet iudici· Iſtos repreſento pro prima productione· Item colligꝫ alios et preſentabit pro ſecunda Item alios pro tercia·omnes tamen ſub vna dilacione·ſed iudex refrenare poterit multitudinem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teſtiū effrenatā· vt ꝭ· e· t· ſignifica
uerūt· Legal' autē ſolēpnitas hec
erit quia iurabit is qui petit q̄rtā
productionē ꝙ nō fuit particatus
dictā teſtiū p ſe vel p aliū· nec petat
quartā ꝓductionē p aliquē dolum
machinacōez vel artē· ſed ꝓpterea
ꝙ non valuit vti teſtibꝰ quos ꝓ
ducere intēdit vt i aut· e· t· §· quia
vero multi· Itē cū in hoc caſu iure
tur quero an derogatū ſit illi autū
de hijs que igredi ad app· §· quia
igit̄ coll'· v· vbi dicit̄ ꝙ ſemel i to
ta lite iurand̄ ē· Et nō puto deroga
tū eſſe qꝛ aut ū· de teſtibꝰ poſteriꝰ
eſt illo aut· de hijs qui ingre· ⁊ eo
dem mō derogat̄ illi autū· de hijs
qui ingrediūtur p aᵒ auc· de iſtru
mentoꝝ cautela· §· ſi vero moriat̄
vbi ſimilit̄ 2ᵒ iurat̄ qd̄ aut· eſt· i
vi· coll'· vel poſſet dici ꝙ nō deroga
retur· nā illd̄ aut· de hijs qui igre
di· loquit̄ in iuramēto de credencia
qd̄ ſemel in tota lite preſtand̄ eſt
Alia vero auc· loquit̄ in iuramen
to veritatis· Item ſciend̄ ē ꝙ ſi ego
produxi teſtes i pncipali· Et tu ex
cipias i pſonas illoꝝ licebit tibi
ꝓducere teſtes ad reprobacōnem
meoꝝ ⁊ eodē mō licebit michi exci
pere ꝯtra tuos teſtes ⁊ alios ꝓdu
cere ad reprobandas pſonas tuo
rū· conceditur ei michi a iure teſtes
meos defendere· vt ꝭ· de ſymo· licꝫ
hely· ⁊· c· p tuas ⁊ ecīā cōfirmare·
vt iij· q· iij· d̄ inducijs· vlteriꝰ aūt
tibi non licet reprobare meos q̄s

vltio ꝓduxi· Nam ſi hoc tibi licet
iā quarta ꝓducerent̄ cōtra tercios
cōputatis hijs quos i pncipali ꝓ
duxi ⁊ ſi liceret ꝓducere quartos
contra tercios eadē rōe ⁊ quintos
cōtra quartos ⁊ ſic poſſet res ad i
infinitū deduci vt ꝭ· e· t· licet dilec
tus filiꝰ· Infinitas aūt vitāda ē·
vt· C· de iud̄· l· ꝓperand̄ in pn· ꝭ· de
dolo· ⁊ ꝯtu· ſi̇ mem· ff· de re iud̄· A
d pupillo· §· ꝫ ſi emptor· ff· de arb·
l· non diſtinguemꝰ· §· queſitū· ff·
ꝓ ſuo· l· vlt· ff· de le· iij· l· fideicōmiſ
ſa· §· ſi quis decē· Et idē dico ſi ego
et tu ꝓduximꝰ teſtes in pncipali
nam licebit tibi obicere i pſonas
meoꝝ ⁊ michi in pſonas tuoꝝ ⁊
ſic tibi licet ꝓducere teſtes contra
meos ⁊ michi ꝯtra tuos· Dꝫ ⁊ cui
libet noſtꝝ licebit tercios ꝓduce
re teſtes ad defenſionē illoꝝ quoꝝ
in pncipali ꝓduxit ⁊ ad reproba
cōez illoꝝ qui ꝓducti ſūt ad repro
band̄· ¶ Nūc vidend̄ eſt de diuer
ſitate teſtiū· Et eſt ſciēdū ꝙ teſtes
in hijs concordare debent que ſe
quenti verſiculo continentur· Reſ
perſona· gradus· locus· hec ſint cō
ſona tempꝰ· Res vt cum vnus teſ
tis dicat de vna re aliꝰ de alia· vel
vnus de vno facto· alius de aliꝭ·
ſi de factis queritur· Et tunc non
valet teſtimoniuꝫ cum ſint teſtes
ſinguli in ſuis teſtimonijs ſingu
lares· vt ꝭ de elec· Cum dilectus·
et ꝭ de probac· licet· Perſona vt
cum queritur de perſona· Et vnus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teſtis dicāt de vna perſona ⁊ alius
dicāt de alia non valet eoꝝ teſtio
nium racione premiſſa. Grad⁹ vt
ſi agatur de impedimento ꝯſang-
et affi. ⁊ teſtes in ꝯputacōe gͣduū
diuerſos aſſerāt grad⁹ non valet
eoꝝ teſtimoniū. vt xxxv. q. vi. de
parentela. locus reddit teſtimoni
um inefficax vt in exēplo daniel.
ſimilit ⁊ temp⁹ vt iij. q. ix. nichil
omin⁹. Pꝫ hec dicāt quid vera eē
in facto ireiterabili vt eſt homicī-
diū eiuſd hominis. In facto vero ite
rabili vt eſt adulteriū etiā cū eadē
dicāt diuerſitatē loci ⁊ tēporis nō
nocere. Nā ⁊ ſi teſtes in hijs vari
ent vt non ꝓbent idē adulteriū ꝓp
ter diuerſitatē loci ⁊ tpis ꝓbant
tñ illū adulteꝝ ꝯtra quē ꝓducun
tur ſed hoc reprobat daniel exem
plū. talis aūt diuerſitas in tpe nō
nocet vt ſi vn⁹ dicat de die dñico
alius de hora nona eiuſd diei quia
dictū ſecūdi ꝯtinetur ſub dcō pmi
vel ſi vn⁹ dicat in domo tali ꝯtrac
tū vel delictum eſſe ali⁹ dicat ī ca-
mera. Itē in facto durabili non no
cet diuerſitas teſtiū vt ſi vnus di
cat ſe vidiſſe epm̄ vel pſbiteꝝ cele
braſſe ī hora tercia ali⁹ in hora ſex
Miſſa enī intiū durare ſolet. Pꝫ
quid ſi agat de decima ⁊ vn⁹ teſ-
tis dicat decimā ſolutā vidiſſe int
rogat⁹ quid viderit ſolui. Rñdit
fabas ali⁹ dicat cicera nūquid pro
batū intelliges decimā fuiſſe ſolu
tā. Rñō non qꝛ in rebꝫ diſcordāt.

vt in pmo mēbro vſus huiꝰ. De
diuerſitate āt teſtiū pleniſſime no
taui. iiij. q. iiij. Itē in criminali in
glo. que incipit cca. Pꝫ vt breuē
et ſūmariā doctrinā habeas ſic nō
bis. Si teſtes quos ego induco va
ria ⁊ diuſa ꝓponāt erūt ſinguli in
ſuis teſtimonijs ſingulares. vt
ſ. de elec. cū dilcus. ⁊ c. In geneſi.
et. c. bone me. ⁊ ſ. de ꝓba. licꝫ. Si
vero qlibet ſibi ipſi ꝯria dicat re-
pellet oīno vt in dec. licet ſ. de ap-
ſollicitudinē. ff. qn ap. ſit. l. ij. C. de
fur. l. i. li. x. ⁊ de mune. prio. l. pfeſ
ſio. Ceteꝝ ſi quid de meis teſtib⁹
dicāt ꝓ me. quid ꝓ aduſario meo
iudex cōſiderabit numerū ⁊ ꝯdicōz
illoꝝ qui dicāt ꝓ me. ⁊ illoꝝ qui
dicāt ꝓ aduerſario ⁊ qui dicāt ve
riſimiliora ⁊ negocia apciora vt
iiij. q. iij. §. Item in crīiali in v. ſe
pe. Si vero ego inducā teſtes pro
me ⁊ tu tuos ꝓ te ⁊ teſtes tui de
ponunt ꝯria hijs q dnt teſtes mei
tūc etiā iudex ꝯſiderabit numeꝝ et
ꝯdiciōez eoꝝ ⁊ tuoꝝ ⁊ qlitatē dic
toꝝ ⁊ ſic pferet meos tuis ꝉ tuos
meis. Pꝫ ſi oīa paria inueniant
qd difficile eſt tunc interpretetur
ſi poteſt vt ſ. e. ti. cum tu fili. ſi nō
poteſt abſoluat reū ut ſupra de ꝓ
ba. ex litteris infra de fide iſtrum.
inter dilectos vel iudicabit pro re
magis fauorabili. vt in predicta
decreta. Ex litteris. ff. de re iudi. l.
inter pares. ff. de re iur. l. libertas
xij queſtione. ij. cum redemptor.

ff·de noui·teſta·l·ſi ps iudicanᵐ
xxxiij·q·i·ſi q̇s accepit· Vniuerſus
Dat teſtiū·libtas ɔiugiuqȝ Di
ſint equales q̇ ꝓducūtur vtrūqȝ·
C Publicatis atteſtacōibꝫ non li
cet alterutri hōc ē ei qui ꝓduxit vel
aduerſario teſtes ꝓducere ecia idē
vt ī·e·t·cū veniſſet·ſecꝰ circa aliud
vt ī·e·t·cām q·c·cū cām·ſeries·ex
tenore· quid tn̄ doctores alit̄ intel
ligūt has duas dec·dicūt eī ꝙ ibi
pꝰ publicacōēȝ atteſtacionū pro
ducūtur teſtes· Alij circa idē adici
entes h̄ ſpāle eē in cā mrīoniali et
eodē mō intelligūtur ī· de ɔſang·
et affi·Ex lrīs ī·e·t·cum in tua ī·d
ſponſa·ſicut· eo ꝙ cauſe mrīonia
les fauorabiles ſūt ſed certe h̄ nō
eſt augē fauorē ſed viā falſitatibꝫ
apire vt in auc·de teſti·§·qm̄ vero
multi coll·vij·vn̄ illoꝝ ſn̄ia nō ad
miſſa dico ꝙ eciaȝ in cā mrīoniali
teſtes ꝓduci non pn̄t ſup eiſdem
articl̄ poſtq̇ ptes dedicerīt teſti
ficata·vt ī e·t·ɔſtitutis· Ad iura
que ipſi allegāt ſic rn̄o dec·illa ſe=
ries· Non obſtat· Nā ibi teſtes ꝓ
ducuntur ad aliū articulū ſiue ad
aliū gradū ꝓbandū· In illa ex te
nore inducūtur ad ꝓbandā nega
tiuā indirecē ſicut loquit̄ lex·C de ɔ
hen·ɔ cōmit·ſtipu·l·optimā· Illa
cū in tua· non obſtat qꝛ ibi pm̄a
productio facta fuit extra iudiciuȝ
cū prediceret̄ in ecīā de mrīmonio
contrahēdo· Secūda vero in iudi=
cio ɔ ideo ꝑ ancīacō pꝛ atteſta=

cionū non nocet 2ᵉ productioni ɔ
ideo caute ſubiūxit in fine cū h̄ ex=
cepcō locū non habeat in hoc caſu
quid habent in lrā in hac cā·ſed
poꝛ lrā verior eſt dec·illa·Ex lrīs ſi
militer non obſtat· Nā ibi prima
ꝓbacio fiebat ex̄ iudiciū· Scd̄a
in iudicō·ſicut in illa dec· Cū i tua
tertia ꝓductio fiebat ad aliū ɔ
nouū articulum·ſ·qm̄ teſtes didice
rīt ꝙ teſtati ſunt an ante accuſacō
nē mrīmonij vel pꝰ· Scīo ꝙ cum
ſup hac qōne inter me ɔ doctores
padue ɔtēcio fuiſſet exorta alijs
pmā opionēȝ fouētibꝫ me ſcdāȝ·
conſulta rōna ecīā ſup qōne de ſcō
poſteriorē ſn̄iaȝ approbauit· Hec
tn̄ in cauſa appellacōnis locū non
habent in qua ꝑ grauarie talis doc
trina tradita eſt· non oppoſiti op
ponam· ɔ oppoſitū non ꝓbatuȝ ꝓ
babo·ſ·non oppoſitū in pmo iudi
cio opponā in iudicō appellacōis·
et oppoſitum in primo iudicō non
probatum ꝓbabo in iudicō appel
lacōnis·vt probantur hec oīa ī·e·
ti·fraternitatis·ff·de app·l·ſcio·C
de app·l·Eos·§·ſi quis autem·C de
tēpo·ap·l·per hanc· dn̄s albicus
dixit ꝙ poſt publicacōnēȝ atteſta
cionū nec in pma cauſa principali
nec in cauſa appl̄· licet circa idem
nouos ꝓducere teſtes per autū·i
autū·e·t·§·qm̄ vero multi·ɔ reſpō
debat ad leges ſupiores ꝙ loquā
tur cum in pmo iudicio probatuȝ
eſt niſi per teſtes ſed alio mō· ſed

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad dec̄ illā fratͥnitatꝫ n̄ poteāt rn̄de
re. ¶ Et nō ꝙ dec̄ illa fratͥnitatis di
cit teſtes poſſe ꝓducī in cā appel-
lacōis ſup nouis captlis. ȝ lex illa
per hāc dicit ſup nouis aſſcōib9
que nō ad nouū captlm ptineant
Ad qd̓ rn̄o qꝛ qd̓ dicit dec̄. capl̄a
exponēdū ē. i. aſſcōnes ſup quib9
audiet̄ q̄s in cā app. ſi non ad no
uū captlm ptineāt. vt dictū ē. Nā
ſi in cā app. aliq̄d ꝓponat̄ vel aſſe
rat̄ nō ↄtingēs id de quo actum ē
in pͥmo iudicō ꝓponēs non ē audi
end9 nec admittēd9 volēs pbare
Itē dec̄ eadē dicit i cā appl̄. nouos
teſtes admittēdos ſup nouis dū-
taxat captlis. Illa p hāc ē t tā ſu-
per veterib9 ꝙ ſup nouis. ſoluūt le
giſte dicētes ꝙ ſup veterib9 i q̄b9
iā facta ē publicacō noui teſtes in
ducī nō pn̄t in eadē cā. ȝ in cā app.
que ē alia a pͥma. Hȝ obſtat eis
vbū dec̄ dūtaxat q̄ i cā ap. loq̄tur
Nā dicit ꝙ appellatū fuit ſup qō
ne iudicata. quid tn̄ dixerūt ꝙ lex
loquit̄ qn̄ appellat̄ a diffinitia dēc
qn̄ appellat̄ circa diffinitiuā vn̄
q̄ſi eadē cā durat nō pn̄t teſtes au
diri ſup veterib9. nec iſtud placꝫ
ꝙ dec̄ loq̄ videt̄ cū appellatum ē
a diffinitia. vt ſupi9 dictū ē. In
h̄ igit̄ ſic teneo ꝙ tā in pͥma cā ꝙ
in cā ap. noui teſtes admitti non
pn̄t ſup veterib9 articul̄ p9 publi
cacōꝫ. ⁊ qd̓ dicit lex i cā ap. nouos
teſtes admittēdos ſup veterib9 ſb̓
audio non ꝓbatis in primo iudi-
cio vel ꝓbatis nō p teſtes ſed alio
mō. Solet dubitai q̄ ſint noue aſ
ſcōes vel noui articuli ex veterib9
captlis dependētes. Ad qd̓ exēpla
canonica ſic pono. Agebas contra
me actione ex vendito vt tibi tra-
derē rem quā tibi vendidi excipie
bā non teneoꝛ qꝛ nond̓ ē michi in
precō ſatiſfactū. Iudex ↄdēpnat me
appello in cā ap. ċca vet9 captl̄m
qd̓ fuit de n̄ tradēdo qd̓ dā nouū aſ
ſero in iudicō app. ſ. nō teneoꝛ tra
dere qꝛ vendicio nō fuit pure con
tracta ȝ ſub ↄdicōe que nō ē iple-
ta. vt ꝗ. de fide iſtru. Cū iohānes i
pͥn. Itē vis facē quartā ꝓductiōeꝫ
teſtiū cū iudex nō admittit appel-
las. in cā ap. ego appellatus poſ
ſum ċca vet9 captlm qd̓ eſt de nō
recipiēda quarta productione ali
quid de nouo aſſerere quod in pͥ-
mo iudicio non dixi ſcilicet vt di-
cam quartam productionem ideo
non fuiſſe admiſſam nec foꝛe eciā
admittendam vt refrenetur effre
nata teſtiū multitudo vt ꝗ. e. t. ſig
nificauerunt. Legalia exempla ſic
pono. Tutoꝛ datus ſe excuſat di-
cens ſe gerere tres tutelas. vnde
excuſat ſe a quarta. vnde condēp-
natus appellat. nunc in cauſa ap.
circa excuſacionem aſſerit nouum
ſcilicet ſe gerere vnam tutelam
ita diffuſam et negocioſam vt lo
co trium tutelarum habeatur. vt
ff. de excuſa. tute. l. Is qui tres. §.
cum qui. Item agebas contra me

dicẽs ꝙ in minori etate ſine decre-
to vendideras michi ꝑdiũ dicebã
valere vendicõez tãꝗ̃ a maiore fac
tã in cã ap. a maiore ratã vendicõ
nem habitã. vt. C. ſi ma. fac. ra. ha.
l. vlt. ¶ In ſũma notandũ eſt ꝙ q̃
tuor ſũt que tollũt copiã ꝓbandi
per teſtes. publicacõ atteſtacõnũ.
renũciacõ ſiue cõcluſio. Quarta ꝓ
ductio. ⁊ numerꝰ effrenatꝰ. Item
nota ꝙ teſtis ſup eo tm̃ ſup quo
iurat ⁊ ſup quo inducit̃ deponere
debet. vt ̃. e. t. de teſtib. ff. de pe-
here. l. ſi quis libertatẽ. §. vlt. ff. de
iure iur. l. ſi duo pᷓmi. §. idem iul.
C. qui le. pſo. ha. l. vlt. Pꝫ q̃d ſi ꝑ
us teſtis deponat ⁊ poſtea iurat
puto non valere teſtimoniũ prius
enĩ iurare debet. vt iiij. q. iij. §. Itẽ
in criminali in v. Itẽ iur. iurandi.
Quid ſi teſtis dicat teſtimoniũ ⁊
dicat iuratꝰ qḋ ſcriptũ eſt in carta
dico vel depono. Ad qḋ rñ̃o ꝙ hoc
non ſufficit. Nã iudex habet neceſ
ſe ꝯſiderare teſtis ſmonẽ. ꝯſtãciã.
et trepidacõez. vt. ff. de q̃onib. l.
de minore. §. ij. Itẽ ſi etatẽ habet.
de ſe loquat̃ vt ḋ ꝯſe. di. iij. cum ꝑ
uulis. ⁊ ꝓpterea dictum eſt tu ma
gis ſcire potes quãta ſit teſtib fi-
des adhibẽda. vt. ff. e. t. l. teſtiũ fi
des in fi. Pꝫ hec qḋ expedita vide
tur v. q. ij. Relatũ iij. q. ix. teſtes ⁊
c. carte ij. q. vlt. ꝑ ſcripta ̃. de ac-
cu. ⁊ inqui. in q̃ſicõi. §. tercie. Itẽ
nota ꝙ teſtes ꝓducti corã arbitꝛis
pñt ꝓduci corã iudicibꝰ ⁊ ad idẽ

ad qḋ pᵒ fuerãt ꝓducti ⁊ ſi publi
cacõ facta ſit corã arbitꝛis vt ̃. e. c.
preſentata. C. de arbi. l. cũ antea in
fi. C. de teſtibꝰ. l. cũ apud. vbi autẽ
aliq̃s atteſtacões in vno iudicio re
ceptas in alio iudicio ꝓducãt ſi at
teſtacões ſint clauſe erit in opcõe
producẽtis an velit vti illis atteſ
tacõibꝰ vel velit illos teſtes quos
priꝰ ꝓduxerat vel alios ꝓducere.
vt ̃. e. t. conſtitutꝰ ⁊. c. Cũ cãm. §.
volentes. ⁊ hoc ita verũ eſt ſi renũ-
ciatũ non eſt teſtibꝰ vel ſufficiens
productio non ẽ facta vt ̃. e. t. de
teſtibꝰ. vel ſi legitimꝰ numerꝰ teſ
tiũ non ſit cõpletꝰ vt in predcã dc̃.
Cum cãm ⁊ ſᵐ hoc itelligo ̃. e. cõ
ſtitutis in fi. Ceterũ ſi atteſtacões
ſint apte erit in opcõe illiꝰ contra
quẽ atteſtacões ꝓducũtur vt vel
illas ratas habeat vel paciatur il
los ꝓduci iterũ ſi viuũt. Naz ſi ſint
mortui necẽ habet illas ratas hre.
vt in prealle. dec. Cum cãm ⁊. C.
ti. l. vlt. Poſſunt eciã teſtes apud
eundẽ iudicẽ iterato ꝓduci ⁊ ad idẽ
variato tñ mõ agendi vt ̃. e. t. ve
niens. Itẽ ſi neccãrie interrogacio
nes omiſſe ſunt vt ̃. e. t. per tuas
Item ſi teſtes confuſe deponãt. vt
̃. e. t. Cum clamor. Item ſi obſcu
re vt ̃. prox. ti. Preterea xxxv. q.
vi. de pentela. ff. de queſtionibus
l. repeti. qḋ enim obſcure dicitur
pro non dicto habetur vt. ff. de in
terro. acc. l. de etate. §. nichil inter
eſt. ⁊ obſcure ſcriptuz ꝓ nõ ſcripto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt. ff. q pro non ſcriptis. l. ij.

¶ De teſtib⁹ cogẽdis

Dictum eſt ſ. de teſtibus.
Sed quia officium teſti
um publicum eſt ⁊ ad id
n nuꝗ̃ inuiti cogũt. Ideo ſbiicit h
rubrica de teſtib⁹ cogẽdis ¶ Videa
m⁹ igit an ſint cogẽdi ⁊ q̃liter. in
quibus caſibus. ⁊ an peccẽt teſtes
ſubtrahẽdo ſe a teſtimonio ferẽn
do. vel ſi pro teſtimonio ferẽdo ali
quid recipiant ¶ Generalit teſtes
coguntur perhibere teſtimonium
veritatis ⁊ hoc in ciuilibus. vt. C. de
teſtibus. l. ſi qñ. ff. de tabul. exhi
l. hoc autẽ. §. exhibere. in autẽ de teſ
tibus. §. quñ. coll. vij. ⁊ ĩ. in plerisq;
de e. xiiij. q. ij. quãq. Sed ⁊ in
criminibus videtur teſtes fore co
gendos. vt ſ. e. ti. prox. Cum cauſa;
ĩ. e. ti. preterea. ⁊ c. ſuper hijs. et
c. Cum contra magiſtꝝ. ⁊ ĩ. e. t. c.
vlt ĩ. de ſymo. licet heli. Item cũ
certe ſint perſone quibus non de
nũciatur inuitis vt teſtimonium
ferant qđ ex priuilegio contingit.
vt. ff. de teſti. l. iij. §. iul. ⁊ l. inuiti
et in alia. l. Inuiti. ſequitur ꝙ in
alijs perſonis aliter eſt ſeruãdu;
vtar. ff. ad munici. l. i. C. de theſau.
l. i. li. x. ⁊ hec que dixi ĩ criminib⁹
optinent cum de crimine ciuiliter
non criminaliter agit ⁊ ſcḿ h nõ
obuiat ĩ. e. t. dilectorꝝ. Sed inſta
bis de illa cũ contra magiſtrũ lo
quitur in crimine falſi nec innuit
ꝙ ibi actum fuit ciuiliter ⁊ tñ teſ
tes coguntur. Poſſumus dicere ꝙ
forte ciuiliter agebat Sed dices
non multum refert vtrũ ciuiliter
an criminaliter agat de crimine
falſi. na; p vtrũq; modũ ſequitur
pena ordinaria. vt. C. de pba. l. iu
bem⁹. Ad qđ dico p̃mo refert q2
per modũ ciuilẽ non fieret depoſicõ
vel dici pt ꝙ ſpãle ẽ in crimine fal
ſi vt in eo eciam ſi criminalit aga
tur teſtes ſint cõpellendi qui ſe ſb
trahunt gracia odio vel timore. ſi
cut ⁊ quedã alia ſunt ſpecialia ĩ eo
dem crimine ſc; vt in eo imponat
pena ordinaria p modum ciuilem
vt dictum eſt. Item clericus pro
crimine falſi conuictus ⁊ degrada
tus ſtatim ſeculari foro per conſe
quenciam applicat vt ĩ. de verbo.
ſig. nouimus ĩ. de crimine fal. Ad
falſarioꝝ. cũ hoc generalit ĩ alijs
criminib⁹ non contingat niſi poſt
depoſicõe; depoſitus ĩcorrigibilis
habeatur vt ſ. de iud. Cũ non ab
homine. Sed hijs oib⁹ que ſupi⁹
dixi ꝙ clerici cogantur ad teſtio
niũ tam in ciuilib⁹ ꝙ̃ in criminali
bus obſtat canon. ij. q. vi. ſtatuẽ
dum. quia nec clerici iurare debent
vt ij. q. v. ſi q̃s preſbiter. ſicut nec
compellantur ad alia publica of
ficia vt xvi. q. i. generaliter. ſed il
lud generale ſic modifico verum ẽ
ꝙ non compelluntur ad teſtimo
nium preterꝙ̃ ſi per alios veritas
liquere non poteſt vt in predicto.

c·xiiij·q·ij·quãq̃ vel ñ grãa odio
vel timore ſe ſubtrahãt vt ĩ·e·t·c·
i·vlt·⁊·c· Cũ cõtra magiſtrũ ⁊·c·
peruenit· Pʒ queres q̃re min⁹ co=
gũtur teſtes in criminibꝫ ſi crimi
nalit᷑ agat᷑ q̃ꝫ in ciuilibꝫ· R̃ño in c̃
minibꝫ monent᷑ accuſatores eã rẽ
deferre in publicã nocõni que mu
nita ſit teſtibꝫ ydoneis vel iſtructa
aptiſſimis documẽtis vel indicijs
ad pbacõm indubitatis ⁊ luce cla
rioribꝫ expedita·vt·C·de proba·l·
vlt·ij·q·viij·ſciant· Pʒ dices idẽ
in ciuilibꝫ· Nam punit᷑ is qui ali
quẽ temere ad iudiciũ vocat vt·ff·
de iud·l·Eũ quẽ· Ad qđ r̃ño ibi di
ligenci⁹ examinet᷑ vbi ɔtra ſalutẽ
hominis oppreſſa putat᷑ eẽ iuſticia
vt·C·de app·l·addictos· ¶ Sunt
aũt cõpellendi p cenſurã eccaſticaʒ
vt apparet ex forma lrãꝝ dñi ppe
per clauſulã illã teſtes autem ⁊c·
Per cen·vero ecc·non ſolũ int᷑dic
ti ſed ſuſpenſionis ⁊ excõicacõnis
ſ maꝫ ĩtelligo vt ĩ·de verbo·ſigni·
quereñ· Pʒ ⁊ ſi clauſula illa teſ=
tes autẽ nõ addiciat᷑ in lrĩs vt ſo
let fieri·cũ in lrĩs habet᷑ mencio ð
crimine nichilominꝰ iudex ad iu
ra ſe referat ⁊ cogat vel non cogat
teſtes ſꝫm ea que ſupius ſũt pmiſ
ſa·ɔſuetudo tñ rõne curie ſic ſe hꝫ
in cauſis de facto vt nullũ teſtẽ co=
gat vbi de c̃mine agit᷑ qualitcuim
qʒ de ipſo agat᷑·⁊ idẽ ſeruat i lrĩs
non apponẽdo clauſulã conſuetaʒ
teſtes aũt ⁊c· ¶ In quibꝫ caſibus
teſtes non cogũtur p premiſſa ſa=
tis apparet· ¶ Peccãt illi ⁊ morta
liter ſicut puto qui teſtimoniũ ſu
um ſubtrahũt ei rei que non ñ per
eos pbari pt·⁊ idõ cõpellendi ſũt
ad ſatiſfacionẽ ſicut in alijs mor
talibꝫ ɔtigit·vt vi·q·i·illi q̃·xxij
q·i·p̃dicandũ·xxxij·q·v·preceptũ
et maxime peccat qui metu alteri⁹
veritatẽ occultat·vñ Aug⁹·q̃ſquis
metu cuiuſcũqʒ poteſtatis veritatẽ
occultat irã dei ſup ſe puocat·q̃ꝛ
magis timet hoiem q̃ꝫ deũ·⁊ poſt
pauca vtrqʒ re⁹ eſt ⁊ qui veritateꝫ
occultat ⁊ qui mendaciũ pfert·q̃ꝛ
ille pdeſſe non vult ⁊ iſte nocere
deſiderat·vt xi·q·iij·quiſquis·et
ĩ·de crimi·fal·c·i· Sed quid ſi q̃
ſe ſacramẽto artãt ad nõ phibẽdũ
teſtimoniũ veritati puto iuramen
tũ temerariũ in hoc caſu ſcʒ cũ non
pt liq̃re de veritate niſi per eos·vñ
poſſent ꝓp̃a auctoritate cõtrauenĩ
vt xxij·q·iiij·in malis·cũ ſit certũ
ex hoc mortale pctm̃ puenire·ſec⁹
ſi dubitaret᷑·nã tunc ſupior᷑ aucto
ritas p̃us eſſet requirenda·vt ſ̃ ð
elec·venerabilẽ· Item quid ſi vn⁹
interfuit negocio cũ ſciat p vnum
nõ poſſe pbari·vt iiij·q·iij·§· Itẽ
in criminali in v̾ꝫ vni⁹·lex enĩ di
uina vel humana vni⁹ teſtimõio
eciam ydoneo nec iuſtificat nec
ɔdẽpnat vt xxxiij·q·ij·admonẽ·
iurauit non phibere teſtimoniũ
veritati· R̃ño puto ⁊ hmõi iuram
tum temerariũ fore q̃ꝛ ſi vn⁹ non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

faciat plenā ꝓbacōnez faciat ſemi-
plenā ⁊ fit delacō iuramēti vt per
iuramentū ꝓbacio cōpleat̄. vt. C.
de rebꝰ cre. l. In bone fidei. ff. de iur̄
iur̄. l. Admonēdi. nec obſtat. ff. de
qōnibꝰ. l. marit9. ibi em̄ non ideo
reprobat̄ queſtio qꝛ vn9 teſtis nō
inducebat preſūpcōez. ſed qꝛ an
cilla in dn̄m torquebat̄ qḋ fieri nō
debebat. vt. C. de queſtio. l. i. Item
non obſtat ī. de ſucceſ. ab iteſ. Cū
dilcūs. qꝛ licet vn9 teſtis ibi non
faceret plenā ꝓbacōnez ſuffeciſſ et
tn̄ ad iuramēti delacōez niſi ꝑs al
tera obtuliſſet cōtrariā ꝓbacōnez
Quid ſi aduſarius ſubtrahat teſ
tes Rn̄o iniquā a ſe foui litē oſtē-
dit. vt ſ. ti. px. cōſtitutus. ⁊ experi
ri dꝫ in ſe auctoritatē iudicis eluſā
vt ī. e. t. puenit. C. de poſtul. l. ꝓui
dendū. iij. q. vij. §. tria ¶ Reſtat
videre an peccet teſtis ſi quid reci-
piat ꝑ teſtimonio ferēdo et certe
ſic. qꝛ ſicut ſnīa non dꝫ eſſe venal
ita nec teſtimoniū. vn̄ Aug9. cum
iudicia ⁊ teſtimōia que nec iuſta
nec vera ſūt vendēda iniqua ⁊ falſa
venduntur. multo ſceleraci9 vtiqꝫ
pecunia ſumit̄ qꝛ ſcelerate eciā ꝗ
uis a volētibꝰ dat̄ vt xiiij. q. v. nō
ſane. expenſas tn̄ recipe ꝑt ab illo
qui eū ꝓducit. vt iiij. q. iij. vēturis
et. ff. de teſtibꝰ. l. fides teſtiū. §. ſa-
bino. Quid ſi teſtis corrupt9 teſti
moniū falſū dicat. teſtimoniū nul
lū eſt. qꝛ venale. ⁊ qꝛ falſū ⁊ ꝑter
penā falſi tenet̄ eciā in iudicō aīe il

li quē ſuo teſtimonio leſit ad om̄e
intereſſe. ar. ſ. ti. px. ſicut. ⁊ ar. C. de
pena iudi. qui male. iudi. l. ij. pecu-
nia vero que data eſt non reſtitue
tur ei qui turpiter dedit cui obſtat
ꝓꝓ̄a turpitudo vt in ꝑdcō. c. nō ſa
ne. ff. de cōdic. ob. tur. cām. l. iij. ſed
ei in cui9 iniuriā data videt̄ vt. i. q
i. Iubem9. ⁊ ar. xvij. q. iiij. ſi quis
in atrio. ff. de calūp. l. generalit̄. §.
illō ī. de ſymo. de hoc aut̄. ⁊. c. Au
diuim9 xxvij. q. i. ſi quis rapuerit
in autn̄ de ſanctiſ. epiſ. §. ſed neqꝫ.
Quid ſi data eſt pecunia ſimplici
ter vt teſtimoniū ferat vel vt verū
teſtimoniū ferat Dicūt quiḋ i hijs
caſibꝰ illū qui dedit r̄petere nō poſ
ſe. videt̄ em̄ teſtem corrūpere volu
iſſe. ff. de cōdic. ob. turpē. cauſā. l.
ij. Sꝫ ꝯtra xiiij. q. v. non ſane. vn̄
in hoc caſu dici ꝑt qḋ talis poſſet re
petere pecuniā ſi nō eo aīo dedit vt
teſtē corrūpat. ſꝫ vt ſibi iuſticia cō
ſeruet̄. ar. ī. de ſymo. dilectus.

## ¶ De fide inſtrumētoꝝ.

Diximus ſ. de illa ſpē ꝓba
cionū que fit ꝑ vocē viuā
ſcꝫ per teſtes. Nūc videa
m9 de ſpē que fit ꝑ vocē mortuam
ſcꝫ ꝑ ſcripturā. Et ideo ſubicit̄ hic
rubrica de fide inſtru. ¶ Videam9
igit̄ quid ſit inſtrumentū. qualit̄
hic accipiat̄. ⁊ quot ſint ei9 ſpēs.
⁊ quibꝰ īſtrumētis fides adhibeat̄.
et ex qbꝰ inſtrumētis fides īducat̄

vel minuatur. ¶ Instrumēti ap
pellacio est gn̄alis. ſſſā ꝛ teſtimo
nia ꝛ pſone quibꝫ cauſe inſtrui ſo
lent inſtrōꝝ loco habētur vt. ff. e.
ti. l. i. ſ̄ de teſtibꝫ. ꝯ pueñit. ff. de v̄
bo. ſigni. l. nocōnē. ſ. inſtrōꝝ. Dꝫ
et alˢ dicit̃ inſtrumētū apparat9
fundi quo poſſeſſio exerceſ. vt. ff. de
fun. inſtruc. ꝛ inſtru. lega. l. q̄ſitū
Rꝫ° i°. hic aūt ponit̃ inſtrumētū
pro cartis vel ſcp̄turis. ¶ Inſtru
mentoꝝ due ſūt ſpēs. Aliud pub
licū Aliud p̄uatū. Publicū q̄ð fit
p manū tabellionis cui ſi fuerit in
prima figura hoc eſt non cancella
tū non abolitū non viciatū vel vi
tupatū. vt. C. de edic. di. ad. tol. l.
iij. fides adhibetur ſine alio admi
niculo vt in aut. e. t. ſ. ſi vero mori
antur. niſi is ꝯtra quē profert̃ p=
bet falſū. vt. C. e. t. l. ſi v teris. Pri=
uatū. Aliud autēticū. Aliud non
autenticū. ſcꝫ ꝯfectū a duobꝫ loco
tabellionis in iudicō aſſumptis vt
ſ̄ de pba. qm̄ ꝯtra falſā. Itē iſtru
mētū ſiue ſcriptū vel p̄uatū ꝫ autū
eſt cui appenſū eſt ſigillū autū vt
ī. e. ti. ſcriptura. Eſt āt autū ſigil
lū ſcꝫ epi. vt ſ̄ de teſtibꝫ. Cū a no=
bis xi. q. iij. cure ꝛ. c. dn̄t. ꝛ alioꝝ
prelatoꝝ. vt. ſ̄. de dolo. ꝛ ꝯtu. veri
tatis. Itē ꝯuctus vt ſ̄ de proba.
tercio. Capitli vt ī. de app. ſignifi=
cauit. Vniūſitatis vt ſ̄ de pcu. qꝛ
in cauſ. cuiuſlibet corpis vel colle=
gij vt ī. de exceſ. prela. dilcā. Itē
autenticū ē ſcriptū ꝛ ſi p̄uata ma
nu ꝯfectū q̄ð hꝫ ſubſcp̄cōneꝫ triū
vel iūēcū teſtiū. vt. C. qui po. in pig.
ha. l. ſcripturas in fi. in autū. e. ti.
ſ. ꝫ ꝛ is. ꝛ. ſ. ꝫ ꝛ ſi q̄s. ꝛ ſi de ſbſcp
ciōibꝫ dubitet̃ fiet cōpacio p in
ſtrūēta publica i q̄bꝫ hij dē teſtes
ſubſcripſerūt vt i autū. e. t. ſ. hijs
q̄. vel p inſtrā p̄uata hn̄cia ſubſcp
cōeꝫ teſtiū eoꝝ dē vt. C. e. t. l. ꝯpacō
nes. ſi vero teſtes inſcripti deceſſe=
rint ſcriptū nō videt̃ alicui9 firmi
tatis robur hr̄e vt ī. e. ti. ſcripta. ꝫ
p̄uata ſcp̄tura ſubſcripcōeꝫ nō ha
bens gn̄alit fidē non facit. vt. C. de
pba. l. inſtrā. ꝛ. l. rōes. ꝛ. l. ex°. nī ꝯ
illū q̄ ſcp̄ſit ꝛ hꝰ in pſonalibꝫ actio
nibꝫ. ſec9 in realibꝫ vt i pall̄. l. ſcp
turas. Publicū igit̃ inſtrumētum
auctoritati tabelliōis inint̃ vt dic
tū ē ꝛ pbatur. C. ad le. cor. de fal. l.
ſi q̄s decurio ꝛ in aut. e. t. ſ. ſi vero
moriātur. Dꝫ ſi de ſcp̄tura tabelli
onis dubitet̃ fiet ꝯpacō vt i autū
e. ti. ſ. qꝛ ſi eciā. ꝛ. ſ. ſequentibus.
¶ Nunc de apoc ꝛ ātipoc aliqua
ſub breuitate notem9. Eſt autem
antipoca Cyrographum q̄ð facit
debitor creditori in quo debitor fa
tetur ſe ſoluiſſe tantum ꝛ non di=
citur ab anti qꝛ eſt contra ſed ab ā
te. quia antipoca fitā apocam pri
us enim fatetur ſe ſoluiſſe penſio=
nes vſuras vel cenſus quod fit in
antipoca ꝛ demū creditor fatetur
in apoca ð recepto. ē igit̃ antipoca
inducta ad ſecuritatē creditoꝛ. q̄ ei

noie poſſediſſe vel ſe pſcripcōe libe
ratū contēdat obſtat ei ꝓpͣa ſcrip
tura. Nā dn̄s ſiue creditor p anti
pocā de iure ſuo docebit. vt. C. e. t. l.
plures. Vel ſm̄ alios antipoca ſcpͥ
tuͣ eſt quā facit debitor obligādo
ſe Et tūc dicit ab anti qͦd eſt ↄtra.
ſed apoca ſm̄ oīs eſt ſcriptura cre
ditoris ꝯfitētis ſibi ſolutū a debi
tore ⁊ ſic ponit ff. de adminiſtra.
tu. l. luci?. §. tutor. ⁊ ſm̄ hoc dicitur
apoca ſit datis antipoca ſuſcipien
tis. i. apoca ſit a creditore antipo=
ca a debitore. ¶ Multa vero ſunt
ꝓpter que inſtrumētoꝝ fidei dero
gat. raſuͣ lraꝝ īmutacō pme figu
re. vt. ī. e. t. Int dilcōs. ff. de hijs
que i teſta. delent. l. i. ff. de ꝓbac.
l. ſi cyrographū. C. ꝺ edic. di. adri.
tol. l. iij Nam falſitas ē imutacō ve
ritatis vt in autē. e. ti. in pn̄. coll.
vij. lrē tn̄ vel ſillabe mutacō omiſ=
ſio vel ſubtractio viciū non iducit.
vt. ī. e. t. ex pte. ff. de manu. teſ. l. q
habebat niſi ſbͭtractio imutacō. l.
omiſſio ſenſus varietatē inducat
vt. ī. e. t. Inter dilcōs. vn̄ auctoꝝ
verba emēdare tenore ſine pſeue=
rante non eſt ꝓhibitū vt. ff. de re
iud. l. Auctoꝝ. ⁊ raſura paucaꝝ lrā
rū que ſapiētis aīm nequaꝙ i du
bitacōez vertē debeat pmittitur in
lris dn̄i ppe pret viciū falſitatis vt
ī. de cri. fal. c. vlt. Viciū gmatice
non viciat iſtrumēta nec eīn error
ſcripture impedit cām iuris. vt. C
de teſta. l. errore ⁊. l. ābiguitas. ff.

de le. ij. l. cū pr. §. fidei tue. ⁊. l. vnū.
§. vlt. ff. de hēdi. inſti. l. i. Et eſt rō
in iſtrumētis qꝛ eoꝝ fides auctori
tati tabelliōis innitit cui? fides ma
gis inſpiciat ꝙ error ſcribētis ſicut
i ſacm̄tis veritas ſbͭſtācial forme
attēdit non ſanitas verboꝝ vt de
cōſe. di. iiij. retulerūt ⁊. c. ſi nō ſāc
tificat. Aliud aͦ eſt in reſcptis dn̄i
ppe vt ī de reſcriptis ad audiam.
Et eſt racō qꝛ p multoꝝ officialiū
man? trāſeūt ⁊ tandē in purgato=
riū inducitur hͦ eſt ad examen vi
ce cancellarij ⁊ correctoris vt ī de
reſcriptis. Cū adeo xxxv. q. ix. apli
ce Vn̄ non eſt veriſimile ꝙ i hmōi
lrīs vicia remaneāt incorrecta ⁊ ſi
ſecus inuentum fuerit littere ſunt
ſuſpecte ⁊ non credit de cancellaͥa
tales lrās emanaſſe. Aliud aūt eſt
in lrīs alioꝝ platoꝝ que non cum
tāta āguſtia ⁊ deliberacōe ꝓcedūt
Itē ſi varietas manus notarij per
alia inſtrumēta ab eodē ↄfecta no=
tet. derogat fidei inſtrumēti vt. C. e.
ti. l. ↄpacōnes ⁊ autē. e. t. §. ſui ve
ro. eo tamen ſaluo ꝙ etas lraꝝ diſ=
ſimilitudinem ſepe facit. non eīn
ita ſcribit iuuenis ⁊ robuſt? ſicut
ſenex ⁊ tremens. languor eciā ſe=
pe diſſimilitudinem facit calami.
et atrm̄ti mutacō aufert per oīa
ſimilitudinis puritatē vt in autē
e. t. in pn̄. Itez ſubſcripcōnū ꝓdep
ditas que ſingule debent ſingulo=
rum ſubſcribenciū manib; āno
tari vt. ī. de preuil. Cū olim ꝓpter

qõnes. Itẽ nois imꝑatoris vel in
dictionis omiſſio vt in autñ vt ꝑ̃
po. no. ipa. pub. docu. i pn̄cipio. ã
ni eiꝰ dn̄i nomẽ ipatoris ⁊ conſu
lis poni dn̄t in publicis inſtrīs vt
xxiij. di. In noie dn̄i. C. d apo. pub.
l. i. ⁊ in prealł. autñ vt ꝑ̃ponatur
nomẽ ipa. ⁊c. Itẽ ſi repugnācia i
ter ſe in inſtrō ꝯtineãtur. vt. ff. de
re. iur. l. vbi. Itez ſi ꝯ̃ria inſtrã q̃s
in iudicio ꝓducat fidẽ ſibi ad inui
cē derogãt. vt ꝭ. e. t. iputari. C. e. ti.
ſcripture. ſed aliud eſt in teſtibꝰ ꝯ̃
rijs vel diuerſis ab eadẽ pte ꝓduc
tis. qꝛ tūc iudex ꝯſiderare dꝫ nume
rū ⁊ ꝯdicõnez illoꝝ qui dicūt pro
producẽte ⁊ illoꝝ qui dicunt ꝯ̃. vt
no s̃. de teſti. §. nūc videndū. Et ẽ
diuerſitatis rō qꝛ inſtrã videri pn̄t
et apud ſe quis explorare dꝫ an ſi
bi expediat talia ꝓducere iſtrã vn̄
imputat̃ ꝯ̃ria ꝓducẽti. Quid aūt
teſtes dicturi ſint ignorat̃ ⁊ iō nõ
eſt qd imputet̃ ꝓducẽti ꝯ̃rios vel
diuerſos. Itez derogat̃ fidei inſtrī
ſi ecīã vnꝰ de teſtibꝰ in iſtrō ſub=
ſcriptis non agnoſcat ſuã ſubſcꝑ̃
cõez vt. ff. queãdmo. teſ. ap. l. i. in
fi. Itẽ derogat̃ fidei inſtrī ſi nõ ha
beat debitū numeꝝ teſtiū. qd in q̃
libꝫ publico iſtrō requirit̃ ſꝫm. M.
ſꝫm alios diſtinguit̃ vtꝝ in ciuita
te ꝯ̃hatur an in villa a pito lrãꝝ
vel ipito. ⁊ librã ꝯ̃tcꝰ excedat auri
vel non. ꝯ̃hat̃ in ſcriptis vel non.
vt in autñ e. t. §. optꝫ. C. ſi cer. pe. i
auc̃ hodie ⁊ nõuit azo in ſūma ſua

ſi cer. pe. §. Item ⁊ mutui. Item d̃
rogatur ſi non contineatur in eo
ꝙ contractus habuit teſtiū p̄ñciã
vt in autñ. e. t. §. ſi quis igitur. ⁊
§. ſed ⁊ ſi quis. ſed obſtat lex. C. de
dona. l. in donac̃. ſed illa excludit
annotacionem teſtium non preſen
ciam vel dic ꝙ nec preſencia teſti=
um requirit̃ neceſſario niſi in ſcp=
tis agatur eo ꝙ tota fides habet̃
notario. nec obſtat in autñ de hẽ.
et fal. §. ſi vero abſunt. vbi requi=
ritur preſencia teſtium ⁊ deſcrip=
cio nam illud ſpeciale eſt in inuen
tario. Item derogatur fidei ſi non
ſit ſubſcriptum a tabellione ⁊ par
tibus ſi hoc actum eſt vt in ſcrip=
tis contrahatur. vt. C. e. t. l. ꝯtractꝰ
et de ꝯuenien. fiſci debito. l. ij. Itẽ
derogatur ſi aliquid in eo inueni
atur ſubſignatū vel ſubſcriptum
vt. ff. ad le. corne. de fal. l. paulus.
Itẽ ſi in aliqua pte ſui ſit inciſuꝫ
vt. ff. ſi tabule teſ. exta. l. i. §. pnlt.
Itẽ derogatur fidei inſtrī ex archi
no ꝓducti ſi non fuerit manu ꝯmẽ
tarienſ ſignatum. ff. de iur. fiſci. l. in
fraudem. §. quociens. Derogatur
fidei inſtrī ſi non ſit originale ſed
ſūptū exemplū. Aut iudex ⁊ ſump
tum idem ſupponūt. originale au
tenticū ⁊ exemplar idem ſignificãt
exemplū igit̃ iudex vel ſūptū fidem
non facit. vt ꝭ. e. t. c. ij. ix. di. vt ve
terum. lxxvij. di. ieiunium. xxv.
q. ij. ſanctimus. C. de eden. in auc̃.
ſi quis in aliquo documento in

De pſūpcionib

autū vt ſpōſa· largi §· ⁊ h̄ quoqȝ
iubem⁹ coll·ix·ff·famil·hāſcū·l·ſi
que ſūt caucōes·ff· de acc̄·emp·et
ven·l·tnā⁹·C de fideicōmiſ·l· inſtru
mēta·C de diuſis reſcp̄tis·l· ſcim⁹
et·ff·e·t·l·ij·quidā autē cōtrarium
dicūt ſcȝ qꝛ ſtand ſit ſūpto vel exē=
plo ⁊ hoc dicebat dn̄s albic⁹ Mo
uebatꝰ aūt quad rōe ⁊ quad lege·
rōne tali ſicut originale inſtrumē=
tū dicitꝰ autū· ⁊ ei ſtatꝰ qꝛ ↄfectum
eſt a publica pſona·i·a tabelliōe·
ſic ⁊ ſumpto ſtand eſt ſi a tabelli
one fuerit exēplatū qd em̄ preſtat
auctoritatē origiali idem ⁊ ſūpto·
ſcȝ pſō publica· iducebat legē ꝓ
ſe in autū·vt fratꝝ filij §·illd coll·
ix·⁊ hāc opinionē tenuit donec in
cōueniencāā ſue opinionis fide de
pbēdit oculata· cū em̄ i cā de fac
to in qua ipſe procu⁹ erat induce=
retꝰ exemplū ⁊ ps altera fortitꝰ alle
garet exēplo non eſſe credendum·
ipſo ↄtrariū aſſerēte tandeȝ deduc
tū eſt originale in mediū in quo q̄
dā vicia ſūt inuēta que in ſūpto n̄
erāt·⁊ ex tūc viſū eſt ſibi non ſuffi
cere ſumptū q̄uis p tabellionē ſu=
matꝰ· ⁊ q̄uis in ſūpto tenor origi
nalis cōtineatur de vbo ad verbuȝ
ꝓpter vicia lr̄ās ⁊ correctiōes que
pn̄t eſſe in originali ⁊ non in ſūp
to autū i° vt fra· filij non loquitꝰ
in ſimplici ſūpto ȝ loquitꝰ i ſūpto
aucte· iudiciali cui ec̄ ſcḋm Azo ſtā
dū eſt·vt·C de teſta·l·publicati·C
de re iud·l·geſta ꝗ·de ↄfir· vti·vel
inuti·Cū dilcā·non em̄ verſimile
eſt iudicē auctoritatē preſtitiſſe ſu
mendi ſi vicia i originali fuiſſent·
vt ꝗ·de puile·Cū olim eſſem⁹ apd
peruſiū ⁊ ꝗ·e·ti·vlt· Nec obſtat
hijs dec̄·ſ·de ꝓbacō·Qm̄ ↄtra fal
ſam· que dicit recurrendū fore ad
originale ſi de geſtis que remāſe=
rūt apud ptes dubitari cōtingat·
Nā illa ſumpta non ſumūtur auc
toritate ⁊ pn̄cia iudicis ⁊ ꝓpterea
recurritꝰ ad origiale vt ſ de ꝓba·
c·vlt· hec ⁊ alia ſūt que debilitāt
inſtrumēta ſaluis hijs que d falſo
pn̄t obici inſtrumētis ⁊ p que de fal
ſitate argui pn̄t de quib⁹ dicem⁹
ꝗ·de crimi·fal·Et notand qꝛ licȝ in
ſtrumēta cū die ⁊ ↄſule edi non de
beāt ne fraudis fabicande mā detꝰ
vt·ff·de eden·l·i·§·edicōes·ff· quē
admo·t·ap·l·ij· §· ſi dubitetꝰ·C·e·
ti·l·ei⁹·Si tn̄ de falſo arguatꝰ in=
ſtrumentū rōne tpis in quo p̄t fal
ſitas facili⁹ dephendi·vt ꝗ·e·t·In
ter dilcōs·neceſſariū eſt inſtrumē
tū edi cū die ⁊ cōſule·vt·C de ↄtra=
hen·⁊ ↄmit·ſti·l·optimā· Inſtru
mentū ā non viſū non p̄t argui fal
ſitate vt ꝗ·e·ti·Accepim⁹·

De preſūpcōib·

Quia preſūpcōes plerūqȝ
ſemiplenā ꝓbacōm faci=
unt plerūqȝ alias ꝓba=
cōes adiuuāt non nūq̄ꝫ p ſe ꝓbāt
vt violēte· Ideo ſubicitꝰ h̄ rubrica



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de preſūp· tractatu in de ꝓba· de teſ
tibꝫ ⁊ de fide inſtru· inſerit· ¶ Vi
deamus igit̄ quid ſit preſūpcio q̄t
ſint preſūpcionū ſpēs· quibꝫ pre=
ſūpcōibꝫ ſtet̄ · ⁊ quibꝫ nō· ¶ Pre
ſūpcio eſt alicui⁹ facti dubij aliq̄
ciens ſemiplena aliquociēs plena
inueſtigacio ¶ Tres ſūt ſpēs pre
ſumpcōnū Alia temeraria· alia ꝓ
babilis· alia violenta· Temeraia
reprobatur· vt ij· q· i· p̄mo vi· q· i·
oues ꝙ̄· ď ſen· ex inquiſicōi· Proba
bilis admittit̄ ad ſemiplenā pro
bacōez vt hic in multis dec̄· ⁊ ꝙ̄· de
ſē· ex· inquiſicōi· ſ̄· de reſti· ſpo· ſol
liāte ⁊ ad purgacōez indicēdā vt
ij· q· v p̄ſbit ꝙ̄· ď purga· ca· ſi q̄s ď
gradu· Violenta ad ꝓnūciādū ſuf
ficiēs reputat̄ vt xxxij· q· i· dixit do
min⁹ ꝙ̄· e· t· lr̄is· ff· de hijs q̄ ſui vel
alie iur̄ ſūt· l· filium· Sꝫ circa vio
lentas preſūpcōes ſubdiſtinguit̄
· qꝫ alia iuris· alia iuris ⁊ ď iure· p̄
ſumpcio iuris eſt cū ius preſumit̄
aliq̄d ſed non ſtatuit ſup preſūp
to ⁊ hec preſūpcio recipit ꝯtrariā
probacōez ⁊ exempla ſup h̄ xxxv
q· iij· extraordinarie xxvi· q· i· nec
aliqua· C de epiſ· ⁊ cle· in auc̄ lr̄iaꝫ
xij· q· v· nulli ꝙ̄· de teſta· requiſiſti·
ff· de dona· int̄ vi· ⁊ vx· l· quint⁹· C
e· t· l· ccā· Preſūpcio iuris ⁊ de iur̄
eſt cū ius fingit ⁊ ſtatuit ſup ficto
cōtra quā fictionē non admittitur
cōtraria ꝓbacio exempla ad h̄ ꝙ̄·
de ſponſa· Ad id ⁊· c· is qui fidem
ꝙ̄· de ꝯdic· appo· p̄ tuas ⁊· c· de ill̄

ꝙ̄· qui mā· accu· poſ· inſup ꝙ̄· de ſpō
ſa· ꝯmiſſuꝫ liiij· di· frat̄ntatē xxvij
di· ꝙ introgaſti xxvij· q· ij· vidua
ꝙ̄· de regula· ⁊ trāſe· vidua ⁊ gn̄a
liter vbicūqꝫ ius ſtatuit ⁊ fingit
ſup ficto· qn̄qꝫ tn̄ ius fingit aliud
eē ꝙ ſit fingit eī̄ mulierē ſtipula
tā que non ē· vt· C de rei vxo· ac· l·
vna in p̄n· fingit natū qď non eſt
vt· ff· de ſtatu· ho· l· in vtero· fingit
viuere ꝙ non viuit· vt inſti· de ex
cu· tu· §· filij· aut fingit non eſſe na
tū ꝙ eſt natū· vt· ff· de li· ⁊ poſtu·
l· tacius teſtō· §· lucius· fingit non
conceptum quia naſcitur mortu⁹
vt· ff· de verbo· ſigni· l· qui mortui·
Iſtas ⁊ conſimiles fictiones iuris
inuenim⁹ quos notat domin⁹ me
us in p̄n· ſūme circa x· predicamta
Et eſt notanduꝫ ꝙ ſi aliqn̄ lex fin
git bonum canō autem malum nā
in libere mulieris conuictione lex p̄
ſumit matrimoniū ff· de ritu· nup·
l· in libere· canō preſumit contub̄
nium niſi probetur matrimoniū·
vt xxx· q· v· c· i· ⁊ ij· Et hoc ꝓpter
periculum qď accidere pōt ex clam
deſtinitate nam ⁊ ſint aliqui vir
⁊ vxor ſi tn̄ alt̄ ab alto diuīat nec
poſſit ꝓbare matrimoniū ecc̄a nō
cogit eos cohabitare· vt xxx· q· v·
§· hijs ita ꝙ̄· de clandeſti· deſpon· c·
i· ¶ In ſūma notandū ē ꝙ omne
bonum factum recte preſumit̄ ac
tum· omne male factum praue pre
ſumitur actum vt ꝙ̄· e· c· i· ⁊ vi· q· i
ſi omnia·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De iure iurā̄do·

Dixim⁹ ſ̄ de ꝓbacōnibꝫ ſ₃
quia inopia ꝓbacōnū re
currit͛ ad iuramētū nā fi=
nis oīm litiū iuramentū· vt ī̄·e·ti·
Et ſi x͏ͨ circa mediū· ⁊ alibi dicit͛
maximū remediū expediendaꝝ li
tiū eſt iuramētū· vt·ff·e·t·l·i· Jdō
poſt tractatū de ꝓbacōibꝫ ānectit͛
iſte de iure iurā· ¶ Videnđ eſt igi
tur quid ſit iuramentū· vn̄ dicat͛·
quot ſint ei⁹ ſpēs· quis poſſit de=
ferre ⁊ cui· qualit͛ ſit deferēdū· q̄li
ter iurandū· ⁊ quid ſit iuramēti ef
fect⁹· ⁊ que piurij pena· ¶ Juram̄
tū eſt affirmacō vel negacio ſacre
rei atteſtacōne firmata· Sacre rei
ideo dixi q₂ non licet iurare p crea
turas non ſacras· vt in euāgelio·
Nolite oīo iurare neq₃ p celū ⁊c̄·
et ī̄·e·t· ⁊ ſi x͏ͨ ·xxij·q·i· clericū· ⁊·c
cōſidera in autn̄ vt non luxuriētur
cōtra naturā coll͛· vi· ſ₃ licet p illas
creaturas de quibꝫ in iure pmitti
tur vt p crucē p euāgeliū p ordiēz
p altare p ſalutē p̄ncipis ⁊ p ſimi
lia verba· vt xxij·q·i· ſi aliq̄· ⁊ v·
q·q̄ piurare·i· q· vij· q̄cies xxij·q·
i· habem⁹·ff· de iure iur͛·l· qui p ſa
lutē xxij·q·i·§· ſicut eciā p numina
iprobata iurare nō licet· vt·ff·e·t·
l· nouit·§·ij· p mēbꝛ autē dei ꝓhi
bitū eſt vt xxij·q·i· ſi quis p capil
lū in autn̄ vt non luxurient͛ contra
naturā circa mediū coll͛·vi· qđ ꝓ=
hibitū eſt ꝓpter quoſdā hēticos

qui dixerūt deū humano more mē
bra habere diſticta vt xxiiij·q·iij·
quid i v͛ſu antropomorphite· Po
tuit aūt ꝯpetēti⁹ appellari factū iu
ramentū eo qꝫ ſup facto iuratur vel
iuſiurati q₂ ſup iure qđ iurāti ꝯpe
tit iurat͛ quaſi iuſiurāđ· placuit tn̄
vt factū ius dicat͛ q₂ ſup facto iuē
iurat͛ adiicit͛ vero iurand eo qđ id
d₃ eſſe iuratū qđ antea fuit iurāđ
relōne facta non ad id qđ fit. ſ₃ ad
id qꝫ fieri cōuenit· vt·ff· de iuſticia
et iure·l· ius· ¶ Juriſiurandi due
ſūt ſpēs· Aliud aſſertoriū· Aliud
promiſſoriū· Aſſertoriū qđ fit de
preterito vel pn̄ti in quo aſſeritur
aliquid eſſe vel fuiſſe· Promiſſori
um eſt qđ cōcipitur ſup futuro in
quo promittit͛ danđ vel faciend·
vel nō danđ ſeu nō faciend ¶ Juſ
iurādi aſſertorij tres ſūt ſpēs· Ali
ud voluntariū· Aliud neceſſarium
Aliud iudiciale· Voluntariū ē qđ
ps pti defert extra iudiciū ideo ſic
dictū q₂ ex volūtate defert͛ ⁊ ſuſci
pit͛ voluntate ⁊ delatum vel relatū
voluntarie ſuſcipit͛ vel recuſat͛· vt
ff·e·t·l· Juſiuranđ· necc̄ariū dicitur
iuſiuranđ qđ necc̄itate a iudice i po
ſita defert͛ vel ſuſcipitur ar· ad hoc
ff· de in litē iurā·l· vlt· ⁊ hoc ſacr̄mē
mentum non p̄t referri vel recuſari
niſi pretēdatur iuſta cauſa recuſa
cōis vt· C·e·t·l· generalit͛·§· fin autē
Judiciale eſt illud qđ i iudicio de
fertur vel refert͛ a pte pti qđ non
eſt neceſſarium ſubire ymo delatū

p̄t recuſari p̄t ꝛ referri· vt· C· e· ti· l·
delato· ff· e· t· l· generalit̄· §· ſi nã aũt
is cui ꝛ ĩ· e· t· c· vlt̄· olim ãt nõ po
terat recuſari ſed referri vt· ff· e· ti·
l· manifeſte vel loquit̄ lex illa cum
iuſiurandũ delatũ ſuſcipit̄ ab eo cui
defert̄· In caſibꝰ tñ non defertur
iuſiurandũ vt in actione rerꝝ amo
tarꝝ furti ꝛ alijs famoſis actionibꝰ
vt· ff· rerꝝ amotarꝝ· l· marcellus §·
vlt̄· ꝛ· l· non magis ꝛ idẽ credo vbi
cũqꝫ lex defert iuſiurandũ vt· C· de
fideicõmiſ· l· qñ ꝛ· C· de iure delib·
l· ſcimꝰ· §· liñam· C· de iure dominij
l· vlt̄· §· vlt̄· niſi eadẽ lege pmit ta
tur ptãs deferendi· vt· C· de bonis
auc· iu· poſ· l· vlt̄· §· vlt̄· ¶ Poteſt
iuſiurandũ deferre oĩs ille ad quẽ
ſpectat negociũ ꝓꝓo noĩe· pcura-
tor vero non p̄t deferre niſi i tribꝰ
caſibꝰ ſi habeat ſpãle mandatũ
ſi ſit datus in rẽ ſuã vel habeat li
berã ꝛ generalẽ adminiſtracõꝫ al'
non vt· ff· e· t· l· iuſiurãdũ· §· vlt̄· ꝛ
l· ſe· ꝛ· ff· de pcu· l· pcurator cui li-
bera· ꝛ· l· pcurator tutorꝝ ¶ Quid
de prelato agẽte p eccã vel defen-
dẽte nũqd iuramẽtũ deferre p̄t· Pu
to ꝙ ſic nam ꝛ tutor ꝛ curator ꝛ d
fenſor vniũſitatis deficiẽtibꝰ alijs
pbacõibꝰ pñt deferre iuſiurandũ
ſup re dubia ſup certa non pñt fa
cere grã n vt· ff· e· t· l· tutor· ꝛ· l· iuſ
iurandũ ꝙ §· vlt̄· ꝛ· C· de trãſac· l· p
ſes· ¶ Iuſiurãdũ neccãriũ defert iu
dex· Dꝫ qñ ꝛ cui deferre dꝫ videa
mꝰ· Et ẽ certũ ꝙ ſi actor nichil p
bat reꝰ eſt abſoluẽdꝰ vt· C· de edẽ·
l· qui accuſare· vi· q· vlt̄· l· actor ĩ·
e· t· c· vlt̄· hoc tñ fallit i quibuſdã
caſibꝰ in qbꝰ defert lex iuramentũ
reo ꝛ ſi actor nichil oĩo pbet vt· C·
de hijs qui ad ec· ↄfu· l· vlt̄· §· ſane
· C· de fide inſtru· l· vlt̄· C· d iure deli
be· l· vlt̄· §· liña ꝛ ſcḿ h̄ poſſit intel
ligi ĩ· e· t· c· vlt̄· ꝛ in auc· d inſtru·
cau· §· ſi tñ quiſqꝫ ſi ãt actor pba
uerit ſemiplene puta p ſcripturã
domeſticã· p collacõez lrãꝝ· p vnũ
teſtẽ· vel p fugã rei q finito officio
debuit ibi rñdẽ vbi geſſit officiũ
defert̄ iuramẽtũ actori· q nouit ve
ritatẽ rei maxĩe ſi res petita ſit mo
dica ꝛ actor ſit honeſtꝰ vt i autñ·
de inſtru· cau· §· ſi vero moriatur ꝛ
de collacione· §· ſuper hoc· et· §· ſi
quis autem coll̄· ix· ff· de re mili· l·
non omnis· §· vlt̄· et· ff· de legi· tu·
l· legitimos· xº iº· nam ꝛ vnũ
teſtem dico inducere preſump-
cõez· vt· ff· de dote ple· l· theopõpꝰ
et· ff· quemad· teſ· apiant̄· l· i· §· ſi
vnꝰ· Itẽ ſi duo faciũt plenã pba-
cõez ergo vnꝰ facit ſemiplenã nec
obſtat· ff· de qõibꝰ· l· maritꝰ ibi ei
nõ phibitũ qõez hri de ãcilla qꝛ
non pcedẽt iudiciũ ſꝫ qꝛ ãcilla nõ
debebat torqueri cõtra dominum
ſuum in pecuniaria cauſa eciam
precedentibus iudicijs· vt· C· de
queſtionibus· l· i· ¶ Item propter
enormitatem delicti a reo commiſ
ſi defertur actori iuramentum ſi
actor non poſſit que perdidit·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel ablata ſingula ꝯprobare vt. C.
vñ vi. l. ſi qñ. §. q metꝰ cā. c. vlt.
ij. q. i. In p̄mis. Itē ꝓpter enormi
tatē rei ⁊ iprobitatē litigādi defer
tur actori iuſiurandū. vt. C. de iurꝰ. l.
ꝓperādū. §. ſin autē. alꝰ autē vbi ac
tor non nouerit veritatē rei vel ſu=
ma non ē modica ⁊ pſona actoris
eſt ſuſpecta vel non ſuſpecta. Pz
reꝰ eſt ita boneſtꝰ vt actor defert
reo iuſiurandū vt abſoluat in ꝯdi=
bꝰ bone fidei vel ſtricti iuris i delic
tis ⁊ quaſi delictis ꝓpter regulā q̄
eſt. ff. e. t. l. admonendi. ⁊. C. e. t. l.
bone fidei. ¶ Iuſiurandū volūtariū
deferēdū eſt ſ̄m volūtatē ptis defe
rentis. neccāriū vero defert ſ̄m arbi
triū iudicātis. Debet autē iurare is
cui delatū eſt iuramētū ꝓut eſt de
latū. ff. e. t. l. iij. §. vlt. ⁊. l. iiij. ⁊. l.
v. in p̄n. ⁊. l. qui p ſalutē. eo ſaluo
qđ p iprobatas religiōes iurari nō
debet vt in p̄n. dictū eſt ¶ Effectꝰ
iuriurādi eſt vt ex eo det actio in
factū ſi iurauerit quis ſibi deberi n̄
adiecta forma vel rē ſuā eſſe. vt. C.
e. t. l. Actori. Si āt adiecta forma
quis iurauerit dabit vtilis actio
ex eo cōtractu ⁊ non tm̄ ei ꝫ aduſa
rio vt ecce iurauit quis ſe emiſſe a
ticio ſticū ꝓ x. nā ⁊ agit ex ēpto ad
ſticū ⁊ tenet ex vendito ad x. vel iu
raui me dediſſe ſticū pignori pro x.
que accepi mutuo ago pignorati
cia p ſtico ⁊ teneor cti ꝯdictiōe ꝓ
mutuo ad x. vel iuraui michi fun=
dū in dotē datū ⁊ ipſū poſſuꝫ ꝑſe

qui ⁊ ſoluto m̄rimonio teneor ex ſti
pulatu vt. ff. e. t. l. ſi duo. §. is qui
iurauit ⁊. §. marcellus. Item vt ſ
uetur quicq̄d p iuſiurandū firma=
tū eſt. dūmō iuramentū ſeruatum
non vergat in interitum ſalutis et
ne vt ī. e. t. ſi vero. ⁊ ſi vergat in iu
dicium temporale vt ī. e. t. debito
res. eciam ſi preſtetur ſup contrac
tu non obligatorio de iure vt ī. e.
t. cum contingat. ¶ In ſūma ſci
endum eſt q iuramentum tres ha
bet comites. veritateꝫ vt iurans ſci
at vel credat verum qđ iurat. Iu
dicium id eſt diſcrecōnem vt quis
diſcrete iurat non precipitant ⁊ ſi
ne neceſſitate ad iurandum feſti=
net. Item iuſticiam vt ſit iuſtum
et licituꝫ q iuratur. Pz ſi iſti tres
comites vel aliquod ex iſtis defue
rint nequaq̄ iuramentū erit. ſed p
iurium id eſt illicitum vel temera=
rium iuramentum. vt xij. q. ij. ani
maduertendū. Iuramenta autem
illicita ⁊ temeraria ſeruanda non
ſunt vt ī. e. t. quemadmodū ⁊. c.
ſicut noſtꝝ cum quid ſicut ex lrīs.
Item illa que prioribꝰ ſe iudicāt
vt ī. e. t. tuā ⁊. c. Intellecto. ⁊. c.
Ea te. In hijs igitur ſeruabis q
ſi iuramentū fuerit euidenſ illicitū
p̄t quis contra illud ꝓpria auctori
tate venire vt xxij. q. iiij. Diffinicō
et. c. in malis. ⁊ hoc ideo qꝛ iuram̄
tū non fuit inuentū vt ad iniquita
tē obliget vt ī. e. t. q̄nto xxij. q. iiij
inter cetera ¶ Ex hijs āt cauſ redditꝰ

iuramentū illicitū q̄ ſequnt̄ hoc vͣ ſiat
lis ↄtinetur ❡ Vt iuſiurandū licitū
diſcerne notādo· q̄s cui q̄d p quid
ad q̄d cur quō qn̄· ❡ Quis qz ex per
ſona iurātis reddit̄ iuramētuz illi
citū vt cū puulus iurat ·vt xxij·q·
v·puuli qd̄ intelligo in iſante vel
infancie pxio·vt·ff·e·t·l·q̄ iuraſſe
nā doli capax iurat· vt·ff· de liba·
cā·l·vlt· ❡ Cui qz ex pſona ei⁹ cui
iurat̄ cenſet̄ illicitū· vt xxij· q·v·
nullus ꝛ ꝑ·e·ti·nimis ❡ Quid·nā
rōe rei q̄ iurat̄ cenſet̄ iuramētū illi
citū vt ſi iuret̄ id qd̄ ē mortale pec
catū vt ꝑ·e·t·ſivo aliq̄s·xxij·q·iiij
iurauit ꝑ·e·t·quēadmodū ꝑ· de ho
nni·cū iuramto ❡ Per q̄d nā rōne
ei⁹ p qd̄ iurat̄ cenſet̄ illicitū vt ſi
iuret̄ p creaturas·vt xxij·q·i·cōſi
dera ꝛ dixi·ſ̄·in pn̄·huius ti ❡ Ad
q̄d qz finis ad quē tendit̄ reddit
iuramētū illicitū vt cū q̄s iurat vt
eligat̄·vt viij·q·iij· Artaldus·ſ̄·
de elec·p inq̄ſicōez· ❡ Cur qz cā ꝓp
ter quā iurat̄ reddit iuramētū illi-
citū vt ſaltacio puelle iuramentuz
herodis·vt xxij·q·iiij·vnuſquiſqz
Quō·ſ·diſcrete vel indiſcrete· In
diſcrecio eīn ꝛ p̄cipitacō reddit iu
ramentū illicitū vt xxij·q·ij·cīa ad
uertendū ❡ Qn̄ qz tēp⁹ reddit iu
ramentū illicitū nō eīn lz iurare in
dieb⁹ dn̄icis n̄ p pace·vt·ſ̄· de fe
rijs·c·i· ❡ Pena piurij·i·fractio-
nis licti iuramti ē pn̄a ſeptēnis·
vt xxij·q·i·p̄dicādū h̄ eīn ipomit̄ p
q̄lib; mortali vt xxij·q·ij·hoc ipſū
h̄ in iudicō aīe ſ; i iudicō corpm pe
na piurij ē depō vt xxv·di·ſ·cīnis
Sz pena piurij h̄ ē temerarij iura
mēti ē pn̄a cānal̄ i foro pn̄ali·vt
xxij·q·iij·q̄ ſacmēto In foro iudi
ciali ē amocō a bn̄ficijs·vt ꝑ·e·ti·
tua·ſ·ceterꝝ·ſ; ſm̄ iura ciuilia iuriu
randi ↄtempta religio deum h; vl
torē·vt ·C·e·t·l·ij· n̄ iuramētū i ↄc
tib⁹ int̄ ponat̄ ·vt·ff·de cīmie ſtelli
onat⁹·l·vlt·C·de trāſac·l·ſi q̄s ma
ior·C·de dig·l·q̄cūs li·xij· ❡ Que
rit̄ an piur⁹ ſit iſamis ꝛ cca h̄ diſ
tingint azo ſic cū q̄s iurat de pn̄ti
vel de p̄terito puta rē eē ſuā vel ſu-
iſſe nā ſi de pn̄ti notat̄ iſamia·ꝛ ſic
itelligit·ff·de hijs q̄ no·iſa·l·lucī⁹
ff·d cīmie ſtel·l·ij·ꝛ vlt·ar·ↄ i aut̄
vt lice·ma·ꝛ auie·ſ·q̄p āt a nobis
vt i aut̄· vt litigā·iurēt·ſ· ſi q̄s ā
lit· Si āt iurat de futuro non eſt
infamis niſi veniat cōtra duo ſ·iu
ramentum ꝛ pactionem· vt·C de
tranſac·l·ſi quis maior·magiſter
Rap· in ſumma ſua diſtinxit int̄
aſſertorium et pmiſſorium iura-
mentum· Veruz in prima ſpecie
non dixit infamē ꝛ allegauit dec̄ ꝑ
de excep·Deniqz·ꝛ·ſ̄·de ordi·cog·
Cum dilectus in fine ꝛ facit ad hoc
lex illa lucius ❡ Sed hec omnia
michi ſm̄ iura canoinca non pla-
cent nam dico periurum infamem
eſſe ſiue de preterito ſiue de pre-
ſenti ſi ſcienter et prudenter fal-
ſum aſſerat ſub iure iurando ſiue
iuramentum ſponte preſtitum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de dādo vel faciēdo volēs violet· vt vi·q·i· infames q̄ enī piuriū ſpōte cōmittit mortalit̄ peccat· vt xxij·q i·c· vlt̄· ergo ē infamis iſamia ca= nonica· vt vi·q·i· illi q̄· Itē piuriū crimē eſt· vt ī·e·t· q̄relā·ſ̄· de tēpo· ord̄·c· vlt̄· ergo ē famoſū· vt xxv· di·§· nūc āt in v̄b̄ in epl̄a vero· ad l· āt luc̄? ⁊ ad dec̄· aū dilcīs· Rñō teſtes q̄⁊ teſtimoniū reprobat̄ in ter iſames hrī non dnt̄ verū ē infa mia legali que gn̄alit̄ non ip̄ō fc̄ō ſed p ſnīaꝫ irrogat̄ vel alit̄ poſſibi le ē ꝙ teſtimoniū teſtiū reprobat̄ Nec ex h̄ ſolo de piurio ɔuincunt̄ vt ſi negō apta non ꝓferāt· vt iiij q·iij·§· Itē in c̄iali in v̄· ſi teſtis ſi nude deponāt· vt iiij·q·iij·§· Itē i c̄iali i v̄· ſola ⁊ cāꝫ ſui teſtionij nō facit manifeſtā vt i aut̄ de teſti b9·§·alꝫ·qꝫ p plures ɔ̄ īuū ꝓbat̄ Periuriū aūt multiplex ē dicit̄ enī piuriū falſa iuracio q̄ ſi ignorā ter fuerit facta ⁊ adhibita oī dili= gēcia nullū inducit peccatū vt xxij q·ij· hoies non adhibita oī diligē cia eſt veniale peccatū· vt xxv· di· §· ver̄ i ſi· Dicit̄ piuriū trāſgreſſio licitī iuramēti ⁊ hoc eſt mortale vt vi·q·i· quicūqꝫ ſi vero illicitū ſit iu ramentū ſcient̄ h̄ iurāe peccatum ē ſed ɔuenire nō ē peccatū vt dixi·ſ̄ ꝑx·§· dicit̄ piuriū indiſcretū iurām tū ⁊ iſtd̄ ē veiale pc̄tm̄ vt xxv·di· §· cmis in ſi· dicit̄ piuriū mēdaciuꝫ iuramēto firmatū ⁊ iſtud ſp̄ ē mor tale· vt xxij·q·ij· hoies n̄ fiat ioco·

vt xxij·q·ij· qd̄ ait vel ſimulatorie vt xxij·q·ij· vtilē Vltio notād̄ eſt ꝙ hoc iuramētū de q̄ hic trac= tat̄ eſt de veritate· vt·ff·e·t·l· q̄cies ī·e·t· ex lr̄is ⁊ iō ſi deferat̄ alicui q̄ non nouit veritatem impetrat ſibi remitti vel dari ſibi tempus vt cer cioret̄· vt·ff·e·ti·l· Iuſiurandum et ad pecunias·ff· rerum amo·l· Marcellus §· qui rerum· iuramētū de calumpnia eſt de opinione ſeu credencia· vt dixi·ſ̄· de iuramento ca· iurament̄ vero qd̄ preſtat̄ in li tem eſt de aſ̄cione de quo tractat̄ ·C·⁊·ff· de in litem iurando·

De excepcōib9·

Dictū eſt·ſ̄· de ꝓbacōib9· de teſtib9· de fide inſtru·d̄ preſump·⁊ de iure iuran· ad qd̄ recurritur in defectum pro bacionis vt·ſ̄· in prox· titu· dcm̄ eſt· ſed quia is qui excepcione vti tur onus probacionis in ſe reci= pit· vt·ff·e· titu· nam per excep= cionem quis defenditur et iuua= tur ſicut per actionem · vt in= ſti·e·titu· in prin· Ideo ſubicitur hic rubrica de excep· Videa= m9 igitur quid ſit excepcio que ſit excepcionum diuiſio· quando qua liter ⁊ a quibus opponatur· ⁊ q̄s ſit excepcionum effect9· Excep cio eſt aliquando actionis excluſio plerumqꝫ enī competit actori actio et eam per excepcionem excludi

di·oȝ· ¶Nã ſi metu coact⁹ vel dolo
induct⁹· aut errore lapſus tibi ſti
pulanti ꝓmitto iure ciuili obliga
tus ſum· ſi ex ſtipulatu agat̃ recte
quid̃ agit̃· ſꝫ inique· ⁊ ideo p excep
cõeȝ q̃ met⁹ cã vel doli mali· Aut
in factũ excludend⁹ eſt actor· Jtẽ
ſi tibi pecuniã ꝓmiſi ſpe future nu
meracõis ⁊ ſi non numerauens te
neor tibi ex ſtipulatu ⁊ potes ꝯtra
me agere ſꝫ te p excepcõeȝ repellam
Jtẽ ſi pactũ feceris michi de nõ pe
tendo nichilominꝰ remaneo obli
gatus qꝛ pactũ non tollit ciuileȝ
obligacõeȝ ſed elidit vñ excepcõe
op⁹ eſt· Jtẽ ſi cõtra me egiſti ⁊ per
ſñiaȝ extiti abſolutus Si ver⁹ erã
debitor natura maneo obligatus
ff· de ꝯdic· indebi· l· iul̃· ⁊ ꝓpterea
neccãria eſt excepcõ vt ꝓbant̃ hec
oĩa inſti· de excep· §· ¶ Aliqñ excep
cio eſt non actionis ſed intencõis
excluſio vt ſi petas a me x· ⁊ ego di
co ſolui ſi veꝝ eſt q̃ excipiẽdo dico
ſcȝ q̃ ſolueriñ nulla ꝯpetit tibi actio
quia ſolucõe ei⁹ qđ debet̃ tollitur
oĩs obligacõ vt inſti· quib⁹ mo·
tollit̃ obliga· in pñ°· Et q̃ excep=
cio aliqñ non actionẽ ſed itencõeȝ
vel actorẽ excludat ꝓbat̃· ff· e· ti·
l· ij· ¶ Excepcionũ alia dilatoria·
Alia peremptoria· Alia anormala
¶ Peremptoria ẽ que ſemp obſtat
agenti ⁊ que perimit actionẽ ſi quã
inuenit perimendã vel ſaltem inten
cionẽ excludit vt ſup̃i⁹ dictum ẽ·
vt eſt excepcio met⁹ doli mali· rei

iudicate pacti cõuenti ꝑpetui· ¶Nã
ſi pactũ de nõ petendo ad tempus
interuenerit excepcõ que orit̃ ex h̃
pacto nõ eſt peremptoria ſꝫ dilato
ria· vt inſti· e· t· §· appellat̃· ¶ Re
gulariter aũt peremptorie excepcio
nes ꝓponi pñt vſqȝ ad ſñiaȝ hoc
tñ fallit in quibuſdam que eciam
p⁹ ſñiaȝ ꝓponũtur vt excepcõ ma
cedoniani ⁊ velliani· vt· ff· ad ma
ce· l· cũ· ſi nõ oppoſita ꝑmo ſoluta
p errorẽ omiſſa excepcõne macedo
niani repetit̃ vt· ff· de ꝯd· inde· l· q̃
excepcõeȝ ¶ Jtẽ fallit in qualibet
peremptoria a milite p ſimplicita=
tem omiſſa· ¶Nã eam p⁹ ſñiaȝ op
ponere pt· vt· C· de iur̃ ⁊ fac· igno·
l· i· ¶ Fallit in excepcõe que cõpetit
donatori vt non condẽpnet̃ niſi in
quantũ facere pt qꝛ ⁊ ſi inſolidũ
condẽpnet̃ adhuc locum habet ex
cepcõ· vt· ff· de re· iud· l· neſcien⁹· §·
vlt̃· Jtem fideiuſſor inſolidũ ꝯdẽp
natus ⁊ poſt ſñiaȝ iploraĩ pt mun
dari ſibi actiões cõtra fideiuſſores
vt· ff· de fideiuſ· l· ſi fideiuſſores· §·
idẽ rñdit· Jtem fallit in quibuſdã
excepcõib⁹ p quas contendit̃ iudi
ciũ retro nullum fuiſſe· vt no· ĩ· de
proba· §· Actor· ¶ Dilatoriaꝝ ex
cepcionũ· quedã ſunt declinatorie
iudicij· quedã dilatorie ſolucõnis
Declinatorie iudicij vt excepcio ꝯ̃
reſcriptũ cõtra libellũ· Excepcio ꝯ̃
ꝑſonã iudicis de ſuſpecto· Excep=
cõ de ferijs· Excepcõ de loco ñ tuto
Excepcõ ꝑparatoria· ¶Nã per tales

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

excepcões non litē inficiacõ ſed dif
fero vel eīuito pſonas vt ff· e· ti· l·
ij· in fi· ¶ Dilatorie ſolucōnis vt
excepcio pacti conuenti tempora=
lis· vt· ff· e· titu· l· iii· §· i· Item ex
cepcōnes que dantur quibuſdam
perſonis vt non conueniantur ni
ſi in quātum facē pñt· vt· ff· de re·
iud· l· ſūt qui Ido āt dicitur dila
torie ſolucōis q2 differūt integrā
et totalē ſolucōe3 donec debitor vel
ei9 heres ad piguiorē fortunā deue
nent ꝛ h9 reſpcū excepcões predcē
dicitur tpales nō ꝑpetue q2 nō ē
verſimile ꝙ nec debitor nec eius
hēs vel hēdis hēs ĩ infinitū nō de
ueniāt ad piguiorē fortunā nec ei
paupib9 induſtria vel augmētu3
pñonij qd laboribꝰ ꝛ multis caſi=
bus querit int dicendū ē· vt· C· Car·
tute· l· ſi defunctus· Alio tñ reſpcū
dicitur pemptorie q2 pñt ꝓponi
añ litē ꝛ p9 litē ɔt· ꝑmo ꝛ p9 ſen
tenciā ſc3 ne plus extorqaꝛ ꝙ con
dēpnat9 facē poſſit vt· ff· de re iud·
l· int eos in fi· ꝛ· l· cū ex cā· ff· de ver
bo· ſigni· l· in ɔdēpnacōe ꝛ hac rōe
anormale dicī pñt q2 nec dilatori
arū· nec pemptoriaꝝ regulā imi=
tatur· ¶ Qñ āt ꝓponēde ſūt et ꝓ
bāde tam declinatorie ꝙ dilatorie
dixi· ſ· de pba· §· r· ſtat videre· Do3
hoc ſciendū eſt ꝙ ſi dilatorie non
ꝓponāt ſuo tpe q2 ɔpetere igno=
rātur nichilominꝰ ꝛ poſtea locum
hñt vt ī· e· t· paſtoralis· ſ· ō teſti·
pncīū· ſ· de offi· del· inſinuāte ī· q̄

ma· accu· ꝑoſ· ɔſuluit ¶ Anorma=
le ſūt ꝑ q̄s ɔtēdit nullū retrofuiſſe
iudiᵐ q2 iō dicitur anormale q2
nō ſequūtur regulā vel naturā ali
aꝝ excepcionū nā locū hñt añ litē
ɔt ꝛ p9 lit ɔt añ ſniā3 ꝛ p9 vt no·
ſ· de pba· §· actor· Do3 ille excep=
cōes q̄ dant certis pſonis vt non
ɔueniātur ñ inqntū facē pñt anor
male dicī pñt vt dixi· ſ· §· px· Itē
excepcō nō numerate pecunie ꝛ ex=
cepcō nō ſolute dotis q̄ ad q̄d anor
male dicī pñt q2 cū als excepcōes
obiciēs pbaē hēat qd opponit vt
ff· e· t· l· in excepcōib9 in pdcās du
ab9 ſec9 ē q2 nō is q̄ excipit ꝓbaē
de3· ſ3 q̄ petit ꝓbare he3 vt· C· de non
nu· pecu· l· iij· qd ver ē ī· biēniū· vt
· C· e· t· l· in ɔdib9 ꝛ idē dico ī excep
cōe nō ſolute dotis cū ſᵐ vaia tpa
q̄ circa h9 ſtatuūtur ī autū de tēpo·
nō ſolute dotis coll· vij· ɔtingit ꝛ
aliud mirabile in pdcās excepcōi
b9 nā qui alterā ex illis ꝓponit ſi=
mul ꝛ litē ɔteſtat ꝛ excepcōe3 op
ponit cū als pemptorias excepcio
nes cōteſtacio lit non ſoleat fieri·
vt ī· notabo ¶ Fiūt ꝛ alie diuiſio
nes excepcionum quia alie perpe
tue· alie temporales vt· ff· e· t· l· iij
alie perſonales· alie reales· Per
ſonales non traſgrediuntur pſo=
nas earu3 quibus competūt rei co
herētes alicui ɔpetūt ꝛ oib9 qui
ex pſona illi9 ɔueniūt· vt· ff· e· t·
l· excepcōes ī pn· ꝛ· §· rei ¶ Oppo
nūtur excepcōnes pemptorie cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

agit̃ vñ ſi nũꝗ̃ agat̃ nũꝗ̃ excipiet̃
et hac racõe dicitur excepcões p
petue vt. ff. de doli. excep. l. pure. §.
vlt. ⁊. C. e. t. l. ſi pcīm. ¶ In q̃ aũt
pte iudicij ꝓponatur tã dilatorie
q̃ꝫ pemptorie ſiue anormale dictũ
eſt. ¶ Excepcõ dat̃ reo. Replicacõ
Actori vt ſ̃ de renũc. ſup hoc ꝗ̃. e. t.
A nobis ⁊. c. dilcã filij inſti. de re=
plic. filij Aliqñ largo ſũpto võbu
lo dicat̃ replicacõ ecã excepcõ que
actori competit. vt. ff. e. ti. l. ij. §. i.
¶ Effect⁹ excepcõis eſt. vt p dila
toriã differatur iudicium vel euite
tur pſona iudicis vel parcatoris.
per pemptoriã pimat̃ actio agen
tis vel intencõ excludat̃ vt ſ̃ i pn̈.
no. Sed querit̃ an p excepcõnez
pemptoriã fiat ↄteſtacio lit̃ vt ſi
vendicem a te fundũ ⁊ tu excipias
de preſcripcõe ⁊ videt̃ q̃ꝫ non. Nã
excepcõ eſt actionis excluſio vt ſu
peri⁹ dictũ eſt non autẽ op⁹ ẽ acti
onẽ excludi cui cõtradictũ non eſt
Ante eñ nccãriũ eſt vt cõteſtacio
precedat ⁊ demũ qñcũqꝫ vſqꝫ ad
ſñaꝫ locũ habeãt pemptoie vt. C.
e. t. l. ſiquidẽ ⁊. l. preſcripcõm. ⁊. C.
de lon. tẽpo. preſcrip. l. Emptor. C.
ſen. reſcin. nõ poſſe. l. pemptorias.
Item oportet pus p cõtradictio=
nẽ ordinari iudiciũ ⁊ demũ ad de=
fenſiões accedi. vt no. ſ̃. de lit̃ ↄt.
§. fit autẽ ↄteſtacio. Sꝫ cõtra. nã
inſtituta actione ⁊ oppoſita excep
cione pemptoria videt̃ eſſe iudici
um. vt. ff. de interro. acc. l. ſi filius
§. excepcõib⁹. Itẽ p excepcões non
numerate pecunie ⁊ non ſolute do
tis fit ↄteſta° lit̃ vt dixi ſ̃. §. anor
male. Itẽ facit p hac pte ſ̃ de do=
lo ⁊ cõtu. ꝓut v̓ poſt excepcõnez p̃
ſcripcõis oppoſitã pceditur ad dif
finitiuã vtpote lite que ingeritur
cont̃ ⁊ meli⁹ ꝗ̃. de app. Cum cauſã
ſumpto ar. a ↄtrario ſenſu qđ eſt
fortiſſimũ. vt. ff. de offi. ei⁹ cui mã.
eſt iuriſdic. l. i. Solucõ puto non
fieri ↄteſtacõnez. vñ ſi pemptoria
opponat̃ anq̃ꝫ reſpondeatur ad li
bellum erit tũc illa excepcõ intencõ
nis excluſio ⁊ ſic itelligo qđ legit̃
ff. de condic. indebi. l. eleganter. §.
ſi quis p⁹ tranſactionẽ ⁊. ff. q̃ꝫ me
tus cã. l. metũ. §. ſed qđ ait in fine
ff. de neg. g̃. l. ſi autẽ. §. ſi quocũqꝫ.
Si vero poſt q̃ꝫ iam reſponſũ ẽ ad
libellum ⁊ ↄteſtacõ facta eſt oppo
nat̃ excepcõ pemptoria erit actio
nis excluſio. ad hec ꝓut Rñdeas ſi
aut rñdi ſ̃ de lit̃ cont̃. §. conteſtacõ
Ad aliã tñ cauſam Rñdeas q̃ꝫ ibi
ceſſat ar. a cõtrario ſenſu vt ⁊ ali
bi. C. de epiſ. ⁊ cle. l. cõuenticulas ꝗ̃.
de v̓bo. ſigni. qđ dicitur xxiiij. q. ij
prius q̃ꝫ. vel ibi ꝑpa magis inſpexit
opinionem iudicum q̃ꝫ veritatem
¶ Queritur de excõicato an repel
latur ab agendo Rño ſic ecã ſi nõ
opponat̃ excepcio ſcꝫ officio iudi=
cis vt ꝗ̃. e. excepcõm in fine qđ in=
telligo ſi non ſolus nouit Nam ſi
ſolus non poſſet eũ vitare in pub
lica cõmunione. vt vi. q. ij. ſi tm̃ ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de pſcripcionibus

c. placuit. Reū āt excaco nō exclu-dit q2 trahit̄ ad iudiciū. iudicium eīn reddit̄ i inuitū vt. ff. de verbo. ob. l. int̄ ſtipulātem ⁊ iō oīs legit tima defenſio reſeruat̄ reo excato. vt ꝗ. e. t. cū inter. Itē a pſcacione appellacōis nō repellit̄ excatus ſi oaginaliter fuerit re⁹ vt ꝗ. e. ſigni ficauerūt. nec ab impetrādo ecīā ſi ñ faciat mēſionē de excacōe i q̃ duo reqro ꝙ excat⁹ re⁹ fuit i p° iudicō i q̃ appellauit ⁊ ſup q̃ ipetrat. Itē qd excacio nō ꝯtingat id ſup quo ipetrat alioqn lrē ipetrate i forma cōi nō facta mēſione de excacōne elidi poſſent vt no. ꝗ. de reſcriptis dilcūs. ⁊ ſm̄ hoc intelligo ꝗ. e. ti. c. vlt. Actor vero excōicat⁹ impetra re nō poſſet ſup q̃cūqȝ nō facta mē ſione excōicacōis. vt ꝗ. de ſen. ex. p tuas. ꝗ. d offi. or. ex p te. ꝗ. de offi. dele. cū ꝯtingat. ¶ Sȝ quent̄ an excepcio excōicacōis tollat̄ per re plicacōeȝ excōicacōis ſi de maiori excipiat̄ ⁊ replicet̄ ⁊ licet olim di ceretur ꝙ ſic p decre ꝗ. e. A nobis ſūpto ar. a ꝯtrario ſenſu. hodie tñ dicēdū ꝙ non ꝗ. e. t. dilecti.

¶ De pſcripcōibus.

Vidim⁹ de excepcōibus ſed q2 freqnt̄ ex pſcripcione obiat̄ excepcō iō ſubiat̄ h rubca d pſcp. ¶ Videam⁹ igit̄ q̃d ſit pſcpcio. q̄ exigātur i pſcrip cione. q̃t ſint ſpēs pſcpcionū. que ſint q̄ ſcd̄ȝ iura canonica pſcribi ñ pn̄t. qbus modis itervūpitur pſcp cō. ⁊ q̄s ſit pſcpcōis effect⁹. ¶ Pre ſcripcio ē ius qddā ſubſtāciā ex tē pore capiēs. i. firmitatē. hȝ āt locū preſcpcio i rebus imobilibus. vſuca pio vero imobilibus rebus q̄ alit̄ de ſcribitur ſic videlicȝ. vſucapio eſt acqſicio dominij p ꝯtinuacōeȝ poſ ſeſſionis tpis lege diffiniti vt. ff. de vſuca. l. ij. ¶ Exigūtur in pſcp cōe canoīca q̃tuor Primū bō fides ꝙ is q̄ poſſidȝ credat rē ſuā ꝙ poſ ſidet vel credat tradētem eſſe dn̄m et ius diſtrahēdi hr̄e lȝ erret in fcō vt. ff. de vbo. ſigni. l. bone fidei et hec bona fides ſp pſumitur ñ pbe tur mala cū lex dicat pſumi igno rācīā niſi pbet̄ ſcia vt. ff. de pba. l. veri⁹ pſumitur autē mala fides ſi denūciet̄ur emptori ne emat. C. d rei ven. l. ſi fundū. vel q2 quis ꝯtra legē mercatur vt. C. de agri. ⁊ cen. l. queadmodū. vel ſi emit a curra tore meo p colluſionem vel cū quis emit a luxurioſo cū ſciret ꝓtin⁹ eū ſcorto pecuniā datuȝ. vt. ff. d vſu ca. ꝓ empt. l. q̄ fundū. ꝗ. q̄ ſciēs et l. ſi quis. ſed q̄nqȝ quis hȝ ꝯſciaȝ rei aliene ⁊ tamen vſucapit puta ſi decretum iudicis interueniat vt ff. de noxa. l. generaliter. xvi. q. iij. placuit. vt quicumqȝ. infra. e. titu. c. i. Illud autem nota ꝙ non obeſt accipienti mala fides trade tis vt. ff. de diuerſ ⁊ temp. pſcp. l. An vicium ⁊ ar ꝗ. e. ti. de quarta

Sz ar· ꝫ· C· de pſcrip· x· vel xx· ãno
auc̃ hodie ſʒ iᵈ de pſcripc̃· x· vel xx·
anno· in pſcripcõm vero xl· ãnorũ
nõ nocet dũmõ nolit poſſeſſor vti
acceſſione tpis illi⁹· vt· ff· de acq̃·
poſſ· l· pompom⁹· §· cũ q̃s ¶ Jtez
dicitur bona fides licet errz in iure
vt ꝫ· de iure pa· Cura paſtoral· ff·
de pe· here· l· ſʒ ꝛ ſi· §· ſcire· licet ſec⁹
ſit in vſuca· vt· ff· de vſuca· l· nũq̃
Jtẽ bone fidei eſt quis licet ꝯſciaz
habeat dubiã vt· ff· ꝺ vſuca· l· q̃d
ſit· §· bonc· Pcõm iuſt⁹ titul⁹· vt
ꝫ· e· t· ſi diligẽti qui an ꝓbari ha
beat in iudicõ dubitat· Et videtur
ꝙ ſic· qꝛ cũ exigat in pſcribẽdo vt
dictũ eſt· neccẽ eſt illũ ꝓbari· vt ꜱ
de ꝓba· licet ꝫ· de decimis dudum·
temp⁹ eñ ſolũ non ẽ mod⁹ indu=
cende vel tollende obligacõnis· vt
ff· de acc· ꝛ ob· l· obligacõnũ fere·
§· placet· ꝛ hoc verꝫ eſt ſi titulus ꝓ
non titulo habeat vt in pdcã dec·
dudum· Appello autẽ titulũ poſſi=
dendi cãm vtpote donacõnez emp
cionẽ pmutacõez ꝛ ꝯſimiles ¶ Ex
igit ergo in preſcripcõe cã vera nõ
legittĩa· nã ſi legittĩa foret pſcrip=
cio locũ non haberet qꝛ non pt ea
dem res ex duabꝰ cauſ acquiri· vt
ꜱ· de fide iſtru· Jnter dilcõs· Nec
poſſet titulus duplicari· vt· C· de cõ
trahen· emp· ꝛ ven· l· cum res· ff· de
acqui· poſſ· l poſſideri· §· ex pluribꝰ
inſti· ꝺ actio· §· diſcret· Jnuenio
tñ ex duplicato titulo excipi· vt ꝫ·
de cõceſ· pre· c· p⁹ electionẽ· Sz il

lud ideo contingit· qꝛ non ꝓhibe
tur quis diuerſ excepcõibꝰ vti vt
ff· de excep· l· Nemo· ꝛ· ff· de ioffi·
teſta· l· pompo⁹· §· ſed nec i pubis
¶ Ex pluribꝰ autẽ cauſ nobis ali
quid deberi pt· vt· ff· de reg· iur· l·
non vt ex pluribꝰ ꝛ ſolui· vt· ff· de
ſolu· l· cum quis· §· de peculio· non
tñ ex pluribꝰ cauſ aliquid noſtꝝ
fieri pt· ſʒ ex vna vt i· l· non ex plu
ribꝰ· C· de iure do· l· vna· ff· ad leg·
fal· l· fundo ¶ Jtẽ poſſum⁹ ex pluri=
bus cauſ rem poſſidere vt in pdcõ
§· ex pluribus· Nam q̃uis vna ſit
poſſeſſio tñ plura ſũt genera poſſe=
deñ vt in· l· predicta poſſideri· §· ge
nera· vñ de cã preſcribẽdi ſic intel=
li ge vt vera cã interueniat non le
gittima· Jn hoc pone exemplum·
Jn donacõne que ſit ab epõ ſine
cõſenſu captli h eñ verus titulus
nõ legittim⁹ tamẽ nec ſufficientẽ
preſtat cãm poſſidendi ꝛ preſcribẽ
di ꝛ ſᵐ hoc pt intelligi ꝫ· e· t· de q̃r
ta ꝫ· de iure pa· cura paſtoralis ſic
et errone⁹ titulus preſtat cauſam
preſcribẽdi· ff· pro emptore· l· qꝺ
vulgo· ff· pro ſuo· l· vlt· Veri⁹ ta=
men puto non eſſe neceſſarium ꝓ
bai titulum poſſeſſionis niſi quis
poſſideat pro herede vel pro poſſeſ=
ſore· vt· C· de peti· here· l· cogi· ꝛ ij·
q· v· §· i· vel niſi ſit preſumpcio con
tra poſſeſſorem· vt· C· de proba· l· ſi
ue poſſidetis· vel niſi quis ſpon
te titulum alleget vt ꜱ de proba·
licet ꝫ· ꝺ deci· Dudum ſufficit enim

de pſcripcionibꝫ

probari tpis ɔtinuacōez· vt· s̄. de
proba. Ex lrīs xviij· q· ij· ſiricium ⁊
i· q· iij· queſitū· ⁊· C· de pſcrip· xxx·
an· l· ɔpetit· Tercīū ɔtinua poſſeſ=
ſio ſcꝫ ꝙ res ſit poſſeſſa cōtinue vſ
qꝫ ad finē preſcripcōis ſine inter=
rupcōne· vt ꝰ· e· t· illud ⁊· c· Audi
tis. ſit āt interrupcō naturaliter
vt cū pdiū qd preſcribiť inūdať
vt· ff· de bonis auc· iud· poſſ· l· cū
vnꝰ· §· vlť· Et h̄ intrupcio ꝓdeſt
oībꝫ hn̄tibꝫ ius in re· vt· ff· de vſu
ca· l· naturaliter· Fit interrupcio
ciuiliť p ſinodalē ꝓclamacōez· vt
ꝰ· e· t· ſcōꝝ· per q̄ſi ɔteſtacōnez· vt
C· vbi in re actio· l· ij· s̄· vt lite nō
ɔť Qm̄ frequēť in fine· Per ɔteſta
cōez· vt· C· de lon· tēpo· pſcrip· l· nec
bona p executoris ɔuencōez· vt· C·
de pſcrip· xxx· an· l· cū notiſſimi in
pn· que q̄ſi ɔteſtacio diciť vt· ff· d
acc· ⁊ ob· l· ɔſtitucōibus· Per de
biti agnicōez vel ſenoris ſolucōez·
vt i· l· cū notiſſimi· §· ſed ⁊ ſi q̄s· p
ſolā precū oblacōnem ⁊ ad eas re
ſcripcōez in ānalibꝫ ⁊ ꝑtorijs ac
tionibꝫ vt· C· q̄n li· pnā· cō· ſa· l· i· ⁊
ij· C· d ānali excep· l· vt pfectiꝰ· Itē
ſit intrupcio ſi is ɔtra quē preſcri
biť nanciſcať poſſeſſionē rei que p
ſcribiť vt in· l· cū notiſſimi· §· pri
mo· Itē ſit intrupcio p ſolam li=
belli oblacōnez furore infamia vel
dignitate aduerſarij īpediente me
agere vt in· l· vt pfectius· Itē ex=
igitur i pſcripcōe canonica ꝙ res
ſit preſcriptibilis· Quedam eñ

ſūt que preſcribi non pn̄t vt ſub=
iectio ꝰ· e· t· cū n̄ liceat· Sꝫ ɔ ꝰ· e· t·
auditis ꝰ· de capel· mōnachoꝝ dilcūs
ꝰ· de puil· cū olim ꝓpť qōes vt s̄·
de excep· cū venerabiľ i fi· In oībꝫ
illis inuiť ꝙ ɔ ſubiectionē ⁊ obe=
diēciā pſcribať· Ad qd rn̄o ſbiec
tus p ſe tm̄ non preſcribit libtatē
cōtra ſubiectiōez ſꝫ ſi puilegiū lib
tatis ɔcedatur a ſuperiore in enor
mē leſionem illius cui ſubiectio d
betur q̄uis poſſit implorare vt p
uilegium reuocetur vt ꝰ· de deci· di
lecti ſuggeſtū ꝰ· de dō· aplice· huic
iuri hoc implorandi preſcribitur
a ſubiecto ad hanc ſolucōnem ac
cedit· C· de fundis patrimonia· l·
vlť· vel ſubditus contra obediēciā
preſcribit dum eā illi debitā eſſe
pretendit cui tanto tempore ſe pſ
titiſſe allegat vt preſcripcio ſit in
ducta ⁊ ſic loquitur illa cum olim
Et licet ſic dixerim ſed pōt tamen
ſubiectꝰ ɔ platū ſuū pſcribere per
ſe ipſū qd ptinet ad prelatum· vt
ꝰ· e· ti· de quarta ꝰ· de iure pa· cura·
viſitacio ⁊ procuracio vt ꝰ· e· ti· cū
ex officij· Item non preſcribitur li
mes nec que limitibus adherent·
vt ꝰ· de proch· ſup eo· s̄· de ꝓba·
cum cām xvi· q· iij· licet Sed ɔtra
ꝰ· e· t· quia iudicante· Ad quid gº
fines prediorum preſcribuntur vt
ibi· ⁊ xvi· q· iiij· nolumus s̄ de pro
bac· Ex litteris· fines autem per
rochiarum ⁊ dyoceſium nō vt in
primis iuribus Item publice

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

functiones · vt xvi · q · iij · §. pt circa
finem · Ite decime a layco vt ex · e · t ·
cā in · Itē colon⁹ nō pſcribit fund⁹
qui colit · vt · C · de pſcrip · xxx · vel xl ·
annoꝝ · l · male agit · Itē via pub
lica non amittit non vtēdo vt · ff ·
de via publica · l · viā · Itē aq̄ duc
tus · vt · C · de aq̄ ductu · l · diligenter
li · xi · ꝛ · C · de fundis rei priuat ꝛ ſal·
tuum e dom⁹ · l · vſus aq̄ li · xi · Itez
que d iſignia romane ecce · vt xcij ·
di · illud · ¶ Sunt eciā que d que
preſcripcōnes impediūt vacacō ec
cleſie · vt ex · e · t · c · i · ꝛ · c · de quarta ·
Hoſtilitas vt ex · e · t · extrāſmiſſa ·
xvi · q · iij · p̄ actione ꝛ · c · porro · De
reſis plati ꝯtra quē pſcribere quis
intēdit vt ex · e · t · c · i · in fi · Vita ma
le alienātis vt xvi · q · iij · ſi ſacerdo
tes · Temp⁹ ſciſmatis vt ex · e · cum
nobis · Itē minor etas vt · C · in qui
b⁹ cau · nō ē neceſ · i · inte · reſti · l · vlt
Pr̄ia ptās impedit ne filio currat
preſcripcio · vt · C · de bonis q3 li · l ·
quecūq3 · Itē mrīomū īpedit ne cō
tra vxorē preſcripcō currat in reb⁹
dotalib⁹ vt · C · de iure do · l · In reb⁹ ·
§ · ois · Itē temp⁹ abſencie vt cū
is cōtra quē preſcribit̄ ꝓfect⁹ ē in
ſubſidiū terre ſancte vel alis de mā
dato dn̄i ꝑpe vel ſine cū forte occur
rit ſarracenis vel alijs fidei hoſtib⁹
xpianos exterminare volentib⁹ ī·
pedit pſcripcōez quo ad effectū q2
ſubducit̄ de tpe preſcripcōis tēp⁹
illud qd̄ in abſencia effluxit · Per
ī inte · reſti · p̄m fuit mediū vltimū

ue · ꝛ ſic n̄on ꝓſit nec obſit qd̄ eue
nit · vt · ff · quib⁹ ex cauſ · l · i · i p̄n · ꝛ
l · videlicet · vn̄ ꝛ ſi pſcripcō ſit com
pleta i p̄n̄cia ei⁹ contra quē preſcri
bit̄ adhuc poſtulari pt̄ p̄ ī inte ·
reſti · vt ſubducat̄ illud temp⁹ qd̄
lapſū eſt in abſencia · Et ꝛ ſi in plu
rib⁹ vicib⁹ quis abfuerit oīm ab·
ſenciaꝝ tēpa ſubducent̄ h̄ ſūma eq̄
tatē h3 ꝛ iuuatur legib⁹ · C · de reſti ·
mil̄ · l · ꝙ tpe milicie ff · ex q̄b⁹ cau ·
ma · l · necnō · § · ſi quis ſepius · C · de
tēpo · ī inte · reſti · l · vlt · C · quib⁹ nō
ob · lon · tempo · preſcrip · l · pſcripc ·
¶ Nec mireris ſi dicā pſcripcōnez
currē contra eccām ſed tēpora de p̄
ſcripcōe ſubduci · nam cōtra eccām
currit pſcripcio · vt no · ſ · de ī int ·
reſti · § · ij · Sz aliud eſt in minore
vt ibidē notari · ¶ Alij vero dicūt
tunc demū reſtitui aliquem ꝛ tem
pus de preſcripcōe ſubduci cum in
abſencia ei⁹ contra quem preſcri·
bitur cōpleta eſt preſcripcō vel pa
rū poſt reuerſionē illius ꝛ hoc colli
gunt ex verbis pretoris qui ait ·
Si quid ex bonis abſentis cauſa
rei publice preſcriptū fuerit cū is
abeſſet poteſta ve reſtituā qd̄ poſtea
ad modicū temp⁹ refertur ſcz dū
quis poſt reuerſionē ſuam cōducit
hoſpiciū ꝯponit ſarcinolas querit
aduocatū hic enī modica p̄ncia p̄
abſencia reputatur vt · ff · quibus
ex cauſ ma · l · ab hoſtib⁹ · § · Et ꝯſim
plicit̄ ꝛ ſimile · ff · de v̄bo · ſignific ·
l · h̄ adiectio · q̄ h̄ dicūt hn̄t racōem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

taleſ ſi pſcripcio in abſēcia ꝯpleaṫ
vel paꝝ p⁹ qȯ tēp⁹ ꝑ abſencia re
putaṫ vt dictū̄ eſt iuſtū eſt vt reſ
tituaṫ qꝛ leditur in abſēcia. Sed
vbi in pn̄cia ꝯpleṫ ꝗuis is cōtra
quē pſcribiṫ aliq̊ tpe de pſcripcōe
abſēs fuerit nūc lediṫ cū ꝯpleṫ et
nō tūc cū abfuit. Ad qȯ tn̄ rn̄det
dn̄s me⁹ ꝙ ⁊ tunc non leditur le
debatur tn̄. nam ex totali tpe pre
ſcripcōis intelligitur q̊s ledi non
tn̄ ex eo quo pſcripcio ꝯpletur alˀs
pro vltio momito tpis preſcpcōis
tm̄ deberet q̊s reſtitui eo em̄ tpe q̊
preſcripcō ꝯſūmatur ⁊ ſic ſᵐ eos
tm̄ tēpe leditur effectiue ꝙ eſt ſaṫ
abſurdū dicāt tn̄ dn̄s me⁹ in ſum
ma ꝙ ſi pma ſn̄a ſit eq̇or poſteri
or tn̄ ē ſecurior ſᵐ leges ¶ Sp̄es
preſcripcionū multe ſūt. Eſt em̄ p
ſcripcio x. dieꝝ que currit ꝯ̄ appel
lantem vt ij. q. vi. biduum Eſt ⁊
ſex menſiū vt in redibitoria actio
ne. vt. ff. de redibi. ac. ſi tātū. §. ij.
Et in bn̄ficiōꝝ collacōe vt ꝗ. ḋ ꝯceſ.
prebē. c. Nulla. Et in exſpectacōe
abſenciū cū agitur de ſpūali coniu
gio ꝯtrahēdo vt ſ̄. vt lite non ꝯt.
qm̄. §. ſi vero aliter. Itē ē pſcripcō
triū menſiū que currit captˀo non
eligenti vt. l. di. poſt ꝗ lxiij. di. ob
euntibꝯ. ſ̄. de elec. c. vlt. Et eiuſdē
tpis preſcripcō currit elcō neglige
ti petere ꝯſecracōeꝫ ſeu pallium vt
c. di. qm̄. ſ̄. de trāſla. inter corpora
lia. Eſt ⁊ vni⁹ āni que obiciatur
agenti iniuriaꝝ vt. C. de iniuˀ. l. ſi

nō ꝯuicij. Et eadē opponitur nōn
ꝓſeq̄nti appellacōnē vt ꝗ. de app.
cū ſit rōna. Itē nō vtēti reſcpto vt
ſ̄. de reſcp. ſi āt ⁊. c. plerūqꝫ. Eſt ⁊
bien̄ij q̄ currit debitori vt. C. de nō
nu. pe. l. i ꝯ̄tribꝯ. Eſt ⁊ trien̄ij vt ꝗ.
e. t. c. i. Eſt ⁊ q̄drien̄ij vt xvi. q. iij
q̊s actiones. C. de q̄drien̄ij pſcrip.
et hˀ ꝯpetit fiſco ⁊ ꝯ̄ fiſcum vt ibi.
Eſt ⁊ decen̄ij vel vicen̄ij q̄ requirit
titulū ⁊ bonā fidē eciā ſᵐ leges vt
xvi. q. iij. §. pt. Eſt ⁊ pſcripcio xxx
vel xl. ānoꝝ de q̊bꝯ p̄cipue in cano
nibꝯ tractatur ⁊ licet ātiq̊ canones
admittāt ꝯ̄ eccāꝫ pſcripcōneꝫ xxx.
ānoꝝ vt xvi. q. iij. c. i. ij. ⁊ iij. hodie
tn̄ ſola xl. ānoꝝ pſcripcō admitti
tur ꝯ̄ eccām. vt ꝗ. e. t. de quarta. c.
Ad aures. illˀo. auditis. Poꝫ ꝯ̄ rō
nam eccāꝫ non niſi centenaria cur
rit preſcripcio. vt ꝗ. e. ti. Ad audiē
ciam ⁊. c. Cum a nobis xvi. q. iij.
q̊s actiones ¶ Queriṫ de pſcrip
cōe q̄drien̄ij q̄ currit aduſus eū cu
ius rē ipator dōt. C. de q̄drien̄ij p
ſcp. l. bn̄ a zenone An ꝯ̄ eccāꝫ locū
hꝫ Rn̄o nō ar. xij. q. ij. quicumqꝫ.
ꝗ. de reb⁹ ec. non alie. c. i. Itē qri
tur an vſucapio trien̄ij in reb⁹ ec
cleſiaſticis mobilib⁹ ⁊ ꝓphanis
locū hēat Rn̄o ſic vt in palˀ. l. q̊s
actiones. Quiḋ tn̄ dixerūt ꝙ nō ſi
cut nec in reb⁹ fiſci. vt iſti. de vſu.
§. res fiſci. Que āt ſint que preſcri
bi non pn̄t dictum eſt. ſ̄. e. §. Iteꝫ
exigiṫ. Item quib⁹ modis intru
pitur pſcripcō dictū ē. ſ̄. e. §. ſit āt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Reſtat videre quis ſit effectus preſcripcōis. Effect⁹ quadragenarie pſcripcōis eſt talis qualis ē effect⁹ lōge pſcripcōis. ſm leges q̄ que requirūtur in longa pſcripcōne eadē ⁊ in longiſſima ſm canones ſcȝ bona fides. ⁊ iuſt⁹ titulus. et ꝙ res ſit preſcriptibil' vt ſupi⁹ dictū eſt. ex lōnga vero preſcripcōne acquirit' excepcō ꝯtra dnm̄ rei vel creditorem cui res ſit obligata vt. C. de pſcripc̄. xxx. vel xl. ānoꝝ. l. ſi quis empcōis in pn̄. ſed cum excepcō ſit actionis excluſio. vt. ff. d̄ excep. l. ij. ⁊ no. s̄. de excep. pȝ ꝙ directū dominiū remanet apd̄ veterē dnm̄ vn̄ ⁊ rē vendicare p̄t a quolibet poſſeſſore pterꝙ̄ a pſcriptore. vel ab illo q̄ ab eo poſſidet. ¶ Preſcriptor autē hȝ vtile dominiū. vt. C. de bo. mat. l. i. in auc̄. niſi tēnale que eſt in auc̄. de nup. coll'. iiij. vn̄ habet vtilem rei vendicacōneȝ eciā contra veterē dn̄m cū lex dicat pſcripcōe mutai dominiū vt. ff. de vſucap̄. l. Eū qui edes. Non mireris ſi p vſucapionē acquiratur directū dominiū reꝝ mobiliū p pſcp̄cionē vtile in rebꝰ imobilibꝰ quia mobilia facili⁹ trāſeūt ⁊ mutātur ꝙ̄ imobilia ſicut ex ipſo noie patȝ et pbat'. ff. de acqui. poſſ. l. Si rē mobilē. Et ſi querat' que ſit racō q̄re p pſcripcōeȝ tollat' ypothecaria actio. vt in. l. ſi quis empcōis ⁊ nō p vſucapionē trienij vt. ff. de pigno. l. i. ¶. cū prediū. ⁊. ff. de vſuca. l. iuſto. ¶. nō mutat. C. d̄ pigno. l. vſucapio. Rn̄o q̄ p preſcripcōeȝ acq̄ritur excepcō que oēȝ prorſus actionē excludit. vt .ꝗ. e. ti. Ad aures. Sȝ p vſucapionē trienij acquirit' ſolum dominiū qō autē pignoris ab interēcōe dnij ſepatur vt in p̄dicto. ¶. cū prediū. ¶ In ſūma q̄ritur an cū mala fide preſcribi poſſit eciā longiſſimo tp̄e Rn̄o non quia bona fides exigit' in preſcripcōe canoica. vt xxxiiij. q. ij. ſi v̓go .ꝗ. e. ti. vigilanti ⁊. c. ſi diligenti. ita vt in nulla pte tp̄is preſcripcōis poſſeſſor ꝯſciaȝ rei habeat aliene. vt .ꝗ. e. ti. c. vlt'. In quo iuri ciuili derogatur expreſſe ſicut ⁊ in quibuſdam alijs s̄. de dolo. ⁊ cōtu. c. i. s̄. d̄ offi. dele. ſup qōnū s̄. de reſti. ſpol'. ſepe cōtingit .ꝗ. de teſta. Relatū. ¶ Sȝ ſi querat' qualiter ecc̄a potuit hic conſtituere in preiudiciū laycorū. Rn̄o bene rōne peccati vt s̄ de iud̄ nouit ¶ Sȝ pono ꝙ p⁹ cōpletam preſcripcōeȝ incipiat quis habere conſciam rei aliene nūquid tenet' rem reſtituere p̄ori dn̄o videtur ꝙ ſic. Quia non dimittit' pctm̄ niſi r̄ſtituat' ablatū vt xiiij. q. vi. ſi res aliena. ⁊ nullus numerus defēdit annoꝝ. vt xxxiiij. q. ij. ſi v̓go. ſȝ cōtra. cōpleta pſcripcōe tut⁹ eſt quis ſm vtrūqȝ ius. vt .ꝗ. e. t. de quarta et. c. Ad aures ⁊ xvi. q. iij. c. i. ij. ⁊ iij. ⁊. c. dilecto ergo iure poſſidet. Si iure iuſte ſi iuſte bene. vt xiiij. q. iiij. quid dicā nec eſt iam alienū

et qđ preſcriptũ eſt. vt ibi dicit p̄
terea iura faciũt hoc meũ illud tu
um. vt viij. di. quo iure. Itē condi
tor canonis ⁊ legis p̄t michi dare
rē alienā ⁊ tut⁹ ſum. vt. ff. de euic.
l. lucius. C. de q̄drie. preſcrip. l. bone.
potuit enĩ ſtatuē q̄ qui p xl. ānos
rem poſſideret alienā eius efficere
tur. In hac q̄one dicunt theolo-
gi q̄ q̄ncũqȝ q̄s habeat ↄſciam
rei aliene eā tenetur reſtituere al's
peccat. ſȝ cōtē qđ dicũt theologi pu
to ↄ̄aliũ eſſe al's de iure non tenet̄
quia iā res non eſt aliena et iuſte
poſſidet̄ vt in. c. quid dicā ⁊ domi
niũ mutatũ eſt. vt dixi in. §. ſupiori.
Alan⁹ tñ dixit q̄ ſi ex cā lucratiua
quis rem poſſedit ⁊ p̄ſcripſit debeat
eam reſtituere ar. ff. de hiis que i
frau. cred. l. qđ aũt. §. ſi quid cũ pu
pillo. Si vero ex cauſa non lucrati
ua non tenet̄ eam reddē ↄſilio t̄n
theologoꝝ acq̄eſcere arbitrũ eſt
non ncc̄ariũ. vt xiiij. q. i. q̄ p̄āpit̄
ſi ↄſilio vti nolueris min⁹ boni adi
piſceris non mali aliquid ppetrab̄
vt xiiij. q. i. quiſquis

## De ſñia ⁊ re iudicata.

Hic cōtinua diximꝰ. ſ. in
ti. px° qualiter p p̄ſcrip
cōeȝ res acquiratur ſcȝ p
ſñias iudiciũ vel al's. Finito cur
ſu de pceſſu iudicioꝝ nũc quaſi ad
litus. i. ad ſñias veniamꝰ dilig̃t
attēdentes. q̄ ſit ſñia dicat̄. q̄t ſint
eius ſpēs. a quo ſit pnũciāda qua
liter ⁊ qñ. quis ei⁹ effectus. quo re
medio ſñia ſubleuet̄. Sñia eſt
diffinicō iudicial' controūſie finem
imponēs. vt. ff. e. l. i. determinat enĩ
iurganciũ controūſias vt. C. e. ti. c.
ij. Addũt quidā i deſcripcōe diffini
cio in q̄ indubitata ⁊ que nullo re
medio appellacōis attēptari poſſit
per l. ff. de trāſac. l. elegant. §. ſi p⁹
rem iudicatā. Sȝ illud ibi addici
tur ad oſtendēdũ q̄ poſt talē ſñaȝ
trāſactio locũ non habeat al's bene
dicit̄ res iudicata que attēptari p̄t
remedio appellacōis vt. C. de app.
l. litigatoribꝫ. Species ſñie due
ſũt. Nam alia interlocutoria alia
diffinitiua. Interlocutoria eſt que
non ſup p̄ncipali ſed ſup aliis q̄o
nibꝰ fertur cā p̄ncipali durante.
Ideo aũt dicit̄ interlocutoria quia
inter p̄ncipiũ ⁊ finem fert̄ p̄ncipa
lis cauſe. vel qȝ iudex inter ptes lo
quēdo ſine ſolēpnitate ſcripture p
nũciat hanc ſñaȝ reuocare poteſt
iudex ſiue ſit ordinariꝰ vt. ff. e. t. l.
q̄ iuſſit ſiue delegatus vt. C. de ap.
cũ ceſſante ſiue arbiter vt. ff. de ar
bi. l. dicē. Ferri tñ debet cum cauſe
cognicōe ⁊ a iudice ↄſedente nō p
cedente vt iij. q. iij. §. ſpaciũ in v̄. a
iudice. Sȝ dubitatur an reuocari
poſſit. C. x. dies poſt q̄ lata ē vel q̄n
tũcũqȝ. Et videt̄ q̄ ſic p iura p̄all'.
q̄ iuſſit ⁊. c. cũ ceſſante. Sȝ cōtra
videt̄ q̄. C. x. dies tñ. Nā trāſit i rē
iudicatā ⁊ iō. C. decēdũ ē appellādo

vt. ſ. de elec. Cū dilect⁹ in fi. ſ. de
teſti. ſignificauerūt. trāſit enī int̄
locutoria i rē iudicatā quo ad duo
ſcʒ vt remedio appellacōis attēp=
tari non poſſit ꝛ vt exequat̄ ex ea
vt in dec. cū dilcūs nō aūt vt ex ea
agat̄ actione in factū ſicut agit̄ ex
diffinitiua vt. C. de reb⁹ cre. ꝛ iure
iurā. l. delato. Sed nūquid pt a q̄
lib; interlocutoria appellari. Dic ſm
iura canonica non ſm leges vt. ꝭ. d
ap. cū ſit rōna. ii. q. vi. nō ita. Sʒ
cōtra ij. q. vi. an ſñam. ff. d ap. nō
reci. l. ii. C. q̄r app. nō reci. l. an. C. de
epāli audi. l. ij. C. d iud. l. aptiſſimi
. C. de app. l. ſi q̄s puocacōne. Ad h̄
quid dixerūt gn̄alit̄ obtinē vt ſm
leges ab interlocutoria nō appellet̄
Sʒ caſualiter fallit in caſib⁹ illis
q̄s ponit lex illa. ff. de app. nō reci.
l. ij. C. vt lite pen. l. ij. ff. de mino. l.
Ait p̄tor ſ. pīmit̄. ff. q̄ ſatiſda. co.
l. arbitro. C. de ap. l. ſi q̄s puocacō
ne. Ad h̄ dixerūt quid caſus illos
grā exēpli pductos eē. Nā idē di=
cūt ꝛ in alijs caſib⁹ in q̄b⁹ magi⁹
grauamē incidere pt. Alij āt dicūt
ſic Refert an interlocutoria ſit talis
que abſorbeat totū ius alicui⁹ et
inſtar habeat diffinitiue ita vt p⁹
interlocutoriā nō ſit loc⁹ ad ap=
pellandū a diffinitiua A tali interlo
cutoria appellat̄. vbi grā. Agitur
ex re iudicata corā executore exequi
tur ꝯ ius pnūciatū vel iur̄ ordine
pretermiſſo vel ꝯ abſentē pnūciat̄
ſm ius iudicatū fore vel rite ſeu ꝯ

p̄ntē p⁹ talē interlocutoriā n̄ reſtat
niſi ſñia execucōni mandari A tali
igit̄ interlocutoria pt appellari ſec⁹
ſi p⁹ interlocutoriā ſaluū ſit bn̄ficiū
appellacōis a diffinitiua ar. ad hoc
ff. de ap. l. i. ſ. q̄ſitū i fi. Sʒ tu tene
as q̄ p° dixi gn̄ale ē q̄ ſm canōes
appellatur ab interlocutoria ꝛ eōtrio
gn̄ale eē q̄ n̄ appellat̄ ab interlocu
toria ſm leges q̄ tn̄ fallit in caſib⁹
ſpālib⁹ vt dictū ē. Diffinitiua vō ē
p quā pncipal̄ qō diffinitur quā
ſemel latā iudex reuocare n̄ pt vt i
l. pāl̄. q̄ iuſſit i fi. ff. e. t. l. paulus
poſt quā latā nihil q̄rit̄. ff. e. t. l. p⁹
rē iudicatā. q̄ lata iudex eē deſijt ſe
mel enī bn̄ vel male officiō ſuo fūgi
tur vt. ff. e. t. l. iudex. qd̄ vex eſt vt
ſñiaʒ ſuā reuocare nō poſſit vel am
pli⁹ iudicare. Nā q̄ ad exeq̄ndū re
tinet iuriſdictionē vt ſ. de offi. del.
Ex lris. ꝛ. c. q̄rēti. Et q̄ dico iudicē
iterū iudicare nō poſſe in delegato
optinet non in ordinario qui po=
teſt pronunciare iterum ſi prima
ſententia quam tulit nulla ſit ip=
ſo iure. vt. C. quomodo ꝛ quādo iu.
l. ſi preſes. C. de accu. et inſcrip. l. ſi
accuſatoribus. ꝛ ar. ff. de arbi. l.
dicē. et. l. q̄d tn̄ ſʒ ſi iudex delegat⁹
ſemel pnūciauerit diffinitiue ꝛ ei⁹
ſñia nulla ſit impetrabit̄ a ſupioꝛe ex
integro iudicari vt. C. d ſē. ex pīcu.
reci. l. i. ꝛ per alium iudicem. vt. C.
quomodo ꝛ quando iudex. l. ſi vt p
ponis i p̄ma ſi vt ꝓponis ¶ In cā
ſacro mōniali dico eūdē ordiariū

qui p̄mo male ꝓnūciauit vel dele-
gatū non tñ eund̄ qui primo iudi
cauit ſed aliū poſſe iteruz iudicare
ſiue prima ſn̄ia ipſo iure ſit nulla
ſiue p errorē facti ſit lata Et hác ra
cione dicit̄ ꝙ ſn̄ia in cā mr̄imoniali
non trāſit in rē iudicatā· vt ꝭ· e· la
tor· tenor ꝯſanguinei ꝭ· de ſponſa·
ſicut xxxv· q· ix· ſ· quia ergo· Quid
ſi iudex in ꝓnūciando errauerit vel
aliud voluit dicere ꝯ̄trario dixit ab-
ſoluo vel ecōuerſo nūquid ſn̄iaz cor
rigere p̄t ⁊ iteꝝ iudicare videt̄ ꝙ
ſic· nichil em̄ dixiſſe videt̄ ar· ff· de
ſuppleti· lega· l· labeo· ff· d̄ reb9 du·
l· iii· Sed ꝯtra· ff· de arbi· l· q̄ arbi
ter· ff· de re iud̄· l· Cū querebat̄ hu
ic ſn̄ie addi non p̄t· niſi c̄ca acceſ-
ſiones ⁊ eod̄e die· vt· ff· e· t· l· pau
lus Diffinitiuā iudex recitare dz in
ſcriptis alioquin r̄citata ſine ſcrip
tis vel ſcripta ⁊ p̄tib9 edita non re
citata non valet· vt ij· q· i· in p̄mis
et· l· ſtatut· ⁊· C de ſen· ex pi· reci· l·
i· ij· ⁊· iij· hoc tñ fallit i caſib9 illis
in quib9 agitur ſine ſcriptis quoꝝ
ſ̄· no· de libel· obla· ſ· libellus exigi
tur· recitari in q̄ꝑ debet a iudice non
ab alio vt ſ̄ de ꝯſue· Ad noſtram
Recitā ab aſſeſſore vt in auc̄· vt
defunc· ſeu fu· eoꝝ· ſ· illud· coll̄· v·
et a iudice ſedēte non ſtante vt· ff
quis ordo in bo· poſ· ſ̄· l· ij· ſ· in bo-
noꝝ· ⁊· ſ· nos ⁊ in auc̄ vt ab illuſ
trib9 ⁊ q̄ ſup illū ſunt coll̄· v· Itez
ferēda eſt diffinitiua premiſſo or
dine iuris aliter lata non tenet vt
ij· q· vi· ſ· diffinitiua in v̄· ſn̄ia· C
de ſen· ex pici· reci· l· p̄latā qd̄ itel
ligo in ordine generali· ſec9 in ſpā
li qui in aliqua ſn̄ia requirit̄ nec ſ̄
uatur tūc em̄ tenet ſn̄ia ⁊ neceſſe ē
appellari vt· C de app· l· i· vel diſtin
gui p̄t inter ordinē iudiciarū ⁊ or
dinē iuris vt ſn̄ia lata ꝯtra ordinē
iudiciarū nō teneat̄ ⁊ lata ꝯtra or
dinē iuris teneat· Hoc tñ fallit in
hiis in quib9 non requirit̄ ordo iu
diciari9· vt ſ̄ de iure iurā· Ad nr̄āz
Itē ferenda eſt ſ̄m iura vt ꝭ· e· t·
c· i· C de iudic̄· l· rē non nouā in p̄n·
In auc̄ de defēſo· ciui· ſ· iuſiurand̄·
coll̄· iij· ix· q· iij· ſūmo ope Alioq̄n
ſn̄ia non tenet· vt ꝭ· e· t· c· i· ii· q· vi
ſ· diffinitiue in v̄· ſn̄ia ⁊ h̄ cum ex
preſſe fertur ſentēcia ꝯtra ius· vt
ff· de app· l· ſi exp̄ſſum· ff· que ſentē
cie ſine app· reſcin· l· i· ſecus autē ſi
non expreſſe· vt· ff· e· t· l· cū p̄latis·
et tūc appellandū eſt· vt ꝭ· e· ti· cū
inter in fi· qn̄ aūt expreſſim ꝓnūci
atur ꝯtra ius ⁊ qn̄ non expreſſum
habes· ij· q· vi· ſ· diffinitiua in v̄·
ſentēcia ⁊· ff· que ſentēcie ſine ap·
reſci· l· i· Itē ferri debet diffinitiua
p̄ntib9 p̄tib9 vel p ꝯtumaciā abſē
tib9 aliter non valet· C quō ⁊ qn̄
iudex· l· Ea que ⁊ iii· q· ix· caueāt h̄
tñ fallit i ſentēcia arbitri cū actuz
eſt in compromiſſo vt vel vno vel
vtroq3 abſente ſentēcia ꝓmat̄ vt
ff· de arbi· l· die̅· ſ· ſi quis· Itē ſen
te̅cia diffinitiua nō eſt fere̅da ꝯtra
res ꝑus iudicatas qd̄ ſi fiat n̄ tenz

vt ij·q· vi·§·diffinitiua in v· ſña a ·C quādo pūo·nō ē necē·l·i· Hoc tñ fallit in cā mōnionali vt ſuperiꝰ dictū eſt ꝙ pbatˀ xxxv·q·ix·§· qꝛ ergo·Jn crīe falſi ·vt·C de crimie fal·l·q̄relā ꝙ vˀ negatˀ iudicatū· vt ff· que ſñe ſine ap·reſcin·l·i·ī pn· Et cū dolo q̄s omiſit excepcōēꝫ que ꝯpetebat ex pͥma ſña vt ꝭ·e·t·Jn ter mōſterū que ꝯᵃ ia eſt·l·pallcgate·ij·q·vi·§·diffinitiᵃ i v·ſña ·C quā pūo·non ē necē·l·i·Dꝫ dē intelligo cū q̄s ex cta ſciā ꝙ ex dolo obmiſit excepcōēꝫ volēs decipē aduſariū ar·ff·ad vell·l·ſi decipiē di·lex āt loquitur cū ex ignorācia obmittitˀ excepcio rei iudicate vel ex certa ſcia obmittitˀ ſꝫ iō q̄s obmiſit qꝛ non poterat eā tūc tpis pbare vñ talis obmiſſio nō pudicat·vt ij·q·vij·plicꝫ·Jtē fallit·ff· de iure iurā·l·admonendi ꝑ ſ piurū prioꝛ ſña retractatˀ· Jteꝫ ſerꝫ ſña ꝯ rem priꝰ iudicatā vt cū per nouas defenſiones minori vel ecce ſubuenitˀ vt·ꝭ de īnte·reſti·c·vltˀ· et·C ſi ſepiꝰ in inte·reſti·poſtu·l·ij Jtem iudicari non dꝫ diebꝫ feriatis·vt·C de arbitris·l·ſi de meis·§· arbitˀ·qđ intelligo in feriis ſolepnibꝫ ad honoꝛeꝫ dei inuētis ſecus ī hijs que facta vel ſtatuta ſūt ob cōmoditates hoīm vt tempꝰ meſſiū et vindemiarꝫ qñ iudicari pt de cōſenſu ptiū·vt·ff·de feriis·l·ſi feriatis·ꝭ·de ferijs·c·vltˀ· ꝙ pretore cogēte·vt·ff·de arbi·l·ſi feriatis· Et

de hac mateia no·ꝭ·d ferijs §·vl· Jtē diffinitiua dꝫ ꝯtinē alteruꝫ ex duobꝫ ꝯdēpno vel abſoluo· vt·C de ſen·ꝙ int lo·om·iud·l·pſes ꝙ ij· q·vi·§·diffinitia vel equipollēs vt ꝭ·de vbo·ſig·Jn hiis ꝙ ff·de arbi· l·q̄d michi ꝙ·ff·de re iud·l·in ſum ma·Jtē ſña ctā q̄ntitatē ꝯtinē dꝫ ſi de cta q̄ntitate agatˀ ſꝫ ꝙ ſi nō cōtineat ſufficiat tñ ctā cōtineri i aliq pte actoꝝ·vt·C de ſen·q̄ ſine certa quantˀ·l·hec ſña Si autē de incta quantitate agatˀ puta de indempnitate preſtanda valꝫ ſenteñcia vt ·C de ſen·ꝙ interlo·om·iud·l·cum eorum· et·C de ſen· que ſine certa q̄·l·ij·infra de fideiuſſoꝛibus perueniꝰ Et nota ꝙ ſi plures iudices cognoſcant ſimul in vnam cōſonā ſentenciaꝫ conuenire debent vt vi·q·iiij·ſi quis epiſcopꝰ criminaliter accuſatus·ſi autē in cōapiendo ſenteciam diſſonent ſua ꝙ legitur·vi·q·iiij·c·i·ij·ꝙ·iij·Sed ſi diuerſas ſñas duo iudices tulerint diſtingue·vt ꝭ·e·c·vltˀ·Si vero eſſent tres iudices tunc valeret ſña duorum contradicente tercio ſecus ſi abſente· vt·ff·de re iud·l· duo ex tribus·ff·de arbi·l·in tres Vbi auteꝫ de ſūmis agitur ꝙ duo iudices diuerſas tulerint ſñas id eſt vnus ꝯdempnauerit in maioꝛi ſūma alius in minoꝛi tenet ſña in ſūma minoꝛi·Nā vtqꝫ cōuenitē videtˀ in ſūma minoꝛi·vt·ff·de re iud l·inter partes·ff·de arbi·l·diem·

§·ſi plures· Erit aūt iudex peritus i
iure aū ſᵐ iura iudicare debeat· vt
ſupi⁹ dictū eſt· vel ſaltē expienciā
cauſaꝝ hr̄e debet ꝑ vſum cotidia=
nū· vt· C· de iud· l· certi iuris eſt In
autē de iud· §· nos igit coll· vi· ar·
ij· q· ij· c· vlt· Duo eñ ad iudicādū
ſūt nccāria ptās ⁊ ſcia· vt xx· di· §·
i· Et h̄ maxime in cauſ matrimoniali
bus que non ſūt tractande ꝑ quoſ
libet· ſed ꝑ iudices diſcretos q̄ po
teſtatem habeant iudicādi ⁊ ſta=
tuta canonū non ignorāt· vt ī· de
cōſang· ⁊ affi· Ex lrīs· Vbi autem
pnceps ex certa ſcia impito cōmit
tit delegat⁹ iudicare poteſt qꝛ pn
ceps oia dedit qui iudicare iuſſit·
vt· ff· de re iud· l· quid conſulebat·
Que aūt etas requiratur in iudice
habes· ſ· de offi· dele· cū vicesimū·
et ſiciam vidimus quot ſint ſpēs
ſnīe qualiter qn̄ ⁊ a quo debeat iu
dicari· ¶ Reſtat videre de effectu
ſnīe ⁊ quid vidim⁹ de effectu int=
locutorie ſ· e· t· §· ſpēs· Videamus
de effectu diffinitiue ¶ Effect⁹ ſnīe
eſt ↄfirmacio· ea eñ que iuxta eccle
ſiaſticū morē iuſte ⁊ rōnabilit fue
runt diffinita nrā q̄z ſnīa roborētur
vt ī· e· t· Ea que ſi tn̄ roborari petan
tur· vt ī· e· t· cauſam in ſi· Itē exe=
cucio· vt ij· q· i· ſicut xxxv· q· ix· oī=
bus modis· Que quid circa execu
cōez ſnīe debeāt obſeruai plene no
tatū ſ· de iud· §· ptibꝫ aūt in iudicō
conſtitutis· ¶ Item actio ex re iudi
cata que quid datur ei pro quo ſē

tencia lata eſt· vt· C· de re· cre· ⁊ iu·
iur· l· delato· ff· de re· iud· l· miles·
§· vlt· ⁊ alijs ei⁹ nomine vt ff· de ex
cep· rei iud· l· rei iudicate· nō aūt ei
contra quē lata eſt· vt· ff· de excep·
rei iu· l· euidenter· Daſ inq̄ actio
aduerſus illum ↄtra quē lata eſt ⁊
in herede ipſi⁹· vt· ff· e· ti· l· miles·
§· vlt· ¶ Reo autē abſoluto datur
excepcio cōtra illum qui ſuccubuit
et alios ei⁹ nomine venietes vt in
predicta· l· rei iudi· ſec⁹ ſi idem qui
ſuccubuit alteri⁹ nomine agat vt
· C· de adminiſtra tu· l· Cū quid· ff·
de rei ven· l· inter officiū· ſed reo ab
ſoluto nō tollitur actori actio ipo
iure vt· ff· de ↄd· inde· l· iul· qd eſt
mirabile quia forcī⁹ ⁊ ꝑnpcī⁹ de
beret actio tolli ꝓpter rem iudica=
tam q̄ꝫ dari ex re iudicata· ff· de ac·
et ob· l· Arrian⁹· ſed forte hoc ideo
eſt quia lex non potuit alio modo
ſubuenire actori vincenti niſi in i=
dulgendo actionem reo aut potuit
ſubuenire ⁊ ſi ipſo iure non extin
guatur actio vel tollatur hoc eſt ꝑ
remedium excepcōnis· Auctoritas
vero rei iudicate ē vt ei ſtetur ſi nō
fuit appellatū vt· C· e· t· l· ad ſolucō
nem· aliqn̄ tamen non ſtatur ꝓpt
ſubuenientem equitatem· vt· C· e·
ti· l· i ī· de purga· vulga· ſignificā=
tibꝫ· ff· d ↄd· ſine cā· l· ij· ff· ↄmoda
ti· l· In cōmodato ī· de ipotēca co
eūdi fratnitatis· ff· qn̄ de pecu· ac·
eſt an· l· i· §· vlt· ff· de ↄdic· ſine cā·
l· ſi fullo· ff· de iuē iur· l· admonēdi

Jtē ē auctoritas rei iudicate vt nō reſcidat̄ p̄textu ɔputacōis vel cal culi· vt· C· e· ti· l· ij· ñ erroꝛ calculi in ſnīa exp̄mat̄· vt· ff· q̄ ſnīe ſine ap· reſci· l· i· ¶ Jtē ñ reſcindit̄ res iudi cata p̄textu nouoꝝ iſtrōꝝ· vt· ꝗ· e· ti· int̄ mōſteriū· C· e· i· l· ſub ſpē· bre tū fallit ı̄ ſētēcijs latis aduſus fiſ cū q̄ ꝗ· tn̄ē mū retractant̄ ut· C· ō ſē· aduſus fiſ· la· retrac· l· vna· li· x· Jtē geſta q̄ ſūt tráſlata ı̄ publica mū· ꝑpetuā obtineāt firmitatē vt · C· e· t· l· vlt̄· ⁊ ſine teſtiū p̄ſn̄cia con fecta · vt· C de donac̄· l· Jn donacōi b⁹· qꝺ̄ veꝝ ē int̄ ꝑtes eciā ı̄ alio iu dicō· vt C de liba· cauſa· l· iubem⁹·

¶ Subleuat̄ vel releuat̄ ſnīa re medio appellacōis ꝗ· decēdiū· vt ij· q· vi· biduū · ff· ō v̄co· ſig· l· ſi qua pena· ff· ad turpill̄· l· i· §· vlt̄· vel ꝑ ſupplicacōez faciēdā eiſdē a quib⁹ appellare nō lꝫ vt· C de ſentē· p̄fec· l· vna ⁊ h̄ ꝗ· x· dies· vt· C q̄ñ libel· p̄n· da· in auc̄· q̄ ſupplicacō ı̄ autū vt ſpō· lāgi· §· ⁊ aliud l̄ p̄ncipi ꝗ· bienniū· vt· C ō ſē· p̄fec· ꝑ iit̄· ı̄ſ· vt ꝯ· de iīn te· reſti· Auditis cū ex lrīs· et· c· ſuſcitata· ff· de miori· l· Jn cau ſe· §· vlt̄· ⁊· l· p̄fecti· ꝑ q̄relaꝫ falſi· vt· C ad le· coꝛ· de fal· l· q̄relā· ff· de re iuō· l· diui⁹· ⁊· C ſi ex fal· iſtru· l· i et vlt̄· ¶ Jn ſūma nōndū ē ꝙ ſ̄m plures in cā ſubꝛepcōis h̄ ē cū q̄s dicat̄ ꝑ ſubrepcōnez aſcendiſſe ad apicē digtatis qꝺ̄ eē ñ dꝫ vt· ꝯ· de elec· cū dilcīs fili⁹ arch̄· mormēſ ꝓcedit̄ ad ſnīaꝫ ɔtra abſētē lite ñ

ɔt̄· vt ꝗ· e· t· cū oli· ꝯ· de dolo ⁊ ɔtu· Cū oli· vt ſic caſus iſte ſit vn⁹ de caſib⁹ ſpālib⁹ q̊s ponit dec̄ illa· ꝯ· vt lite ñ ɔt· c· qm̄ freq̄nt̄· §· ſunt ⁊ alij· Jtē iudex ı̄ ſnīa oīa q̄ ipſū mo uēt exp̄mē ñ dꝫ· vt ꝗ· e· t· ſicut nob̄ Jtē ceteri iudices iudicare tenēt̄ in caſib⁹ ſimilib⁹ ſic̄ ſūm⁹ pōtifex iudicat ñ forte cā neccitatis et vtili tatis iſpecta diſpēſatiē duxerit ali q̄d ſtatuendꝰ· vt ꝗ· e· t· Jn cauſis·

¶ De appellacōib⁹·

Dictū ē· ꝯ· de hijs q̄ ı̄ iudi cijs fiūt ⁊ tādē de ſētēcijs Nūc āt tractat̄ h̄ de qb⁹ dā remedijs ꝑ q̄ litigatoēs ſolitū ē releuari videlicꝫ de appellacōib⁹ recuſacōib⁹ ⁊ relacōib⁹· ¶ Videa mꝰ igit̄ q̄d ſit appellacio· q̄re inuc ta ſit· q̊s poſſit appellaē· a quo· ad quē· qñ· q̄lit̄· q̊ciens ꝗ· q̊t tēp⁹· A cui⁹ ſnīa nō poſſit appellari ꝗ· que tpe valeāt exceri· Jtē ex q̊b⁹ cauſ iudex poſſit recuſari· Jtē q̄lit̄ ⁊ qñ relacō ſit faciēda· ¶ Appellacio ē ꝑ inuocacōez maioris iudicis p̄tex tu iniq̄tatis p̄me ſnīe reſciſſionis iploracō· vt· ff· ō mio· l· p̄fecti· Sꝫ h̄ diffinicio legal̄ eſt qꝛ ſ̄m leges gn̄alit̄ ñ appellat̄ ñ a ſnīa· vt no· ꝯ· t· px· §· ſpēs Sꝫ ſ̄m canōes alit̄ appellacō diffinit̄· Appellacio ē a mioē ad maiorē iudicē ꝓuocacio vt ij· q· vi· oīs oꝑꝑſſus ⁊ c· ſeq̄ntib⁹ ⁊ maxīe ı̄· c· placuit· nā ſ̄ canōes ec ex̄ iu^m appellat̄ ⁊ tūc paſſim· i· fine aſſigcōe grauamis ꝑmittit̄ appellaē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt ꝗ. e. ti. cū ſit romana. § ſi vero ſe
cus cū in iudicio appellatur vt ꝗ. e.
ti. vt debitus honor. Inducta eſt
appellacio ſcḋm leges vt iniquitas et
impicia iudicantium corrigatur licz nō
nūꝙ bñ latas ſñias ſupior in peius
reformet neqꝫ enī vtiqꝫ in melius
pronūciat qui nouiſſim? ſñias la-
turus eſt. vt. ff. e. t. l. i. Rñ. i. ſʒ ſcḋm
canones ꝛ ad hoc inducta eſt appel
lacio vt liceat appellatori viciatā
cām appellacōnis remedio ſuble-
uare. vt ij. q. vi. c. i. ꝛ ad aliud vt
oīs oppſſi releuentur. vt ij. q. vi.
ad romanā. ij. ¶ Appellare pt oīs
is cui? intereſt ſiue ꝯtra eū lata ſit
ſñia vt ij. q. vi. ideo. ſiue ꝯtra aliū
ſua tñ intſit. vt ij. q. vij. non ſolēt
ꝗ. ti. px. cū ſup. ff. e. t. l. tutor. ꝛ. l.
ab executore. § alio. Itē pōt quis
appellare ppt q̄le quale piudiciū
vt in de oꝑ reall. cū ſup. ꝛ. ff. e. t. l.
A ſñia. Itē ꝛ ſi non intſit alicui?
ex cā pecuniaria pt tñ pro alio ap
pellare humanitatis cā. vt. ff. e. t.
l. non tm̄. ꝛ. ff. qñ ap. ſit. l. ij. § vlt.
Item pt quis ꝑ alio dampnato
eciā ſine mandato appellare dum
mō dampnat? mox ratuz habeat
hoc eſt infra decēdiū vt ij. q. vi. nō
ſolent. ff. de ap. reci. l. i. ff. rem ra-
ha. l. plt. ¶ Appellari pt ꝛ debet
a minore iudice ad maiorem vt ij
q. vi. anteriorū. § illo videlicet. et
§ illud eciam ꝛ. c. placuit. ſi quis
appellauit ad minorē iudicem er-
ror ei nocebit. Nam ſñia tranſibit
in rem iudicatam ſed ſi ad parem
vel minorez alium tñ ꝑ alio error
non nocet nichilominus tñ poterit
appellans pſequi apud illum ad
quem debuit appellare. vt. ff. de
ap. l. ij. § ſi quis. ꝛ. § ſi vero oībus
autē obmiſſis appellacō facta ad
ipm valet. vt ij. q. vij. ſi quis pu-
tauerit ꝗ. e. t. ſi duobꝫ. ꝛ. c. ſollicitu
dinem ipſe enī eſt ordinari? oīm.
vt ꝗ. de prīul. Antiq̄ ſcḋm leges ſi ap
pellacio fiat ad pncipē omiſſis me
dijs pnceps rmittit ad eū ad quē
debuit appellari vt. ff. e. t. l. impa
tores. A delegato autē appellan-
dū eſt ad delegātē. dūmō delegās
in delegando aliquid ſibi de iuriſ-
dictione reſeruet. vt ꝗ. de offi. del.
ſup qōnū. C. qui ꝑ ſua iuriſ. l. vna
in ſi. Sed obſtat. ff. quis ꝛ a q̄. l.
i. in ſi. Ad quā ſic rñō lex illa loqt
in ordinario delegante ad quē nō
appellat ſed appellatur ad eū qui
ordinariū dedit. Aliud in delega-
to delegante. Et eſt racō. maior ei
et dignior eſt iuriſdictio delegata
ꝙ ordinaria vt ꝗ. de offi. dele. ſig-
nificaſti ꝛ. c. ſane ¶ Sed hec racō
et ſi colorem habeat non tñ michi
placet. Vñ dic ꝙ ibi dicit non eſt
appellandū ad ſecūdo delegātem
ſubaudi tm̄ vel dic ꝙ appellabit
ad pmo delegantē ſed ille remit-
tet ad eū q̄ ſecūdo delegauit vt. ff.
de ap. l. i. § ſi quis vel loquitur qñ
is qui ſecūdo delegauit nichil ſibi
retinuit de iuriſdictione vt i pall.

dec· p̄ dcā ſup q̄onū ⁊ de hac materia plenꝰ no· s̄· de offi· vica· ca p̄n· ¶ Appellaꝛ a diffinitiua nō ab interlocutoria ſm̄ leges niſi in caſibꝰ· ff· qui ſatiſda· co· l· arbitrio· ⁊ ff· a quibꝰ app· non lz· l· vlt· ⁊ i alijs caſibꝰ quos no· s̄· ti· px· §· interlocutoria appellaꝛ a grauamine illato in iudicō vt ī· e· ti· cū ceſſante· extra iudiciū ſed tūc erit pocius ad cām ꝓuocacio vt ī· e· t· cum ſit romana· Itē ⁊ ab iniuria iudicis vt· Ce· ti· l· ſi q̄s ꝓuocacōe qđ duobus modis p̄t intelligi vno ſic vt cū iudex litigatorē ꝓtrahit vel conuiciaꝛ eidē ſicut enī litigator iudici cōuiciari non dꝫ ſic econuerſo· ff· e· t· l· illud ⁊ Ce· t· l· in maioribꝰ· ff· de iniur· l· iudici· licet q̄lq̄l iniuria per appellacōnē iudici fieri videaꝛ vt ·C· de ſuma· trini· ⁊ fide ca· l· iij· ⁊ C· q̄n ꝓuo· non eſt ne· l· vlti· in fine· Alio ſic cū iudex poſt ſn̄aꝫ in exequēdo excedit vel qꝛ ī· q̄drimeſtre tempus exequiꝛ ſic ⁊ ab executore appellaꝛ cū modū in exeq̄ndo excedit· i· cū mandati fines excedit· vt s̄ de offi· del· ſup q̄onū· §· nos aūt et· §· porro· ⁊ ſic intelligo ·ij· q· vi· §· diffinitiua in v̄· ab executore· et c· q̄ꝛ ap· l· ab executore· Itē p̄t appellari a tota ſn̄a ⁊ a certo captl̄o ipſiꝰ ſi diuerſa captl̄a cōtineantur i ipſa nec reſcindūtur alia captl̄a ſup quibꝰ nō appellaꝛ niſi eſſent conexa vt· ff· de mino· l· eciam· Si vero dampnatꝰ ex pluribꝰ facino ribꝰ ob grauiora appellet differꝛ execucō i leuioribꝰ ſi ā ob leuiora tūc n̄ differꝛ execucō i grauioribꝰ· vt ij· q· vi· §· ſi q̄s ex pluribꝰ ⁊ ff· nichil inoua· ap· pē· l· i· §· vl· Itē appllaꝛ a mala ꝯſultacōe l' minꝰ plena· vt ij· q· vi· biduū i ſi· ff· q̄n ap· ſit· l· i· i p̄n· ⁊ l· vl· Itē ne fiat aliq̄d n̄ canoice vt s̄ de elec· cū nob oli· cōtingit āt aliq̄n q̄ ab eađ ſn̄a vtraqꝫ ps appellat r̄ſpcū diuiſoꝝ captl̄oꝝ vt ī· e· c· ſignificauerꝛ ī· de teſta· raynuīaꝰ ⁊ c· raynaldꝰ· Appellai āt n̄ pōt ne id fiat qđ ꝑpetuo edcō fieri mādaꝛ l' cū res dilacōeꝫ n̄ recipit· vt ff· đ ap· reci· l' n̄· l· ſciēđ· ⁊ i alijs s̄cdibꝰ q̄s bēs ij· q· vi §· diffinitia i v̄· ſūt eciā· C· q̄ꝛ ap· n̄ reci· In diſciplis ⁊ correctioibꝰ r̄gulariū n̄ bꝫ locū appellacō vt ī· e· t· ad nr̄āꝫ· reprehēſibilꝰ· cū ſpāli· vn̄ i bn̄s r̄mō appellacōe ꝓcedebaꝛ ec ſm̄ vetēa iuā vt ī· ne cle· l' mo· Relatū· h̄ tn̄ itelligo cū modꝰ correctōis mođ pđi nō excedit vt xxxiii· q· iiij· q̄ peccat i ſi· al's ſecꝰ qꝛ nimie aſpitatis icrepacō n᷒ correctōnē n᷒ ſalutē r̄apit vt xlv· di· Cū btūs· Itē in momentanea poſſione n̄ appellaꝛ qꝛ ſn̄a lata in ea interlocutoria ſm̄ q̄ſdā Ego aūt dico eā diffinitiuā ⁊ tn̄ n̄ appellaꝛ ab ea ſm̄ leges Alia rōe ſcꝫ qꝛ đ ꝓpetate eiuſđ rei plenꝰ ⁊ p̄n cipalibꝰ iudiciū expectaꝛ vt· C· ſi đ mo· poſ· fuit ap· l· illa ſm̄ canōes tn̄ appellaꝛ vt s̄ đ teſti· ſignificauīt Item in cā decimaꝝ nō bꝫ locum

appellacō etiā ſm̄ vetera iura·vt ꝯ.
de deci·tua in ſi· Nam decime ſunt
tributa·vt xvi·q·i·decime et in tri
butis non appellaꝛ·vt ij·q·vi·q̄ci
ens vel p̄t dici q̄ in cā decimaꝝ ap
pellatꝛ· Nec obſtat illa dec̄ tua·nā
ibi forte remota fuit appellacō ſpā
liter i reſcripto· ¶ Itē non obſtat
qd̄ dixi decimas ſoē tributa quia
ſi vere eſſent tributa locū in eis pre
ſcripcio non haberet·vt xvi·q·iiij·
ſ̄pt in v̄·ad h̄ in verbo porro·ꝛ·C
de preſcp̄·xxx·āno·l·ꝯpetit qd̄ fal=
ſum eſt·vt no·ſ̄·de preſcp̄·de q̄rta
Itē ſi vere tributa eſſent non ha=
beret locū in eis ꝯpenſacio·vt·C·de
cōpenſac̄·l·In ea· In decimis vero
p̄t interuenire amicabilis cōpoſi=
cio·vt ꝯ·de ꝯſtr·vt·vel imuta·vene
rabilis ꝯ·de decīs ex multiplici ſug
geſtū dilcā·ſ̄·de trāſac·ſtatuimus·
¶ Fit aūt appellacō apud acta vi
ua voce vt ſi q̄s dicat appello· Si
vero non apud acta q̄s appellet li
bellus appellacōis eſt offerendꝰ ei
a quo appellaꝛ ſi eiꝰ copia habeꝛ
alioquin ei ad quē appellaꝛ·vt ij·
q·vi·§·bidui in v̄·ſi quis ipſius
ff·e·t·l·i·ꝛ ij·C·e·t·l·litigatoribꝰ·ꝛ
l·eos·ff·qn̄ ap·ſit·l·i·§·dies·ꝛ·§·ſi
quis·qualiter ātꝫ ꝯcipiaꝛ libellꝰ ap
pellacōis h̄es·ij·q·vi·§·forma por
recto libello iudici a quo appellaꝛ
ſi quid recepit bn̄ eſt· Et tūc ipē iu
dex dꝫ dare aplos·i·lrās dimiſſori
as ꝯ·xxx·dies eciam non petēte ap
pellatore ſed ꝛ appellator cū inſtā

cia petere dꝫ·vt ij·q·vi·pꝰ appel=
lacōeꝫ·ff·de li·dimiſſ·l·i·qd̄ ſi non
fecerit imputaꝛ ei licet ꝛ iudex ma
le fecit non donādo·vt ij·q·vi·pꝰ
appellacōꝫ·ꝛ·C·e·t·l·iudicibꝰ·For
ma vero dimiſſoriaꝝ ſeu aploꝝ h̄e
tur in p̄dcō·c·poſt appellacōneꝫ·ꝛ
ff·de libel·dimiſ·l·i· Olim appella
batur infra biduū in ꝓpa cā vel t
duū in cā aliena currebat autē hoc
tempus a die late ſnīe ſiue ſub cō
dicōne lata eſſet ſiue pure q̄uis ſb̄
condicione fieri non deberet· Ho=
die vero appellaꝛ ꝯ·decendiū a reci
tacōe ſnīe ꝛ hoc tempꝰ vtile eſt qꝛ
non cedit niſi a die ſcie ꝛ niſi iudex
copiā ſui fecerit in publico vt ij·q
vi·bidui·ꝛ·ff·qn̄ ap·ſit·l·i·§·bi
duū ꝛ·§·dies·vn̄ ſi ꝓnūciatum ſit
cōtra abſentē non p ꝯtumaciā nō
currit decendiū ignorāti niſi per ꝓ
curatorē defenſus fuerit qꝛ ſi ꝓcu
rator non appellauit difficile ē vt
h̄ audiaꝛ·vt·C·quo ꝛ qn̄ iudex·l·
ab eo·ꝛ·ff·qn̄ ap·ſit·l·i·§·vlt·et
ij·q·vi·§·biduum·§·ſi aduerſus·
¶ Appellatur autem bis a diffi=
nitiua non tercio·C·ne in vna eadē
qꝫ cauſa tercio ꝓuo·l·illa·ij·q·vi·
ſi quis in quacūqꝫ ꝯ·e·t·ſua· Sed
q̄uis terciō non appelletur petitur
tn̄ in inte·reſti·contra res bis iudi
catas·vt·ff·de mino·l·minor autē
ingratꝰ· Itē admittiꝛ ſupplicacō
vt in·l·ſi q̄s i q̄cūqꝫ lite ꝛ ſic itelli
gi p̄t·ſ̄·ti·prox·c·cum cā· Nec ob
ſtat ij·q·vi·q̄ciēs ꝛ·c·oīs oppſſus

Quod enim ibi dicat totiens appellari posse quotiens opus est expone quotiens id est bis vt ff. de ap. l. si decio missa. §. si quis. x. vel expone donec superior inuenitur et hoc locum habet cum appellatur ab ordinario vel illud in diuersis grauaminibus illatis circa diffinitiuam. Item non obstat xxxi. q. ij. lotharius. ibi enim ter appellauit tamen ga. i. voce appellationis ter emisit semel tamen appellando. vt notatur e. ti. bone. Et quod dixi in diffinitiua idem puto in interlocutoria. A papa vel principe non appellatur cum ipse sit qui prouocet papa enim de alijs sententijs iudicat nemo de suis. vt ix. q. iij. cuncta. Item a senatu non appellatur vt ff. a quibus app. non li. l. i. Item non appellatur a sententia prefecti pretorio. vt C. de sen. prefec. l. illa. Item ab arbitro non appellatur quia nullum habet iurisdictionem et cum ipso iure non teneat sententia ipsius sed ei stetur metu pene et quod non tenet rescindi non potest quia nec gradus rumpitur quod nullus est vt ff. de rup. in iusto vel ir. testa. l. nam et sub condicione et ideo a sententia arbitri non appellatur vt C. de arb. l. i. quod verum est in arbitro compromissario secus est in arbitris iuris de quibus legitur x. q. i. peruenit. C. de iud. l. vlt. et de offi. del. suspicionis notatur e. t. cum speciali. Est tamen quedam spes appellandi ab arbitro. i. arbitrium rescindendi vt cum litigator suspectum habet arbitrum contestatur ne procedat ille nichilominus pronunciat. vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum

quid et simile. C. de hijs qui per metum iudi. no. ap. l. ij. Prestatur ergo sententie arbitrorum vt dictum est metu pene. Sed si arbiter per sortes pronunciauit datur contra sententiam exceptio vt C. de arbi. l. arbitrorum. et ff. e. t. l. ita demum arbitrorum autem sententie si iniqua fuerit corrigitur vt ff. pro socio. l. societatem. ff. de operi. lib. l. si liber. et de iure iur. quantitatis. et c. venientes. Item si ex consensu partium iudex detur potest appellari ab eo vt ff. e. t. l. ex consensu nec obstat ij. q. vi. a iudicibus. nam ibi loquitur de arbitris non de iudicibus. Item ab executore appellari non potest nisi modum excedat. vt dixi supra e. t. §. appellatur a diffinitiua. in quibus autem casibus non appelletur solet quibusdam versibus notari. Appellari vetant scelus excellencia pacta Contemptus partis sed et interdictio facta. Arbitrium res que patent est si longius acta Scelus quia in notorio delicto non appellatur. vt notatur e. t. cum sit romana. §. preterea. et c. consuluit Excellencia iudicis vetat appellari quia a papa vel principe a senatu vel prefecto pretorio non appellatur. vt superius dictum est. Pacta si paciscantur partes ne appellent non potent appellari vt ff. a quibus ap. non li. l. i. Contemptus partis quia contumax non audiatur appellans vt xxiiij. q. iij. de illicita nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali vt ff. de in inte. resti. l. vlt. vel nisi esset contumax in exhibendo. vt ff. e. t. l. creditor. §. iussus et interdictio facta quia non inhibetur appellatio a papa appel

De appellacionibus

lari non pt eciã a diffinitiua niſi cã
pbabil aſſignet circa diffinitiuã
aũt appellari nõ corã eodẽ iudice a
quo appellat pt niſi expſſa cã p=
babili ⁊ pbata Arbitrium qz ab
arbitro nõ appellat . vt ſupi⁹ dic
tũ ẽ. res q pit ẽ ſi longi⁹ acta qz ſi
res ex dilacõe paciat detrimẽtũ nõ
appellet vt ij . q . vi . ſ . a diffinitiua
in vbo ab executore . ff . de ap . recí .
l . vlt . ¶ Ad pſeqndũ appellacõz
indulget ãn⁹ a iure ⁊ ex iuſta cã
bycmũ vt ĩ . e . t . cũ ſit rõna ꝫ ſi p i
potẽciam ptis omiſſa ſit pſecucõ
nullũ appellati piudiciũ gnat . vt
ĩ . e . t . c . Ex rõe . ſi võ p iudicẽ ſtete
rit ipſo iure tẽp⁹ appellacõis non
currit vt in auc . vt ſpõſa . lar . ſ . ꝫ
quoqz coll . ix . in auc de appella . ſ .
ſcimus . col . viij . ij . q . vi . Anteriorꝫ
ſ . ſed lis . C . de tẽpo . ap . in auc ꝫ lis
Sed ſi dolo aduerſarij circumuẽ
tus appellator appellacõem ſuam
non fuerit pſecutus preiudicatur
ei quia poſt temp⁹ non admittit
ad pſequẽdũ ſed aget aduſus do
lum ad intereſſe vt . ff . de dolo . l . ar=
bitrio . ſ . dolo cui⁹ ſed ſi ſoluẽdo nõ
fuerit reſtituet appellans ad pſe
quendũ . ff . de eo p quem fac . eſt . l .
ex hoc edicto infra tempus predic
tum licet appellatori proſequi ſm
ſe cõmuniter id ẽ ſolus vel cũ adu
ſario tempe autem indulto tranſ=
acto lite non completa rata manet
ſnĩa . vt . ij . q . vi . ſi quis appellat
C . e . t . in auc ei qui appellat in auc
de hijs qui ingre . ad appel . ſ . ſanc
timus colla . v . appellatore autem
ceſſante cum vnus menſis ſuper
eſt ex bycmio licet victori ingredi
vt queratur reus quo ſiue inuen=
to ſiue non ſuas afferat allegacõ
nes vel vt confirmetur vel vt reſ=
ſcindatur ſentencia omni caſu ab
ſentem in expenſis condempnan=
do neutro occurrente ſentencia fir=
ma manet . vt in aut prealleg ato
et ſic intelligi poteſt ĩ . e . titu . ob=
late vel eit i arbitrio ſuperioris an
appellans nimium precurrat vel
non ¶ Et nota q tempora predic=
ta locum habent niſi iudex a quo
fuerit appellatum tempus recíſi=
us moderetur . vt infra . e . titu . cuz
ſit romana . in caſu vero cum de ma
trimonio ſpirituali agitur poteſt
is ad quem fuerit appellatum tem
pus recíſius moderari . vt infra . e .
titu . oblate in fine . et idem puto
in matrimonio carnali . nam in
vtroqz periculum eſt in mora . vt
ſupra vt lite non conteſ . quoniam
frequenter ⁊ ſic ſm premiſſa patꝫ
q termin⁹ appellacõnis qui a iurẽ
prefigitur preuenit ab appellatorẽ
qui qncumqz infra ãnũ pſequi pt
vt dictũ ẽ pt puenire ⁊ ab appella
to ꝫ nõ minũ vt dictũ ẽ . Et ſi qra
tur q ſit diuſitatis rõ duplicẽ racõ
nẽ aſſigno termin⁹ legis prolixior
eſt ⁊ ideo preuenitur . termin⁹ aũt
hominis breuis nam iudex reſtrin
gere poteſt vt in decre . oblatis ſeu

moderari terminũ legis vt ĩ decre-
¶ Cũ ſit rõna v̉bũ aũt moderãdi ad
reſtrĩgẽdũ ſe hꝫ vt ꝭ. de v̉bo. ſigni-
c. vlt. ⁊ ꝓpterea terminꝰ hoĩs non
preuenit̃ vel al's homo ẽ magis de
dignãtis nature q̃ꝫ lex ⁊ iõ t̃minꝰ
hoĩs non p̃uenit̃ terminꝰ legis ſic
ar. ad hoc. ff. de arbi. l. ſi cum dies
§. vlt. ⁊ l. celſus. ¶ Si q̃ras q̃ ſit
pena non ꝓſeq̃ntis appellacõeꝫ in
t̃poſitã c̃tra diffinitiuã diſtinguo
ſic. Aut appellat actor. Aut reus
añ lit̃ ↄt̃. Aut pꝰ. Itẽ. aut ꝓſeq̃=
tur appellator ⁊ non appellatus.
Aut appellatus ⁊ non appellator
Aut vt̃qꝫ aut neut̃. Si actor ap
pellat añ lit̃ ↄt̃ ⁊ non ꝓſeq̃tur ꝓ
ſeq̃nte appellato appellator ↄdẽp
natur ad expenſas vt ꝭ. e. ti. repre
henſibilis. §. i. Si vero actor q̃ ap
pellauit ꝓſeq̃tur reo non ꝓſeq̃nte
proceditur in reũ tamq̃ꝫ in ↄtuma
cẽ. vt ꝭ. e. ti. ſepe ↄtingit ſꝫm formã
illiꝰ dec̃ vt ſ̃ vt lite nõ ↄt̃ quũ fre
quenter. Si vt̃qꝫ ꝓſequatur lis
ſuo marte ꝓcedat ſi neut̃ p̃mꝰ iu
dex libere ſua iuriſdictione vtatur
vt in dec̃ rep̃henſibilis in p̃n. ſꝫ ſi
poſt litẽ ↄt̃ actor appellet ⁊ nõ ꝓ
ſequat̃ ꝓſequente appellato ac
tor iteꝝ eſt citandꝰ vt. C. quõ ⁊ quã
iudex in auc̃ qui ſemel. ſi non vene
rit ꝓcedet̃ in p̃ncipali ſi liq̃re pote
rit. vt. C. d̉ iud̉. l. ꝓperand̉. §. finaũt
ex geſtis vel ſaltẽ fiet abſolucio ab
obſeruacõe iudicij cũ ↄdẽpnacõe

expenſaꝝ vt in e. l. §. ⁊ ſi quid̉. Sꝫ
ſi ꝓſeq̃tur actor non ꝓſeq̃nte reo
appellato ꝓcedet̃ in p̃ncipali ſi li
quere p̃t vt iij. q. ix. decernimꝰ et in
l. ꝓperandũ §. finãt affuerit reus ſi
non poſſet liquere fiet miſſio ĩ poſ
ſeſſionẽ irrecupabilẽ. vt. C. quõ et
quã iudex. l. ↄſentaneũ ſꝫ ſi vt̃qꝫ ꝓ=
ſequat̃ vel neut̃ repete q̉d dictum
eſt in mẽbris eiſd̉ ⁊ eadẽ locũ hñt
appellante reo q̃ dixi cũ appellat
actor ¶ Recuſatur iudex multis ex
cauſis. Sꝫ de multis aliquas ꝓſe
quamur vt ſi iudex ſit ſuffragane
us multoꝝ litigatoꝝ alteri eñi me
rito ẽ tũc ſuſpectꝰ. vt ſ̃ vt lite non
ↄt̃ accedens in p̃mo accedẽs. Iteꝫ
ſi ſit dñs litigatoris vt. ſ̃. de offi.
dele. inſinuãte. ⁊ c. cũmqꝫ. Item ſi
iudex eſt de terra litigatoris. vt. ſ̃.
vt lite non ↄt̃ accedẽs in ſecunda
accedẽs. Item ſi a iudice appella=
tũ ſit pendẽte appellacõe eciam in
alijs cauſis eſt ſuſpectꝰ. vt ꝭ. e. ti.
ad hec. ⁊ c. ꝓpoſuit. Item ſi iudex
hꝫ familiaritatem cũ litigatore. vt
iij. q. v. accuſatores. vt. ſ̃. de offi.
dele. inſinuante. qui ãt ſunt famili
ares legitur. ff. de furtis. l. ſi libtꝰ
ff. de penis. l. reſpiciẽdũ. §. furta do
meſtica. C. de q̃ſtnibꝫ. l. placuit p̃dẽ
ff. ad ſill̉. ſe. cõ. l. i. §. ſi autẽ. ff. de
edil̉. l. ediles. §. familie. ⁊ C. d̉ hĩs
q̃ ad ec. cõ. l. vlt. §. ⁊ ſi quid̉. ff. de
verbo. ſigni. l. pronunciacio. §. fa=
milie. Itẽ ſi eſt affinis vt iij. q. ix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

abſẽs ꝛ ff· de iniꝰ· l· lex corneƚ· Itẽ
ſi litigatoꝛ ſit comes iudicis vt ff·
de offi· pſ̄· l· ſenatꝰ cenſuit· Itẽ ſi
iudex aliqua ꝯſanguinitate ꝯiun
gat̃ litigatoꝛi vt ı̄· e· t· poſtremo·
Itẽ ſi ẽ cõcanonicus vt ſ̄ d̄ of· deƚ
Cũ R canonicꝰ Januẽ· Itẽ ſi iu
dex hꝫ cõſimilem cãm vt ſ̄ de iud̄·
cauſam ꝛ ar· ff· de excu· tu· l· ꝓpter
litẽ· Item ꝓpter dñm om̄s de eiꝰ
familia recuſant̃· C· ſi quacũqꝫ pre
ditus po· l· vnica iſte ꝛ conſimiles
cauſe repellunt iudicẽ a iudicõ ſed
non teſtem a teſtimonio licet em̄
quelibet ꝯſanguinitas repellat iu
dicẽ non tñ teſtem vt ı̄· e· t· poſtre
mo iiij· q· iii· Itẽ in criminali in v̄
bo· Item· l· iuƚ· hoc ideo quia faci=
liꝰ habẽtur iudices q̄ teſtes ꝛ ꝓpt̃
h̄ repellitur quis a iudicio ex defec
tu teſtiũ vt ſ̄ de teſtib9 dilcõ Po
teſt ãt recuſari iudex verbo vel libel
lo ꝛ erit forma recuſacõis h̄ qꝛ pi
culoſa res ẽ ꝛ triſtiſſimos ſolꝫ brẽ
euentꝰ corã ſuſpcõ iudice litigare
recuſo te· Vel ſic qꝛ ſuſpecti vel ii=
micĩ iudices eſſe non dñt· Et q̊dã
mõ naturale eſt ſuſpectoꝝ iudiciũ
inſidias declinare ꝛ inimicoꝝ vel
le refugere ideo te recuſo Allega=
bitur cauſa ſuſpicõis corã iudice q̄
ſi ſufficiens viſa fuerit ꝓbabitur
vt ı̄· e· t· ſecũdo r̄q̊ris ꝛ· c· Cũ ſpãli
ſ̄ de offi· dele· ſuſpicõis nec obſtat
iij· q· v· qꝛ ſuſpecti ibi em̄ nec ad=
miſſa fuit recuſacio ꝛ ideo nec pro
bacio exacta ſ̄m vtrũqꝫ ius ſcꝫ ca

nonicũ ꝛ ciuile p̄t recuſari delega=
tus vt ı̄· e· t· poſtremo ſ̄ de offi· de
le· ſuſpicõis ꝛ· c· inſinuacõe ꝛ idẽ
ſ̄m leges vt· C· de iud̄· l· cũ ſpãlis ꝛ
l· apertiſſimi· Ordinariꝰ ãt recu=
ſatur ſ̄m canones vt iij· q· v· ſuſpciũ
ſ̄ de foro ꝯpe· ſi quis clericus ꝛ· c·
li cet· ij· q· vi· placuit· xi· q· i· puenit
et idẽ ſ̄m legeſ ꝛ ſ̄m do· Mar· p· l·
· C· de iuriſdic· om· iud̄· l· nemo ſup
to ar· a ꝯtrario ſenſu· ibi em̄ ſic di
cit nemo pꝰ litẽ ꝯt̃ ordinarie iuriſ
dictionis declinet exam̄ ergo ante
litẽ ꝯt̃ declinet ꝛ ad idẽ inducebat
autñ· C· de ſen· ꝛ interlo· om· iud̄· et
conſeq̄nt̃· Sꝫ dñs Jo· b· contra·
non em̄ ordinariꝰ recuſatur ſ̄m le
ges ſꝫ ſi ſuſpectꝰ fuerit adiciendꝰ ẽ
ei eps loci vt· C· de iud̄· in auc̃ ſi vo
ꝯtigit ꝛ rñdet ad legẽ illã nemo
ſic dicit ipſe dñe Mar· ſi vis ſumẽ
ar· a ꝯ̄rio ſenſu legis illius nemo
ſume a ꝯ̄rio ſenſu legis dicꝰ ſic ne
mo pꝰ lit̃ ꝯt̃ ordinarie iuriſdictio
nis declinet exam̄ ergo añ lit̃ ꝯt̃·
non ordiarie iuriſdictioñ declinet
exam̄· Et ſic delegatꝰ non ordina
riꝰ recuſat̃ ſ̄m leges autñ vero ꝛ cõ
ſeq̄nt̃ itelligebat ĩ delegato ſꝫ qd̄
dixi delegatũ poſſe recuſari verũ ẽ
nõ petitũ· petitꝰ ei recuſari ñ p̄t ab
eo q̄ peciȷ̈t vt iij· q· iij· ĩ auc̃ offera
tur· C· d̄ lit̃ ꝯt̃· ĩ eod̄ autñ ſ̄ d̄ offi·
dele· cũ oli magiſter ñ noua ex cã·
vt ſ̄ de offi· dele· inſinuante ꝛ ar·
ff· de arbi· l· licet· Sed queri=
tur de tempore recuſandi et dicit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jo· teutonic⁹ ꝙ generaliter recu
ſacio fieri h̄z ī·xx·dies vt dicit auc
offerat̃ ⁊ aliud aut̃· ⁊ ꝯſeq̄nter et
q̄ñ iſti dies ceduñt ⁊ poſt lapſuz eo
rū non eſt locus recuſacōi· Jdeo ꝓ
uidit lex ꝙ ſi copia iudicis recuſan
di h̄ri non p̄t recuſacō corā preſide
ꝓponat̃ vt· C· de iudic· l· aptiſſimi·
C· dicit ꝙ recuſacio fieri p̄t q̄ñcū
qȝ dūmō ante lit̃ cōt̃· cum ſit dila
toria excepcio· vt· ſ̄· ti· ꝓx· Jnter
monaſteriū· niſi termin⁹ prefixus
eēt a iudice ad oīs dilatorias ꝓ
ponēdas vt ſ̄ de excepc̄· paſtoral̃·
Sꝫ de hoc plen⁹ dic vt notaui ſ̄
de dilac̄· §· fuit ⁊ alie· ¶ Effect⁹ āt
recuſacōis eſt vt ſi ꝓbata fuerit
ſuſpicio iudex ordinari⁹ recuſatus
cōmittat negociū p̄ncipale· vt ſ̄ d̄
foro ꝯpe· ſi quis clericus ī· e· t· Ad
hec cū a te· xi· q· i· peruenit· ii· q· vi·
placuit· C· de iud· l· cū ſpāli· ⁊· l· ap
tiſſimi hoc eñ ei ꝯpetit iure ordina
rie p̄tātis ſi ſit delegat⁹ dixit· C· ꝙ
cū p recuſacōez ꝓbata ſuſpicione
deſinat eē iudex ⁊ iuriſdictionē nō
habere ſupſedebit cauſe ꝯgnicōi
et ꝯmittere non p̄t iuriſdictionem
quā non h̄z· qd̄ eñ quis nō· h̄z ge
neraliter alteri dare non p̄t· vt· i·
q· iij· grā ⁊· c· daibertū ⁊ nemo iui
tus cogitur ad arbitrū ire· vt· ff·
de arbi· l· iij· §· i· ꝯpuis iudiciuz red
datur īinuitū· vt· ff· de verbo· ob·
l· Jnter ſtipulantē· hec· autē illam
ī· e· ſecūdo requiris intellexit in de
legato· illam āt cū ſpālis ⁊ alias
que dicūt recuſatū poſſe ꝯmittere
pro iuſticia recuſat̃ ſicut ſupi⁹ eſt
negocium p̄ncipale dixit in ordia
rio locum habere puto tñ ꝙ tā or
dinari⁹ ꝙ̄ delegatus ꝓbata cauſa
ſuſpicōis poſſit ꝯmittere negoci
um de recuſator̃ aſſenſu vel ad ſu
periorē transferre· vt ī· e· t· cū ſpāli
Nec obſtat hec illa ſecūdo requi
ris in eo ꝙ dicit ſupſedē tenetur·
Nam verꝝ eſt ꝙ ſupſedebit iudex
poſt ꝓbatam ſuſpicōez ſcȝ vt non
cognoſcat· non āt vt nō cōmittat
cām· Nā et in delegato loquūtur
leges que dicūt expreſſe iudicez re
cuſatū ꝯmittē poſſe· C· de iud· l· ap
tiſſimi et cū ſpāli quas leges· C·
correctas eē dicebat cū aliter ad
eas rñdere non poſſet Ad hec aūt
illam ad hec cū a te que dicit aut
ſi alterutra pciū te ſuſpectū habu
it te īſiſtēte iudicē eligāt q̄ ꝯpoſitā
int̃ eos dimē valeat qōez rñdebāt
qōez ſcȝ ſuſpicōis ego āt dico p̄nci
palem· Nec obſtat huic nr̄ē opio
ni ſ̄ de foro ꝯpe· licet vbi dicit̃ ꝓ
bata cā recuſacōis ad te vel ad nos
pro iuſticia recuſatur ſicut ſupi⁹
eſt expreſſum· Nā intelligo ſcȝ p
appellacōez ſi recuſatus in cā ꝓce
dat dubitari autem conſueuit an
iudex ſuſpectus ⁊ recuſabilis poſ
ſit preuenire recuſacōez ⁊ cām de
legare· Et videtur ꝙ non· Nā inef
ficax eſt iuriſdictio penes eū poteſt
eñ p excepcōnem elidi ⁊ nichil in
teſt vtꝝ aliq̄d ſit ipſo iuē ieſficax

An p excepcōez· vt· ff· de regul· iu
ris· l· nichil infert· ff· q̃bo ex cauſ
in poſſ· ea· l· fulcini9· §· ſi in die· ff·
de dolo· l· elegant· §· ſi n9 pactionis
Si igit̃ inefficax ē iuriſdictio inde
legāte inefficax ē ꝛ in delegato qui
non ꝑ ſuo imperio agit· ſꝫ ꝑtibꝯ fun
git delegantis· ff· de iuriſdic· om·
iud· l· ſi ꝑtor· ff· de offi· ei9 cui mā·
eſt iuriſdic· l· i· §· qui mādata· Itē
ps iuriſdictionis ē delegare vt· ff·
de iuriſdic· om· iud· l· iii· in fi· cum
ergo alias ptes iuriſdictionis ag
gredi non pt delegat9 obſtañ ſibi
excepcōe recuſacōnis opponēda in
pſona ipſi9 ꝛ iſtud aggredi ñ pt·
In delegacōib9 eñi ꝯſideratr̃ an de
legās ꝯgnoſcere poſſit vt ita demū
valeat delegacio facta ab ipſo· vt
C· qui ꝑ ſua iuriſdic· l· vna ꝛ ideo
ſi ꝓconſul· añq̄ ingrediat̃ ꝓuin=
ciā ſibi dectam cām deleget· q2 ipe
cognoſcere non poſſet nec delega=
tus ab ipſo pt ſed demū ingrediē
te legato efficax efficit̃ delegati iu
riſdictio vt· ff· de offi· proco· l· ob=
ſeruare· §· vlt· Item iudex non d
buit ꝑuenire diligēciā recuſare vo
lētis ar̃ ·ē· t· ſepe ꝯtingit ꝛ· c· ob=
late ꝑ· d ꝯfir· vti· vel iuti· bone· Pꝫ
contra cauſe ſuſpicōis pſonas iu=
dicū afficiūt nō iuriſdictionē ꝛ ideo
cōtra ſucceſſorē· i· ꝯ delegatū nō cō
petit excepcio· ff· de diuſ ꝛ tempo·
preſcp· l· An in tm̄ Nam pſonales
excepcōnes pſonas non aggrediū
tur· vt· ff· de excep· l· excepciones

vndē mutacōne perſonarum viciū
abolet̃ vt ii· q· i· In primis i· q·
i· cito· ꝯ· de filijs preſbi· Ex tranſ=
miſſa· ff· vti poſſ· l· ſi duo· §· non
iudecoruꝫ ſꝫm hoc intelliguntur dec·
ille de preſcripc· de quarta ē· d iu
re pa· cure· Solucio puto iudicē
ſuſpectum ante recuſacionē cōmit
tere poſſe ꝛ commiſſio valet q2 in
ordinario indubitatum eſt· vt· ff·
de iuriſdic· om· iud· l· pretor ꝛ ideꝫ
puto in delegato ¶ Et nota q ſꝫm
vetera iura arbitri eligendi ſunt a
partibus qui cognoſcant de prin
cipali· vt ſupra de foro compe· ſi
quis clericus infra· e· titu· Ad
hec cum a te· et hoc fiebat inſiſtē
te iudice recuſato vt in illa ad hec
et cogente infra triduum· vt· C· de
iud· l· vlti· hodie eligitur arbi=
ter qui cognoſcat de cauſa ſuſpi=
cionis vt ē· e· titu· cum ſpecialis in
prin· Sed principale negocium
nō ꝯmittet̃ ñ de recuſatoris aſſen
ſu q ſi nō conſenciat recuſator ad
ſuperiorem tranſmittet negocium
recuſatus vt ē· e· cum ſpecialis in
fine· i· rñſi· Et notabis q licet iu=
dex recuſatus iuriſdictionem reti
neat vt cogē poſſit arbitros elige
re vt dictum eſt et terciū ſi duo
diſcordant vt· ꝯ· de offi· dele· ſuſ
picionis ꝛ cauſam committere vel
ad ſuperiorem transferre ſecus ta=
men eſt in iudice a quo fuerit ap
pellatum· Nam appellans eximit̃
a iuriſdictione ei9 a quo appellat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi iudex fuerit delegatus. vt ꝭ. e. ti.
directe ſi aūt fuerit ordinarius exi
mitur appellans quo ad cauſaꝫ in
qua appellat in alijs nō eximitur
ſed pendēte cauſa poterit ordiariū
recuſare. vt ꝭ. e. ti. ꝓpoſuit. ⁊. c. ad
hec. eo ſup quo appellatū eſt pret
miſſo. vt ꝭ. e. t. cū teneamur hoc ta
mē fallit in delinquēte notorie. vt
ꝭ. e. t. cū ſit im ſi. ⁊. c. ꝯſuluit ¶ Re
lacō fit trib ex cauſ. Aut enī iudex
refert de iure ꝯſulens qꝛ in iure du
bitat. Aut qꝛ ꝓnūciare euitat ⁊ iō
refert vt ſe exoneret. Aut conſulit
ſup facto. Prim modus approba
tur. ſecūdus ⁊ terci reprobatur
vt ꝓbant hec. ff. de iud. l. eū quem
§ iudicib ⁊. §. de facto ⁊ in aut de
iudic. §. vlt. in auc. vt iudices nō
expectent ſacras iuſſiones. §. iube=
mus. Eſt ⁊ quartus referēdi mo=
dus. ſi cū ſupior ita cōmittit vt de
legatus ſi de parcū volūtate fueit
pronūciet vel cām ad ſupiorē trāſ
mittat. vt ꝭ de reſcriptis. Ex pte ſꝫ
cū relacio facienda eſt plena ōnia
notificanda ſunt ſupiori ⁊ ptibus
conſultacōis edi dꝫ exemplū ⁊ ſi al
tera pcīū videit relacōneꝫ min ple
nam vel ꝯtrariā veritati pt illico a
conſultacōe appellari ⁊ nichilomi
nus a ſnīa. vt. C. de rela. l. i. ⁊. ff. qn
app. ſit. l. i. R°. i. ⁊ ij. q. vi. §. bydu
um in ſi. adeo aūt plene in relacōne
oīs oino cauſe ſūt ꝯprehēdēde vt
ꝓpe motū actoꝝ retēcōe ñ ſit op
ꝯcta tñ neccārio ſūt aſſocianda. vt
. C. de relac. l. vlt. ¶ Et nota qꝫ re=
fertur cā refert electio ſeu poſtula
cio vt ꝭ de offi. lega. licet tranēn. ⁊
ꝭ de poſtu. bone me in ſecūda bone
et ſicut electione ſeu poſtulacōe re
lata ad ſupiorē non licet in ea ali
quid innouari vt i iuribꝰ preall.
ſic ⁊ in negocio p ꝯſultacōeꝫ trāſla
to. vt. C. de app. l. ex illo ij. q. i. nom
iij. q. vi. multū. ⁊. C. de rela. l. ij. ſed
in hijs oībꝰ expectari dꝫ ſupioris
rñſum. vt vi. q. iij. denīqꝫ.

¶ De clericis peregrinātibꝰ.

QVia ſicut appellantes ita
et peregrinātes iura tenē
tur. Ideo poſt tractatum
de appellacōnibꝰ ſubicitur tracta=
tus de peregrinantibꝰ. Videamus
igitur qui ſi peregrinātes dicātur
Et qd preſidiū eis indulgeat a iu
re. ¶ Peregrinātes hic intelligū
tur romipete Apl'oꝝ limina ⁊ ali
orū ſcōꝝ oratoia viſitātes vt xxiiij
q. iij. romipetas ſi quis ⁊. c. patri
naꝝ ⁊. c. illi q ⁊ ꝭ de treuga ⁊ pa.
Innouamꝰ Item illi qui accedūt
ad pñiam dñi ꝑpe vt ꝭ. e. t. c. vno
ij. q. vi. arguta. Non autem intel
ligas de quolibet pegrināte nam
largo modo quicūqꝫ a loco domi
cilij ꝓficiſcitur pegrinari videtur
vt. C. de incol'. l. cives. li. x. Peregri
nātes igitur d quibꝰ ſuperꝰ dictū
eſt eccā romana ſub protectione re
cipit ⁊ ſpecialiter ad curiā venien
tes hijenim facto appellare vel ve=
rius prouocare videnꝰ. vt ꝭ t. px.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cū ſit romana· ꝛ·c· dilcā· Per hūc
modꝰ ꝓuocandi recedit̄ ab ordīa
no ꝛ vocat̄ adūſarius ꝓuocantis
ad ſupiorē· recedit̄ ecīā ꝛ a delega
to dūmō añ noticīā lrāꝝ ·vt·ſ̄·ti·
prox·Meminimꝰ·ꝛ·c·ſuggeſtuꝫ·
et·c·ad h̄ ſicut alſbis· q̄dā tñ dixe
rūt ꝙ hodie ꝓuocacō facti locū nō
hꝫ ꝑ dec·ſ̄·t·ꝑx·vt debitus honoꝛ
que ſic dicāt cū āt ex rōabili cauſa
putauerit appellandū corā eodē iu
dice cā ꝓbabili appellacōis expo
ſita tal̄ videlicꝫ q̄ ſi foret ꝓbata de
beret legitīa reputari vñ dec̄ illas
cum ſit rōna ꝛ·c·dilū·abrogatas
eſſe dixerīt ſed errauerūt nā illa vt
debitꝰ honoꝛ loquit̄ in appellacōe
Alie vero loquūtur in ꝓuocacōe
hūt āt hoc p̄ſidiū a iuē venientes
ad curiā rōnā vt ſi q̄d eis ablreptū
eſt vel ſublatū pꝰ iter arreptū eis
reſtituātur vt ꝗ·e·t·c· vna· ecīaꝫ ſi
ꝑ iudicem ſit ſubtractū ꝛ agēt cō
dictiōe ex hac dec̄ idē p̄ſidiū hūt
appellātes·vt·ſ̄·t·ꝑx·cū teneāmꝰ
ij·q·vi·arguta·ꝛ·c·q̄uēs·ſꝫ ꝛ alijs
iuſta ex cā abſētibꝰ ſeu pēgrinātī
bꝰ iuris p̄ſidiū indulget̄ nā ſi eo
rū turbata fueit poſſeſſio per vim
expulſꝭ hīis q̄ eoꝝ noīe detinebāt
dat̄ eis ꝯdictō ex lege ad recipan
dā poſſionē al̄ ſeneiū noīe ſiue ſu
erit ſui ſiue fuerīt extnei ecīā ſi mā
datū non habeāt qḋ ē ſpāle ꝯ rgu
lā generalē·vt·C·ſi per vim vel alio
modo turba·ſue·abſētis poſſ·l·i·

De confir·vti·vel inuti·

Tractatū ē·ſ̄·ḋ hys q̄ ap
pellacōis bñficō ſuſpēdū
tur h̄ āt tractat̄ de hijs q̄
cōfirmacōis p̄ſidio muniūt̄ Vi
deamꝰ igit̄ q̄d ſit ꝯfirmacō·q̄lit̄ ſi
at·a q̄ de q̄ re faciēda ſit ꝛ q̄d ꝯfir
macōis effectꝰ Cōfirmacō ē ꝑo
ris iuris habiti corroboracō h̄ de=
ſcripcō colligit̄·ſ̄·de fide iſtru·int̄
dilcōs Fit āt ꝯfirmacō pluribꝰ
modis tꝑis excurſu vt ſi a ſnīa ñ
fuerit ꝗ·decendiū appellatū nā lap
ſu tꝑis rata manet ꝛ ei ſtanḋ ē· vt
no·ſ̄·de ſen·ꝛ re iuḋ·§·auctoritas
ſic ꝛ ſnīa arbit̄ dicāt̄ emologai·i·
ſcilēcio decēdij ꝯfirmari vt·ſ̄·ḋ ar
bitꝭ ꝑ tuas·C·ḋ arbi·l·cū ātea·Et
nō·ſ̄·de arbi·§ effectꝰ ꝫ i cā ꝑ ap
pellacōneꝫ dicat̄ ſnīa ꝯfirmari·vt
ff·rē ra·ha·l·vlt·cōfirmat̄ aliq̄d
iuramēto vt ſi minoꝛ rē alienet ꝛ iu
ret ñ ꝯuenire·vt·C·ſi adū·vēdi·l·ſa
cramēta puberum· Itē cū mulieres
cōſenciūt alienacōni reꝝ dotaliū ꝛ
ꝓpt nupcias dōtaꝝ ꝛ ne ꝯueniāt
firmāt ꝓꝓo iuramēto· vt·ſ̄· de iure
iuē·Cū ꝯtigat· Itē cū debitoꝛ ꝓ=
mittit vſuras ꝛ ꝓmiſſum ſuū fir=
mat iuramēto· Nā tūc ecīā exāpere
nō p̄t· vt·ſ̄·de iure iuē·debitores·
Itē cū q̄s trāſigit ꝛ trāſactionē ſu
am iuramento confirmet· Nā tunc
punit̄ ſi ꝯuenerit·vt·C de trāſac·l·
ſi q̄s maioꝛ· Itē iuſiurando firma
tur ſtatutum de certo numero ca=
nonicoꝝ·vt·ſ̄·ḋ reſcꝑtis ꝯſtitutꝰ

¶ Confirmaꝛ et p̄ lrās ſupioris
et maxie dn̄i ppe quia pleruq̄ȝ con
firmat ſñas vt ſ. de ſen. ⁊ re iud.
ea q. ⁊. c. cūmqȝ i ſi ꝗ. de teſtā. ray=
nuc⁹ i ſi. ⁊. c. Raynald⁹ i ſi. ſtatu
ta vt. ſ. de ↄſti. cū acceſſiſſent bn̄fi
cia. vt ꝗ. e. t. ad nrāȝ ⁊. c. porrecta
⁊ ↄtc⁹ vt ſ. d̄ pac. q̄dēs. ābita vt
ꝗ. e. t. examinata. cōpoſiciones. vt
ꝗ. e. t. venerabilis. Iteȝ electiones
vt ſ. de elec. poſt ꝗ. poſtulacōes ve
ro non ↄfirmātur ſed diiudicanꝛ
vt ſ. de poſtula. bone in ſecūda bo
ne in ſecūda colump. ⁊ ſi inuēta fu
erit canonica admittitur. vt ſ. de
elec. ſcriptū vel non admittitur ſi
minus canonica ſit inuenta. vt ſ.
de poſtu. prela. bone in prima bo=
ne. vel eciam irritatur vt ꝗ. e. t. ⁊ ſi
vnanimiter ¶ Poſſunt confirma
ri que pacifice poſſidentur. vt ꝗ. e.
ti. c. i. res litigioſe confirmari nō
poſſunt vt ꝗ. e. t. c. i. ⁊ no. ſ. vt lite
pen. §. lite igitur pendēte. ¶ Effec=
tus confirmacōnis eſt vires ple=
niſſimas dare ei rei cui forte aliq̄d
in curia vel in pācia minus incertū
eſt. vt ſ. de tranſac. c. i. Perſonale
facit reale. vt ſ. de trāſacc. veniens
et hoc intellige de confirmacione
dn̄i ppe. Auctoritas autem princi
pis non ſolempne facit ſolempne
vt. C. de teſta. l. oim. Nam facit ex
nudo pacto dari actionem. vt. ff.
de pactis. l. legittima. principis ei
auctoritas mutat ſubſtancialia.
vt. C. coia de le. l. ii. C. de rei vxoria.

ac. l. vna. Item hoc operatur con=
firmacio domini pape. vt ſi noua
queſtio oriatur ſuper re illa ſuper
qua confirmacio eſt obtenta or=
dinarius vel alius cauſam audire
non poteſt ſine ſpeciali mandato
dn̄i ppe. ſi res illa tempore confir=
macōnis pacifice poſſidebatur. vt
ꝗ. e. t. c. i. ſed quo ad titulū poſſiden
di ↄfirmacio nichil addit id eniȝ
cōfirmaꝛ q̄ a p̄ncipio firmū eſt. vt
ſ. de fide inſtru. īter dilcōs. ¶ Vn̄
in ↄfirmacōibꝫ reꝝ poni ↄſueuerūt
tales determinacōnes ſicut iuſte ⁊
pacifice poſſides. In ſentēcijs aūt
cōfirmādis ponitur ſicut p̄uide la
ta eſt. vt ꝗ. e. t. examinata. ppa em̄
nō intēdit vni dare vt alius ſcru=
puloſo corde moueaꝛ vt xvi. q. vij
c. i. nec intēdit vni ↄferre ⁊ alteri
nocē. vt xiiij. q. v. deniqȝ. nec vult
alicui ſubtrahi p̄ p̄uilegia ſua. vt
ix. q. iij. Nūc vero xxv. q. ij. de p̄ui=
legijs. Sed hoc videtur abſurdū
quibuſdā vt tantā imunitatē rerū
quis ſorciatur p̄ hmōi ſimplices
cōfirmacōes que leuiter in curia i=
petrātur. Nā et ſi ſup rebꝫ ſingul
quis impetret ↄfirmacōes eneruа
ta erit iuriſdictio ordinarij ſup ill
et ꝓpterea ſic intellexerūt dec illas
ꝗ. e. t. c. i. ⁊ ii. q̄ iudex nō poſſit ↄg
noſcere de ↄfirmacōe an ſit iuſta l
iniuſta ſed de re ↄfirmata ſic. Alij
dixerūt has decre. locū habere cū
ppa cū cauſe ↄgnicōe ↄfirmat. vt
ſ. de offi. dele. qm̄ abbas. ſ. d̄ teſti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝟmiſ ſ̄ e. ti. venerabil' ſ̄. de teſta-
Raynũci⁹ ⁊. c. Raynaldꝰ i fi. Alij
vero itelligũt has decre. ad lr̃am ſi
cut ſonare videtur vt p ꝯfirmacõ
nes ſimplices ſꝫ imunitas rebꝫ cõ-
firmatis accedat vt ſi ſup eis no-
ua qõ oriatur nullus eã audiat ſi
ne mãdato dñi ppe ⁊ idẽ ſi qõ oria
tur ſup ꝯfirmacoe ſꝫ poſterior ſn̄ia
cũ textu decretal' magis cõcordat.
Verũptñ ſi confirmacõni dñi ppe
obiciatur falſi ſuggeſtio poterit ð
ea ꝯgnoſci ⁊ iudicari. vt ſ̄. e. ti. de
cõfirmacõibꝫ ⁊ ſic confirmacõne
nõ obſtãte poterit ꝯgnoſci de re cõ
firmata cũ certũ ſit ꝯfirmacõnẽ p
falſi ſuggeſtionẽ illatã fuiſſe. vñ
queritur ſi ſn̄ia excõicacõis lata fu
erit ab ordinario vel a delegato ⁊
a ſũmo pontifice ꝯfirmata An ille
qui tulit poſſit ab ea abſoluere Et
videtur ꝙ nõ. Nã ppa ꝯfirmando
ſn̄iam ſuã facit Quia eñ ſua facit q̃
bꝫ ſuã impetitur auctoritatẽ. vt. C.
de vete. iure enu. l. i. §. ⁊ iõ. ꝯ̃riũ tñ
eſt verꝰ vt ſ̄. de inſti. ex freq̃ntibꝫ
ſꝫ ã de lr̃is ꝯfirmacõis. ſꝫ de lr̃is ino
uacõnis. ſciendũ ẽ ꝙ p eas nichil
iuris acq̃ritur vt ſ̄. de p̃uil'. ex pte
vt ſ̄. e. t. cũ dilcũs Per lr̃as ãt p
tectiõis nõ eximitur q̃s a iuriſdic
tione ordiarij. vt ſ̄. de p̃uil'. Ex pte
in ſcða ⁊. c. recepimꝰ. Sꝫ ſi aliq̃s
ſe ſubiciat ꝓtectioni dñi ppe ⁊ ex
ſimplicitate appellare omittat exi
mitur. vt. ſ̄. t. px. c. vno. ſ̄. de ap.
ad audiẽciam q̃d ergo ꝓſit lr̃e p
tectionis Rñ o maior honor ei debe
tur quẽ ppa ſua ꝓtectiõe honorat
vt. ſ̄. de ma. ⁊ obe. p tuas. vel ſolꝫ
plus tamen qð ſingulariť pollicet
ꝙ̃ ꝙ gn̄ali ſponſione ꝯcluditur.
xxiij. di. ꝙ̃ ꝙ̃. xi. di. quis neſciat.

Expliciát ſecundus liber.

¶ Tytulus de vita ⁊ honeſta
te clericorum.

F
Inito tractatu
iudicioꝝ a quibꝰ
clerici abſtinere
debēt inquantū
pñt cum ſeruos
dei non oporteat
litigaē vt ij. q. vij. ſicut ſacerdotes
ideo ſbiāt hic rubrica de vita et
honeſ. clericoꝝ. ¶ Videdum eſt igi
tur qualis dēat eſſe vita clericorū
et in quibꝰ ɔſiſtat honeſtas eorū.
Et quid in ecc̄ijs collegiatis cleri
ci debēt viuē in cōmuni. in vna do
mo veſcant̄ atq̄ʒ ſb̄ vno tectu dor
miant ⁊ quieſcant. vt ꝗ. e. c. quo
niā. xxxij. di. p̄ter hec de cō. di. v. i
omnibꝰ xij. q. ij. neccāria. Quid tñ
intellexerūt iura illa in ecc̄ijs regu
laribꝰ locū habere aliud in ſecula
ribus vt xij. q. ij. quia tua ſcitas.
xxxij. di. ſi qui vero. Pʒ puto iura
priora continere ius cōe i ecc̄ijs col
legiatis q̄uis eis in multis ecc̄ijs
ſit p contrariā conſuetudinē dero
gatum. Poſteriora vero loquūtur
in clericis non valentibꝰ continere
qui ſortiri pñt vxores ante ſacros
ordines ſ̄m ſniam ab ap̄lo datam
vt xxviij. di. de hijs in fi. Et ſtipē
dia extra eccāʒ in domibꝰ ſuis reci
pere vt paupes nō vt clerici nec ra
cione canonici tituli ſed paup̄tatis
contēplacōe ⁊ ſic intelligi pt. i. q.
ij. ſacerdos. ¶ Coniugati eñ cano
nicū titulum obtinere nō pñt. vt
ꝗ. de cle. cōiuga. ſane. ⁊. c. diuerſis
fallacijs ¶ Honeſtas clericoꝝ cō
ſiſtit in multis In tonſura capitis
vt ꝗ. e. ſi quis ex clericis clericis ⁊
c. clericis Ita vt ad modū ſpē ca
put habeāt abraſū vt xxiij. di. p
hibite ⁊ ſic atonſis capitibꝰ ⁊ pa
tentibꝰ auribꝰ incedant. vt xxiij.
di. nō liceat. Quod verꝫ niſi timor
vel neceſſitas exigat habitū tñſfor
mari vt ꝗ. e. c. clerici officia. vnde
quid rep̄henſus de habitus diui
ſione ſic ſe excuſauit Vn? Tutius
vt peterē laici ſub ymagine romā
Fas fuit vt fincrē luxuriare romā
Item in ornatu veſtimētorum et
alioꝝ vt ꝗ. e. clerici officia. xx. q. iiij
per totum. ita vt nec fulgidis nec
ſordidis veſtibꝰ ſe ornēt vt eñ ait
Iheronim?. nec affectate ſordes.
nec exquiſite delicie laudes pariūt
vt xli. di. §. i. Item vt moribus ⁊
verbis pudorē indefinent̄ exhibe
ant. vñ gene ſpōſe. i. p̄dicatoē ſtur
turi ɔpant̄. vt xlij. di. §. vlt. q̄uis
lapcis verecūdia indicat̄ iux̄ illud
verecūdos ⁊ verētes facite filios
iſrl̄. vt xxij. q. iiij. in eo. ¶ Item in
inceſſu dñt clerici eē ornati vt gra
uitate itineris mētis maturitatem
oſtēdāt Incōpoſicio eñ corpis vt
ait greg?. qualitatē idicat mētis
vt xli. di. ſicut. Item in ſocietatibꝰ
vt ſi habitēt cum mal̄ hominib?
quia ſepe conſorcia maloꝝ bonos
eciam mores corrūpūt. vt xxviij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q·i· ſepe vnaqꝫ aſpecta liuorē du
cit ad vna· ¶ Itē imodeſtia ꝛ ſob
etate· vt ꝗ· e·ti· a crapula ꝛ xxxv·
di· ꝑ totum· Itē imundicia vite·
vt ꝗ·e·c· vt clericoꝝ ꝛ dicemus ꝗ·
ti·prox· Item vt ſint aſſidui ī lcōe
et oracōne hec eni ēē debent opera
clericoꝝ vt xxxvi·di·c·vlt· Hec
et alia a clericis exigūtur quoꝝ vi
ta ꝛ cōuerſacio debet eſſe ſecreta ꝛ
a laycoꝝ actibus remota· vt ii·q·
vij· laycos· vt eoꝝ qui in laycali
ordine ꝯſiſtūt obſeruanciā ſicut lo
co ita religione precellant· vt iiij·
di· deniqꝫ in principio·

¶ Tytulus de cohabi· cleri·
et mulierum·

Q Via frequenter vitā ꝛ ho
neſtatem clericoꝝ ſuſpec
tarum ex honeſtāt mulieꝝ
conſorcia· Ideo pꝰ tractatum de vi
ta ꝛ honeſtate clericoꝝ ſubiicit hec
rubrica de cohabitacōe clericoꝝ et
mulierū· ¶ Videamus igitur que
mulieres ꝓhibentur cohabitare cū
clericis ꝛ que ꝑmittuntur· Item
que ſit pena clerici fornicantis ꝛ q̄
mulieris ſe clerico ꝯmiſcētis· Itē
que circa clericos fornicarios diſpē
ſacio valeat adhibere ¶ Ille autē
mulieres clericis cohabitare per=
mittūtur in quibꝰ naturale fedus
nichil ꝑmittit ſeui criminis ſuſpi
cari alie ꝓhibentur· vt ꝗ·e·c· A no
bis· Que autem ſint perſone que
permittūtur legitur xxxij·di· Int

dixit· lxxxi· di· cū oibꝰ· ꝛ·c· volumꝰ
·C· de epiſ· ꝛ cle· Cum qui in aut· de
ſcīſ· epiſ· ſ· preſbiteri· coll· ix· i aut·
quō opor· epōs· ſ· quanta ¶ Sed
contra ꝗ·e·ti·c·i· Ad quod dico ꝙ
prima decꝰ huiꝰ ti· non tenet dero=
gatur eni ei ꝑ poſteriorem ꝗ· e· A
nobis· vel prima decretal· loquit̃
in mulieribꝰ que ꝛ ſi ſuſpicōnez ef
fugiant hn̄t tn̄ ſecum pediſſecas ꝛ
ancillas in quibꝰ ꝛ de qbꝰ ſiniſtra
frequenter oritur ſuſpicō· ꝛ de tali
bus dicit Augꝰ· Que cum ſorore
mea ſunt mee ſorores non ſūt· vt
lxxxi· di· legitur· Iura autē ſupiora
loquūtur de ꝑſonis coniūctis que
ſuſpicōnez effugiūt nec ſecum hn̄t
mulieres ſuſpectas· Epiſcopi vero
et monachi oino nullas ſecum mu
lieres habere debent· vt in aut· de
ſanctiſſimis epis ſ· epm vō ꝛ lxxxi
di· oportet· ꝛ·c· clerici· ꝛ xviij· q· ij
diffinimꝰ· ꝛ in aut· de monachis
ſ· cogitandum ¶ Pena clericorū
fornicatoꝝ eſt vt admoniti nō ſe
corrigentes a bn̄ficijs ſuſpendan
tur· Et ſi ſuſpenſi fornicarias pre
ſumpſerint detinere ꝑpetuo ſūt re
mouendi vt ꝗ·e·c· ſicut· ꝛ·c· ſi aūt
neqꝫ eni ſuſpenſi ſunt ipſo iure ni
ſi eoꝝ fornicacio eſſet notoria· vt
xxxij· di· nullus· ꝛ·c· preter h· ꝛ ſic
ꝑt intelligi ꝗ·e·c· ſup eo· Tunc eni
ſuſpēſi eſſent ab officio ꝛ ꝑ ꝯn̄aꝫ
a bn̄ficio· vt lxxxi· di· Si qs amō
et·c· ſi quis ſacerdotum ¶ Sꝫ non
ne fornicacō mortale peccatū ſic

Igitur pena eius eſt depoſicio vt
xxxv·di·c·vltimo·lxxxi·di·pſbit·
ſi quis eps ⁊·c·ſi qui ſunt pſbiteri
ad hoc dicit quid cp cū car on ille
rigorē ↄtineat alius aūt circa idem
contineat equitatē vt xxxiiij·di·fra
ternitatis· Equitas preferēda eſt
rigori vt xlv·di·licet·l·di·ponderā
in ſi·lxxxi·di·pſbit·Cde iud·placu
it·ff·de re·iuris·l·in oibꝫ· Melius
eſt eniꝫ reddere de miſericordia ra=
cōez q̄ de crudelitate vt lxxxvi·di·
n̄ ſatis ē xxvi·q·vi·alligāt ⁊ xxxv·
q·ix·venīā ix·di·Sana·l·di·Eos
vel forte iura ideo min⁹ ꝓcedūt in
crimine fornicacōnis qꝛ pauci ab
eo inueniūtur immunes· vt·l·di·
Quia tua· vel dicas de iure ↄi ſua
re poſſe rigorem de diſpenſacione
equitatē· Nec obſtat cp dicit illa
dec·Fraternitatē ſcꝫ fragilitas nr̄i
tpis talem non patit̄ manere cen
ſurā· Nam ſit intelligendū eſt·ſcꝫ
rigidā ⁊ indiſpenſabilē· ¶ Pena
mulierꝫ fornicāciū cū clericis ē itru
ſio i mōſteriū vt xxxiiij·di·Frat̄ni
tatis in v̄· micenā· Quid tn̄ itelli
gūt cū mulier illa hoc peterꝫ· Alio
quin ſecus· vt xxxij·di·Seriati ⁊
xxxij·q·i·itegtas· Si vo cū cleicis
mr̄oialit̄ d̄ fcō ↄxerit tūc venūdāt̄
ſi filios n̄ hn̄t ſꝫ ſi filios hn̄t mulie
res ⁊ filij ſuſcepti ex clericis quos
ſua libidie inſecerūt in ſuitutē re
digāt̄ ecce cui⁹ ſūt clerici· vt lxxxi
di·quid·xxxij·di·eos·xv·q·vlt·cū
multe Adhibet̄ circa clericos for
nicarios diſpēſacio magna vt nō
remoueāt̄ ab officijs vel bn̄ficijs
vt ē·e·c·ſicut·⁊·c·ſi āt ſꝫ ad alciora
officia n̄ aſcēdāt vt xv·q·viij·hij
qui maior· nec ad maiores ordies
ꝓmoueant̄ vt xxxiiij·di·frat̄nita
tis· Maxia vt ad digtates aſcen=
dāt· vt xxxiij·di·habuiſſe ¶ In
ſūma nōnd̄ ē cp occult⁹ fornicator
ſuſpēſus ē q̄ ad ſe ſicut ⁊ q̄libꝫ in
mortali pcō ↄſtitut⁹· vt i·q·i·ſac
dotes n̄ tn̄ q̄ ad alios añq̄ p ſn̄iaꝫ
pſcidat̄· vt xv·q·vlt·c·vlt·ſꝫ no=
tori⁹ fornicator ē ſuſpēſus q̄ ad ſe
et quo ad alios· vt ē·e·t·c· vlti.
xxxij·di nullus· ⁊·c·pter h̄ Et idē
ē in ſymoniaco cē occulto q̄ ſuſpē
ſus ē q̄ ad ſe ⁊ q̄ ad alios·vt i·q·
i·repiūtur· Qd̄ itelligo verū eē in
ſymoniaco i ordie ſuſcepto q̄ vicō
ſūi hꝫ caracterē·vt i·q·iij·q̄buſdaꝫ
narrātibꝫ·ſec⁹ āt in ſymoniaco in
ordie alteri collato· vt ē· de ſymo·
p tuas· A tali ergo ſymoniaco in
ordie ſuſcepto n̄ debes ſacr̄mēta ſuſ
cipere vt·i·q·i·ſi q̄s a ſymoiacis ſꝫ
a q̄libꝫ alio ſic q̄diu tolleratur lꝫ q̄
ad ſe ſit ſuſpēſus n̄ tn̄ q̄ ad alios
vt ſupi⁹ dictū ē· ¶ Notoriū autē
aliud iuris· Aliud facti· tertiū no=
torium preſumptum· Notorium
iuris duplex per confeſſionem fac=
tam in iure vel per ſn̄iam· vt ē·e·c·
veſtra· Facti p euidenciam rei que
tergiuſacione aliqua celari nō pt
vt ē·e·c· vlt ē· de purga· ca· Cum
dilect⁹ in ſi·ij·q·i· In manifeſtis·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Notoriū p̄ſūptum ē vt ſi aliq̄s publice habit⁹ ē ꝓ filio vbi non req̄rit̄ alia ꝓbacio·vt·ſ̄·de filijs preſ·Q̄m·hoc eīn ꝙ aliq̄s ſit fili⁹ non p̄ōt vere ꝓbari·vt·ff·de ꝯd̄·et demō·l·lucī⁹ ¶ Itē̄ fili⁹ ē quē̄ nup ciē demonſtrāt·vt·ff·de in ius vo·l·q2 ſemp̄·Et idē̄ dico in fornicato re·Si eīn clericus iuuenis ⁊ cupi dus ſecū̄ habeat euidēter in domo iuuenculā ⁊ ſuſpectā non notoria eſt fornicacio ſꝫ p̄ſūpta a iuuene ⁊ cupido credatur reddita virgo·

¶ Tytulus de clericis ꝯiugatis·

Dictum eſt·ſ̄·de ꝓhibita cohabitacione clericoꝝ ⁊ mulieꝝ hic agit̄ de p̄miſ ſa ſcꝫ ꝯiugali· ¶ Videam⁹ ergo q̄ b⁹ clericis p̄mittitur hr̄e ꝯiuges· et an hn̄tes ꝯiuges poſſint ſimul ⁊ eccleſiaſtica bn̄ficia retinē̄· ¶ Poſ ſint clerici in minorib⁹ ordinibus conſtituti vxores ducere·vt·ī·e·c· i·xxviii·di·de hijs in fi·in ſacris aūt non q2 oīb⁹ in ſacris cōtinen cia ē indicta·vt·ſ̄·de temp̄o·ordi· A multis·xxxij·di·Erubeſcant·ne mo·ſi quis eoꝝ·⁊ xxxi·di·aū tren nū·⁊ lxxxiiij·di·Cum in preterito ¶ Orientales aūt clerici in mino rib⁹ ordinib⁹ ꝯſtituti ducūt vxo res ⁊ eis vtūtur in ſacris ſꝫ poſt ſa cros ordines nec de nouo ꝯtrahūt nec mortuis vxorib⁹ alias ducūt vt xxxi·di·nicena·Q̄m·⁊·c·Aliter·

et ī·e·c·Cum olim ¶ Olim in eccā̄ p̄mitiua clerici vxores hn̄tes bn̄fi cia extra eccā̄m p̄cipiebāt quia in eccijs ſuiebāt·vt xxxij·di·Si q̄ vo ſūt clerici·xij·q·ij·q2 tua ſcitas vel vt ſtip̄edia tāq̄ paup̄ib⁹ n̄ vt bn̄ficia tāq̄ clericis p̄ſtabāt̄ hodie āt a bn̄ficijs eccā̄ſticis excludūtur vt ī·e·t·p̄ ho·ea eīn ſcō ꝓpō amiſe rūt ꝯſiliū eligēdo ⁊ ſe ad vitā oppo ſitā ꝯuītēdo·vt·ff·de bonis libto·l· ſi pron⁹·C·de furtis·l·i·ff·de tributo l·ꝙ i hēdē·§·vlt·lxxxiiij·di·q̄ſquis nā q̄ſi i duo diuiſi eccijs a q̄b⁹ ſti p̄edia p̄cipiūt famulari n̄ p̄nt cum eos oporteat cogitare q̄lit̄ vxorib⁹ ſuis valeāt ꝯplacē·vt ī·e·t·diuꝰ fallacijs vbi āt aliq̄ fornicacoib⁹ dediti eccā̄s penit⁹ delinquūt bn̄fi cia p̄ delicto hr̄e vidēt̄ ⁊ eis ſūt ip̄o iure p̄uati vt lxxxi·di·Eos·Si q̄s āt ſcient̄ bn̄ficiū ꝯferat ꝯiugato n̄ p̄ ipſū q̄ ꝯtulit ſꝫ p̄ ſup̄iorē̄ poci⁹ ē p̄uādus·vt ī·e·c·diuſis fallacijs· ¶ Sꝫ q̄rit̄ an epi diſpē̄ſare valeāt in officio cū clericis i ſacꝭ ordibus cōſtitutis qui de facto contrahunt matrimonia videtur ꝙ ſic·vt ī·e· c·Sane· ¶ Sed contra clerici dū ſacros ordines recipiunt votum cō tinē̄cie ſolempniſare videntur·vt xxxij·di·ſeriatim in fi·vnde poſtea contrahēdo mai⁹ peccatū ꝯmittūt q̄ ſit adulteriū·vt xxvij·q·i·meli ore non ergo p̄nt epi diſpenſare quibus dat̄ p̄tās diſpenſandi ab adulterio cītra·vt·ſ̄·de iud̄·At ſi

clericí· Ad qᷓ r̃ñ· Epi pñt diſpē
ſare i adulterio ⁊ i minoribꝰ· ſed
et i maioribꝰ vbicūqꝫ īuenit᷑ a iu͛e
pmiſſuꝫ vt i cau͂ pmiſſo ⁊ hēſi ⁊ ſa
c͛legio vt l· di· p̃biros ⁊ c· ſi q̇s p̃ſbi
ter lꝫ aliȷ̄ 9rīa ſūmam aſſerāt dñtes
poſſe epōs diſpēſare ī adulterio ⁊
in maioribꝰ c͛imibꝰ n̄ iueniat᷑ ꝓhi
bitū vt i homicidio ⁊ in ſymonia
vt· l· di· Miror· ⁊ ῑ de ſymo· nob̄·

Queꝛit᷑ de clerico vxorato An
retineat p̃uilegiū clericale qᷓ hꝫ᷑
xvij· q· iiij· Si q̇s ſuadēte· Et vide
tur ꝙ n̄· vt ῑ· e· c· Johēs· Sꝫ dec̄
illa pt intelligi in eo q̄ 9xit cum vi
dua q̇ irrecupabilit᷑ a clericatu re
ceſſit ita vt vlteriꝰ ad clericatū re
dire nō poſſit· vt xxxij· di· ſeriatim
et ꝓptēa exuitur oī p̃uilegio cleri=
cali· vt lxxxiiij· di· q̇ſquis alꝭ ſi cle
ricus vxoratꝰ ꝑuaret tonſurā reti=
nēt p̃uilegiū clericale ſic intelligo
ȝ· de vita ⁊ ho· cle· Cleicꝰ· ⁊ maxie
ſi bn̄ficiū retinet cuiꝰ grā tonſuraꝫ
ꝑuare tenet᷑ vt in p̄dcā dec· Johēs
Nā talis ſb̄ eccāſtica regula ē tenē
dꝰ vt xxxii· di· ſi q̄ vero· xij· q· ij· qꝛ
tua· vel dicā pt ꝙ illa dec̄ Johēs n̄
loquit᷑ in p̃uilegio ipſiꝰ canonis
ſi q̇s ſuadēte illud eīm retinetur eo
ꝙ non tm̄ i fauorē clericoꝝ iductū
eſt· ſꝫ in odiū laycoꝝ· vt ῑ· de ſē· ex·
Cōtigit· ſꝫ loquit᷑ in p̃uilegio qᷓ
clerici hn̄t in angarijs ⁊ pangar=
rijs· vt xvi· q· i· §· nouaꝝ cū legibꝰ
ſeq̄ntibꝰ· Illud nō retinēt clerici vx
orati ⁊ maxie ſi nō ꝑuāt tonſuram
q̄m depoſitaꝫ ſi reſipuerint p̃uile
giū non reſumūt· vt ῑ· e· c· Ex pte.

Tytulus de clericis nō reſi.

Dictū ē· ȝ· d clericis q̇ p̃uā
tur bn̄ficijs ꝓpt᷑ 9ſorcia
mulierū hʼ āt tractatur de
hijs q̇ a bn̄ficijs excludūtur eo ꝙ
nō reſidēt i ecc̄ijs in q̇bꝰ bn̄ficiati
exiſtūt· ⁊ iō ſubiūc᷑ hʼ rubca de cle
ricis nō reſi· in ec· vel p̄· Videaꝰ
igit᷑ q̇d ſit reſidere· q̄lit᷑ clericꝰ de=
beat reſidē· Et q̄ ſit pena nō reſidē
tis Reſidē ē debitē vt ῑ· e· c· Cō
q̄rēte paꝝ ē eīm reſidē n̄ ⁊ reſidens
curā eccē hēat in q̄ bn̄ficiū hꝫ vel p
ſonatū vt ῑ· e· c· qꝛ n̄ nulli· Debꝫ
āt q̇s reſidē p ſe ipſū nō p vicariū
vt ῑ· e· c· qm̄ p vicariū eīm deſuire
nō lꝫ niſi in caſibꝰ quos notaui· ȝ·
de offi· vica· §· nūc videndū· Ad
ūſus nō reſidētes ſic cura pcedunt
Si q̇s cā cupiditatis tranſeat ad
aliā eccām q̄m ābit p̃uari dꝫ vtra
qꝫ habita ⁊ ābita· vt vij· q· i· ſi q̇s
epus· ȝ· de tranſla· prela· c· pnlt·
et vlt· niſi eccleſia velit eum repe=
tere vt vij· q· i· non oportet· Si
autem cauſa vtilitatis puta ad ec
cleſiam maiorem ⁊ cum licencia p̄
lati ſui tranſeat cum corporalem
poſſeſſionem eccleſie ſcd̄e tenuerit
et tempus preſ̄īt infra quod om
nia peragi poſſint que pertinent
ad plenam acquiſicionem ſcain=
de eccleſie tunc primum beneficiū

de cler. nõ reſid.
de pbendis et dign.

quod habuit potuit alíí libẽ ↄfer
n vt ſ̃ de elec. Cũ in cũctis §. cũ vo
¶ Sꝫ ſi cã neccitatis puta ꝓpt pſe=
cucõeȝ tũc ceſſante pſecucõne redi
bit ad ſuã eccãȝ. vt vij. q. i. paſto
ralis. Sed ſi cã hũilitatis puta ſi
ad religionẽ trãſeat d̃ iure nõ redi
bit ad pmã. vt vij. q. i. hic neq̃q̃
ſ̃. de renũc. p⁹ trãſlacõeȝ. Vbi aũt
leuitatis cã q̇s deſerit ſuã eccãȝ pu
ta vagat̃ p mũdũ tũc ſi hẽat pmã
eccãȝ ꝓ delicto vt q꞉ recipit aliaȝ
vt ĩ. de pb. de multa ĩ. d̃ ↄ. ꝑ hẽ. vel
ec nõ va. lrãs a. c. cũ nr̃is. vel du=
cit vxorẽ vt ſ̃. c. ꝓx. diuꝰ fallacijs
Vel miles ſeu ioculator efficit̃ tũc
q꞉ vitã aſſumit pme ꝓfeſſioni ↄ̃=
nã vt. C. de mune. prĩo. l. ꝓfeſſio li.
x. potent ei⁹ eccã vel pbẽda altí cõ
ferri. ¶ Sꝫ ſi nõ hẽat eccãȝ ꝓ dere
licto ſine citacõis edictũ in abſẽtis
eccã publicet̃ a ſi nec ſic curauerit
obedire a vltra ſex mẽſes eccãȝ ſu
am deſuerit poterit ea puari a ni=
chilominꝰ ſuſpendi a excõari non
tamẽ degrdari vt ĩ. e. c. Ex tue. q̇d ĩ
tlligo cũ neſcit̃ vbi ſit a ſic nõ pot
ad eũ citacio puenire. Alioq̇n mo
nẽdꝰ ẽ abſens nec alit̃ poſſet de iu
re puari vt ĩ. e. c. Ex pte. a. c. q̃lit.
et. c. vlt. ad ipſiꝰ reditũ congruo
tpe p ſupioris arbitrũ moderãdo
vt ĩ. e. c. Int̃ q̃tuor Tñ in h̃ diuſa
inuenio a iure tpa ↄſtituta inucio
cũ duos menſes vt vij. q. i. ꝑ nũcũ
Tres ſeptimanas. ut vij. q. i. Si
quis in clero. Annũ. ut in auc̃ de

ſanctiſ. epiſ. §. int̃ diam⁹. Quatu=
or ãnos vt ĩ. e. t. q̃liter. quinqꝫ an
nos vt ĩ. e. c. Ex geſtis. moderabi
tur ãt ſupior ſm̃ locoꝝ diſtãciã p
ſonaꝝ abſenciũ a negociorꝝ quali
tatẽ. vt. ſ̃. vt lit non ↄt qm̃. a. ſ̃.
de ap. cũ ſit rõna. Si q̇s ãt licẽcia
tus a ſuo epõ ad certũ tẽpus vltra
temp⁹ abfuerit ſtati p⁹ temp⁹ p
uari poterit niſi ex iuſta cã p⁹ tem
pus impediret̃ vt vij. q. i. pñcium
vbi eni dies opponit̃ ꝓ homine in
terpellat. vt. C. de contrah. a ↄmit.
ſti. l. optimã ĩ. de loca a ↄduc. po=
tuit. C. de iure ẽphi. l. plt. ¶ In ſu
ma notand̃ eſt q̈ reſidere itelligũ
tur quid̃ qui in veritate nõ reſid̃et
vt is qui extra eccãȝ ꝓcurat vtili=
tatẽ ipſiꝰ vt ĩ. e. c. Ex parte. Item
qui ſunt epõ extra eccãm. vt ĩ. e. c.
Ad audienciã. Itẽ q̇ ſunt ĩpe. vt
ĩ. e. cũ dilcis Itẽ qui ſtudet ĩ theo
logia. vt ĩ. de magiſ. ſup ſpecula.
§. docẽtes ¶ Iſti oms̃ fructꝰ prebẽ
daꝝ pcipient pter victualia a co
tidianas diſtribucões q̃ reſidenti
bus tm̃ debentur vt ĩ. e. c. d̃ cetero
ĩ. c. ꝓx. licet. et. c. dilectus.

¶ Tytulus de prebẽdis.

TRactauimus. ſ̃. de vita et
honeſ. cle. nunc de rebus
ad eos ptinẽtibꝰ diſſera
mꝰ. a ideo ſubicit̃ hic rubrica de p
ben. ¶ Videamꝰ igit̃ q̇d ſit pben
da. cui ↄferri debeat A quo. qualit̃.

infra qđ temp⁹ ⁊ ad quē deuolua tur ↄferēdi ptās ſi is ad quē col= lacio ptinet ī mora fuerit ↄferēdi ¶ Prebēda ē ius ꝑcipiēdi ꝓuēt⁹ ī eccā ꝑtēs aliciū tāq̄ vni de col legio qđ ius ex canonia deſcēdit. n̄ eñi dꝫ eſſe canonic⁹ ſine ꝓbēda vt ꝗ. e. c. Relatū. ⁊. c. dilcūs. ¶ Cano= nicatꝰ ē qđdā ius qđ ex electione et recepcōe in canonicū ⁊ in fratrē orit̄ vel de nouo creat̄ vbi cert⁹ ca nonicoꝝ numer⁹ nō habet̄ vt ꝗ. e. c. dilcō. orit̄ inq̄ vel creat̄ in loco ī capitlo ⁊ in alijs q̄ꝝ cōis eſt vſus vt ꝗ. e. c. relatū. ⁊. c. ꝓ illoꝝ ⁊ in ꝑ bēde peticōe vt ſupi⁹ dictū ē ¶ Eſt āt ↄferēda ꝓbēda ydonee pſone q̄ reſidere in loco ⁊ curā ei⁹ p ſe va= leat excē vt. ſ. c. ꝓx. relatū. ¶ Cō ferri dꝫ regulariter a ꝑlato ipſius eccē in q̄ ↄferēda ē ꝓbēda. vt ꝗ. de inſtituc. Ex frequētibꝫ ⁊. c. ad deco rē. ſicut ⁊ collacio eccāꝝ ptinet ad prelatū de iure ordinario. vt. ſ. de offi. ordi. cū vos. i. q. iii. ſi q̄s epſ. et. c. puenit ⁊ xvi. q. vii. c. nullus lꝫ in pleriſqꝫ locis ſec⁹ optineat d̄ cōſuetudīe ſpāli tā in collacōe pre bendaꝝ vt. ſ. de elecc. cū eccā vul= terana ꝗ. de cō. ec. vel pre. nō va. c. nulla q̄ ī ordiacōe eccāꝝ. lxiij. di. ſi ī pl. bibꝫ. lxx. di. c. ij. AliCubi di ter ſpectat ad ꝑlatū ⁊ captl̄m col lacō ꝓbēdaꝝ vt ꝗ. de cō. ꝓbē. vel ec. non ua. c. poſtulaſtis. ¶ Sꝫ de iure cōi ſicut dictū eſt ꝑlat⁹ vna cū ca pitlo ſuo īſtitucōes ⁊ ↄceſſiones fa

cere dꝫ vt ꝗ. de hijs q̄ fi. a ꝑla. ſine cō. ca. c. i. ij. ⁊ iii. ⁊. c. nouit. Alicu bi tn̄ obtinet vbi ꝑlat⁹ ſolus ſine captlo ↄferre poſſet vt ꝗ. de hijs q̄ fi. a. ꝑ. ſī cō. ca. ¶ Ea noſcit̄ ⁊ ecōuer ſo. Alicubi captl̄m ſine ꝑlato vt ī dec. cū eccā vulterana. ¶ Plene cum iuribꝫ ⁊ ptinēcijs ſuis ſine dimi= nucōe aliq̄ ↄferēde ſūt prebēde. vt ꝗ. vt ec. bn̄fi. ſine dimi. ↄfe. vt nr̄ꝫ et. i. q. iij. ſi q̄s prebēdas vt q̄ pre bendis annexum eſt non ſepetur ab eis. vt. ſ. de ↄſti. cum oēs ꝗ. e. c. Expoſuiſti Turonen̄ āt ↄcilium prebēdaꝝ inhibet ſectionē vt ꝗ. e. c. maioribꝫ. Vn̄ duo ad vnā prebē dam eligi nō pn̄t ita q̄ iter ſe fruc tus diuidant prebēde vel q̄ vnus ex ipſis prebendam vacātem ha beat alter vacaturā exſpectet vt ꝗ. e. c. tue fraternitatis. ¶ Aliqn̄ tamē poteſt vna prebēda diuidi in du= as dūmō talis ſit vt eciam diuiſa ſufficiat duobus. vt ꝗ. e. vacante ¶ Item pure ſimpliciter ſine pactio ne ⁊ ſine modo conferri debent. vt infra vt ec. bn̄. ſine di. cō. vt nr̄m. ſpūalia eñi talia non paciūtur vt ſ. de pac. c. vlti. i. q. i. q̄ pio ꝗ. de ſymo. tua. ⁊. c. per tuas ¶ Sꝫ cōtra ꝗ. e. c. ſignificatū ad qđ r̄n̄o nō fu it ibi pactio habita cū pſona. Sꝫ ſic canonici int̄ ſe ſtatuūt vt qui cumqꝫ illam prebendam habet hoc onus agnoſceret vt miſſam d̄ beata virgine debeat cotidie cele= brare niſi eſſet corporis īfirmitate

grauat⁹ ⁊ hec canonicoꝝ diſpoſi
cio fuit a ſūmo pontifice ꝯfirmata
vñ prebēda illa trāſibat cū onere
ſuo· vt ff· de pigno· ac· l· ſi cōuene
rit· §· ij· ff· ď vſufruc· l· vſufructu le
gato· §· vlt· ⁊ l· ſi pendētes· §· ſi q̇d
ꝫ· de cōdi· cū non ſit in hoīe· vel ſi cō
dicio ſiue mod⁹ ineſt ex natura rei
nō facit rē ꝯdicōnalē· vt· ff· de ꝯď·
et demō· l· ꝯdicōnes vel ſi cōdicio ſi
ue mod⁹ ſit ſpūalis rē non afficiat
vt in illa ſignificatū· ⁊· ſ̄· de ſ̄uis
nō ordī· nullū· ⁊· c· eo liben⁹ ¶ De
bet āt ꝯferri prebēda ꝫ· ſex menſes
poſtq̄ vacauerit alioq̇n is ad quē
ſpectat collacio p̄uat̄ ptāte cōferē
di· vt ꝫ· de cō· pre· nulla· Ab hoc ſe
meſtri deducat̄ temp⁹ ſuſpēſionis
illi⁹ ad quē ſpectat collacio ⁊ idē
puto i excacōe dūmō ſuſpēſus vel
excāt⁹ nō ſit in mora petēde abſo=
lucōis· vt ꝫ· de cō· pre· qz diuſita=
tē· ⁊· ſ̄· elec· hijs q̇bꝫ· alioq̇n ꝯ ar·
c· di· qm̄· ſ̄· de reſcriptis· ſi āt· ff· de
re· iuris q̇ ꝑ t· ff· ď re· mili· l· oēs· §·
q̇ ꝑpoſitū· Nec obſtat qđ ſua cul
pa in excacōez vel ſuſpēſionē q̇s in
cidat· nā ⁊ ſi hō ei iputet̄ nō tn̄ im
putāda ſūt oīa q̄ ex culpa illa ꝓ=
cedūt· vt xv· q· i· ſi cōcupia· ⁊· c· ine
briauerūt ꝫ· de ſponſa· veniēs· ff· ď
furtis· l· vꝫ· ⁊· l· q̇ iniurie in ꝑn· ff·
de pub· ⁊ vec· l· ſꝫ hij· §· ſinaūt ar· l·
di· ſepe· ⁊· c· ſtudeat· ff· q̄ met⁹ cā
l· ſi mulier· tēp⁹ illud ſemeſtre vti
le ē nec currit eunti ad curiā rōnaꝫ
manēti in ea ⁊ deſcēdēti ab ipſa et
idē in alio iuſto ⁊ legittio īpedimē
to· Itē nō currit ſi a die noticie vt i
illa qz diuiſitatē· §· tēp⁹· ſ̄· de ſup·
neg· p· lꝫ ¶ Negligēte epō ſi ad eū
ſpectat collacō deuoluit̄ ad capl'm
ius conferendi. Si āt ad captl'm
ſpectat ⁊ negligat deuoluitur ad
epm̄· Si ꝯit̄ ꝑtineat ad vtrūqꝫ ⁊
negligāt deuoluit̄ ad ſupiorē· vt
ꝫ· de ꝯceſſio· prebē· nulla ⁊· c· poſtu
laſtis ſꝫ moriēte epō ad quē ꝑ tūc
collacō nō deuoluit̄ ius ꝯferēdi ad
captl'm· vt ꝫ· ne ſede va· illa ¶ In
ſūma nōnō ē q̄ cū ſcribit̄ ꝓ aliq̊
vt in aliqua eccāꝝ ciuitatis vel dio
ceẛ ꝓuideat̄ ei in bñficō ꝯpetēti no
mine bñficij ⁊ prebēda ꝯtinet̄ vt
ꝫ· e· c· ꝑ illoꝝ ꝫ· de v̉bo· ſig· tua q̄
iūs al's nomē bñficij laci⁹ pateat
q̄ prebēde qz bñficiū diſtinctū vel
indiſtinctū· ꝑbenda vero nō· ſi diſ
tincta· vt ꝫ· de ꝯceſ· prebē· Ex pte·
Sed queritur an recepta ſcđa
prebenda prima vacet ipſo iure ⁊
videtur qđ ſic· vt ꝫ· ď ꝯceſ· pre· lrās
vnde q̄ ſtatutū eſt in beneficijs cu
ram aiāꝝ habentibus· vt ꝫ· e· c· de
multa ⁊ in perſonatib⁹ de quibus
idem iudicium eſt habendum· vt
ſ̄· de elec· dudum eciam ſi curam
animaꝝ non habeant vt in decre·
de multa in fi ¶ Idem intelligo et
in prebēdis ⁊ accedit ad hoc xxi·
q· ij· ſi quis iam tranſlat⁹ ſupra de
elec· cum in cunctis· ff· de regulis
iuris· l· iiij· §· ſi ex conuencione· ff· ď
diuor· l· vlt· in fi· ⁊ intelligo hoc cū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sꝫ a p̄bēda recipit̄ vt titulꝰ nō
vt ſimplex bn̄ficiū vel vt ſtipēdiū.
Tan. tn̄ ⁊ quidā alij doctores nō cō
pacientes paupibꝫ ſꝫ diuitibꝫ blā
dientes dixerūt hoc locū hr̄e tm̄ i
bn̄ficijs curā aiarꝫ habentibꝫ ⁊ in
perſonatibꝫ de quibꝫ loquit̄ hec de
cre. de multa non aūt in prebendis
Reſpondētes ad decre. illā lr̄as ꝙ
allegacōez ↄtinet ⁊ non ius cū per
lr̄am illiꝰ dec̄ contrariū pateat ma
nifeſte non ergo palpanda ſūt cī
mina ne vulnera incurata fiant.
vt. l. di. Si quis dyaconꝰ de aūt
ſi non ſparſerimꝰ de ſi tacuerimꝰ
non ei leue diſcrimē incūbit ſiluiſ
ſe qđ ↄgruit vt xliij. di. diſpēſacō.
Itē querit̄ an is qui duas hꝫ pre
bendas vel bn̄ficia curā habencia
ſeu pſonatꝰ poſſit retinere qđ ma
lit. Et videt̄ ꝙ non qꝛ pmū vacat
vt ſupiꝰ dictū eſt. ⁊ ſi vtrūqꝫ reti
nere contendent carebit vtroqꝫ vt
ſ. de multa ⁊ ar. vij. q. i. ſi q̄s epſ.
ſ. de trāſla. pla. quādo in fi. Item
cū in culpa fuerit accipiendo vtrū
qꝫ opcōez habere non dꝫ. vt. ff. de
pete. here. l. ſi rē ⁊ preciuꝫ. ff. de teſ
ta. tu. l. tutor ita recte. Sꝫ ↄ ſ. e. c.
Referente. Ad qđ rn̄o decre. illa
docet qualiter ſupior circa hñiꝰ g̃
ciose pcedere pt̄ vel opcio illa locū
hꝫ ſcđm vetera iura. hodie locū nō
hꝫ qꝛ recepto ſcđo pmū vacat ip
ſo iure vt dictū eſt. ¶ Sꝫ querit̄
an aliꝰ a pp̄a diſpenſare poſſit in
pluralitate bn̄ficiorꝫ. Et ſcpſit Jo.
ꝙ ſic in eadē dyoc. vt lxx. di. ſcōrꝫ.
Sed in diuſ dyoc. non ⁊ hꝰ ꝓpt
iuris impoſſibilitatē qꝛ qua racōe
clericus hn̄s bn̄ficia i diuerſ epā
tibꝫ tenet̄ recipere ordines ab vno
epō ⁊ ab alio ⁊ vtriqꝫ teneret̄ obe
dire ꝙ eſſe non poſſet ſi mandarēt
aduerſa qꝛ nemo pt̄ duobꝫ dn̄is
ſeruire. xx vi. di. accuſaꝰ. hanc aūt
ꝑplexitatē ſolus pp̄a tollere pōt q̇
eo ipſo ꝙ diſpenſat vt liceat ali
cui habere plura bn̄ficia in diuerſ
epātibꝫ concedere videt̄ vt ei liceat
ordines recipere a quo malit epō
et i ↄtrarietate mādatorꝫ ei obedi
at cui vult. verꝰ eſſe puto ꝙ ſiue i
eodē epātu ſiue in diuerſ nullꝰ diſ
penſare pt̄ niſi pp̄a ⁊ ſic cuia tenet
¶ Sꝫ nūquid peccat clericus reci
piendo diuerſa bn̄ficia ⁊ maxime
in diuerſ dyoc. Rn̄o ſic. ſſiā ſi ſci
at pmū vacaturꝫ recepto ſcđo pec
cat tn̄ i cupiditate diū deſerit ꝙ ſor
titus ē ⁊ eligit magis pingue. vt
vij. q. i. ſi q̄s ſue ⁊. c. ſi q̄s de ordie
Itē peccat ↄtēpnēdo ſuū epm dum
eo ↄtempto recipit bn̄ficiū ab al
tero. Sꝫ hꝰ mirꝫ videt̄ ꝙ poſſit q̄s
per recepcōez ſcđi bn̄ficij ſe libera
re a ſuo epō cui forte iurauit ⁊ a q̊
ordines ſuſcepit ¶ Ad quod dico
ꝙ hoc locum habet cū quis de licē
cia ſui epī recipit 2m beneficiū. Ali
oquin ⁊ ſi pm bn̄ficiū vacet titulꝰ
tn̄ poris eccē durat ⁊ potit ab epō
vel a ſua eccā reuocari. vt vij. q. i.
n̄ optꝫ ⁊. c. ſi vō ⁊ cit i expectacōe

de clerico egrotante

bñficij vacaturn ⁊ ſic patz ꝙ ꝙuis
pmū bñficiū vacet ipſo iure prior
tñ locus nō vacat ipſo iure n̄ velis
dicē ꝙ ⁊ por locus ⁊ pmū bñficiū
vacat q̊ ad illū q̄ recipit 2ᵐ nō tñ
quo ad eccāz vel epm̄ porē. Itē nū
q̇d eps peccat ↄferēdo bñficiū ſciē
ter ei q̄ al's bñficiat⁹ exiſtit. videt
ꝙ non ſcit eū vel ſcire dz ꝙ nō du
plicat ei bñficiū. ſed primū vacat
Sed p ea q̄ ꝓrie ſupi⁹ dicta ſūt
pz ipſū delinqre niſi de pmiſſu pri
mi epi fiat ꝙ āt pmū bñficiū vacz
in penā recipientis 2ᵐ bñficium ē
ſtatutuz ⁊ ex hoc facti q̄litas ſatis
pz. Fuit eīn cōe viciū recipientis ⁊
conferētis ſicut cōe vicium ē male
ordinati ⁊ male ordināts vt lxxxi
di. tāts ⁊ lix. di. ordinatos. Vnū
tñ n̄ omitto ꝙ clerico bñficiato pt
aliud i bñficiū vel ſtipendiū ſine ti
tulo ↄferri. vt xvi. q. i. poſſiones.
et. q. vij. illō ¶ Hoc eciā in ſūma
notanō ē ꝙ quicūqz epūs ordiat
clericū ſine titulo vel prebēda ei ꝓ
uidē tenet̄ qō in ſacis ordib⁹ locū
hz ſicut cura tz ⁊ ſuat lz iuā indiſ
tincte loq̄nt̄ de ordinib⁹. vt ā. e. c.
nō liceat ⁊. c. cū ſᵐ apl'm qō verꝫ ē
niſi q̄s ad titulū ſui priōnij fuerit
ordiat⁹ ⁊ ſic intelligo ā. e. c. epūs.
et. c. tuis. talis eīn talit̄ ordinat⁹
bñficiū aliud petē nō pōt. vt xij. q.
ij. illi q̄. xvi. q. i. c. vlt̄. in fi. Sz
ec illud q̄rit̄ ꝙ freq̄ns ē ⁊ aſſiduuz
Ecce ppa mādat alicui ↄferri pre
bēdā vacātē vel vacaturam epūs
ſeu canonici ad q̄s ſpectat colla cō
cōferūt alteri in eluſionē mandati
aplici. Nūquid ꝓ q̊ ſcriptuz ē ius
hz i prebēda illa puto ꝙ ſic. vt ā.
e. c. mt̄ ceterā ⁊. c. dilcūs filiꝰ. g. in
v tia dilcūs. ⁊. ē. de reſcptis. Con
ſtitut⁹ ē ad maiorē penā ſtatutuz
eſt vt ⁊ collacio facta valeat ⁊ ei
pro q̊ ſcptū ē de redditib⁹ eccē ſin
gul' ānis ꝓuideāt ↄferētes donec
ei fuerit in bñficō prebēdali ꝓuiſū
vt ā. e. c. dilcūs fi. g. i plt̄. dilcūs.

¶ De clerico egrotāte.

Obiectū ē. ē. de clericis n̄ reſi.
ꝙ prebēda vel aliud bñfi
ciū ↄferēdū ē reſidēti ⁊ de
ſeruiēti eccē. Sz q2 quid infirmi
tate detēti deſuire nō pn̄t de eis vi
dendū ē. ⁊ iō ſubicit̄ hic rubrica ō
clerico egro. vel debilitato. ¶ An
igit̄ clerici āmouēdi ꝓpt̄ morbum
ſint a ſuis bñficijs pſonatib⁹ ⁊ ꝓ
latutis ⁊ alij in locū eoꝝ ſubrogā
di. Diuerſi diuſa ſenſerūt hug. ei
dix. ꝙ nūq̄ aliquis ſubrogād⁹ ē
viuo niſi renūciantī vel remoto ſeu
trāſlato nec pretextu morbi ē ali
quis āmouend⁹ b. diſtinxit. vtrū
morb⁹ ſit curabilis vel icurabilis
vt ſi morb⁹ ſit incurabil' ſiat amo
cio ⁊ ſubrogacō al's nō ſz h̄ diſtin
ctio non procedit. vt ā. e. t. Ex ꝑte
vinc āt dixit ꝙ q̄diu infirmus pt
in collegio remanere nec amoue
tur nec ei alius ſubrogatur ſic eīn

q v

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mutatur iudex ſi opaʒ iudicio dāē
nō pt· vt· ff· de iud· l· ſi longi⁹· T·
autē dixit ꝙ ſi prelat⁹ vel clericus
nō poſſit in collegio remanē qd in
morbo lepre ɔtigit āmouēd⁹ eſt ⁊
ei ali⁹ ſubrogād⁹ ⁊ h̄ p q̄ndā dec̄
q̄ erat in ɔpilacōe āntiq̄ .ꝭ. de ɔceſ· p
ben· ex tñſ miſſa q̄ tā ꝙ iniquitatē
cōtinē eſt ſublata ⁊ p q̄ndā aliā
.ꝭ. e· c· tua· michi placet ſnīa hug·
et ɔfirmat̄ .ꝭ. e· c· vlt· ⁊ vij· q· i· c·
i· ij· ⁊ iij· ⁊· c· q̄lit· ⁊· c· q̄uis tſte·
qd āt dicit dec̄ illa tua· ſic itelligo
ꝙ ab adminiſtracōis dʒ offic̄ō remo
ueri ſubaud o· non tn̄ a titulo pre
lacōis vel ſiue inſtitucōis· ſuire eīn
itelligūtur famuli q̄s curam⁹ egro
tos· vt· ff· de ſtatu· li· l· iiij· §· plt· ⁊
tpe ifirmitatis paſcēdi ſūt· vt· ff·
cōmo· l· in rebꝰ cōmod itis· §· Pn̄t
iuſte cauſe· q̄ āt debiles ⁊ infirmi
ſeu mutilati celebrare non pn̄t no·
ē· d cor· vicia· ⁊ ſi q̄ras q̄d ſit ſi q̄s
ꝓpt morbū reſidere vel deſuire nō
poſſit R̄ñō ſi ē prelat⁹ dabit̄ ei co
adiutor· vt .ꝭ. e· c· de rectoribꝰ· ⁊· c·
vltiō ⁊ vij· q· i· c· i· ⁊· c· q̄uis triſte·
ſi fuerit ſimplex cleric⁹ dabitur ei
vicari⁹ vt no· ē· d of· vic· §· nūc vi
dendum·

De inſtitucōibꝰ·

Svpi⁹ tractatū ē de colla
cōibꝰ prebēdaꝝ h̄ tractat̄
de iſtitucōibꝰ ꝑſonaꝝ ⁊ iō
ſubicit̄ h̄ rubrica de inſti· Videa
m⁹ igit̄ qd ſit iſtitucō q̄s poſſit in

ſtituē ⁊ q̄s· Itē qd ius ex inſtitu
cōe q̄rat̄· Inſtitucio ē ꝓpe cleri
coꝝ pſonaꝝ ⁊ prelatoꝝ· collacō ve
ro bn̄ficōꝝ eccāꝝ vel prebēdaꝝ In
ueſtitura āt eſt tradicō vel q̄ſi tra·
dicō· q̄ſi tradicō ideo dico qꝛ pleruͫ
qʒ ſit p ānulū vel p libꝝ· vt· ē· de
ſē· ⁊ re iud· cū olim .ꝭ. de cōceſ· pre·
vel ec· non va· ꝓpoſuit .ꝭ. de bn̄s q̄
ſi· a ma· pte ca· ex ore ſicut ⁊ clauiū
aſſignacio ē ſignū tradicōis rei· vt
ff· de ɔtrahē· ēp· l· clauibꝰ ⁊ ſcota·
cio· vt· ē· de ɔſue· ex lr̄is· Itē iſtrō
rū dacio vt· C· q̄ res pigno· ob· poſ·
l· ij· C· de do· ſi q̄s argentū ſicut ⁊ de
portacio ē in tranſlacōis iudiciū vt
ē· de el· c· eccā vrā· Quis āt iſti
tuē poſſit dicas vt al's dixi q̄s ɔfer
re poſſit· ē· de prebē· §· ɔferri· In
ſtituēdi ſūt viri lr̄ati vel al's p̄oīa
vn̄cūqʒ originē duxerīt· vt .ꝭ. e· c·
Ad decorē· Poteſt q̄s iueſtiri pn̄s
vel abn̄s p aliū ſiue ali⁹ p eo· vt ē
de prebē· Accedēs ſic ⁊ pōt aliq̄s p
aliū inueſtire ⁊ ɔferre· vt· ē· d pre
ben· dilcō .ꝭ. de ɔceſ· pre· vel ec· non
va· ɔſtitut⁹ ⁊ ſi is q̄ int̄ponit̄ mā
datū hēat ab illo q̄ inſtituit̄ q̄ret
ꝓpetatē ⁊ pſſionē abſenti· vt· C·
de acq̄· poſ· l· i· ſi h̄ gerat ille q̄ inter
ponit̄ ⁊ is q̄ mādauit vel ſaltē qui
mādauit· vt· ff· de dona· l· q̄ michi
alioq̄n tūc demū q̄ reqrit̄ abſenti
poſſio ⁊ ꝓpetas cū ei poſſio fuerit
tradita· vt· ff· de acq̄· re· do· l· res ex
mādato ſʒ ſi is q̄ recipit noīe abſē
tis mādatū hēat· nō tūc q̄rit̄ abſē

de cõſtitucionibus
de ↄceſſione prebende

ti poſſeſſio ⁊ ꝯpetās cū ratū hūit. vt. ff. de ne. ge. l. ſi ego. ¶ Nunc videndū ē qd̕ ius ex iſtitucōe ꝗratur in q̄ diſtinguo Refert an inſtituatur in canonicū ⁊ tūc id ꝗrit̕ qd̕ diximꝰ ꝗri ex canonia. s̄. de pre. in p̄n. ſi āt in prelatum acquiritur titulus prelature ſꝫ non poſſeſſio n̄ inſtitutꝰ poſſeſſionē nactus fuerit corpalē. vt. s̄. de elec. cū in cunctis §. cū vero xxi. q. ii. ſi q̄s iā trāſlatꝰ et ar. ff. de acquirē. poſſ. l. cū here des in auc. vt ordi. pſec. coll. v. ff. de bo. po. ex. c. milit. l. vlt. in fi. vn̄ n̄ prius deſinit q̄s hr̄e titulū in priori ecclā n̄ poſſeſſionē adeptus fuit in ſecūda. vt xcij. di. ſi quis epi.

¶ De ↄceſſ. prebē. vel ecc̄e nō va.

O Jctū ē. s̄. de p̄bend̕ ⁊ iſtiſꝫ qꝛ plerūqꝫ ↄcedunt̕ ſeu ꝓmittitur p̄bēde vel ec. nō va. Ideo ſbiciẗ h̕ rubca de cō. pre. vel ec. nō va. ¶ Videamꝰ igitur q̄ p̄bēda vel ecclā dicit̕ nō vacare. Itē q̄s poſſit ↄceſſiōes vel ꝓmiſſiones facē de nō vacātī. qd̕ ius acquirat̕ ſi q̄s recipiat̕ ad p̄ma vacātē. ⁊ q̄ ſit rō q̄re ↄceſſiones ⁊ ꝓmiſſiones de nō vacātib᷒ reprobētur ¶ Nō vacare dicit̕ ecclā vel prebēda q̄ vtroqꝫ mō nō vacat de iure ſcꝫ et de fcō. vt. ī. e. c. cū nris. Sꝫ hoc verꝰ ē in eo q̄ lrās optinet a ſupiorē ſup ecclā vel p̄bēda aſſerēs eā vacare cū nō vtroqꝫ mō vacet vt dictū ē. Als tn̄ cōferri p̄t ecclā vel p̄bēda vacās de iurē n̄ de fcō vt cū q̄s hn̄s vnā ecclāꝫ vel p̄bēdā acq̄rat aliā. p̄mā tn̄ de fcō tꝫ. vt. s̄. de p̄b. de mlta ⁊ idem puto ī oib᷒ bn̄ficijs q̄ de fcō detinētur á clericis ↄiugatis a clericis depoſitis vel remotis ⁊ generalit̕ in oib᷒ q̄ ab aliq̄b᷒ occupata de fcō tenētur. ¶ Poteſt ſolus ppa ↄcedē nō vacātes. vt. s̄. de of. dele. ex pte ī. e. c. ꝓpoſuit. ⁊ eſt rō quia ipſe eſt. s̄. ius vt in predcō. c. ꝓpoſuit. ipſe ↄſtitucōib᷒ non ligatur. vt. C. de le. ⁊ ↄ. l. digna. legatꝰ hoc non p̄t. vt. s̄. de prebendis dilectus filius quilibet tamen prelatus ꝓmittere p̄t ſe ꝓuiſurū cum potuerit. vt ī. e. c. Accedēs. Racō autē quare valeat h̕ ſpēs ꝓmittēdi eſt q̄ꝛ aſſignat eād̕ dec. Accedēs quia in multis caſibus ſe facultas offerre p̄t in quib᷒ collacō non eſt ī exſpectacōe vacatui bn̄ficij differēda ⁊ ſic ſbtrahit̕ expectacō mortis potuerūt eñ bona ecc̄e ſuper excreſcere ⁊ de hijs ī beneficō ꝓuideri. vt. s̄. de conſti. Cum. M. ī. de verbo. ſigni. c. vlt. ¶ Sed opponitur. Nam idem videtur in ꝓmiſſione nō vacātis nā plurib᷒ modis euenire p̄t vt aliter q̄ꝛ per mortē facultas ſe offerat prouidēdi vt cū vnum beneficiū in duob᷒ diuidit̕ ex ꝓuiſione ſupioris vt. s̄. de pre. va. Itē cum aliquis ex canonicis ꝓmouet̕ vel remouet̕ vel reſiḡt vl̕ ꝓ derelicto hꝫ bn̄ficiū vl̕ religiōē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ingredit᷑ Ad q̄ſ r̄n̄o. Jura iſta q̄
ꝓhibēt pmiſſionē l' ↄceſſiōez de no
vacāde ↄſiderauert ea q̄ freqūciꝰ ac
cid̄it ⁊ ad illa ei q̄ freqūciꝰ accidūt
iura adaptāt᷑ vt ff. de le. ⁊ ſeñ. l. nā
ad ea. ff. ad treb. l. poſtulantē. Fre
quenciꝰ em̄ accidit vt bn̄ficia va
cent p mortē q̄ p alios modos in
promiſſione pme vacature h᷑ agi
videt᷑ ⁊ iō non valet. pmiſſio vero
cū potero vel cū facultas ſe offerret
et gn̄alior ē ⁊ in ea non videt᷑ ad
mortē reſpectꝰ haberi ⁊ iō appro-
bat᷑. ¶ Recepto in canonicū ⁊ in
fratrē ad pmā vacantē acquirit᷑
ius canonie. vt. ſ. de prebē. dilc̄is
filiꝰ. t. prebēdā aūt cū vacauerit n̄
p̄t petere ex pmiſſione. Dz q̄r ca-
nonicus non p̄t eē ſine prebēda po
terit iure cōi pete ſcz canonie. vt. ſ.
de p̄. Relatū. int᷑ cetera. ⁊. c. dilc̄is
filius t. ¶ Racio aūt q̄re promiſ
ſiones vel ↄceſſiones de nō vacātu-
bꝰ reprobant᷑ eſt illa q̄ ↄtinet᷑ ī. e.
c. nulla ſcz ne deſiderare q̄s mortez
alteriꝰ videat᷑ i cuiꝰ locū ⁊ bn̄fi᷑m
ſe ēdit ſucceſſurꝫ. ⁊ ead rō ē i pctō
de futura ſucceſſione. vt. C. de pac.
l. vl. ⁊. C. de inu. ſti. l. ex eo ⁊ de hijs
legib᷒ ſit mēcio ī. e. c. nulla. Et no
tand᷑ q ſi ↄ ↄcāliū illud aliquis ſit
receptꝰ recipiētes ↄ eū excipere nō
pn̄t. vt ī. e. c. cū ſup. Dz cū pmiſſio
de nō vacāte ↄparet᷑ pacto de futu
ra ſucceſſione dixerūt quid q ſicut
pctū de futura ſucceſſione valet i
gn̄e nō in ſpē. ut. ff. p ſo. l. iij. §. de
illo. Sic ⁊ pmiſſio nō vacātis q
nō puto verꝫ vt ī. e. c. ↄſtitutꝰ. ⁊. c.
ex pte. Jtē dixerīt q̄d q ſic pctū
de futura hēditate valet ſi fiat d ra
tificacōe illiꝰ cuiꝰ ē hēditas. vt. C.
de pac. l. vlt. ſic ⁊ pmiſſio de non
vacāte q̄d nō puto verꝫ n̄ is d cuiꝰ
bn̄ficio agit᷑ oio renūciet. vt. ſ. de
offi. dele. Ex pte. Et q dixi recipiē
tes recepto obicē non poſſe q ↄtra
con ciliū receptꝰ ſit iō ↄtingit quia
cū ſit in poſſione canonie i pari cā
turpitudis pior ē ↄdicio agētis ⁊
melior poſſidētis. vt. ff. de ↄd. ſi cā
l. auūculo ⁊. ff. de ↄd. ſine cā. l. iij. ⁊
ſm̄ h᷑ itelligend ē q̄d legit᷑. ſ. d ex
cep. cū eccāſtice. Si vō i poſſeſſiōe
nō eēt ſꝫ ageret ex pmiſſione vt re
cipet᷑ tūc illi q̄ pmiſerūt ↄ cōciliū
pn̄t excipē ↄ eū ⁊ i h᷑ caſu i pari cā
melior ē ↄdicō rei. vt. ff. de re. iur. l.
cū p delictū ⁊ ſic itelligo ī. e. c. Ex
tenore. ſ. de pb̄. cū iā dudū. ⁊. c. cū
nō ignores. Nec obſtat ī. d diuor.
ſigficaſti ī. de adult. itelleximꝰ ibi
em̄ agēti dat᷑ replicacō i fauorem
mr̄ionij l' ibi dat᷑ replicacō ēca diu
ſa delicta. Dz ēca idē ⁊ cōe delictuꝫ
in h᷑ caſu nō daret᷑ agēti replicacō
ↄ doli excepcōꝫ. vt. ff. d doli. excep.
apd celſū. §. marcellus.

¶ Ne ſede vacan. aliq̄d inouet᷑.

T Ractatū eſt. ſ. d iſtitucō
nibus ⁊ conceſ. que de cōi
iure hn̄t fieri ab epis cū ſu
is captlis. vt no. ſ. de pb̄. §. ↄſem

ne ſede vacante

vacantibus autem epālibꝰ eccījs
captl'a ↄferre non poſſunt· vt ī· e·
c· illa ⁊ ex hꝰ nacta occaſione tracta
tur hic gn̄aliter ꝙ ſede vacāte ni
chil innouet· ⁊ iō ponit hic rub
ca ne ſede va· aliq̄d inouet ¶ Vi
deamꝰ igit̄ q̄ eccā dicat̄ hic vaca
re· Itē que ſint illa q̄ ſede vacan
te innouari non poſſint· Et quare
ſedes dicit̄ hic vacare que non hꝫ
prelatū vt ī· e· c· p to· lꝫ al' ⁊ q̄ hētī
aībꝫ nullū hr̄e fingit̄ vt· ſ̄· de pre
ſcrip· c· i· ⁊ q̄ nō ↄſecratū hꝫ nullūꝫ
hr̄e videat̄ q̄ntū ad ea que munꝰ
conſecracōis expoſcūt vt· ſ̄· de trāſ·
p̄· Int corꝑalia· nā ⁊ q̄ malus ē vi
det̄ non eē vt de peni· di· i· ſcindite
et q̄ inhabilis eſt ad agendū nec
eſſe videt̄ vt· ff· qḋ cuiuſqꝫ vniuꝰ
no· l· i· ſ· plt̄· nec cautū videt̄ ꝙ vi
cioſe cautū ē· vt· ff· qui ſatiſda· co·
l· q̄ciēs ſic ⁊ malus ſacdos non eſt
ſacerdos· vt xl· di· multi ⁊ malus
epſ non ē epſ· vt ii· q· vij· nō oēs·
¶ Eccā vacāte aliq̄d ē̄ca ſtatū ip
ſiꝰ innouari nō dꝫ· vt ī· e· c· i· vacā
cia būficia ↄferri non pn̄t vt ī· e· c·
illa qḋ eni̅ optinet in p̄lato negli
gēte· vt· ſ̄· ti· px· nulla· ⁊· c· poſtu·
laſti non obtinet in p̄lato morien
te vt dictū ē· Itē vacāte eccā cleri
cī nō pn̄t diſponē de rebꝰ ec· vt xij·
q· ii· ſi q̄· x· q· ij· ſi q̄s epſ· lxxvi· di·
qm̄· Ho· tn̄ dixit· ꝙ poſſint ſicut in
ſtāte ncc̄itate pn̄t clerici vacantis
eccē aliq̄ alienare vt lxxi· di· frater
nitatē dum tn̄ aſſit auctoritas me
tropol'· eccē· nā ⁊ iudex p̄ſtat aucto
ritatē facto minoris eo tp̄e quo nō
hꝫ curatorē· vt· C· q̄ admit· ad bo·
poſ· l· bōꝝ Itē ī minoribꝰ ec· p̄t epſ
āq̄ alienare mortuo ſacdote· vt x·
q· ii· ſi q̄s epſ· Itē dicebat ꝙ ſi ca
nōicī faciūt aliquē ↄctū mōtuo epō
tꝫ ſꝫ ſi eccā leſa ſit reſcidet̄ vt xij· q·
ij· ſi q̄ vt vides ī ↄctū minoris n̄ hn̄
tis curatorē vt· C· de int· r· ſ· n̄ cura
torē· ſꝫ hꝰ n̄ placꝫ· Nā hꝰ ſiet viuēte
p̄'ato vn̄ dico ꝙ n̄ tꝫ ↄctꝰ vt ī· e· c·
vl· ſic nec tꝫ iudiꝰ· ff· ḋ iuḋ· l· acta
ſ· vlt̄· C· q̄ da· tu· poſ· l· vniuꝰ nā ⁊ ī
iudicījs q̄ſi ↄhē videm̄· vt· ff· de pe
culio· l· lꝫ· ſ· idē ſcribit· Itē n̄ agit
vel ↄuenit̄ eccā vacāſ· vt ī· e· c· vl·
qḋ itelligo verū eē ī negocō qḋ ad
ſolū epm̄ ptinꝫ l' ad epm̄ cū caplo
ſecꝰ ſi ad ſolū captl'm vt· ſ̄· de re·
ſcp̄tis· Eodem ⁊ idē dico ī collacōe
bn̄ficiōꝝ vt captl'm ea ↄferre n̄ poſ
ſit ſi ad ſolū epm̄ ſpectꝫ l' ad epm̄
cū captl'o· Secꝰ ſi ad ſolū captl'm
vt no· ſ̄· de p̄· ſ· ↄferri· dōri āt vel le
gari eccē vacāti p̄t ⁊ alia bn̄ pn̄t
fieri q̄ ſūt ad vtilitatē ipſiꝰ eccē va
cātis ne ſi alit̄ dicat̄ cedat ī dānū
ꝙ fauore eccleſie eſt inductum· vt
· C· de leg̃· ⁊ conſti· l· ꝙ fauore· C· de
procu· l· non eo minus· C· ḋ ſecunḋ
nup· l· generaliter· ſ· in hijs· et · C·
de rei vxo· ac· l· vna· ſ· accedit·
Sed pone ꝙ eccleſia vacans hēat
yconomū ſyndicū ſeu defenſorem
vel actorem nunquid per eum age
re poteſt ⁊ ↄueniri videtur ꝙ ſic·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt xij. q. ij. nobis ⁊ c. vulterane ⁊
h̄ ide innuit dec̄ ꝫ. e. c. vlt. dum dicit
atteſtacōnes receptas vacante bur
gēſi eccā ⁊ carēte legitīo defenſoē
non valē innuit ꝙ ſi habuiſſet defē
ſorē atteſtacōes valuiſſent. ſꝫ h̄ nō
placꝫ. Vn̄ ad canones rn̄deo ꝙ nō
loquūtur ī yconomo ſꝫ ī coadiuto
re q̄ plenā hꝫ adminiſtracōēꝫ ī tpali
bus ⁊ ſpūalibꝫ vt vij. q. i. c. i. ⁊ c.
q̄uis.

¶ De hijs q̄ fiūt a p̄l. ſine cō. c.

QVia ſupiꝰ tractatū ē de iſ
ſtitu. ⁊ cōceſ. q̄ ab epis ſi
ne ɔſēſu captloꝝ fieri nō
dn̄t. iō ſubiciꝰ hic rubca de hijs q̄
fi. a pla. ſine cō. ca. ¶ Videamꝰ igi
tur q̄ ſint illa q̄ ſine cō. clericoꝝ fie
ri nō dn̄t. ¶ Et quid plati eccāꝝ in
negocijs eccāꝝ ſuoꝝ collegioꝝ ɔſi
lia ⁊ ɔſenſus reqre dn̄t ſcꝫ in ɔ̄cli
bꝰ donacōibꝫ ⁊ ɔceſſionibꝫ vt ꝫ. e.
c. i. ij. ⁊ iij. in inſtitucōibꝫ ⁊ deſtitu
cōibꝫ ⁊ ɔfirmacōibꝫ vt ꝫ. e. c. no
uit ⁊ c. q̄nto in ordinacōibꝫ facien
dis. vt xxiiij. di. eps. in dignitati
bꝰ ɔferēdis vt xxiij. di. legitimꝰ ī
diſpenſacōe reꝝ eccē. vt xij. q. ij. ſi
q̄ de rebꝫ. in cauſ audiēdis vt xv.
q. vij. Felix ⁊ c. ſi āt. in alienacōi
bꝰ vt x. q. ii. in autn̄. h̄ ius porrc̄m
et xij. q. ij. ſine excepcōe. ſic ⁊ ī alie
nacōe reꝝ ciuitatis reqrit ɔſenſus
ciuiū. C. de vē. re. ci. l. vlt. l. xi. ⁊ ſicut
tūc iurāt maiores ciuitatis ſic ⁊ in
hac alienacōe iurat maior domus
vt ī p̄dcā auc. h̄ ius porrectū ē ⁊ nō
mit lau. ꝙ in h̄ caſu reqrit ɔſenſus
oīu ſimul ⁊ dis ū ſepati ⁊ ſingulo
rū non obſtāte. l. ff. de ſui vba. p.
l. pſundū qꝛ loquit ī re cōi q̄ cuiꝰ
libet ē vt. ff. de ritu nup. l. i. ſecꝰ in
re vniuſitatis q̄ nullius ē vt. ff. q
cuiuſqꝫ vniu. l. ſicut municipiū. ꝫ.
i. Hꝫ certe h̄ nō placꝫ. Nā ſi inue
niā h̄ in electione vt reqrat ɔſen
ſus cōis ū ſingularis vt ſ. de elec. i
geneſi. nō tn̄ h̄ reqrit in alienacōe
Nā alienacō q̄ de iure nō valet cō
ualeſcit p cōſenſū ſeqntē. vt xij. q.
ij. ſi q̄ de rebꝫ. ⁊ ꝫ. e. c. Cū vos ⁊ c.
Cū aplica. ⁊ xvi. q. i. c. vlt. qd̄ in
electionibꝫ nō ɔtingit vt ſ. de elec.
Audiuis. Sufficiūt ergo ī aliena
cōe ſingulares ɔſēſus oim ſic dic
tū ē. ¶ Sꝫ q̄rit an in rebꝫ ec. ma
le a laycis detētis ad eccāꝫ aliq̄ re
ducēdis ⁊ reuocādis ſufficiat auc
toritas dyoceſ epī ſine ɔſenſu ſui
captl'i ⁊ certe ſic ꝫ. e. c. cū aplica ⁊
xvi. q. i. c. vl. ad qd̄ opponit p col
lacōēꝫ laycī ⁊ ɔſēſuꝫ epī trāſfertur
dominiū rei ī illā eccāꝫ ad quā res
trāſit ⁊ ſic res illa alienat q̄ ad p̄
orē eccām cuiꝰ fuit. Nā alienacio
eſt oīs actus p quē dominiū tranſ
fertur vt. C. de fundo dotali. l. i. nec
in ſecūdam eccāꝫ ꝓprie res dicitur
reuocari ſed de nouo acquiri eo ꝙ
prius nūq̄ eam habuit. Ad hoc
rn̄o ſine dubio. Quedam ſpecies
alienandi eſt quantū ad primam
eccāꝫ ⁊ que p hunc modū rē p̄dit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de rebꝰ · q ſunt apla

vt dictū ē ꝯ cū h̄ ſpēs alienādi nō
eſt ꝓhibita ſʒ illa cū res alienatᷣ ē
in poſſione eccē q̄ alienat ꝯ ſic in
telligo ꝗ. de rebꝰ ec. nō alie. ꝯ ꝓhi
bicō alienacōis q̄ fit a teſtatore n̄
extēditᷣ ad eā q̄ fit ī familiā. vt. C.
de fideicō. l. volūtas vel h̄ alienacō
tollatᷣ. Sicut alꝰ deꝰ magis volu
it imolari hoſtias q̄ꝫ demonijs. vt
xxij. q. i. ꝯſidera. Itē res iſta q̄dā
mō recupatᷣ ꝯ ſi nō ab illa ec. cuiꝰ
fuit. ab alia tn̄ bn̄ faciliꝰ ꝯ fauora
biliꝰ pmittitᷣ rei ꝑdite recupacō
q̄ꝫ habite ꝯ poſſeſſe aliena cō nā ꝯ
in rebꝰ n̄ bitis ſʒ bn̄dis ꝑt fieri de
terior ꝯdicō ꝑ ſuū. vt. C. de acqui.
poſ. l. ꝑ ſuū. Itē ſi debitor alienat
in fraudē creditoris res q̄s bʒ re
uocantᷣ vt. ff. de hijs q̄ in frau. cre.
l. i. ſecꝰ in hn̄s q̄ non bʒ vt ſi ī frau
dē creditoris non adit hēditatem
vt. ff. e. t. l. q̄ āt. Item ſi libtꝰ alie
nat aliq̄d in fraudē pr̄oni reuocatᷣ
Secꝰ ſi in fraudē illiꝰ nō adit hē
ditatē. vt. ff. ne q̄d in frau. pa. l. i.
ſ. vtꝝ. Sʒ ſciendū ē q̄ꝫ ſi aliq̄ eccā
vult ipetrare lr̄as a curia ꝑ q̄s lice
at rē ec. alicui eccē acq̄ri male a la
ico detentā q̄ altri eccē ptinʒ. rōna
curia talē ſolet adicē clauſulā ꝑori
eccē ꝑſtita caucōe vt ſi ad pinguio
rē fortunā deuenerit rē ei reſtituat
priꝰ ſibi de p̄cio ſatiſfacto. ¶ In
ſuma nōnd̄ ē q̄ꝫ lʒ ꝑlatꝰ gn̄alitᷣ in
oībꝰ negocijs eccarū req̄rē debeāt
ꝯſiliū clericoꝝ vt cū eis pagant ꝯ
ptractēt ꝯ q̄ ſtatuēda fuerint ſta
tuāt errata corrigāt ꝯ euellēda diſ
ſipēt ꝯ euellāt vt ꝗ. e. c. q̄nto ꝯ max
ime ſup illis q̄ clericos ipōs ꝯtigē
dinoſcuntᷣ. vt ꝗ. e. c. vlt. Pōt tn̄ q̄
dā modica donare ſine ꝯſilio cleri
coꝝ. vt xij. q. ij. trulas ꝯſiderata tn̄
rei donate q̄ntitate ꝯ locī conſuetu
dīe. vt ꝗ. d̄ dona. Ceteꝝ. Itē quin
q̄geſimā ꝯ cēteſimā. vt ꝗ. e. c. paſ
toralᷣ. Nullus eīm accuſare epm̄ pt
qd̄ tēpla dei edificat vel edificata
et indigēcia āpliat. vt xij. q. ij. au
rū. vn̄ non obſtāte iuramēto de nō
alienādo ꝑt de nouo eccā ꝯſtrui vt
ꝗ. d̄ ec. ed̄. tua. ad h̄ āt pmiſſum ē
dari q̄nq̄geſimā vel centeſimā ſcʒ
ad nouā ec. ꝯſtruendā. vel ꝯſtruc
tā āpliādā. vt xij. q. ij. bone rei vn̄
cū hoc ſemel ſit a iure pmiſſum nō
eſt necē vt nouꝰ req̄ratᷣ aſſenſus.
vt. ff. de ꝯd̄. inſti. l. q̄ ſub ꝯdicōne
ſ. vlt. Sʒ ꝯ. xij. q. ij. ſi epꝰ vnā et
ꝗ. e. c. cum vos. ꝯ. c. q̄nto ꝯ ꝗ. de do.
paſtoralis. Sʒ circa h̄ ſcꝑſit lau.
q̄ꝫ talis donacō valet donatore vi
uente eo āt mortuo poterit reuoca
ri. vt xvi. q. iij. ſacerdotes puto ex
hac cauſa donacionem reuocarī nō
poſſe ne iuris auctoritatᷣ donatarij
decipiantur. vt. C. de hijs que ve.
eta. impetᷣ. l. i. Sed ex alijs cau
ſis poterit reuocari ſiue viuente ſi
ue mortuo donatore. vt ꝗ. de do. ſi
apſice. ¶ Sʒ q̄ritᷣ quid ſi epꝰ
plures donacōnes faciat ita q̄ꝫ oēs
aggregate excedant quinquageſi
mā vel centeſimam ſingule autem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infra ſóſiſtāt nūquid oēs reuo
cari debebūt vel illa q̄ excedit·r̄n̄ſio
illa q̄ excedit ar·xij·q·ij·ſi q̊s deſ
tis ar·ff·de iuriſ·ō·iu·ō·l·ſi q̄s id
q̄ xvij·q·iiij·q̄ſti·ſʒ q̄ oēs ē ar·ff·
de app·l·ſi q̊s ſepati·§·i·vel ē de q̄=
libʒ detrahēdo·vt·C·de do·l·ſi totas
et·ff·ad le·fal·l·penales·§·anua ve
rius tn̄ videt̄ vt reuocet̄ excedens
ar·C·qn̄ ⁊ a q̄bʒ q̄rta ps decurī·l·
ij·li·xij·Illud eēm reuocandū ē qđ
det̄mentū inducāt ar·C·de do·ſi q̊s
argentum·⁊ xij·q·ij·ſi quos·

¶ De hijs q̄ fiūt a ma·pte·ca·

Ocduū ē·ſ·q̄ epi cū captlo
rū ſuoꝝ ꝯſilio q̄dā pagē
dūt·Itē alia ſūt negocia
q̄ tm̄ ad captla ſpectāt vt·ſ·de re
ſcptis Edocen vt no·ſ·de p̄be·§·ꝯ
ferri·Sʒ q̄ plerumqʒ ſiatꝝ vota
diſcordant ⁊ gn̄alit̄ optinet q̄ a
maiori pte corpis vel collegij fuit
ordinatū·iō ſubiat̄ hic rubca de
hijs q̄ fiūt a maio pte ca·¶ Vide
mꝰ igit̄ q̄ dicat̄ maior ps capli et
in quibʒ p̄ualeat factū ſeu votum
maioris ptis ⁊ in q̄bʒ factū mino
ris·¶ Maior eſt ps q̄ numeroſior
eſt ſʒ ſicut in electione nō ſufficiāt p
tē eſſe maiorē niſi ſit ſanior·vt·ſ·
de elec·q̄ ꝓpt̄ diuer·ſic ⁊ in cete=
ris agēdis ecce requirit̄ maior ps
quo ad numeꝝ ſanior q̄ ad zelum
ſ·ō elec·Eccleſia vel maior dicā p̄t
que maiori nitit̄ roe vt ix·di·ſane
et xl·di·multi·vn̄ nō tm̄ ad multi
tudiēʒ r̄ſpiciā optʒ vt iiij·q·iij·§·p̄t
in cimiali ¶ Gn̄alit̄ āt p̄ualet qđ a
maiori pte captli fit vt lx·di·c·i·ij
et iij·p̄ſumit̄ eēm q̄ ex ptis plurali
tate n̄ ex pte altera ꝓpondēt aucto
ritatis·vt·ſ·de elec·dudū·ſ·de teſ
tibʒ i p̄ncīa·ff·de teſti·l·ob carmē
et iiij·q·iij·Itē in cimiali i p̄n·In
terdū p̄ualet minor ps·vt ī·e·c·i·
xxxi·di·nicea·ff·ō ſui iuſ·p̄·l·p̄ſi
dū xij·q·ij·n̄ liceat·⁊·ff·de pac·l·
maiores·Int̄dū nō ſufficit q̄ ma
ior ps ꝯſētiat ſʒ req̄rūtur due ptes
vt·ſ·ō elec·lʒ·⁊·c·ſcptū ē·Aliqn̄
req̄rit̄ vt due ptes abſint vt·ff·ō
decertis abor·fa·l·iij·ff·q̄ cuiuſqʒ
vniū·no·l·nulli·vt·C·de deai·l·no
minacōes ⁊ nō q̄ lʒ gn̄alit̄ nō ob
ſit ꝯdictio paucoꝝ obeſt tamē ab
ſencia vn̄ plus opat̄ contemptꝰ
paucoꝝ q̄ ꝯdicō multoꝝ vt·ſ·de
elec·q̄ ſic venerabil̄ ⁊·c·bone me=
mo·cremonen̄ ⁊·ſ·ō poſtu·i ſcđa
bone memorie·

¶ Vt eccle·bn̄fi·ſine dimi·cōfe·

Ocduū ē·ſ·ō bn̄ficiis ꝯfen
dis ſʒ q̄ cū integ̊tate ⁊ ſn̄
diminucōe aliq̄ ꝯfenda ſūt
Iō ſbiat̄ h̄ rubca vt bn̄fi·ecc·ſine
dimi·ꝯferāt̄·In q̊ dicēđ ē breuit̄
i ſūma q̄ bn̄ficia eccaſtica dn̄t pu
re palā libē ⁊ ſine diminucōe ꝯferri
¶ Puē ſine pacto ⁊ ſine ꝯdicōne·vt
no·ſ·ō p̄be·§·plene ⁊ ſine mō·Na
ſicut ꝯdicio ſymoniā inducāt ⁊ rē
ſpūalē afficiāt ⁊ ita modꝰ q̄ modꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯpollet ꝯdicōi· vt xxviij·q·i·ſi ifi-
del ꝗ̄·de ꝯdi·appo·verū·C·de le·⁊ ſi
deicōmiſ·q ſub mō·l·i·imo magis
obligat modꝰ ꝙ̄ ꝯdicō· Nam is
cui aliq̇d ſub mō relinquit̃ ſtatiz
petere pt̄ ſi caueat de eo iplendo vt
ff·de le·iij·l· ſi tibi legatū ē· Sz ſi
ſub ꝯdicōe aliq̇d ē relictū nō ꝑius
illud ꝑſtabit̃ ꝙ̄ ꝯdicō ipleat̃ licz
patꝰ ſit legatariꝰ de adimplendo
cauere vt·ff·de cōdi·⁊ demō·l·qui
hēdi·§·vlt·⁊·l·q̇bꝰ diebꝰ·§·vlt·
et·ff·de fideicōmiſ·li·l· cū i teſtamē
to in ꝑn· ¶ Palā· Ocultē enī col-
lacōes ſuſpecte ſūt ·vt ꝗ̄·e·c·i·ꝑhi
mit̃ enī ꝯ̄ ocultē dātes·vt dictuz
ē facientes ⁊ iudicātes vt·ff·de iu-
fiſci·l·ita·ff·de admi· tu·nō ex tio-
xviij·q·ij·ꝑnicioſā·ſ̄·de officō del·
cōſuluit xix·di·Anaſtaſiꝰ· Nā te-
nebre apte ſūt ad fab̄icandū falſuz
vt·ff·de vē·iſpi·l·i·§·de inſpiciēdo
verūptū ſi ille cui datū ē oculte ſit
capax nō viciat̃ oculta donacō vt
·C·de dela·l·i·li·x· Sz elcōes clādeſ
tine nō valēt vt·ſ̄·de elec· q2 ꝓpt
diuiſas·§·vlt· ¶ Cōtractꝰ āt non
minꝰ valet ſi celebret̃ de nocte nul
lum enī tēpꝰ ſane mentis maioris
xxv·ānis ꝯſenſū repudiat·vt·C·ꝯ̈
tranſac·l·nō minorē ⁊ ē racō in cō
tractibꝰ q2 i eis dies icipit a medi
etate viiꝰ noctis ⁊ finit̃ in medie
tate alteriꝰ·vt·ff·de ferijs·l· more
rōno·iudex vero iudicaē dz añ noc
tis tenebras vt i ꝑdcā dec ꝯſuluit
Et ſic itelligo qḋ dicit̃ ſedebūt āt

iudices matutīo meridie ac veſpe
vt i autē ḋ iudic·§·ſedebūt coll·vi
qḋ dicit alia lex incōgruū ē ingrā
tibꝰ eē i publico veſp̄tis horis·vt
ff·de orig·iur·l·ij·§·⁊ q2 ⁊ facit ad
h̄ ij·q·vi·§·byduū·⁊·ff·qñ ap·ſit
l·i·§·biduū Libē vt i·q·iii·ſi q̇s
ꝑbēdas Sine diminucōe vt h̄ ⁊ i
predcō canone ſi q̇s ꝑbēdas ⁊ ſi
mile al·xvi·q·i·ſi mōchꝰ ⁊·q·vij
q̇cūqz ꝗ̄·de decīs ꝯmiſſum ex pte ⁊
c·tua in fi·⁊·c·ex trāſmiſſa·verūp
tū ſi p̄latꝰ cū ſuo·c·añ collacōz bñ
ficij alicuiꝰ decīat fructꝰ eiuſḋ bñ
ficij retinēdos ad tēpꝰ vel i vſus ċ
tos ꝯuertendos ex iuſta ⁊ necc̄aria cā
ſatis l·vt ꝗ̄·e·c· vno in fi· Nā ſi p̄
latꝰ cū captl̄o pt̄ ex cā ſbꝑmē pſo
natū vt·ſ̄·de ꝯſti· Cū acceſſiſſent ⁊
poſſ̄iones alienare vt ꝗ̄··c·xx·ec-
cleſias ſubicere et vnire·vt ꝗ̄· de
exceſ·prela· ſicut vnire· multo
forciꝰ de ꝓuentibꝰ bñficii diſpo-
nere pōt·ut xij·q·i· hijs ita rñdent
Dim āt bñficiorum ꝓuētꝰ in ċtos
vſ̄ ꝯuertē ñ poſſz ⁊ iō h̄ p idulgēciā
obtinet̃·ut ꝗ̄·ḋ v̄bo·ſig·c·tua nob̄

¶ De rebꝰ ecc̄e alie·vel nō alie·

TRactauiꝰ·ſ̄·ḋ rebꝰ ſpūa
libꝰ cleicoꝝ·ſ·de bñficijs
et preben·nūc aūt ḋ rebꝰ
tp̄alibꝰ ē tractādū ⁊ q2 res tp̄ales
ecc̄aꝝ nō nūꝙ̄ a clericis diſtrahun
tur ideo de eaꝝ alienacōe dicamꝰ
et ꝓpterea ſubicit̃ h̄ rubica ḋ rebꝰ
ec· alie· vel non· ¶ Videamꝰ igit̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃d ſit alienacõ· q̃ res poſſint alienari
q̃⁹ ex cauſ· q̃ ſit for̃ alienãdi· q̃ pe
na male alienãtis ꝛ recipiẽtis ꝛ q̃ pe
na ſubſcribẽ illigte alienacõi ¶ Ali
ena° ſtricte ſũpto vocabulo ẽ oĩs
act⁹ p quẽ dominiũ trãſfert᷑ vt· C· de
fũdo dota· l· i· cõmuis vba illi⁹ legis
contiãt᷑ hic oĩs act⁹ p quẽ domi
niũ trãſfert᷑ eſt alienacio· Hic aũt
vbi tractat᷑ de rebꝫ ecc̃e alie· vel nõ
laxat᷑ vocabulũ alienacõis vt cõp
hendat quoſdã cõtc⁹ in quibꝫ do-
miniũ nõ trãſfert᷑ vt extra· e· c· nulli ꝛ ſi
mile· C· de rebꝫ ec· non alie· l· ſcim⁹
in auten· de nõ alie· aut pmu· rerũ·
§· nos igit᷑· coll᷑· ij· Alibi alienare
dicit᷑ qui vſucapi pmittit ꝛ qui nõ
vtẽdo ſuitutẽ amittit· vt ff· de v·
ſigni· l· alienacõis· ¶ Prohibent᷑
res ecc̃e alienari vt xij· q· ij· ſine ex
cepcõe· x· q· ij· in autẽ· hoc ius por-
rectũ· ꝛ xij· q· ij· p totũ· ꝛ maxime
in· c· nõ liceat· ꝛ· C· de ſa· ſanc· ecc· l·
iubemus· ſicut ꝛ res ceſaris· vt· ff·
de le· i· l· apd̃ iul᷑· §· vl· ¶ Excipiũt᷑
quatuor caſus cã neceſſitatis vt ere
debiti vrget· vt in· l· illa ſꝫ ius por
rectũ· Cauſa pietatis vt p redẽp-
cõe captiuoꝝ vel alimonia paupe
rũ· vt xij· q· ij· Aurũ· Cauſa vtilita
tis· vt in· c· ſine excepcõne· Cauſa
incõmoditatis vel minoris vtilita
tis· vt xij· q· ij· terrulas· pñt et alie
cauſe aſſignari vt xij· q· ij· Aurũ· ſꝫ
fere oĩs ad has q̃tuor reducũtur
¶ Mobiles res ecc̃e q̃ ſuando ſuari
nõ pñt citra ſolẽpnitatẽ aliq̃ñ alie
nãt᷑ vt res pupilli· vt· C· de admi-
tu· l· lex q̃ tutores· et· l· vlt· et ea q̃
magis expedit diſtrahi q̃ ſuari vt
alia ſuperuacua ꝛ veſtes attrite·
vt· C· qñ decto op⁹ nõ ẽ· l· vlt· Alie
nãt res alienãtur cũ ſolẽpnitate et
olim quĩd maxia reqrebat᷑ ſolẽp
nitas· nã duo de vicinis epis voca
bant᷑ q̃ de cã alienacõis cognoſce-
bãt ꝛ alienacõis cõtcui ſubſcribe-
bãt· vt x· q· ij· caſellas in fi· ꝛ xij·
q· ij· quicũqꝫ ſuffragio· xvij· q· iiij·
nullus res· hodie ſufficit cõſenſus
epi ꝛ capti· vt i· c· ſine excepcione
et ſi res modica ſit ꝛ neceſſitas mag
nõ reqrit᷑ cõſẽſus capti· vt xij· q·
ij· terrulas ¶ In rebꝫ monſterioꝝ
alienãdis ſm̃ iura reqrit᷑ cõſenſus
abbatis cõuẽt⁹ ꝛ epi dyoceſ· vt xij
q· ij· abbatibꝫ· ꝛ xvij· q· iiij· In ve
dicõibꝫ Pꝫ iſtd̃ nõ ſuat᷑ vbiqꝫ ꝛ nõ
puto ſufficẽ ſolẽpnitates ſm̃ loco-
rũ cõſuetudies approbatas in vẽdi
cõibꝫ vo reꝝ ecc̃e prochial᷑ reqrit᷑
cõſẽſus pbri vt xij· q· ij· plaguit Do
l⁹ á eps ſñ ſacerdote prochiali nõ pt·
vt x· q· ij· c· vl· ꝛ nõ q̃ ſolẽpita illa
q̃ ſtatuit᷑ x· q· ij· ſꝫ ius porrcm ẽ· ho
die nõ ſuat᷑ ¶ Alienacõ fcã cõ debitã
formã nulla ẽ ipo iure lꝫ fcã fuit i cau
cõceſſo· vt xij· q· ij· ſñ excep· ſꝫ ſi fcã
fuit for̃ ſuata ꝛ i cau cõceſſo tñ d̃ iu
re ar· ẽ· d̃ bñs q̃ ſi· a pla· ſie· c· ca·
Cũ vos ẽ· d̃ ep· ꝛ ve· cũ dilcũs ꝛ· c·
cũ cã ſꝫ ſi dãpnoſa fuit ecc̃e reſcidit᷑
p bñſm̃ reſti· vt· ẽ· de minte· reſti·
c· i· Pꝫ ſi dolus det cãm cõtcui puta

dolo induať ecca͂ vt vendat q̄ vendi
tura nō erat tūc ipō iure non valet
ꝯtract⁹. vt. ff. de dolo. l. eleganter.
ar. xij. q. ij. q̄ſquis epīs in fi. ⁊ .ꝫ. de
reꝝ pmu. ¶ Cū vniuſoꝝ. ſi vero dol⁹
incidat in ꝯtrctū vt. qꝛ eccīa ſponte
vendidit qđ venditura erat ſed cū cir
cūuēta ē in p̄cio qꝛ in minori p̄cio
vendidit q̄ res valēt ⁊ h̄ p circū
uencōez actōis tenet ꝯtct⁹. ¶ Pȝ agi
tur vt eccīa n̄ decipiať vt. ff. đ acc.
emp. ⁊ vē. l. iul. §. ſi venditoꝛ. vbi āt
decipiť eccīa in vēdicōe vltra dimi
diā iuſti pcij agiť de iure ci. vt .ꝫ.
de ēp. ⁊ vē. c. Cū dilcīs. ⁊ .c. cū cā.
et. C. de reſci. vē. l. rē maioris. h̄ oīa
locū hn̄t in rebꝫ ꝑphanis. ¶ Nā res
ſacre religioſe vēdi nō pn̄t. vt. ff.
de ꝯtrah. emp. l. et libi lȝ trāſeāt cū
vniūſitate. vt .ꝫ. de iure pa. Ex lr̄is
vaſa vero ſacra vēdi pn̄t alteri eccē
in ꝓp̄a forma p̄uate vero pſone n̄
n̄ ꝯflata. vt x. q. ij. hoc ius porrectū
eſt. ⁊ xij. q. ij. Auꝝ. ¶ Pena male
alienātis rē eccē ē depoſicio ſi ſuper
h̄ accuſacio inſtituať. vt xij. q. ij.
monem⁹. ⁊ .c. dyacōi n̄ celeri reſ
titucōne ſibi ꝓſpexent alienatoꝝ.
vt .ꝫ. e. c. ſi q̇s pſbiterꝝ. ¶ Celerem
reſtitucōez intelligo p⁹ int̄pellacō
nē eccē ſi eīn poſſeſſoꝛ qui facultatē
hȝ rei reſtituēde int̄pellat⁹ ꝯgruo
loco ⁊ tperem non reſtituat vide
tur in mora ⁊ idem dico in aliena
cōe ſi int̄pellatus ab eccleſia nō cō
ponat cum poſſeſſore vt rem recu
peret ⁊ eccleſie reſtituat vel niſi p⁹
int̄pellacōez agat ꝯ poſſ̄ſorē q̄ fo
te ei lȝ ſuo iuē ar. dec. ſi q̇s pſbite
roꝝ xxxv. q. ix. q̄ q̇s. ē. đ elec. noſti
vel ceſſa. ē. accuſacōe ab eccīa n̄ to
tū int̄eē pꝛet eccē ſp videť ī mora ſi
ergo alienatoꝛ p celerē reſtitucōez
morā p̄uenit euitabit penā depoſi
cōis de q̄ dictū ē ⁊ excōicacōis de q̄
agiť .ꝫ. e. c. ſi q̇s pſbiteroꝝ. ¶ Nam ſi
q̇s rē alienauerit ⁊ deinde recepit
euitat penā edicti vt. ff. de ali. iud.
mu. cā fcā. l. ex h̄. §. ſi q̇s alienaue
rit ⁊ lȝ h̄ dicať de celeri r̄ſtitucōe ali
bi habes celeri ſatiſfactione. vt .ꝫ.
de loca. ⁊ cō. ꝓpt. ⁊ .c. potuit ¶ Pe
na vero recipiētis rē eccē citra pre
miſſam formā ē vt rē cū fructibus
reſtituat ⁊ actionez nullā hēat ad
repetēdū adūſus eccāȝ vt xij. q. ij.
nō lȝ. ⁊ x. q. ij. h̄ ius porrectū in v̄.
q̄ vero ⁊ in autē de non ali. aut per
mu. re. ecc. §. nos igiť cū ſeq̄ntib⁹
§. ſȝ adūſus alienātē ſic ¶ Garū tamē
adiecit v̄ba ſua p q̄ oīs oīno actio
denegať hmōi acceptori. ¶ Dic eīn
dix. ¶ Sed meli⁹ dicať oīno denegā
das eē actiōes hmōi acceptori ⁊ aſ
ſūpſit h̄ v̄ba de lege q̄ ē. C. de ſacro
ſāc. ec. l. ſcīm⁹ nemi. ¶ Pȝ corrigiť
in auť. đ nō alie. ā pmu. §. qꝛ vero
leōis ⁊ p canonē xij. q. ij. vulť ane
vū ſiue bō fide ſiue mala rē accepe
rit habet regreſſum ad actorē ſuū
vt .ꝫ. e. ⁊ .ad audienciam. hec opio
¶ Jo. teutonicī. lauren. autem ⁊ quu
dam alij dixerunt. q̄ ſi mala fi
de quis accepit rem eccleſie. nec

aduerſus ec· nec aduerſus alienā tem habet actionem· vt xvi· q· iij· c· vniuſas niſi ſibi p cauconem de euictione pſpexerit vt· C· de euic· l· Si fundum in caſu tn̄ ſpeciali male fidei agitur ad precium· vt· C· de via del· l· vlt· §· vlt· Equū tn̄ videtur in caſu premiſſo vbi etiam male fidei acceptor agat ad preciū contra alienātem ar· ꝫ· e· ti· c· ad audiētiā ¶ In ſūma notand' eſt ꝙ poſſeſſione ec· preter formā iuris alienata· eccleſia pt agere cōtra poſſeſſorem realiter ɔtra alienātem pſonalit· vt xij· q· ij· apl'icos a· C· ſi tutor vel cu· l· vlt· Sed pone ꝙ eccā cōuenīat poſſeſſorē a conſequatur rem et itereſſe nūquid pt ɔuenire alienātem· R̄n̄o non vt· ff· de eo p quē fac· eſt· l· i· §· ſi plures· quid ſi cepit vnum ɔuenire nūquid ex hoc ſolo ſit ꝑiudicium quo ad alteꝝ vt alteꝝ ɔuenire non poſſit· R̄n̄o nō· nā deinde p exactionē tollitur actio· vt· ff· de po· l· i· §· ſi apd· C· ſi tu· vel cu· l· vlt· quid ſi ptem ſui intereſſe conſequatur ab vno R̄n̄o tāto minus ɔſequetur ab alio vt ar· ff· d exacto· l· i· §· h actio· Sed nūquid eccleſia tenetur cedere actioneꝫ ſoluenti contra alium· ſcꝫ alienāti cōtra poſſeſſorē vel ecōuerſo non· cum eīn cōueniatur ex maleficio vel ex ſuo delicto non pt petere ceſſionē actionū· vt· ff· de admi· tu· l· ſi plures tutelam ¶ Sed querit an eps qui male alienauit poſſit repetere ſi in adminiſtracōe tolleretur videtur ꝙ non nam ipſe de euictione tenetur a quem de euictione tenet actio eundē agentē repellit excepcō vt· C· de euic· l· excepcōnes· Sed ꝫ hanc excepcōem replicabitur rem eſſe eccē ſicut a replicat mulier ſe mulierē eſſe a ſibi ɔpetere velleianū· vt· ff· ad vell'· ſi mulier· §· Iteꝫ ſi mulier· nec eſt mirū ſi contingat in epiſcopo nam a ſimile in pꝛlato ɔtigit· C· d ag· a cen· l· quēadmod

¶ Rubrica de precario·

Dixim? de alienacōibus in genere ſed qꝛ precarii conceſſio ſpeciem alienacionis habet ideo de precario ſubiciatur hic rubrica· ¶ Videam? igitur quid ſit precariuꝫ· vn̄ dicatur· quid precaria· quanto tempore durat· Que dr̄a ſit inter precarium a donacōnem· Que inter precarium et ɔmodatū· Iteꝫ quot modis ſoluitur precariū ¶ Precariū dicitur pign? obligatuꝫ creditori a a creditore debitori conceſſum vtendū ꝙdiu patitur qui conceſſit vt ꝫ e· c· vlt· a· ff· e· l· i· Et eſt iſte contractus gratuit? a ſimilis cōmodato in tn̄ vt quidam diceret hos duos contract? non differre niſi verbis· ſed certe in re differūt vt ꝫ notabo· Conſiſtit autē precariū in re propa poſſeſſionis grā que ē apd creditorem non gracia ꝓprietatis·

vt.ff.e.t.l.certe.§.vl't.dicit̃ preca
riũ ɔtractus ad preces.¶ Preca=
ria est ɔtractus de quinquẽnio in
quinquẽniũ renouand⁹.vt ĩ.e.c.
i.Itẽ precaria dicit̃ donacio ad p̃
res facta vsq; ad mortẽ accipien=
tis.vt xij.q.ij.ſepe.xvi.q.iij.cleri
ci.Itẽ precaria dicit̃ conceſſio vſuſ
fruct⁹ ad preces facta cui⁹ forma
habetur.x.q.ij.precarie.¶ Cõſiſtit
autẽ precarium in rebꝫ mobilibꝫ
et imobilibꝫ.vel vt ſi me rogaue=
ris vt p fundũ meum t̃ ire agere li
ceat vel in tectũ ſeu in areã eduũ
meaꝝ ſtillicidiũ.vel in parietẽ me
um tignũ immiſſum hrẽ.vt.ff.e.l.
ij.§.vlt.⁊.l.iij.⁊ iiij.in p̃n.¶ Dif
fert precariũ ⁊ donacio int̃ ſe iſte q̃
donat ſic dat vt ñ rẽpiat qd̃ dat
his q̃ precariũ ɔcedit ſic ɔcedit vt
recipiẽt qñcũq; placebit.nã tã diu
durat q̃diu ipſe patitur vt ſupi⁹
dictum eſt.¶ Item precariũ ⁊ cõ=
modatũ differũt.nã ɔmodatũ fit
ad certũ vſum nec reuocari p̃t niſi
vſu expleto vt.ff.ɔmodati.l.in cõ
modato.§.ſicut.precariũ vero qñ
cũq;.vt ĩ.e.c.precariũ.ff.e.ti.l.
i.⁊.l.cũ precario.Item is qui pre
cariũ recipit non tenetur preſtare
niſi latam culpã.vt.ff.e.l.queſitũ
§.⁊ illud.Sꝫ ɔmodatari⁹ tenetur
de leui ⁊ leuiſſima.vt ĩ.t.prox.c.
vno.Et eſt racõ diuiſitatis illa quã
innp̃ niſi q2 ɔmodatari⁹ maiorẽ
vtilitatem ɔſequitur de re ɔmoda
ta q̃ precarij rogator de re p̃caria

⁊ iõ magis tenet̃ qd̃ p ſe notãe p̃t
quilibet curioſus. Nã fere vbicũ=
q; fit mencio de ɔmodato ſubicit̃
vſus ad quẽ ɔmodat̃ vt cũ dicit̃
cõmodaui tibi equũ vt ad villã
duceres.pecuniã vt dicior appares
vt.ff.ɔmod̃.l.iii.§.vlt.⁊.l.iiij.⁊
l.ſi vt.§.ſꝫ int̃dũ.⁊.l.vlt.ſic dicit̃
cõmodaui ſcalas vt feneſtras ſup
ponẽs.vt inſti.de ob.que ex delic.
naſ.§.ope.⁊ ɔſilio. Soluit̃ p̃ca
riũ quinq; modis q̃uis dec̃ ĩ.e.po
nat tres. Soluit̃ ei ɔtraria volũta
te ei⁹ qui ɔceſſit.vt.ff.e.l.i.⁊ hic
eſt p̃m⁹ caſus ſiue mod⁹. Sc̃d̃s
ſcꝫ morte ei⁹ cui ɔceſſum eſt nõ ãt
obitu ɔcedẽtis.vt.ff.e.l.cũ p̃cario
§.precarij. Et eſt rõ q2 precarij cõ
ceſſio trãſit ad heredẽ ei⁹ qui cõceſ
ſit non autem hẽdem ei⁹ qui roga
uit vt in.l.p̃. Tercı⁹ alienacõe rei
precarie ſiue cui alienatũ eſt nolit
precariũ vltra durare vt.ff.e.q̃ſitũ
§.q̃ a ticio.⁊ eſt rõ q2 p ɔuencõeꝫ
hmõi non lꝫ rẽ alienã inuito dño
poſſideri.vt.ff.e.l.cũ p̃cario p̃mo
rñ°. Quart⁹ finito tẽpe vſq; ad
quod precariũ eſt obtentũ.vt i.l.
cũ precario. Quintus cũ debitor
ſoluit creditori quod dꝫ tũc eni fi
nitur p̃carium pignoris q2 deſinit
eſſe pign⁹ vt.ff.e.l.ſi debitor. Sꝫ
querit̃ p quã actionẽ poſſit q̃s pre
cariũ reuocare. Ad qd̃ rñ° p iter
dictũ de p̃cario eſt ei natura equũ
vt tã diu liberalitate mea vtaris q̃
diu velim ⁊ vt poſſim reuocare cũ

mutaueró volūtatē . vt. ff. e. ti. l. ij.
Sʒ hoc verū eſt cū ſimpliciter fcā
eſt p̄carij ꝯceſſio. ¶Nam tūc nulla
ciuil' ꝯpetit actio magis enī ad dō
nem ⁊ bn̄ficij cām ꝙ ad negocij
ꝯ̄cti ſpectat precarij ꝯdictio ⁊ idō
neccāriū eſt int̄dictū. Si vero in cō
ceſſione precarij ſpāliter actum ē
vt qn̄cūqʒ liceat reuocare tūc ꝯpe
tit ⁊ actio p̄ſcriptis verbis vt. ff. e.
l. ij. ceterū ſi ſtipulacio īteruenit ceſ
ſat interdictū de precario vt ff. e. t.
l. ⁊ habet §. cum quis.

¶De cōmodato.

TRactatū ē ſ̄ de ꝯ̄ctu preca
rij q̄ fit grā accipientis ⁊
qꝛ cōmodatū fit plerūqʒ
grā recipiētis iō ſubſeq̄nt̄ ſubiac̄
hic rubca de ꝯmodato. ¶Videa
mꝰ igit̄ q̄d ſit ꝯmodatū. vn̄ dica
tur. in quibꝫ rebꝫ ꝯſiſtat. quis poſ
ſit ꝯmodaē. ⁊ cui. ⁊ q̄ ſit natura cō
modati ⁊ q̄ actiones oriātur ex ꝯ̄c
tu ꝯmodati. ¶Cōmodatū ē alicu
ius rei ad aliquē ſpālē vſū ḡtuito
fcā ꝯceſſio iō āt dico cōceſſio ⁊ non
trāſlacō qꝛ q̄ ꝯmodat retinet do
miniū ⁊ poſſeſſionē ff. e. t. l. rei ꝯmo
date. ḡtuito iō dixi qꝛ ſi int̄ueniē
te mercede res trāſit ī locacōeʒ vel
in ꝯ̄ctū īnoīatū do vt facias vt iſti.
mā. §. vlt. ad aliquē ſpālē vſū idō
adieci vt notē drām int̄ ꝯmoda
tū ⁊ p̄cariū vt dixi de hoc. ſ̄. t. px. §.
Itē p̄cariū ⁊ ꝯmodatū. ¶Dicit̄ āt
cōmodatū q̄ſi ꝯmodo vtētis datū
¶Cōſiſtit ꝯmodatū in rebꝫ mo

bilibꝰ ⁊ ſemouētibꝰ ⁊ imobilibꝰ
Itē in icorpalibꝰ puta in ſ̄uitute
habitādi vt. ff. e. l. i. ea vero q̄ vſu
conſumūtur vt pecunia cōmodari
non pn̄t n̄ ad pōpā vel oſtētacōem
vt q̄s dicior videat̄. vt. ff. e. l. ſed
michi §. vlt. ſepe eē ad hoc cōmodā
tur pecunie vt ditis grā numeracō
nis loco it̄ cedātvt ff. e. l. iiij. ¶Po
teſt āt ꝯmodare ⁊ ei ꝯmodari qui
p̄t ꝯtrahere vn̄ non ſolū p̄latus p̄t
cōmodare ⁊ ei ꝯmodari ſed ⁊ yco
nomus. nam ⁊ iſ cōtrahere pote
vt x. q. ij. in autn̄. hoc ius porrectū.
¶Poſſumꝰ ꝯmodare que nrā ſunt
poſſumꝰ eciam ⁊ res alienas quas
poſſidemꝰ ⁊ ſi ſcientes aliena poſſi
demus ita vt ſi fur vel predo cōmo
dauerit hēat actionem cōmoda
vt ff. e. l. cōmodaē ⁊. l. ita vt ſi fur.
¶Natura cōmodati ē vt res ipſa
reſtituatur hoc enī eſt de iure na
turali vt. i. di. ius naturale in vſu
oīa ¶Item depoſite vel cōmodate
rei reſtitucio nec poteſt pretextu d
biti retineri vt. C. e. ti. l. vlt. ¶Ori
untur ex contractu cōmodati due
actiones directa ⁊ contraria. Di
recta datur cōmodanti ⁊ eiꝰ here
di contra ꝯmodatariū ⁊ herede eiꝰ
Contraia dat̄ ꝯmodatario ⁊ eius
heredi contra cōmodantē ⁊ hēdes
ipſiꝰ vt ff. e. l. in commodato. §. i.
de acc. ⁊ obli. l. ex depoſiti ⁊. l.
ex contractibus et inſti. de perpe.
et temp. acc. §. ſed et heredibus.
Venit āt i directā actiōeʒ ꝯmodati

de comodato
de depoſito

⁊ rei reſtitucō vt dixi ſ. §. natiuá rei
inq̄ȝ deteriorate nec eīn videt̃ res
reddita ſi deterior reddat̃ ⁊ iō preſ
tabit̃ inteē vt ff. e. l. ȝ michi §. i. ſi
vero res nō reſtituat̃ p̄ ɔtumaciā
iurat̃ in litē ɔ̄ ɔtumacē. Si āt non
fuerit cōtumax ȝ culpa ceſſat reſti
tuē rē eſtimatur q̄nti res ſit a t̄p̄e
more vſq; ad ſnīaȝ. Sȝ i ſtricti iu
ris iudicijs eſtimant̃ a tēpe more
vſq; ad tēp⁹ ɔteſtate lit̃. vt ff. e. l.
ȝ michi. §. i hac. Itē venit in hac
actione dol⁹ lata culpa leuis ⁊ le-
uiſſima vt h̄ ⁊ ff. e. t. l. ſi vt certo.
§. ɔmodatū ⁊ h̄ cū grā accipiētis
ſit cōmodatū qd̄ frequēci⁹ ɔtingit
ceterȝ ſi grā dantis q̄ raro fit. vbi
grā cū qs ɔmodat ſponſe ſue orna
mēta vt ornaci⁹ vel ornacior ad eū
ducat̃ tūc preſtat̃ dolus ⁊ lata cul
pa vt ff. e. l. ſi vt c̄to. §. ȝ interdū.
ſi vero grā vtriuſq; ɔmodatū fiat
vt cū cōeȝ amicū inuitam⁹. ⁊ tu cu
rā eī⁹ rei ſuſcepiſti ego tibi argētū
cōmodaui teneris michi d̄ dolo cul
pa lata leui ⁊ leuiſſima vt h̄ ff. e. l.
in rebꝰ. §. i. Caſus āt fortuit⁹ nō
venit in hāc actionē vt h̄ ⁊. ff. e. t.
l. in rebꝰ in p̄n. ⁊ in tribꝰ caſib⁹ q̄
hic ponūt̃ ſcȝ vbi culpa p̄cedit pac
tū vt cū equū tibi ɔmodaui vt ad
villā duceres duxiſti ad bellū tene
ris de caſu. Ceterȝ ſi tibi ɔmodaui
vt ad bellū duceres meum erit peri
culū vt ff. e. t. l. ſi vt certū §. ſed in
terdū. Item cōmodaui tibi ſeruū
vt d̄ plano opus faceret tu machi
ne impoſuiſti. vel ſi cōmodaui vt i
machina oparet̃ machina v̄o cul
pa tua male ligata ē ⁊ ſic perit ſer
u⁹ vt i. l. p̄dcā. ī pacto pone exēplū
ff. e. t. l. ſi vt c̄te §. ij. Sc̄d⁹ eīn ex ɔuē
cōe legē accipiūt vt. ff. depoſiti. l. i.
§. ſi conueniat. pone eciā exēplū. C. e.
ti. l. i. Itē iputat̃ caſus ex mora p̄-
cedēte vt ff. e. l. ſi. vt c̄to §. Sȝ int̃
dū. Cōtrariav̄o dat̃ ɔmoditario adu
ſus ɔmodātē ad impēſas fcās i re
cōmodata modica tn̄ ipendia ſic ci
barioȝ ad eū p̄tinēt q̄ vtēdū acce
perit. Itē dat̃ cōmodatario adu⁹
cōmodātēȝ q̄ ſcient̃ cōmodauit va
ſa viciōſa ſeu corrupta ꝓpt̃ qd̄ vi-
nū vel oleū eſt effuſū. vt. ff. e. ti. l. i
rebꝰ §. p̄nt ⁊. §. Itē q̄ ſciēs ⁊. l. plt.
Iteȝ ɔ̄ eū qui intēpeſtiue reuocat
mādatū vt. ff. e. t. l. in ɔmodato.
Itē dat̃ ⁊ in alijs caſibꝰ. vt. ff. e.
l. rē michi. ⁊. l. i ɔmodato §. p⁹t. ⁊
§. quicunq;.

## De depoſito.

Diximus de ɔmodato qd̄
frequēci⁹ fit grā recipiētis
nūc videam⁹ de depoſito
qd̄ gn̄alit̃ fit grā deponētis. Vi
dea⁹ igit̃ q̄d ſit depoſitū. vn̄ dicat̃
in q̄bꝰ rebꝰ ɔſiſtit. q̄ ſit nā depoſiti
cui det̃ actio depoſiti. ɔ̄ quē. qn̄. ⁊ i
q̄ntū. ⁊ q̄lis ſit actio. Eſt āt depo
ſitū qd̄ ad cuſtodiendū alicui tra
ditū ē. Cōtrahit̃ eīn re obligacio
in depoſito vt inſti quibus modis

re ꝯbit ob ·l·plſ· rei vero depoſite ſicut ꝛ ꝯmodate ꝛ poſſeſſionē ꝛ ꝓprietatē retinem9 vt·ff·e·l·lz·§·rei qñqz tñ rei depoſite dominiū trāſit in depoſitariū qꝺ eſt ꝯ notiſſimos t'minos depoſiti ꝛ tñ depoſiti agitur vt cū depono apꝺ te qꝺ ē in numero pondē vel menſura ꝛ ꝯuenio vt illud idē reddat' michi vel tātūdē in eodē gn̄e qꝺ optinet ſiue id exꝓſſe ꝯuenīā ſiue tacite videar ꝯuenire vt cū pecuniā vel aliqd ex predcīs depono nō ſigta nō clauſa·nā ſi ſigta vel clauſa videor ꝓhibē ne vtaris eis ꝛ̄ in ꝯriū agat'· vt·ff·e·l·luci9 ꝛ·l·die·§·q pecuniā·ꝛ·l·q̄ atus ¶ Eſt āt dictū depoſitū q̄ſi de orſū poſitū·deorſū inq̄ꝑ a ponēte poſitū vt oſtēdat' totū ſidei ei9 ꝯmiſſū apud quē ponit' q̄ ad cuſtodiā rei ptinet ꝛ oīo videat' ſepata cuſtodia a deponēte ꝛ iō dicatur ꝓpoſicio de augz depoſitū· vt·ff·e·t·l·i·i p̄n·ꝛ ex hiis vbis diffinicōis dixerūt quiꝺ q vbicū ꝯ hz locū actio depoſiti ꝛ mandati eo q ſup cuſtodia mandat' ar·ꝓ eis·ff·e·t·l·i·§·q ſi rē· Alij ecīā diſtinguūt vtruz ip̄a rei depoſicōe cuſtodia cōmittatur vt tūc nō agatur mandati ſꝫ depoſiti tm̄ An āt ꝛ tūc poſſit agi et mādati ꝓpt' omiſſam cuſtodiaz et depoſiti ꝓpt' factā depoſicōz· ſed azo ſicut in ſūma ſua notauit dixit indiſtincte agi depoſiti tm̄ ꝛ rn̄det ad·l·inductā q ibi pceſſerat ꝯtct9 mandati cui9 forma ꝛ iniciū ē ſeruanꝺ ¶ Cōſiſtit depoſitū in reb9 mobilib9 et ſe mouētib9·caſualit' aūt deponit' res imobilis cū res in qꝺe poſita ſeqſtrat' ꝛ de ſeqſtracionis natuiā nō noto hꝫ q2 nōui·ſ·in ſuo tractatu· Solet depoſitū fieri p cyrogrꝑhū vel cū cyrogrꝑh9·huiuſmodi vero cyrogrꝑhū ſolz diuidi vna ps depoſitario alia remanz deponēti vt ex iūctura ptiū ꝓbacio fiat· Sꝫ hꝫ ꝓbacio nec iuris ē· nec de iure q2 p̄uate ſcripture nō creditſ ꝛ̄ hēat ſbſcripcōez triū teſtiuz fidedignoꝝ·vt·C·q̄ pōcio· in pig·ha·ſcpturas ꝛ in autē· de fide inſtru·§·i ¶ Natura depoſiti eſt vt res depoſita reddat' hꝫ eni de iure naturali ꝓcedit vt dix in ꝯmodato vt i·di·ius naturale inv̄· Jtē depoſite·reddat' inq̄ꝑ deponēti qꝺ fallit i q̄tuor caſib9· Prim9 ē cū q̄s gladiū deponit ꝛ furens repetit vt xxij q·ij·ne q̄s· Secūd9 cū deponēs fuerit deportat9 nā bona ei9 in publicū feruntur· Tercī9 cū fur deponit ꝛ repetit ſi peticio veri dn̄i cū furis repeticōe ꝯcurrit· Quart9 cū fur rem furtiuā deponit apud illum a quo ſubripuit vt ff·depoſi·l·bona fides Sꝫ ſi res ecceſiē ꝯmdet' ſeu apꝺ eccāz deponat' qꝺ fieri videt' cū i theſaurariā l' ſacſtiā iſert' tūc videt' eſſe dicēdū q eccā teat' ſic tenēt' nauta et caupo de reb9 iuectis ꝛ illatis vt ff·nau·cau·ſta·l·pui refert·§·recepit·C·ꝺ hiis q̄ latro ocul·l·i·ꝛ·ff·furti adul9 nau·l·i·q ñ tñ itelligo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fore vez̄ n̄ pn̄te p̄lato ꝛ capitlo de
ponatur al's nō eccã ꝫ pſona q̄ de
poſitū r̄cepit obligatur ꝛ ſic intel
ligo ī̄.e.c.i. ¶ Depoſitū repetitur
qn̄cūqȝ etiā ſi eo pacto depoſitū fu
ent vt demū p⁹ mortē depoſitarij
repetatur potīt ei deponēs mutata
volūtate repetē. vt.ff.e.l.i.§.vlt.n̄
apd̄ ſeq̄ſtꝝ res depoſita fuīt q̄ nō
potīt repeti n̄ lege ſeq̄ſtracōis ip'e
ta.vt dixi.ſ̄.i ſūma d̄ ſeq̄ſtra. Itē
in repeticōe depoſiti ꝯpēſacio vel d̄
ductio locū n̄ hȝ.vt ī.e.c.n̄.§.ſane
Nec excepcō.vt.C.e.l.plt.nec ꝓpt̄
expēſas retēcio lȝ quid̄ ꝯtrāū dixerit
p.l.ff.de acq̄.poſ.l.ſi q̄s rē.ff.de
furtis.l.ſi is q̄ rē. Pȝ leges ille i cō
modato loquūtur ¶ Hec actio bo
ne fidei ē vt īſti.de actiōnibꝫ.§.ac
tionū Itē famoſa inter n̄ vt hēs ſuo
noīe dāpnat⁹ īfamis fiat vt.ff.d̄
hijs q̄ no.īfa.l.furti.§.illud ꝛ.C.e.
ti.l.i.j depoſitū Datur ei actio hec
q̄ depoſuit. ſed h̄ fallit ī caſibꝫ q̄s
nōīn.ſ̄.e.§.nā. Itē datur dn̄o vel
dn̄is deponētis.nā ſi hu⁹ deponēs
plurīū erat viniuiqȝ dn̄oꝝ in ptes
cōpetit actio.vt.ff.e.t.l.i.ſi ſeru⁹
me⁹.ꝛ.§.ſi hu⁹ ꝛ.§.ſi duoꝝ. datur
h̄ actio etiā furi ꝛ p̄doni deponēti
nō obſtāte ſuo delicto.agūt ei ex
ſuo ꝯctu.vt.ff.e.l.ſi p̄do. Pȝ furti
agē nō pn̄t ne ex iprobitate ſua cō
ſeq̄ntur actionē.vt.ff.de furtis.l.
itaqȝ fullo Datur h̄ actio ꝯ eū apd̄
quē depoſitū ē vel ꝯ hēdē depoſita
rij ex dolo defūcti ꝛ multo magis
ex ſuo vt.ff.de acc.ꝛ ob.l.ex depo
ſiti. ¶ Venit i hāc actionē dol⁹ et
ſi ꝯueniat ne de dolo agatur vt.ff.
e.l.i.§.ſi ꝯueniat venit ꝛ lata cul
pa q̄ꝛ nerua dix̄ eē dolū ꝛ ꝙ ſic expo
nit̄.i.p̄ſumi dolū vt.ff.e.t.l.ꝙ ner
ua.ff.mādati.l.ſi fideiuſſor.i.rn̄.
cōpat̄ ei dolo.vt.ff.ſi meſ.fal.mo.
dix.l.i.§.lata.ꝛ ē ꝓxia dolo.vt.ff.
ſi quis ti.lib̄ eē ius.l.i.§.non autē
ff.de verbo.ſigni.l.magna. q̄liter
autem lata culpa preſumatur do
lus ſic pone exēplū vt cū q̄s nō in
telligit ꝙ oēs itelligūt.vt.ff.de v̄
bo.ſigni.l.late culpe.ut ſi apud ſe
queſtꝝ deponatur homo iunctus
vt de eo qd̄ habeat̄ ꝛ ſequeſter in
tēpeſtiue mīaȝ exact ēta eum ipſuȝ
ſoluendo.vt.ff.e.t.l.ſi hominē.qd̄
ergo dicitur ī.e.c.ij.bona fides ab
eſſe preſumitur expone.i.dol⁹ ad
eſſe preſumitur ſi reb⁹ tuis ſaluis
depoſitas amiſiſti. i quo pone ex
emplum ſic ꝓpria repoſuiſti in ar
cha depoſita reliquiſti in bāca. ve
nit leuis ꝛ leuiſſima ſi te depoſito
obtuliſti vt hic dicit̄.ꝛ.ff.e.ti.l.i.
§.ſepe.in leui ſic pone exemplum
depoſita ī archa depoſuiſti. ſed
archā dimiſiſti aptam.in leuiſſi
ma ſic depoſita repoſuiſti ī archa
et clauſiſti. ſed clauem incaute
dimiſiſti Itē venit leuis ꝛ leuiſſi
ma ſi aliquid pro cuſtodia recepiſ
ti ſed tunc non veniet per hanc ac
tionē ſꝫ p actionē ex ꝯducto ſi mer
ciā accepiſti vt.ff.e.l.i.§.ſi q̄s ſuū

ſi ſpēm vel opas p actionē pſcrip
tis v̇bis vt ibi ⁊ inſtit · mādati §.
vlt · Itē venit p hāc actionē caſus
fortuit⁹ pacto culpa vel moꝛa pce
dentibꝫ vt h̄ · de pacto ꝑbat̄ ⁊ · ff ·
e · t · l · i · § · ſepe · ɔ̄ct⁹ eñ ex ɔuencōne
legē accipiūt · vt · ff · e · t · l · i · § · ſi cō=
uenerit · Sꝫ tūc neccāriū eſt oēs ca
ſus enumerari · vt · ff · ſi q̇s cau · l · ſꝫ
et ſi q̇s · § · q̄ſitum · In culpa ſic po
ne exēplū depoſitari⁹ vendit rē depo
ſitā ⁊ tradit demū eam redimit vt
habeat in cām depoſiti ſꝫ redēptam
non hꝫ · in eā cām tenet̄ de caſu foꝛ
tuito cū ſemel dolo fecerit cū ven=
deret · vt · ff · e · l · i · § · ſi rem · Sed ſi
penitencia ductus redimat et in
pꝛimo ſtatu hēat purgat̄ vicium
vt · ff · de vſura · l · ſequit̄ Itē labeo
ait · Itē ſi depoſitarius ſit in moꝛa
rei reſtituēde tenet̄ de caſu foꝛtuito
dixerunt tñ quid̄ ſi erat res eo mō
pitura apud deponētē · ł ſec⁹ · vt
ff · e · l · ſi plures · § · ſcire · Sed dn̄s
azo dixit i ſūma depoſitariū ⁊ quē
libet debitoꝛē teneri de caſu foꝛtui
to ex moꝛa qꝛ ſatis ē ꝙ res potuit
non pire penes actoꝛē · ff · e · ti · ſi in
aſia · § · vlt · ff · de le · i · l · cū res · § · vlt ·
Sūt ⁊ alij caſus in quibꝫ tenet̄
depoſitari⁹ de caſu ſi grā ſui fiat de
poſitū vt · ff · ſi cer · pe · l · ſi q̇s nᶜ cāꝫ
Itē ſi dolū ɔmittat ⁊ non i alienā
do ſꝫ in vtēdo · vt · ff · de ɔd̄ · fur · l · q̇
furtū · dāpnat⁹ in hac actione īfa
mis efficit̄ · q̄tuoꝛ eñ actiones ex
ɔ̄ctibꝫ deſcēdentes ⁊ q̄tuoꝛ ex delic
tis infamāt vt mādati depoſiti tu
tele ⁊ ꝓ ſocio · Iniuriaꝝ vi bonoꝝ
raptoꝝ furti doli vt ꝓbatur · ff · de
hijs q̇ no · infa · l · furti · § · mādati ⁊
§ · ſeq̄ntibꝫ · ⁊ · l · i · vn̄⁹ Iudice dā
natos infames reddit vbiqꝫ · Qđ
vi dirpit̄ iniuria furti doliqꝫ Actō
mādati tutele depoſitiqꝫ · directo ſꝫ
pꝛo ſocio cōmunis vtriqꝫ ·

De empcōe ⁊ vendi ·

Primo d̄ ɔ̄ctibꝫ q̇ celebrā
tur grā alteri⁹ ɔ̄hendum
Nūc videndū ē de hijs q̇
ſiūt grā vtriuſqꝫ ⁊ pmo de vēdicōe
et empcōe · ideo ſubiat̄ h̄ rubca de
emp · ⁊ vendi · Videam⁹ igit̄ qn̄
⁊ q̄lit̄ ɔ̄hat̄ · d̄ quibꝫ rebꝫ · q̄ ſit ei⁹
natura · ad q̇d emptoꝛ ad q̇d vēdi
toꝛ teneātur · Contrahit̄ empcio
poſtq̄ꝫ de pcio ɔuenit̄ ea mente vt
preciū ſoluat̄ · Nā ſi ymagiarie ⁊
p ſimulacōez de pcio cōueniret tūc
empcō nulla eſſet · Contrahit̄ aūt
ſolo ɔſēſu ſiue int̄ pn̄tes ſiue int̄
abſētes p nūciū vel epſam vt pꝛo
bātur h̄ inſti · e · t · in pn · ff · e · ti · l · i ·
§ · vlt · ⁊ · l · ii · § · i · ⁊ · l · cū i vendicōne
et · l · nuda · Arre aūt dacō non pfi
cit empcōez ſꝫ ē argumētū ēpcōis
et vendicōis ɔ̄cte · vt · ff · e · l · ꝙ ſepe
i pn · Arris āt interuenientibꝫ ſi quid
ſtetent p dantē q̇ min⁹ ɔ̄ctus pfi
ciat̄ pdit id qđ dedit ſi vero ſteterit
p accipientē h̄ ē p venditorem du
plū reſtituere tenetur · vt inſti · e ·

ti·§·in hijs aūt nec puto venditorē
teneri ad int̄ eē cū ſatis ſit eū puni
ri in arris· Nā ſ̄ƀ int̄ ꝯhentes agi
videt̄ vt arraꝝ amiſſione ꝗ duple
actione debeāt eſſe ꝯtēti· quid tamē
putauerūt venditorē nichilominꝰ
ad intēſſe teneri· Arra tn̄ ꝯputabi
tur ad intēſſe ꝗ qd̄ dixi de p̄cio ꝯue
nire debere intelligēdū ē in q̄ntita
te non in ſpē· Si eñ ēptor ſic di=
cat dabo p̄cū qd̄ ē in ſacculo tunc
non ē ēpcio nec vendicō ſ ꝯ̄ctus in
noīatꝰ·vt·ff·de ꝯd̄·ob· cām da·l·
vlt·ꝗ·C·e·t·l·ēpti·ꝗ iſti·e·t·§· Itē
p̄cū·q̄ntitate·ā intellige ēta vel
ſermone vel re ipſa vt ſi dicat̄ ſit
ēpta q̄nti emeris vel q̄nti ē ī archa
vt·ff·e·t·l·ſ venditio·§·hmōi· ſe
cus ſi dixerit ſit ēpta ꝑ eo qd̄ ī ar
cha habeo tūc eñ qd̄ ī archa ē ve
nit vt ſpēs nō vt q̄ntitas·vt·ff·de
le·i·l·plane §·i·ꝗ·l·ſ ſi ētos ¶ Vē
di ꝗ emi p̄t oē id qd̄ hꝫ ꝯmerciū
Dūt eñ queð q̄ in ꝯmerciū nō ve
niūt·vt lib hō res ſacra ꝗ religioſa
vt·ff·e·t·l·ſi in empcōe·§·i·ꝗ·§· li
berꝝ·ff·de v̄bo·ob·l· int̄ ſtipulantē
§·ſacrā·res tn̄ ſacre ꝗ religioſe trāſ
eūt cū vniūſitate cū vniūſitas in ꝑ
p̄hanis ꝯſiſtit·vt ī·de iure pa·Ex
triis·nā tūc ſacre accedūt empcōni
maioris p̄tis·vt·ff·e·t·l·i modic·
¶ Natura ē empcōnis vt res ſit q̄
vendat̄ ꝗ p̄cū int̄cedat·vt·ff·e·l·
ij·§·fine·ꝗ·l·nec empcō· ¶ Itē na=
tura eiꝰ ē vt rei empte lucꝝ ꝗ dāp
nū p̄tineat ad emptorē vt inſti·e·
ti·§·cū āt·ff·de p̄iculo ꝗ cōmo· rei
ven·l·id qd̄· Vn̄ ꝑponit̄ regula ta
lis ſi vendicio fiat pure ſine ſcp̄tis
ēte ſpeciei q̄ deguſtitacionē nō exi=
git oē p̄iculū ſpectat ad emptorē
excepto caſu publicacōis ꝗ pactū
culpā vel mora interueniat· pure iō
dicat̄ qꝛ ſi ꝯdicōnalis eſſet vēdicio
an̄ euentū ꝯdicōis p̄tinet ad vēdi
torē·vt in illa·l·id qd̄· Ideo āt ſi=
ne ſcp̄tis qꝛ ſi in ſcriptis fiat p̄icu
lū ſpectat ad venditorē an̄q̄ ſcrip
tura p̄ficiat̄·vt·C· de fide inſtru·l·
ꝯ̄tcꝰ·ēte ſpeciei iō qꝛ ſi ſub alterna
cione fiat empcio diuerſaꝝ reꝝ pe
riculū p̄mo p̄tinet ad venditorē vt
ff·e·t·l·ſi in empcōe §·ſi empcio·q̄
de guſtacōeꝫ nō exigit ideo dicitur
quia in illis an̄ deguſtacōes p̄ti=
net p̄iculū ad venditorē·vt·ff·de
p̄icu·ꝗ ꝯmo·rei vē·l·ſi vina· Itē
p̄iculū publicacōis p̄tinet ad vē
ditorē·vt·ff·loca·ꝗ ꝯduc·l·ſi fun=
dū ¶ Tenetur venditor rē trade
re ita q̄ emptor habeat vacuā poſ
ſeſſionē vacuā aūt poſſeſſionē ha=
bere hoc eſt vt emptor pociꝰ ſit ita
q̄ ab eo aduocari non poſſit· nam
ſi quis eā aduocauerit p̄inde ē ac
ſi tradita non fuiſſet quid eñ ſi ali
us ſit in poſſeſſione eiuſd̄ rei cā rei
ſeruande vel legatoꝝ vel mulier cā
vētris tūc vacua poſſeſſio nō ē tradi
ta· vt·ff· de ac·ēp·ꝗ vē·l·i·§·i·ꝗ·l·
iij·ꝗ·l·ēpcio·Rxº iº·ꝗ·l·emptorē
§·inde neracius hec autem tradicio
facit emptorem dominiū ſi vēditor



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dñs erat·ſi non erat obligatur no
mine euictionis Si mō p̄cīū ſit ſo
lutū aut eo noīe ſatiſfactū vt·ff·ꝺ
acc·emp·l·ex ēpto·ſi venditoꝛ no
lit rē tradē tenet̄ ad intē·vt·ff·ꝺ
acc·emp·ꝛ vē·l·i·Pꝫ nūquid ma
nu militari poterit abrupto vendi
toꝛe res vendita extoꝛq̄ri qꝺ viſuꝫ
eſt dño Mar·ꝑ·l·ff·de rei ven·l·q
reſtituē iuſſus·Pꝫ azo ꝯ·p·l·C·de
acc·emp·ꝛ venꝺ·ſi tradita·ff·e·t·
l·ex ēpto ꝗ·idē ait·¶ Vendi āt de
bēt res iuſto pondere ꝛ mēſura·vt
ꝗ·e·c·ii·xxi ij·q·iij·ſi quis vo mire
tas xlv·di·ois q̄·ꝛ ſi q̄s i falſꝭ mē
ſuris vel ponderibꝫ fuerit inceptꝰ
extra ordinē puniet̄ vt·ff·de extra·
crimi·l·annona·ꝛ·ff·de pe·l·i dar
danos· Emptoꝛ āt cogit̄ nūmos
facē venditoris·vt·ff·de acc·emp·
et ven·l·ex ēpto·Rñ·i·in ſi·ꝛ eſt di
uerſitatis rō q2 venditoꝛ tenet̄ in
ſpē ꝛ iō ſuffiat eū de euictione te=
nen·ēptoꝛ vō in gn̄e ꝛ ꝯptea co=
git̄ nūmos facē vēditoris ar·ad h̄
ff·de le·i·l·ſi a ſubſtituto·ꝗ·hēs q̄z
¶ In ſūma nōnꝺ ē ꝙ ſi eccā deci=
piat̄ in ꝯtcu empcōis ꝛ vendicōis
aliq̄n non tꝫ ꝯtcꝰ ipſo iure aliq̄n
tenet de iure ſꝫ reſcidit̄ bn̄ficīo cōi
aliq̄n agit̄ ad decipiendū in p̄cīo
aliq̄n ſubuenit̄ eccē vel minori p i
itegꝛ reſtitucōez ¶ Vñ diſtinguē
dū ē cū dolus dat cām ꝯtcui puta
dolo te induxi vt vendēs qꝺ vēdi
turꝰ non eras non tꝫ ꝯtcꝰ·vt·ff·ꝺ
dolo·l·elegant̄ ar·xij·q·ij·q̄ſquis
epꝭ in ſi ꝗ·de rerꝫ pmu·Cū vniuſo
ru· Si vero incidat in ꝯtcū vtpꝫ
eras venditurꝰ·ſed p circūuēcōnez
te induxi vt minori p̄cīo venderes
tꝫ quiꝺ ꝯtcꝰ·Pꝫ agat̄ ad decipiē
dū vt·ff·de acc·emp·ꝛ venꝺ·l·iul·
ꝗ·ſi vēditoꝛ·vbi vero nec dolꝰ dat
cām ꝯtcui nec incidit in ꝯtcū·ſed
res vendita ē minori p̄cīo nec te in
precio circūueni ꝗuis re ipſa ſis ꝺ
ceptꝰ i p̄cīo ad nullū agē potes ń p
cīū infra dimidiā iuſti precij ſub=
ſiſtat tūc eñ optinet qꝺ le·ꝛ no·
ꝗ·e·c· Cū dilcīs·ꝛ·c·Cum cām·ꝛ
·C·de reſcin·ven·l·rē maioris·ń ſit
eccā vel minoꝛ xxv·an· quibꝫ ſub=
uenirē p in integꝛ reſtitucōez ꝛ hec
locū hn̄t in ꝯtcibꝫ bonefidei nam i
ꝯtcibꝫ ſtricti iuris eciā ſi dolus det
cām ꝯtcui tꝫ ꝯtcꝰ·ſed excipit̄ ꝯtra
agentē·vt·ff·de vbo·ob·l·ſi q̄s cū
alit̄·C·de pactis·l·cū poſtea ꝙ·Et
nota ꝙ in ꝯtcibꝫ bone fidei ſi dolus
det cām ꝯtcui non p cōtrahentes ſꝫ
p mediā pſonā·i·p mediatoꝛē te
net contractꝰ vt·ff·de dolo·l·elegā
ter·ꝗ·i·in quolibet autē ꝯtcu exigi
tur bona fides·vt·C·de acc·ꝛ ob·l·
bonā·Et nota ꝙ nō tꝫ ꝯtcꝰ ꝛ tñ ex
eo exigit̄·vt·ff·de ac·emp·ꝛ vē·l·
iul·ꝗ·ſi q̄s colluderet·¶ Itē re vēdi
ta euicta agit emptoꝛ de euictione
ꝙ fallit i multis caſibꝫ ſi ēptoꝛ ſu
per re vendita ipetitꝰ non nūciauit
venditori vel ſi abfuit tpe ſnīe vel
p iniuriā ꝯ eū ſnīa lata fuerit vt ī
e·c·vlt·vel ſi nō tēpeſtiue denūciet

ſed iam ꝑ ſniaz vt ff· de euic·l·ſi
rē ꝗ·§· vlt·niſi ꝯtractu remiſſa ſit
nccītas nunciādi vt ff· de euic·l·he
rem⁹ vel vbi nō potuit nunciai vt
·C·de euic·l·an̄ plt· ¶ Sūt ⁊ alij ca
ſus in q̄bꝫ ēptor nō agit de euictio
ne ſꝫ ꝯpromiſit ⁊ ſniaz ꝯtrariā reo
portauit vt ff· de euic·l·ſi dictū·§·
ſi ꝯpromiſſio· Itē ſi culpa ſua poſ
ſeſſionē amiſit vt ff· de euic·l·ſi rē
ꝗ·§·ſi duple· Itē ſi habuit rem ꝓ
derelicto vt ff· de euic·l·vlt· Itēz ſi
ſeruū ēptū manumiſeit·ff·de euic·
l·ſi ſuū· Itē ſi ancillā emptā ꝓſti
tuas vt ff· de euic·l·ſi mancipiuz·
Itē ſi emptor vſu cepit rē emptā·
vt ff· de euic·l·rē alienā· Itē ſi ven
ditore abſēte emptor ꝯdēpnatus
nō appellauerit vt ff· de euic·l·he
rem⁹·§·i·ff·mādati·l·ſi procura
torem·§·ſi ignorantes·

## ¶ De locato ⁊ cōducto·

Audiuim⁹ de ꝯtractu ēpcō
nis ⁊ vēdicōis ſꝫ qr ꝯtrac
tus locati ⁊ ꝯduc· nimiā
cū ipſo hꝫ ſimilitudinē intm̄ ꝙ in
q̄buſdā caſibꝫ inq̄ri ſoleat vtꝝ ſit
locacio an vēdicō vt ff·e·l·i· ⁊ ij·iō
p⁹ tractatū de empcōe ⁊ vēdicōne
ſubiciꝰ iſte de locato et cōducto tā
ꝗ familiaꝛis ſimilꝰ ⁊ affinis ¶ Vi
deam⁹ igiꝰ q̄d ſit locacio ⁊ cōduc
tio·q̄s dicaꝰ locator· q̄liter contra
hatur·⁊ in quibꝫ rebꝫ·⁊ q̄ actiōes
ex locato ⁊ ꝯducto naſcātur ¶ Lo
cacio ē pſone vel rei ad vſū fcā con
ceſſio mercede in pecunia numeran
da ꝯſueta· Alioq̄n ſi de alia re dan
da facienda ve ꝯuenerit nō erit lo
cacio ſed ꝯtract⁹ inoiat⁹ ⁊ agetur
preſcptis v̄bis vt ff· ꝯi diuidū do
l·ſi ꝯuenerit ⁊ ff·depoſiti·l·i·§·ſi q̄s
ſeruū· Locator dicitur qui re ſua
alium vti ꝑmittit mercede ſibi cō
uenta vt cum loco tibi domū meaz
ad inhabitandum·locator ego di
cor ⁊ tu conductor vt ꝗ·e·c· ꝓpter
ff·e·l·ſi tibi ⁊·l·cū fundum ⁊·C·e·t·
l·nemo·⁊·l·conductoēs· Aliq̄n lo
cacō dicitur firma vt ꝗ·e·c·veſtra
et ꝗ·ne cle·vel mo·ꝓm̄ demūq̄ð itel
ligo ſcdm̄ vulgare ꝓuincie aliqu
ius Aliq̄n locacio ponitꝰ ꝓ empcō
ne ⁊ ecōuerſo vt ff·de ac·ēp·⁊ vē·
l·vetēs ¶ Contrahitꝰ locacio ⁊ con
ductio q̄buſcūq̄ꝫ modis ꝯtrahitur
empcio ⁊ vēdicio· Et ideo que i ſu
periori tractatu dicta ſunt de con=
ſenſu rebus ⁊ precio hic itelligas
repetita· ¶ Militibus predia loca
ri non poſſunt ne amiſſo armorum
vſu ad op⁹ rurale ſe conferant nec
curiales vt ·C·e·titu·l· milites ⁊·l·
vlt·⁊·l·curialꝰ ⁊ ff·e· titu·l· ſi igno
rans ſic nec monachi vt ꝗ·e·ne cle·
vel mo· ſcdm̄·niſi cauſa neceſſitati
faciant cum ſufficiencia predia nō
habent ·vt ꝗ·de deci·dilecti· et in
autē·de ſanctiſ·epiſ·§· vlt·col·ix·
Poteſt autē fieri locacio in ꝑpetuū
et ad tēpus vt ff·ſi ag̃ vectigalꝰ·l·
i·⁊ ij·⁊ ſi moriatur ꝯductor infra

tēp9 locacōis ſuccedit heres ī iu
re cōductionis ſec9 in vſufructu q̄
pſonalis ē ꝛ extiguit cū pſona vt
C.e.ti.l.ſi vnā.ꝛ.C. de vſufruc.l.ſi
dn̄a. ¶ Locari pn̄t oīa q̄ ꝛ vendi
pn̄t. q̄ āt vendi non pn̄t nec locari
qꝛ titulus locacōis non ē ḡtuitus
et iſti duo ɔc̄t9 empcōis ꝛ locacio
nis ſimilimo ſūt vt ſupi9 dictū ē.
¶ Naſcūtur ex ɔc̄tu due actiōes. ac
tio ex locato daf locatori ꝛ actio
ex ɔducto daf ɔductori. In actio
ne ex locato veniet ī pmis merces
ſolueda de q̄ cōuenit. veniūt ꝛ alia
de qbꝰ actū ē in ɔc̄tu. vt. C.e.t.l.le
gē.ꝛ.ff.e.t.l.ſi in lege.§.ſi dom9 ꝛ
l.dn̄s.§.vlt. ¶ Quo āt tēpe mer
ces ꝛ penſio debeāt ſolui. Quid ei
leges videntur velle q̄ in pncipio
ſint ſolueda vn̄ dicif poſſe inquili
nū expelli n̄ ſoluerit penſionē vt.C.
e.t.l.iiij.ꝯ.de iure iurā.q̄rela.ꝯ.de
dilac.lrās x.q.n̄.h9 ius porrectū.§.
q̄uero.ff.e.t.l.q̄ro.§.int. quid aūt
iura inuūt q̄ in medio tpe fiat di
cif in ſalario q̄ fiſc9 dat ſuo pro
no. vt.C.de aduo.diu.iud.l.p hāc
Queď dicūt q̄ in fine vt cū q̄d de
bef in die. vt.ff.de vbo.obli.l.q̄ h9
āno.ff.ď migr.l.i.§.ſi penſio. Ego
puto ſuand ē q̄ actū ē. q̄ ſi id n̄
appareat ſuabꝰ more regionis q̄
ſi is nō appareat qꝛ forte vari9 in
uenif tūc q̄ min9 ē obſuabꝰ.ſ.vt
exigaf in fine āni vt.ff.de re.iuris
l.ſp.in ſtipulacōibꝰ.l3 ergo dn̄s n̄
poſſit exigē actū ſi inq̄lin9 vltro n̄
ei ſatiſfaciat dn̄s poterit eum ipunē
expellē maxie elapſo tpe penſiōis
vnde ſi locator pmiſerit penā ſi ex
pellēt ɔductorē intelligif h9 ɔdicio
ſi ɔductor ſoluat penſionē vt.ff.e.
ti.l.q̄ro.§.it locatorē ¶ Poteſt āt
dn̄s inq̄linum expellē in q̄tuor ca
ſibꝰ. Prim9 ē ſi dom9 locata ſit ſue
habitacōni nccāria q̄ intelligo cū
aliā domum habuerit locator tpe
locacōis ꝛ illa caſu pijt. nā ſi tunc
nullā habuerit n̄ illā q̄ locauit cā
am ad ſuā habitacōe3 illā recupa
re non pt h9 eni a pncipio pſpicere
debuit. vt.ff.e.t.l.ſi q̄s domum.§.
hinc ſubiūgi. Secūd9 cū nccāria
eſt dom9 refectio q̄ ſimilif intelli
go cū tpe locacōis refectio illa ne
ceſſaria nō erat. ſed poſtea emer
ſit. alioq̄n ſecus q̄ in caſu pmiſſo
¶ Terci9 ſi ɔductor puerſe i domo
verſef ꝛ in h9 caſu nō fiet remiſſio
penſionis p rata tpis ſ̄m azo. Sz
dabif dn̄o dom9 actio legis acq̄l.
Quid āt dixerunt q̄ ꝛ hic fiet re
miſſio penſionis in alijs vero duo
b9 caſib9 pmiſſis ſ̄m oēs fit remiſ
ſio penſionis p rata tpis vel pui
debit dn̄s inquilino de alia domo
eq̄ ydonea ad ihabitand. vt.ff.e.
ti.l.cū in plures i pn. Quart9 cū
inq̄lin9 canonē p byēnium nō ſol
uit vt ī.e.c.ppt.ꝛ.ff.e.t.l.q̄ro.§.i
ter locatorē 3 ſec9 ē i re data i em
phiteoſim vbi ſ̄m leges ſtatuitur
triēnium int puatos vt.C.de iure
ēphi.l.ij. Sz i re ecclāſtica byēniū

iit ꝗ̄·e·ē·potuit ⁊·x·q·ij·i aut·hꝰ ius porrectū i v ꝗ rē hꝰ·fiſcꝰ āt nō ſol uētē ſtati expellē ꝑt·vt·ff·de pub· et vecti·l·vectigalia·§·nō ſolut·Fu erūt āt aliq̄ q̄ dixerūt ꝙ in oibꝰ ꝑ miſſis caſibꝰ nō ꝑt dn̄s inq̄linum expellē n̄ ꝯpleto tp̄e locacōis vt ſic dn̄s ex ſua p̄te ꝑficiat ꝯ̄ctū vt ff· de acc·ēp·⁊ vē·l·iulianꝰ·§·offerri et·ff·de ingn̄·l·i·§·i· Dꝫ hꝰ nō pla cet·nā ꝯpleto tp̄e locacōis eciā ꝑ ter illos caſus ꝑt inq̄linꝰ expelli n̄ ꝑ tacitū cōſenſū ꝯdicō renouet̄ vt ſic dn̄s ex p̄te ſua ꝑficiat ꝯ̄triū·vt ff·e·t·l·Itē q̄rit̄·§·q ipleto ⁊ ſicut dn̄s ꝑt i caſibꝫ expellē inq̄linū·vt ſupiꝰ dictū ē·ſic ⁊ inquilinꝰ ꝑt do mū deſerē caſualit̄ iuito dn̄o ⁊ ꝑē ſiōe ꝑ futuro tp̄e nō ſoluta·vt·ff· et·l·habitatores·§·vez·⁊·l·dn̄s §·vlt·¶ Fit āt remiſſio ꝓpt̄ ſteri litatē·ſterilitas em̄ ceſus ⁊ merce dis ſolucōꝫ excuſat·Itē uis maior cui reſiſti nō ꝑt·Itē ꝙ p̄ter ꝯſue tudinē euenit·vt·ff·e·t·l·ex ꝯduc to·§·i·⁊ ij·⁊·ff·de cen·l·ſterili ſte rilitas āt ⁊ v̄btas itelligūt̄ ſ̄m vul gi opionē·ff·de fū·iſtruc·iſtru·qꝫ le·l·cū delamentis·§·aſinā lꝫ qui dā dixerit ſterilitatē eē cū ſemē nō ꝑcipit̄·vt·ff·e·t·l·ex ꝯducto·§·ſi mul·⁊·l·ſi labes·⁊·l·ſi in vno ⁊ ſi cut ſi ſterilitas ꝯtigat ex caſu for tuito merces minuit̄ vt dictum ē· ſi vero vicio debilitate vel vetuſta te rei non vt in·l·ex conducto·§·i· et·l·ſi in vno ita ⁊ v̄bertas ſi caſu fortuito contingat̄ aūgēda eſt ꝑē ſio nō āt ſi diligēcia poſſeſſoris ar· cariū de legū ⁊·l·colonꝰ·nā ⁊ colo nus modicū dampnū eq̄nimit̄ ſuſ tinere dꝫ ⁊ modicū lucrum nō au fertur ei vt·ff·e·titu·l·ſi merces·§· uis maior·fit autem compenſacio vbertatis ⁊ ſterilitatis precedenciū ānoꝝ cū ſequentibꝫ·vt·ff·e·t·l·ſi vno·loquor āt de eo colono q̄ nū mis colit nā ꝑciarꝰ q̄ſi iure ſocie tatis ⁊ lucrū ⁊ dāpnū cū domino fundi ꝑtit̄·vt·ff·e·t·l·ſi merces·§· apparet·Itē ſicut fit mercedis re miſſio ꝓpt̄ caſū ſortuitū vt in·l·ex cōducto·§·cū quid·⁊·l·qui inſulā ſic ⁊ ꝓpt̄ neccāriā refectionē·vt·ff· e·t·l·ſꝫ aedes §·ſi quis cum rei Si tū conductor aliqua parte priua tur non fit deductio mercedis vt·ff·e·titu·l·habitaciones·⁊·l·ſi merces·§·ſi vicino·¶ Hec oia lo cum habent in locato ⁊ con ducto Dꝫ ē quid ꝯtractꝰ medius inter cōtractū locacōis ⁊ vēdicōis vt ꝯ̄c tus emphiteoticꝰ q̄ nec ē ēpcō nec locacio ſed int̄ vtrūqꝫ medium ſi cut dixi de hoc loquit̄ ꝗ̄·e·c·potuit Contractꝰ ille locum hꝫ in rebꝫ ſo li·vendicō ⁊ locacō i oibꝫ | illo ꝯ̄ctu requiritur ſcriptura·vt·C·de iure emphi·l·i·in iſtis non in illo ꝯ̄ctu non exigit̄ pecunia in iſtis ſic in il lo contractu nō amittit dn̄s direc tū dominiū ꝑ tradicōez ſecꝰ in ven ditore·Item locator ad modicū tempus non habet ius in re·nec

vendit nec vendicat· emphiteota
faciat vtrūq; vt hic in·c· potuit·C·
de iure emphi·l·ij·⁊·ff·si ag· vecti-
gal·l·i·

¶De rerū pmutacōe·

Diximꝰ·s̄·de empcōe ⁊ vē-
dicōe ſꝫ qm̄ pmutacio vi-
cina ē empcōi·vt·ff·e·t·l·
qm̄·⁊·C·e·t·l· pmutacōne· iō ſbiā
hic rubica de rerū pmu· ¶Videaꝰ
igiť q̄d ſit pmutacio·q̄liť ɔ̄bať·q̄
ſit eiꝰ natura·q̄ res valeāt pmutarī
et cum q̄bꝰ eccā valeat pmutare·
¶Permutacio ē vniꝰ rei cū altera
vicaria pſtaº ¶Cōtrabiť pmuta-
cio ſic pliſq; placuit qm̄ inť aliq̄s
cōuenit vt cta ſpēs deť p cta vt·C·
e·t·l·qm̄ aſſeris· Si em̄ cōueniret
vt dareť cta p incerta nō eſſet ɔ̄c-
tus pmutacōis ſꝫ aliꝰ ɔ̄ctꝰ inoiatꝰ
do vt des· ¶Eſt igiť natura pmu-
tacōis vt rerū in ſuctu ɔ̄bať nō ſo-
lo pacto ſic̄ ⁊ ēpcio i q̄ ⁊ ſi res ⁊ p̄-
ciū eē debeāt·vt·ff·de ɔ̄ſceda· ēp·⁊
vē·l·nec ēpcio ⁊·l·ij·§·ſine· Cōtra-
biť tn̄ poſt q̄p de pcio ɔueniť vt nō-
ui·s̄·de ēpcio·⁊ vē·§·i· Aliqn̄ āt et
ſine re ɔ̄biť ēpcio vt i pdcā·l·nec
ēpcio·§·aliqn̄ ¶Pn̄t pmutari q̄cū-
q; pn̄t vēdi· Sꝫ ⁊ q̄dā pmutātur
q̄ nō vēduť vt eccē vt ī·e·c·ad qō-
nes ⁊ xvi·q·vlť·nemi Sꝫ opponi-
tur cū pmutacōis ɔtractꝰ n̄ ſit ḡtu-
itꝰ vt·ff·e·t·l·ij·q̄nō i ſpūalibꝰ in-
teruenire pt q̄ ḡtis ſiit ɔferēda vt
i·q·i·grā ⁊·q·vii· daybtum q̄ ab-

bouēt pcīn modo ⁊ ɔdicōez vt i·q·
i·Quāpio ī·vt ec· bn̄fi·ſine di·cō-
fe·vt noſtrū ī·de ſymo·tua ·⁊·c·p-
tuas· Itē ſi eccē pmutenť ⁊ alť ex
pmutātibꝰ agat ex pmutacōe petē-
do eccāz petē videbitur p̄latura ſic
ſꝫ h̄ fieri n̄ dꝫ vt ī·de iuē pa·pvtās
Ky pmutacō i ſpūalibꝰ n̄ ex pacto
pciū nititur ſꝫ aucte ſupioris totū
em̄ qꝺ geritur i arbitriū ſupioris ɔ-
ferť q̄ ex arbitrio ſuo de rebꝰ pmu-
tādis diſponit ⁊ ꝓpť ea oē viciū
aboletur vt·ff·de hijs q̄ no·infa·l·
furti·§·q̄ iuſſu ⁊·s̄·de pben· n̄ s̄ de
pac·cū p̄de·ſupioꝛ em̄ p̄t ɔmutacō-
nes rerū facē ⁊ pſonarū vt ī·e·c·q̄ſi-
tū vij·q·i·mutacōes ſcias Ois qui
xvi·q·i·tēpis q̄litas xvi·q· vlť·ſi
q̄s vult lxxiiij·di·q̄ñdā ⁊ h̄ deter-
minacō colligitur ex illa decē·q̄ſitū
et ī·e·c·cū v niuſoꝝ in vbo illo·licꝫ
ipſi p ſe de iuē nō poſſent eccāſtica
bn̄ficia pmutare ¶Poteſt eccleſia
cum eccleſia permutare indempni-
tate vtriuſq; ſeruata poteſt ⁊ cum
principe·vt x·q·ij· hoc ius porrec-
tum eſt in verbo ſed ⁊ permutare·
et infra·e·c·i·poteſt ⁊ cum priua-
to permutare dūmodo vtilitas ec-
cleſie hoc expoſcat·vt infra e·c·ij·
qꝺ autem dicitur ī·e·c·mācipia ⁊
c·iuſtum ſcꝫ q̄p mācipiū eccleſie p-
mutari non poteſt cū mancipio p-
uati niſi ad libertatem intelligen-
dum eſt de ſeruo eccleſie dato et
ecōuerſo facto qui cum ſit religioſ-
ſa pſona ſecilari hoī ſuire nō dꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ enī ſemel deo ꝯſecratū ē ad hu-
manos ad⁹ vel vſus trāſferri non
dʒ·vt in·c·mancipia·xij·q·ij·nulli
liceat·xiiij·q·vi·ꝯpim⁹·xix·q·ij·
q̄ ſemel xij·q·ij·auꝫ·x·q·ij·lʒ ius
vel intellige ꝙ ꝑmutacio mācipi-
oꝝ de facili fieri non dʒ·¶Et ē rō
illa q̄ aſſignatˀ in ꝓuis minoꝝ nō
vendis·C·de adminiſtra·tu·l·lex q̄
tutores·q·ff·de fidicōmiſ·lib·l·cū
q̄ſi ꝭ·furioſi·vel forte loquūtur iſte
dec·q̄n nō expedit eccē mācipia per
mutare¶Et notādū ꝙ ſicut ſpūa
le cū tēpali ꝑmutari non pōt vt ſu
pri⁹ dictū ē·ſic nec tpale cū ſpūa-
li cū ꝑmutacio de ſpūalibꝫ ad tpa
lia improbetˀ·vt ī·e·c·vlt·¶In
ſūma notandū ē ꝙ ex ſola ꝯuēcōe
ꝑmutacōis re nulla hinc inde ſecu-
ta neutˀ aliqua ꝯpetit actio·vt·C·e·
ti·l·ex placito·Dʒ re ſecuta q̄ritur
an ex placito·i·ex ꝯuencōne vel ex
rei tradicōne actio detˀ·Ad qḋ rn̄o
ex pacto vt ex·l·illa ex placito col
ligitˀ manifeſte ⁊ ꝓbatˀ hoc idem·
ff·de pac·l·iure gentiū·ꝭ·i·ff·de pe
cu·l·q̄ſitū·ꝭ·is q̄·⁊·l·q̄ciens ꝭ·ſi ſe
mel·datˀ igitˀ ex ꝯ̄ctu actio ſʒ demū
re ſecuta ſic aliṫ·dicim⁹ ex ꝯ̄ctu naſ
ci actionē ſʒ non ſtatī ꝯpetē vt in
mutuo·ff·de fideiuſ·l·ſi q̄s pro eo
ꝭ·ſi nūmos·ſic dicim⁹ in ſocietate
ſic in tutela vt detˀ actio ex ꝯtractu
Dʒ demū ſocietate vel tutela finiꝫ
ta·vt·ff·de tute·⁊ rō diſtra·l·ſi tu-
tor rei publice ꝭ·vlt·⁊·l·ſʒ nō datˀ
ſic optinet in mādato vt·ff·de of-
froco·⁊ le·l·obſeruādū·ꝭ·vlt·ſic
et actio de dote naſcitˀ quiḋ ex con
tractu ſʒ non datˀ n̄ demū m̄rionio
ſoluto·vt·C·de repuḋ·l·i·¶Sʒ q̄
ritur q̄d ſi ex vna ꝑte res ſit ſecuta
nunq̄d alti pti q̄ nō neſciuit pactū
dabitˀ actio R̄n̄o nō vt ꝓbatˀ·C·ḋ
pac·l·ſi ctūs āmis ſʒ lʒ nō videtˀ inu
til⁹ ad q̄d enī dabitˀ actio ei cui cō-
pletū ē ꝙ ꝯueit ipē tn̄ alti nō ꝯple
uit ſʒ lʒ legalia ſūt nec vlti⁹ ꝓſeq̄:

## ¶De feudis·

Dictū ē·ſ·ḋ q̄buſḋ moḋ ⁊
ꝯ̄ctibꝫ p q̄s res eccē alie-
nātur ſʒ q₂ infeudacio eſt
mod⁹ alienādi ideo inſerītˀ iſte
tractat⁹ de feudis·¶Videam⁹ igt
tur q̄d ſit feuḋ·vn̄ dicatˀ·q̄ res va
leāt ifeudari·q̄bꝫ res eccāſtice dari
pn̄t ifeudū·ex q̄bꝫ cauſ feudatarii
ꝑdunt feudū·¶Feuḋ ē ꝯceſſio rei
ꝓ homagio fc̄a·vt ī·de ſymo·ex di
ligenti·¶Dicitˀ āt feuḋ a fidelitate
quā feudatarij ſeu vaſalli dn̄is ſu
is iurāe ⁊ p̄ſtare tenētˀ vt·ſ·de iure
iurā·veritatis·⁊·c·ea te·¶Res feu
dales·i·q̄ ꝯſueuerūt dari in feudū
pn̄t ꝯcedi i feuḋ q̄ āt nō ſūt feuda
les de nouo infeudari non valent
p̄terꝙ i q̄tuor caſibꝫ tres habentˀ
ī·e·c·ex pte·Quart⁹ ī·de dō·per
tuas·nō aūt ē nouū feudū qḋ itera
to cōfertˀ·vt ī·e·c·ex parte·ſicut
non eſt nouū edificium quod ſubl
citur·vt·ff·de noui operis nunc-

l·i·§·ſi q̄s edifi^m ꝗ·ꝺ iudicis ꝯſuluit
Jtē aliud ē īfeudarē qꝺ n̄ lʒ· aliud
rē feudarē qꝺ lʒ ſic aliud ē facē ⁊ a
liud reficē vt·ff·de iti·actuqꝫ p̄ua·
l·iij·§·reficē ꝙuis verbū reddēdi ꝗ
ꝑ ſe ꝺādi ſignificacōeʒ hēat·vt·ff·
de v̄bo·ſigni·l·verbū reddēdi· Sꝫ
q̄rit̄ an decīe poſſint laycis in feu-
dū ꝯcedi ad qꝺ rn̄o nō in ꝑpetuū
probat̄ hꝰ p multa ma·x·q·i·c·vl·
ꝗ·de decīs ꝓhibem᷒·xvi·q·vii·c·
i·⁊·q·i·qm·s̄·de hijs q̄ fiūt a p̄la·
ſine ꝯſēſu ca·cū in aplica ꝗ·de decī·
ad hꝰ·⁊·c·ꝙuis·ad tēp᷒ aūt non
vt titulus ſʒ vt ſtipendiū decīe per
cep cō layco poſſʒ concedi·ar·xxxij·
di· Si vero·iure dn̄ij ⁊ poſſeſſiōis
penes eccāʒ remanēte qꝛ laycī decī
mas poſſidē non pn̄t·vt·s̄·de pre
ſcrip·cām· Jdeo vero dixi iꝑpetuū·
qꝛ feudatari᷒ ꝑpetu᷒ hꝫ vtile do-
miniū ſic̄ emphiteota publicanus
et is q̄ ad non modicū tēp᷒ ꝯdux
it·vt·ff·ſi ag̃ vectigal̄·l·i·⁊·ff·de
ſupficie·l·i·§·q ait· Amittit̄ feu
dū ſi vaſall᷒ illud alienauerit vel
maiorē ptē ipſi᷒ ⁊ dn̄s p̄t illud vē
dicare a q̄libet poſſeſſore· Si vero
minorē ptē ipſi᷒ vaſallus dederit
ad libellū vel pignori obligauerit
dūmō in ꝑuicō dn̄i remaneat non
ꝑdit feudū vt in libro feudoꝝ ī ti·
quibꝰ mo·feu·amittit̄·§·ij·⁊ iij·
Sꝫ q̄rit̄ an ex delicto prīs fili᷒
ꝑdat feudū videt̄ ꝙ ſic ar·ff·de bo
nis libto·l·qꝛ·C·de qōibꝰ·l·diuo·
ff·de iure pa·l·iura·⁊·l·q̄ ꝯ legem
Sꝫ ar·ꝯ·ff·de inius voca·l·adop-
tiuū in fi·ff·de decurio·l·ij·§·nulluʒ
ff·de bonis dāp·l·i·§·i·⁊ ij· Sꝫ cir
ca hoc recurrendū eſt ad conſuetu
dines ⁊ conſtitucīones feudorum·

## De pignoribus·

POſt p̄dictas alienacōnis
ſpēs ꝯſeq̄t̄ ꝺ pignoribꝰ
ānectam᷒· Videa᷒ igi
tur·q̄d ſit pign᷒·vn̄ dicat̄·q̄liter
pignoris obligacio ꝯhatur·q̄ res
pignori obligari poſſit·ad q̄d da
tor·ad q̄d acceptor pignoris tene
at̄· Pign᷒ ē res obligata ꝓ debi
to qꝺ ad ſecuritatē fit creditoris qꝛ
tuci᷒ ē pignori incūbē ꝙ in pſonā
agē·vt inſti·de obliga·q̄ ex delic·
naſcūtur·§·furti· Dicit̄ āt pig-
n᷒ res ꝓpe mobilis pignori obli-
gata ⁊ tradita a pugno·ſcʒ quaſi
pugno vel manu tradita·vt·ff·de
verbo·ſigni·l·plures·§·pignus in
prin·tamen ⁊ in re immobili tra-
dicione rei pignoris obligacio cō
trahitur ⁊ pignoraticia actio naſ
citur vbi autem res non tranſit in
creditorem dicitur ypotheca·vt
ff·de pigno·acc̄·l·Si rem·§·pro-
prie ſed quantum ad ypothecari-
am actionem nichil refert inter
pign᷒ ⁊ ypothecam ſono enim tā
tū differūt·vt·ff·e·t·l·res ypothe
ce·§·it pign᷒ ⁊ īſti·de ac·§·it pig
n᷒· Jtē ꝯhit̄ pign᷒ duobꝰ mōis ta
cite l̄ expſſe tacite vt ī rbꝰ miſtn̄ q

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tacite itelligūtur obligate ecce ꝓ
admiſtracōe rez ar. xiij. q. ij. illud
ſic bona mariti tacite obligātur ꝓ
dote. vt ꝗ. e. c. ex lr̄is. ſic ⁊ ei9 bona
qui cum fiſco contrahit fiſco ta=
cite obligāt. vt. C in q̇bꝫ cau. pig.
ta. cō. l. i. ⁊ ij. ſic ⁊ bō tutoris taci
te obligātur pupillo. vt. C in q̇bꝫ
cau. pig ta. ꝯ. l. ſi mr̄. ⁊. ff. e. t. l. vl.
ſic ⁊ bona ꝯductoris inuecta ⁊ il=
lata tacite ꝓ penſionibꝫ obligant
vt. C in q̇bꝫ cau. pign9 ta. cō. l. ſi n̄
inducta. ⁊. l. vlt. ⁊. ff. e. t. l. ē dra.
Itē ꝯbit pign9 gn̄alit ⁊ ſpālit.
Gn̄alit vt cū q̇s oia bona ſua pig
nori obligauit q̊ caſu obligata i=
telligūtur habita ⁊ hn̄da. vt. C q̄
res pig. obliga. poſ. l. vl. Specia
lit obligātur vt ag̊ lib̊ vel equ9.
Itē tplex ē diuiſio pignoris quia
pign9. Aliud ꝯuēcōnale. Aliud p̄
toriū. Aliud iudiciale. Cōuēcōna=
le ex ipſo frō nomē ſūpſit vt. ff. e. t.
l. i. Pretoriū ꝯſtituit ꝑ miſſionez
in poſſeſſionē. vt. ff. de pigno. act.
l. non ē mir. §. ſciēdū. ē āt p̄torium
pign9 ſi fiat ex ea cā quā p̄tor fieri
iubet puta vt caueat ꝓ legatis vel
de dampno infecto vel de opere
demoliēdo in noui opis nūciacōne
Iudiciale pign9 ē vt cum iudex
iubet mitti in poſſiōnē vel cū ſñaz
diffinitiuaz execucōi demādat tūc
p̄mo capiūtur mobilia poſtmod̊
imobilia demū puenit ad noia vt
ff d̊ re iud. l. a diuo pio. aliqū iudi
ciale dicit p̄toriū ⁊ ecōuerſo p̄tori

um iudiciale qꝛ vtrūqz a iudice cō
ſtituit vt. C de preto. pigno. l. ij.
¶ Pignori obligari p̄nt q̄cūqz vē
di p̄nt q̄ aūt vendi nō p̄nt nec pig
nori dari p̄nt. vt. ff. que res pig.
ob. non poſ. l. i. §. vlt. Qued̊ tn̄ vē
di p̄nt que pignori dari non p̄nt
nā rem alienaz quā vendere poſſe
nulla dubitacio eſt. vt. ff. de ꝯhen.
emp. ⁊ ven. l. rem alienā. ſʒ obliga
re nō poſſum9 n̄ ea q̄ de bonis nr̄is
obnoxia faciam9. vt. C que res pig.
ob. poſ. l. qui filios. Racō diuerſi=
tatis hͣ ē qꝛ in vēdicōe hͦ agitur vt
res tradat̄ ⁊ vēditor e uictione ob
liget̄ vt. ff. de ac. ēp. ⁊ vē. l. exēpto
in iͦ Rx9. ⁊. §. ideueracī9. Sꝫ i pig
nore hͦ agit̄ vt ius i re ꝯſtituat̄ vn̄
pignoris ꝯuēcio i rē parit actionē
creditori. vt. ff. e. ti. l. pignori. Et
qꝫ dixi rē alienā vēdi poſſe verū ē i=
mobilē. Si eni mobil̄ res aliena
vēdat̄ furtū ꝯmittit̄ ⁊ iō nec ēpcō
nec vendicio contrahitur. vt. ff. de
contrahen. emp. ⁊ vend̊. l. ſi in ēp=
cione ⁊ inſti. de vſuca. §. vnde ⁊ in
rebus. ¶ Item obligari poſſunt
res preſentes ⁊ future vt fructus
pendentes partus ancille fetus pe
corum ⁊ ea que naſcuntur. ff. e. ti.
l. ⁊ que nundum. Item res corpo=
rales ⁊ incorporales vt caucōnes
et nomina. vt. ff. e. titu. l. cum con
uenit. Item ſeruitutes perſonales
et vſus ⁊ vſufructus. vt. ff. e. ti. l.
ſi is. §. vſufructus. Item ſeruitu=
tes prediales ⁊ ruſtice vt. ff. e. titu.

l·ȝ an vie· iuā vero p̄dioꝝ vrbano
rū pignori dari n̄ p̄nt vt in·l· ſi is
§·vlt· Racō diuſitatis ē ne ex vari
etate vſus ꝯ vtēſtū edificia deſtru
ant̄ ꝯ inutilia fiat· Pꝫ oppōit̄
ꝯ̄ id ꝙ dixi ſuitutes ruſticas poſ=
ſe pignori obligari· nā ſuitutes
nec in bonis nr̄is ſūt· nec ex̄ bona·
vt·ff·de vſufruc·lega·l·i·ꝯ iō obli
gari n̄ p̄nt·vt·C·q̄ res pig·ob· poſ
l·q̄ filios ꝯ·ff·de pigno·l·ꝯ q̄ nō du
ſunt·§·qō dicit̄ Ad qō rn̄o· ſerui
tutes dū nō ēē in bonis qꝛ nō p ſe
ſubſiſtūt·ȝ corpibꝫ accedūt bn̄ di
ci p̄nt non p ſe in bonis eſſe ſed cū
hijs q̄bꝫ accedūt vel dicitur nō ēē
in bonis qꝛ res ſua nemi ſuit· ł di
ci poſſet ꝙ obligat̄ ꝯmoditas ſer
uitutū vrbanoꝝ ſicut in ruſticis h̄
contigit·ſcꝫ vt liceat creditori ire
et agē· vt in·l· ſed an vie· ¶ Res
ſacre obligari nō p̄nt vt vaſa ſac̈
et ornamēta· vt·C·de ſacro ſanc·ec·
ꝯſcim̄· nemi·n̄ eccā ſupflua vaſa
habeat ꝯ debitū vrgeat vt x·q·ij·
in aut·h̄ iuſ·vel n̄ in alijs cauſ ne
ceſſarijs ī q̄bꝫ res eccē alienai p̄nt
vt xij·q·ij· Aurꝝ·et no·ſ̄· de rebꝫ
ec·nō alie·§·excipiūtur· Pꝫ nec ec
cleſie p̄nt pignori obligari· vt in
autn̄·de ali·emphi·§·qm̄ Itē libi
hōis obligacō nulla ē· qꝛ ꝯ̄ria eſt
libtati ꝯ nature vt ī·e·c·ij·C de ac
tio·ꝯ ob·l·obes·C q̄ res pigno·ob·
poſ·l·q̄ filios in aut· vt nulli iud
§·qꝛ vero· In caſibꝫ tamē tꝫ obli
gacō libi hōis vt ī redēpto ab hoſ
tibꝫ·vt·C de cap·ꝯ pꝰ li·re·l· vlt·ꝯ
ff·de lega·i·l·ſenatꝰ·§·vlt· Itē ob
necēitatē famis pr̄ filiū obligaꝛ ꝑt
nā ꝯ vendē ꝑt·ut·C de pribꝫ q̄ fili·
diſtra·l·ij· Itē libeā pſona ꝯſeces
poni ꝑt ī oſtagio· vt·ſ̄·de iurē iur·
ex reſcpto xxiij·q·vlt· vt p̄de·ff· q̄
teſta·fa·poſ·l·obſides·ff·de iurē fiſ
l·diuꝰ·vere tn̄ nō tꝫ obligacō pig
noris in libo hōie vt ius ꝯſtituat̄
ī re p̄ter ꝙ in caſibꝫ p̄miſſis·ȝ deti
net hō q̄litcūqꝫ vt fiat ꝙ ꝯueit vel
dic ꝙ liber homo non poteſt obli
gari pro pecunia ſed pro pacto in
eunde pacis vel conſimili ſic prima
tamē reſponſio competit ad decre·
illam ex reſcripto· tenetur dator
pignoris nichilominus ſoluere
debitum ſi pignus perijt abſqꝫ cul
pa creditoris vt inſti· quibꝰ mo
re contra·obli· §· vlt· niſi actū ſit
ꝙ amiſſio pignoris liberet debito
rem·vt·C de pigno·actio·l·qui for
tuitis ¶ Item impenſas in pigno
re a creditore bona fide factas red
dere debet niſi fuerint immoderate
vt·ff· de pigno· ac·l· ſi ſeruos·
Sed ꝯ rem vni pignoratam alte
ri pignorare non debet alioquin
ſtellionatus crimine poterit ac=
cuſari·vt·C de crimine ſtelliona=
tus·l·i·ꝯ vlt·niſi res ſit talis ꝙ vt
qꝫ ſufficiat vt·ff· de pigno·ac·l·ſi
quis in pignore·§·vltimo ¶ Item
ſi debitor ſciens rem alienam abſ
qꝫ domini voluntate obligaue=
rit vel rem obligatam ſubripuerit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

criminí ſtellionatꝰ ſubiectus erit
vt·C·de cri ſtel·l·ij·et·ff·e·ti·l·iij·
creditor aūt integre ſoluto debito
pigno reddē tenet᷑ vt·C·de luicō·
pignꝰ·l·vlt·Ideo āt dixi integre
qꝛ debito ꝑ pte ſoluto ꝓ reliq̄ p=
te totū pignus remaneat obliga
tū·vt·C·de diſtrac·pigno·l·q̄d diu·
Itē tenet᷑ reddē pignꝰ nō aliȷ̄ ob
ligatū nec deterioratū vt·ff·de pig
no·l·ſi tn̄·§·venit·et·l·creditor·Il
lud in ſūma nōnō ē qꝛ aliqn̄ coloē
q̄ſito in fraudē iuris canonicī qḋ
vſuras reprobat et repeticōi fauet
trāſit᷑ de ɔ̄ctu pignoris ad ɔtractū
empcōis qꝛ ex forma ɔ̄ctꝰ et ex q̄li
tate ɔuinc̄t᷑ creditoris·vt·ꝭ·e·c·il
lud·et·ꝭ·de emp·et·vē·Ad nrām·ſi
aūt pſumit᷑ ɔ̄ctꝰ vſurariꝰ i q̄ pena
adiac̄t q̄ ltīmū modū vſurarū excedit
vt·ff·de ac·emp·et·vē·l·iul·§·ibiḋ·
ff·de pig·ac·l·vel vniuerſorū·ff·de
vſuris·l·q̄ ſemiſſes·ff·ad mace·l·
ſꝫ iulianꝰ·§·qḋ dr·ff·de le·iij·l·nū
mis·C·ḋ epiſ·auḋ·l·nemo deíceps

De fideiuſſoribꝰ·

TRactauimꝰ ī ſupiori titu
lo q̄lit᷑ res ꝓ debito pig=
norētur·nūc videaꝰ de p
ſonis q̄ ꝓ aliēo debito obligātur
vn̄ ſubiātur hꝰ rubica de fideiuſſo·
Videaꝰ igitur q̄d ſit fideiuſſor·
q̄s poſſit fideiubē·ꝓ q̄·ad q̄d te=
neatur fideiuſſor ad q̄d is ꝓ q̄ fide
iuſſit·Fideiuſſor ē q̄ alterꝰ obli
gacōꝫ in ſuā fidē ſuſcepit·ē āt fide
iuſſoris nomē gn̄ale vt ɔtineat mā

datorē et ɔſtitutorē·Differt āt
fideiuſſor a ɔſtitutore et mādatorē
qꝛ mādator p̄cedit ɔſtitutor ſub
ſeq̄tur obligacōēꝫ·fideiuſſor et p̄ce
dē et ſubſeq̄ p̄t vt iſti·de fideiuſ·et
ff·de iuḋ·l·nō quēadmoḋ·vn̄ hic
tractatur de fideiuſſore q̄ p ſtipu
lacōꝫ ꝓ alio obligatur nichilomi
nꝰ ipō obligato r̄manēte·Si ei ꝓ
ticīo debitore tuo apḋ te ſpōte fi
deiuſſor ero·Si vero mādē tibi vt
ticīo credas mādator ero·Sed ſi
obligacōēꝫ a te ī me trāſferā et me
ꝓ te liberādo ɔſtituo debitorem·
Conſtitutor ero·et acc·de ɔſtituta
potero ɔueniri vt·C·de ɔſti·pecu·l·
i·Fideiubē pn̄t oēs q̄ pn̄t obli
gari·Fallit in militibꝫ·vt·C·loca·
et ɔc·l·milites·In clericis vt in
aut·de ſci·epiſ·§·aliū·et in mulie
ribꝫ·vt·C·et·ff·ad vell·per totū·et
xxxiij·q·v·mulierē qꝛ āt de clericis
dictū ē p aut·idē optinet et p cano
nes vt xi·q·i·Te quiḋ et·c·ſic·Si
tn̄ fideiuſſerīt obligātur·vt·ꝭ·e·
c·puenit·et·c·ɔſtitutꝰ·Mōchus
āt fideiubē non p̄t ni de mandato
abbatis vel ɔuētꝰ vt·ꝭ·e·c·qꝛ q̄bꝫ
dā·et ſi fideiuſſerit nulla ē obligaº
Clericī tn̄ vicario mō int᷑ ſe fideiu
bē dn̄t deſiſtēdo in iudicō vt·C·de
epiſ·et cle·l·oēs·§·hꝰ nichilominꝰ
Oī āt obligacōi fideiuſſor acce
dit cīuli et nāli·vt·ff·e·t·l·fideiuſ=
ſor obligari·§·ſi fideiuſſor acci
p̄t·Vn̄ ſi q̄s ꝓ pupillo ſine tutoris
auc̄te obligato ꝓdigo vel furioſo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſideiuſſerit efficacit teneret vt·ff·
e·t·l·marcell9 ⁊·l·vbicūq; ꝗtuis re9
exigi ñ poſſit q̇ nālit remanet obli
gat9 nec obſtat qḋ alibi dr fide=
iuſſorē ñ poſſe ī pl9 obligari ꝙ p̄n
cipal' ſit obligat9·Eſt eñi acceſſo
ria fideiuſſoria obligacō ⁊ pl9 nō
dr eē ī acceſſiōe ꝙ ī p̄ncipali vt in
ſti·e·t·§·fideiuſſoēs·Pl9 eī q̄tuor
modis dr vt ſ de pl9 pe·c·vno·in
ſti·e·t·§·pl9·q̄ꝛ null9 aptai p̄t ad
id qḋ p̄miſi ⁊ ꝙ dixi fideiuſſorē ob
ligatū ꝑ pupillo ſñ tutoris aucte
teni·locū h3 vbi pupilli obligacō
ex re venit puta īpēdi in rē cōe3 mi
hi ⁊ pupillo l' pupill9 dānū dedit
in re cōi vt·ff·d acc·⁊ ob·l·furio=
ſus al's ·vt·ff·e·t·l·ſi a reo §·ſi a
furioſo ſiv̇o nulla ſit obligacō p̄n
cipal' nulla ē acceſſoria vt·ff·e·t·l·
q̇ ·⁊·l·cū lex ⁊·l·ſi q̇s p9 ꝙ Fide
iuſſor tēt ad id qḋ tēt p̄ncipal' nec
ei fideiuſſor ī duriorē cām obligai
p̄t ꝙ p̄ncipal'·vt·ff·e·l·obligai·§·
q̇ cīo loco Et ē ſciēḋ ꝙ ſᵐ vetēa iu
ra in ptāte creditois erat a q̇ exigē
mallet a reo vel a fideiuſſore·vt·C
e·t·l·iure·hodie āt ñ l3 exigē a fide
iuſſore p̄ñte reo ⁊ exiſtēte ſoluendo
in toto vel ī pte·D3 ⁊ ſi abñs fue
rit dabit ctū tēp9 ·qḋ fideiuſſor
deducat reū p̄mo ɔueniend ipſo fi
deiuſſore ī ſubſidiū reſuato·vt·C
e·t·ī autñ p̄ñte·Et ſi plures ſint fi
deiuſſores q̇libet tenet inſolidum
vt inſti·e·t·§·ſi plures ñ actor di=
uidēs actionem ſuam agens agat

ɔ vnū ꝑ pte vt·C·e·t·l·ꝑ pte vt·C
e·t·l·libm·Hec9 ſi egliat vnū ex
pluribꝫ agēdo ɔ eū ⁊ inſolidū ⁊ ñ
exigat·nā nichilominꝰ alij inſoli
dū tenent vt·C·e·t·l·reos·D3 aūt
plures fideiuſſores īſolidū tenētur
hñt bñficiū noue cōſtitucōis p q̇
diuidēda ē actio int' eos vt·C de du
obꝫ reis ī autñ·h ita vel epl'e diui
adriani q̇ ē·C de ɔſti·pecunia·l·vl·
qḋ locū h3 ñ bñficio diuidēde actō
nis fuit renūciatū nā tūc pactū ſ
uabit vt·C de pac·l·pacta·⁊·l·vl·
et ſ de pac·c·i·Et qḋ dixi plures fi
deiuſſores teneri inſolidū videtur
locū hrē cū a p̄ncipio ſpālit' h actū
ē vt dicāt autñ p̄all'·hoc ita l' forte
autñ loqrit' in duobus reis tm̄ ſic
et iure veti cautū erat vt·ff·de duo
b9 reis·l·reos·§·vlt·ñ āt loqrit' ī
fideiuſſoribꝰ q̄ꝛ q̇libꝫ dꝫ īſolid te
neri ſic ⁊ p̄ncipal' ꝑ q̇ q̇libet intce
dit ec̄ ſi expſſe h non agit' vt q̇li=
bet inſolidū teneat' ⁊ tenet' fideiuſ
ſor ī eē3 cām ſiue h agat' expſſum
ſiue ſimplicit' fideiubeat' vt cū vn9
dīt fideiubeo ꝑ illo nā ī oē3 cā3 fide
iubē videtur·vt·ff·e·t·l·ſi q̇s ꝑ eo
§·ſi nūmos ⁊·l·amiſſi·§·fideiuſſo=
res ⁊·l·ſi vt ꝑponis ⁊·l·ſi ita ſtipu
lat9·⁊·ff·vt lega·no·l·i·§·belliſſi=
me ⁊·ff·loca·⁊ ɔduc·l·q̄re·Cete
rū ſi expſſe agatur de ſorte·de vſu
ris autem nichil dicatur nō vide
bitur fideiuſſor obligat9 in vſuris
quia in maiori q̄ntitate ꝙ actū ſit
obligari non debet·vt·ff·de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fideiuſ.l.ſi in pignoꝛe. Pꝫ ꝛ ſi fide
iuſſoꝛ qui in oēm cām vel qui ſim-
plicit᷑ fideiuſſit oblige᷑ vt dictuꝫ
eſt. hꝫ tn̄ excepcōeꝫ q̄ ad vſuras q̄
indebite ſūt de iure canonico vt. ꝟ
de iure iurā. debitoꝛes ꝛ quecūqꝫ ex
cepcōes rei coherētes ꝯpetūt pncī-
pali ꝛ fideiuſſoꝛi ꝯpetūt vt ff. d̄ ex
cep.l. excepcōes. ꝭ. rei. ¶ In ſūma
nōnd̄ ē ꝙ fideiuſſoꝛ agit in q̄tuoꝛ
caſib9 ꝯ pncipalē debitoꝛē. Primꝰ
eſt ſi diu ſtetit in obligacōe vt ff.
manda.l.lucꝰ. Secūdꝰ ſi reꝰ di-
lapidat bona ſua. Terciꝰ ſi fideiuſ
ſoꝛ ꝯdēpnatꝰ ē debitoꝛi ꝛ hij tres
caſus ponūtur ī. e. c. vlt. Quartꝰ
ſi hoc ꝯuenit a pncipio vt. C. mā.
l.ſi p ea ſed ꝯ fideiuſſoꝛē fideiuſſoꝛ
agē non pt̄ niſi ei a creditoꝛe actō
cedat᷑ vt. ff. e. t. l. vt fideiuſſoꝛ. ē āt
faciēnda ceſſio an̄ ſolucōeꝫ poſtea
eñ cedi non poterit niſi an̄ ſolucōꝫ
hoc actum fuerit vt cedatur. vt
ff. de ſoluc̄. l. modeſtinus.

¶ De ſolucōnibus.

Quia ſolucōe eiꝰ qd̄ debet᷑
tollit᷑ obligacō vt inſti.
quib9 modis tol. ob. Jō
pꝰ tractatū de obligacōib9 cōpetē
ter ſeq̄tur de ſolucōib9. ꝛ iō ponit᷑
hic rubica de ſolucōib9. ¶ Videaꝰ
igit᷑ q̄d ſit ſolucō. q̄t eiꝰ ſpēs. quis
ſoluē poſſit. ꝛ cui. ꝛ q̄s ſit ſolucōis
effectꝰ. ¶ Solucio ē eiꝰ qd̄ debet᷑
reddicio vt colligit᷑ h̄ deſcripcio i
ſti. quibus mo. tol. ob. in prin. vel
large ſūpto vocabulo ſolucōis. ſo-
lucō ē ab obligacōe libacio. libera
cio in q̄ q̄cūqꝫ mō fcā magiſqꝫ ad
ſubſtāciā obligacōis refert᷑ ꝙ ad
nūmoꝝ ſolucōeꝫ vt ff. e. t. l. ſolucō
nis. ¶ Due ſūt ſpēs ſolucōis. Alia
ciuil᷑. alia nālis. ſiue alia vera alia
ymaginaria. Naturał ſiue vera ſit
p reddicōꝫ eiꝰ qd̄ debet᷑. Ciuił ſiue
ymagiaria ſit multis modis p no
uacōeꝫ delegacōeꝫ acceptilacōeꝫ cō
pēſacōeꝫ de q̄b9 oīb9 ī ſuis ſpālib9
rubicis tractat᷑ ꝛ tāgit᷑. C. e. t. l. ſi ob
ligatū. ꝛ. l. eiꝰ q̄ntitatis. Itē p cō
fuſionē ſeu ſucceſſionē vt ſi credi-
toꝛ debitoꝛi ſuccedat ł ecōº. vt. ff.
ad le. fal. l. i. ꝭ. ſi debitoꝛ. ff. de fide-
iuſ. l. ſticū. ꝭ. a ticio. ꝛ. l. vrariꝰ ꝛ. ff.
de ſolucōib9. l. ſticū. ꝭ. a ticio. Itē p
oblacōeꝫ depōēꝛ ꝛ ꝯſig̃cōeꝫ vt. C. e.
t. l. obſig̃cōꝫ ꝛ. ff. depoſiti. l. i. ꝭ. ſi pe
cunia ī ſi. Itē p fructuū pcepcōeꝫ.
vt ꝟ de pigno. Cū ꝯ. g. ꝛ. C. de pig.
ac. l. i. ꝛ ij. ꝛ ī. d̄ vſu. c. i. Itē p pcēm
de n̄ petēdo. Soluē dꝫ debitoꝛ pn-
cipał q̄ ſi fuit cōpos ꝛ maioꝛ tollit᷑
oīs obligacō pncipał ꝛ acceſſoꝛia
nā ſi pupillꝰ ł adultꝰ tutoꝛē ł curā
toꝛē hn̄s ſine tutoꝛis ł curatoꝛis au
ctoꝛitate ſoluat libacō n̄ ꝯtigit n̄ pe
cunia ſit ꝯſūpta vt ff. e. t. l. ꝙ ſi foꝛ
te. ꝭ. vlt. iō āt dixi curatoꝛē hn̄s qꝛ
ſi curatoꝛē n̄ hēat ſecꝰ vt. C. de int᷑.
reſti. mino. l. ſi curatoꝛē. Itē hēs d̄
bitoꝛis ſoluere dꝫ. Itē fideiuſſoꝛ ꝛ
eiꝰ hēs vt. ff. de fideiuſſo. l. pōt. ꝭ. i.
ſic ꝛ prelatus ſoluere debꝫ debitū

ſui predeceſſoris ꝑ eccē vtilitate cō
tracta· vt ꝗ· e· c· i· alꝰ eīn ɔtractꝰ eſ
ſet inualidꝰ vt x· q· ij· in autū hoc
ius porrectū eſt xij· q· ij· ſine excep
cione qui reſcindi poſſet ꝑ in inte=
grū reſtitucōez vt· ṡ· de int· reſti·
requiſiuit quippe p̄latus ſui p̄de=
ceſſoris quaſi heres videt᷑· vt xxiij·
q· viij· cō ueñior· xl· di· c· i· vt tñ ca
ueant p̄lati ꝑ alienis debitis ecc̄as
obligare vt ꝗ· e· c· ſi quorūdā· Sz
quilibet extraneꝰ ꝑ debitore ſol=
uere p̄t ⁊ ſoluendo ignorātem libe
rat ⁊ inuitū vt ff· e· t· l· ſoluere ff· d̓
nego· geſ· l· ſoluēdo· Sunt aūt qui
dam qui ſoluere tenētur nec ſunt
tñ quo ad debitū obligati vt tuto
res curatores ⁊ alii admiſtracōem
hñtes· vt· ff· de adminiſtra· tu· l·
quociēs· ſ· ſicut āt· ¶ Soluendū
eſt ei cui debetur vel adiecto in ſti=
pulacōe· vt· ff· e· t· l· ꝑ ſtipulatꝰ et
l· ſequenti· Itez ſuo creditoris·
vt· ff· e· t· l· ſi quis ſuo ⁊· l· ſi ſeruꝰ
pecuniā· ⁊· l· ꝙ ſeruꝰ· ꝓcuratori āt
litis non ſoluit᷑· vt· ff· e· t· l· hoc iu
re· Si vero inuito ⁊ ignorāte cre
ditore alteri ſoluat᷑ non liberat᷑ de
bitor vt· ṡ· de iure iurā· Ea te· C· de
ſolu· l· inuito ⁊ ff· e· t· l· ſi alieni· ni
ſi alter eēt ſocius· vt· ff· de pac· l· ſi
vnꝰ vel niſi ſit ꝓcurator cuiꝰ igno
ratur reuocatū eſſe mandatum vt
ff· ſi certū petatur· l· ciꝰ· ff· de ſoluc·
l· vero· cuicūqз āt ſoluat᷑ voluntate
creditoris ɔtingit liberacio vt· C· e·
ti· l· nichil· ¶ Illud in ſūma nota
bitur ꝙ creditor inuitū debitorez
liberare pōt· vt· ff· e· t· l· ſi debitor·
Sz inſtrumenti reddicō vel cācel
lacio niſi de voluntate creditoris ſi
at non liberat debitorē ut· C· e· ti· l·
ꝙ debitori· ff· de ꝓba· l· ſi cyrogra
phū qui āt ſolucōez allegat ꝓbaē
debet quo facto cyrographū ɔdi=
cere p̄t vt· C· e· t· l· vlt· Item oīs ſa
tiſfactio ꝑ ſolucōe habetur vt· ff·
e· t· l· ſatiſfactio dūmō volūtas cre
ditoris accedat ut· ff· de pigno· ac
l· ſi quis rem alienā· ſ· oīs· aliqñ
tñ cogitur creditor aliud pro alio
recipere vt· C· e· t· in auc· niſi debi=
tor· ff· de le· i· l· ſi domꝰ ſ· qui ɔfitet᷑
ff· de au· ⁊ arg· le· l· j· in fi· Itē in
noxali actione vt ff· d̓ re iud· l· Mi
les ſ· i· ⁊ ij· ¶ Effectꝰ ſolucōis eſt
vt oīs obligacio tollat᷑ p̄ncipal
et fideiuſſoria vt inſtit· quibꝰ mo·
tol· ob· in p̄n· Itē ⁊ naturalis ob=
ligacio vt ff· e· ti· l· ſi pupillus·

¶ De donacōibꝰ·

TRactauimꝰ· ṡ· de hiis q
alienātur non gratuito ti
tulo· Nūc videaꝰ de hijs
que gratis in aliū transferūtur vñ
ponitur hic rubrica de donacōibꝰ·
¶ Videamꝰ igitur quid ſit dona=
cio· vñ dicatur· quot eiꝰ ſpēs· quis
donare poſſit· ⁊ quid· que donacio
requirat ſcripturā· qualiter pficia
tur· ad quid teneatur donator et
ex quibus cauſis donacio reuocet᷑
¶ Donacio eſt mera liberalitas q

nullo cogēte ꝯcedit vt. ff. e. t. l. do-
nari. ſola āt ciuilis obligacio p̄ce
dēs nō īpedit donacōez eo ꝙ illa nō
eſt efficax ad agēdū vel retinēdum
ſeu eciā ꝯſtituendū vt. ff. de ꝯſtitu.
pecu. l. ij. §. i. ſʒ naturalis ſic q̄ ſuffi
cit ad ꝯſtituendū vt. ff. de ꝯſti. pe.
l. i. §. debitū et ꝓbatʳ. ff. de. dō. l. ſ
iure. §. vlt. Mera ideo dicitur qꝛ ex
neccītate nō ē donacō in neccītatib9.
nemo liberal' exiſtit vt. ff. de admi.
le. l. relegatā ⁊ ꝓptea bn̄ficioꝝ cō
ceſſiones q̄ a p̄latis fiūt nō ſūt dō
ciones qꝛ poci9 ex neccītate q̄ꝫ ex vo
lūtate ꝓcedūt. Nā tales donatores
de euictione tenētur vt ſi ꝯtulerint
q̄n̄ poſſint ꝯferāt qꝛ collatū ē tene
at vt ē de p̄bē. int' cetera vij. q. i. p̄
ſēciū In meris āt donacōibꝫ actio
de euictiōe locū nō hʒ vt. ff. de edil'
edic. l. ad res dōtas ¶ Dicit' āt dō
cio a dono q̄ſi doni dacio. vt. ff. de
dō. cā mor. l. ſenat9. §. i. ¶ Dona-
cionū āt due ſūt ſpēs Alia ſimplex
alia ob cām. Simplex q̄ cām nō
hʒ. ob cām vtpote donacio cā mor
tis dōcio ꝓpt' nupcias. Itē dona
cionū alia inter viuos alia cā mor
tis. Donacio int' viuos q̄n̄ rē q̄ꝫ do
no malo illuʒ hr̄e cui dono q̄ꝫ me.
Donacio cā mortis ē q̄n̄ rē quā do
no malo me hr̄e q̄ꝫ illum cui dono
Sʒ magis illū q̄ꝫ heredē meum vt
ff. de dō cā mor. l. i. Donare nō p̄t
mōch9 vel ꝯuſus qꝛ nichil hʒ vt
liiij. di. abbati. nec abbas ſuum
eccā qꝛ i illa dōcionis ſpē neccāria

eſt ꝯpenſacio ſcʒ vt dentur eccleſie
duo ſerui eiuſdē meriti ⁊ peculij vt
xij. q. ij. ep̄s qui mancipium al' āt
res cū ꝯſenſu capl'i vel ſolus dona
re p̄t ſed cum ſolus donat donate
rei quātitas ⁊ illi9 terre ꝯſuetudo
diligenci9 eſt attendēda ⁊ ſm̄ hoc
donum eſt ratum vel irritum iudi-
candū vt ex. e. c. cetez. Item donaē
non poteſt minor xxv. ānis vt. C. ſi
maior fac. alie. ra. ha. l. vlt. Furio
ſus ꝓdigus ⁊ is cui bonis inter-
dictum eſt vt. ff. e. t. l. Modeſtin9
ff. de cura. fu. l. iul'. ff. de verbo. ob.
l. is cui. Itē is cui interdicta ē alie
nacio vt qꝛ ꝯmiſit crimen leſe ma
ieſtatis vel eſt heretic9 vt. C. ad le.
iul'. ma. l. vlt. ⁊. C. de heretic ⁊ ma
ni. l. manicheus. vi. q. i. §. vez ex. dē
here. ad abolendā. ⁊. c. vergentis.
In alijs autē criminibꝫ donare nō
p̄t quis poſt ſn̄īaʒ vt. ff. e. t. l. poſt
contractū ⁊. l. donacōes. §. vlt. Itē
dōre n̄ p̄t ſeru9 nec filiuſfamilias.
vt. ff. e. t. l. Filius nec pupillus ſi
ne auctoritate tutoꝛis vt. ff. de acq̄.
re. do. l. pupillus ¶ Donari non p̄t
qđ ī alteri9 dominiū trāſferri non
valet vt. ff. e. t. l. in edibus. §. vlt.
Donari non p̄t a prelato ſine ꝯſen
ſu capl'i vt. ex. e. c. frat'nitatez ⁊. c.
paſtoralis niſi ſit res modica. vt
ſupi9 dictū ē ⁊ p̄ter quīquageſimā ⁊
centeſimā vt ē de hijs q̄ ſi. a p̄lato
ſine ꝯ. ca. paſtoral' ⁊ de hoc plenius
nōtū e. t. §. In ſūma Itē n̄ p̄nt dō
n aliq̄ i enoꝛme ecc̄e leſionem vt ex.

e.c.fraternitatē. ℞z q̄d ſi p plures
et modicas donacōes grauit̄ leda
tur eccā tn̄ nulla illaꝝ p ſe allatu-
ra ſit detrimentū dixerūt quidā oēs
donacōes reuocari debere ar.ff.de
iure pa.l.ſi libt? ℞z circa hāc qō
nē dicas qō nōui.  de hijs q̄ ſi. a
pre.ſine ɔ.ca.in ſi. ¶ Reqrit ſcp-
turā illa dōāo q̄ excedit ſūmā qn-
gentoꝝ aureoꝝ vt.C.de dō.l.plt.
§.vlt.vocat̄ āt hec ſcriptura iſinu
acō que ſi fiat in actis nō ē nccāriū
adhibere teſtes Nā ſupfluū ē ad
biberi teſtes cū publica mnumē
ta ſufficiāt vt.C.e.t.l.in donacōibꝫ
Alie vero dōāones q̄ ꝯ.predictam
q̄ntitatē ſubſiſtūt ſine ſcptura fiei
pn̄t vt.C.e.t.l.i.in exneos. Sꝫ dona
cōes q̄ ſiūt a pn̄cipe in puatū cui?
cūqꝫ ſint q̄ntitatis valēt ſine ſcrip
tura vt.C.e.t.l.ſcim? Rȝo i° ⁊ ecō-
uerſo q̄ ſiūt a puato i pn̄cipē vt.C.
e.t.i autn̄ ibi ſig̃to qō icipit. Itē
et a puatis Itē cū donat̄ pijs locis
in q̄bꝫ optia mēſura ē reꝝ dōtarū
imēſitas vt i auc̄ de nō alie. aut p
mu. re. eccle.§.ſi nimis collac .ij.
Itē ſpōſalicie largitas iſinuacōeꝫ
nō deſiderat vt.C.de dō.an nup.in
autn̄ eo decurſu. Itē ⁊ cū creditor
futuri tpis remittat vſuras vt.C.e.
ti.le.modeſtin?. ¶ Perficit̄ dōāo
nudis vbis vt iſti.e.t.§.pficiunt̄
cōſenſu tn̄ dōtoris ⁊ dōtarij inter
ueniēte al's ſec? vt ff.de acc.⁊ ob.
l.obligacionū ſubſtācia qꝛ nuda
rō ſcꝫ non ɔcurrēte cōſenſu alteri?

nō facit aliquē debitorē vt.ff.e.t.
l.nuda ¶ Tenet̄ donator ad rē tra
dendā.vt inſti.e.t.§.pficiūtur.C.e.
ti.l.ſi q̄s argentum.§.vlt.⁊ ſi res
euincat̄ non tenet̄ dōtor de euicc.
vt.ff.e.t.l.ariſto.niſi ex pacto cō
uenerit.vt.C.e.t.l.ij.vel niſi dōāo
a pmiſſione icepit.vt.ff.de vbo.
ob.l.vbi autē non apparet.§.vlt.
Item tenetur donator inquātum
facere poſſit.i.habita rōe ſui ne ege
at.vt.ff.de re.iud.l.ſunt qui.⁊.l.i
ter eos.⁊.l.ſcim?.⁊.l.ne liberalita
te.⁊.ff.de re.iuris.l.in cō dempna-
cione ¶ Reuocantur donacōes mł
tis ex cauſis ꝓpter donacōnem in
donacione adiectam.vt ꝯ.d ɔdic.
ap.vez. ꝓpter pacti turpitudinē
vt ꝯ.de ſpino.de hoc autez.⁊.c.au
diuimus.⁊.c.veniens.ꝓpter dan
enormitatem. vt.xiij.q.ij.ſi quis
iraſcitur.ꝓpter ſuſcipiencium frau
dem.vt xvi.q.vlt.conſtituit̄.ꝓpt
ſuperuenientem filiorum natiuita
tem.vt xvij.q.vlt.quicumqꝫ.ꝓp
ter dantis inpotēciam.vt xvij.q.
vlt.queſti.ꝓpter cauſe defectum.
vt.ꝯ.de cle.coniuga qꝛ te cum ini
micis. Item reuocatur aliquādo
donacio quaten? exceſſit. vt xij.q.
ij.℞i quos d̄ ſiris.vt.C.e.t.l.ſci?
Item ꝓpter ingratitudineꝫ.vt ꝯ
e.c.vlt. Item ſi quis ipugnet euꝫ
a quo beneficiū hꝫ pdit bn̄ficium
vt.ꝯ.de poſtu.c.vlt.C.d reuo.dō.
l.generaliter.ſic perditur feudum
vt xvi.di.ſi impator ⁊ legatum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de peculio cleri

vt·ff·de inoffi·teſta·l·papinian⁹
§·meminiſſe·ſic reuocatᷣ in ſuitu-
tem q̄ ꝓnū impugnᷣt vt·C·ō obſe-
ꝓ·pꝛeſ·l·ſi manumiſſoꝛi xij·q·ij
libti ⁊·c·octaua. ¶ Sūt ⁊ quedā
cauſe ciuiles ꝓpᷣ q̄s dōcio reuoca
tur vt dōcio facta libto ſola rōne
nō pſtiti obſeqⁱ reuocatur·Et qd̄
magis ē mirabile eciā res ēpta ex
pecunia dōta·vt·C·de reuo·do·l·i·
ex hac tn̄ cā nō reuocatᷣ libtas·vt
·C·de libali cā·l·ſolo· Itē reuocatᷣ
donacio fcā libtis tota ꝓpᷣ liberos
poſtea a ꝓno ſuſceptos vt·C·e·t·
l·ſi unq̄ꝫ alſ non reuocatᷣ tota·vt
·C·de inoffi·dō·l·ſi totas· Donacio
nes vero in filiū emācipatū fcē re-
uocantᷣ ex qnqꝫ cauſis ingᷣtitudi
nis Quatuoꝛ ↄtinētur ī·e·c·vlti·
adde ⁊ quintā p·l·C·de reuoca·do·
l·vltᷣ·ſ·cū non ↄpleātur ↄuencōes
in donacōne adiecto· Sꝫ matᷣ que
filio dōuit ⁊ poſtmoḋ ad ſecūdas
nupcias trāſiuit ex hijs qnqꝫ cau
ſis donacōeꝫ reuocare nō pᷣt vt·C·ō
reuo·do·l·hijs q̄· Sꝫ ex tribꝰ ſcꝫ ſi
fili⁹ vite matris inſidietᷣ manū in
eā īfeāt dcā⁹ ſbſtācie moliatᷣ iactu
rā vt in autᷣ ſup·l·illa ſigᷣto qd̄ ica
pit·ꝫ poſtq̄ꝫ cete ſi in extraneū do
nacio ↄferatᷣ poterit ex qnqꝫ cauſis
ſupioꝛibꝰ reuocari·vt·C·de reuo·dō·
l·vltᷣ·inſti·e·ti·§·alie·

¶ De peculio clericoꝝ·

Diximus in ſupioꝛi titulo
de donacōibꝰ· Sꝫ qm̄ cle
rici ex ſuo peculio dōcōes

facere pnt·ideo ſubſeqntᷣ ſubiacē
hic rubca de peculio clericoꝝ ¶ Vi
deam⁹ igitᷣ quid ſit peculiū·vn̄ di
catur·q̄ ſint ei⁹ ſpēs·quibꝰ clericis
liceat hr̄e peculiū·⁊ quid de ipō fa-
cere pnt· Peculiū clericoꝝ eſt pri
moniū clericoꝝ· Nā peculiū prio-
niū appellatᷣ vt·ff·ad trebell·l·co
gi in pn·ſtricto tn̄ mō ⁊ vſualiter
peculiū dicī ſolꝫ filioꝝ ⁊ ſuoꝝ qd̄
pr̄ filio ⁊ dn̄s ſuo ↄcedit vt·ff·de
pecu·p totū· Dicitᷣ āt peculium a
pecunia totū eni q̄ꝫ hoies hn̄t pecu
nia appellatᷣ pecunia vero a pecoꝛi
b⁹ qꝛ quicq̄d antiq̄ habebāt in pe
coꝛibꝰ ↄſiſtebat·vt·i·q·iij·p totū
¶ Peculij due ſūt ſpecies Aliud ei
pꝛofecticiū·aliud aduenticiū·Pro
fecticiū qd̄ ꝓficiſcitᷣ ex bonis prīs·
Aduēticiū qd̄ q̄ritᷣ aliūde· ſic ⁊ in
clericis dicī pt vt peculiū ꝓfecticiū
ſit qd̄ de bonis eccē ꝓcedit· vel qd̄
eccē ↄtēplacōe acqritᷣ·Aduēticiūꝫ
qd̄ acqritᷣ ex opa vel alſ ꝓuenit i
tuitu pſone nec diſtinguitᷣ vt in ti
pꝛ·reqſiuit· Pn̄t hr̄e clerici ꝓpa
pr̄ne vel mr̄ne ſucceſſionis vel iure
cogᷣcōis vſqꝫ ad q̄rtū gradū vt·C
de epiſ·⁊ cle·i auc̄ lniaꝫ·⁊ i autn̄ ō
eccāſticis ti·§·int̄dicim⁹ coll·ix·l
ex artificio ſuo vt ī·c·px·qꝛ vos ⁊
c·relatū in ſi·xci·di·cleric⁹·nam ⁊
apl̄s arte ⁊ manibꝰ victū q̄rebat
vt x·q·iij·Cauendū in ſi· Vn̄ ideꝫ
dixit ad ea que michi opus erant
et hijs q̄ mecū ſūt miſtrauerūt ma
n⁹ iſte·vt xxi·q·i·c·i·in ſi· Et hoc



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verū eſt niſi aliqui renūciauerit ꝓ
prijs. vt monachi. canonici regu
lares ⁊ ꝯuſi profeſſi. vt ꝭ. de ſtatu
mo. mōchi ⁊. c. cū ad monaſteriū
ſblacēn. xij. q. i. nolo. ⁊. c. non di=
catis ꝭ. de priuil. Cū ⁊ plātare. §. de
ꝯfratribꝰ. ⁊. c. vt priuilegia. ⁊ xxvij
q. i. vt lex ⁊ idē dico in oībꝰ religi
oſis qui ſe ad abdicacōez ꝓpetatis
aſtrīgūt pñt tñ religioſi hrē pecu
liū quibꝰ fuit ab abbatibꝰ ſeu pꝰo
ribꝰ ꝓ iniūcta admīſtracōe pmiſ
ſū. vt in dec. Cū ad mōſteriū. §. q̄
vero. ¶ Clerici de peculio aduenti
cio teſtari pñt. vt ꝭ. c. px. q₂ vos ⁊
ſi in parentū ptāte fuerint pñt teſta
ri de peculio caſtrenſi l' q̄ſi. vt. C. d
epiſ. ⁊ cle. l. ſacroſcē. C. de aſſ. l. ves=
lut. Sz ⁊ ſi ab inteſtato decedāt
ſuccedūt ꝯgnati in hijs bonis. vt
xij. q. i. ſicut manifeſte. ⁊. c. eps q̄
filios. ⁊. q. iii. c. vlt. ꝫ ⁊ viuentes
pñt de eis facere quicq̄d velint. vt
ꝭ. de ſucceſ. ab iteſ. c. i. xii. q. iij. fix
um. De peculio autē ꝓfecticio teſ
tari non pñt qd in imobilibꝰ verꝫ
eſt nā de mobilibus bonis eccē pt
clericꝰ ꝯgnatis amicis ⁊ familia
ribꝰ ⁊ paupibꝰ erogare vt lxxx vi
di. nō ſatis ⁊ ſi ſit ſanꝰ vt ibi. Itē
infirmꝰ ⁊ cōpos mentis. vt ꝭ. e. c.
ad hec. Itē ⁊ in morte. vt ꝭ. e. c. re
latū. §. lz. ¶ Illud in ſūma nōnd
eſt ꝙ ſi clerico prelaturā vel admi
niſtracōez aliꝙ non hñti aliquid
datū fuerit vel relictū a ꝯgnato l'
extraneo eiꝰ peculiū eſt. intelligit̄ eni

relictū nō ītuitu eccē ꝫ pſone vt ꝭ.
t. px. req̄ſiſti. §. illd. Itē ſi clericꝰ
in t'ra eccē vineā fecerit vel agellū
illd pāum in ſuo peculio vſqꝫ ad
ſuū obitū retinebit. vt ꝭ. e. c. ſi q̄s.
nā huiꝰ p̄caria poſſeſſio q̄ ad p̄ces
clerico vt ſtipendiū dat' cū vita ſi
nit'. vt xij. q. ii. ſepe.

## ¶ De teſtamentis.

TRactauimꝰ. ſ. de dōcōni
bꝰ int' viuos ⁊ cā mortis
Sz q₂ dōcōes cā mortis
i teſtamētis fieri ſolēt. Id dicamꝰ
de teſta. vel als ſupra dictū ē i px.
ti. de peculio tā ꝓfecticio ꝙ aduēti
cio. Sz q₂ clerici de aduēticio teſ=
tari pñt id de teſtamētis ſbiciamꝰ
¶ Videaꝰ igit'. q̄d ſit teſtamētū.
vñ dicat'. q̄lit' ꝯficiat'. q̄t ſint eius
ſpēs. q̄t teſtes req̄rūt' in eo. q̄s poſ
ſit facē teſtamētū. q̄lit' ꝯfirmet' vel
infirmet'. ⁊ q̄s ſit vltīe volūtatis
effectꝰ. Teſtamētū ē volūtatis nrē
iuſta ſnīa de eo ꝙ pꝰ mortē ſuā q̄s
fieri voluit. vt. ff. e. ti. l. i. ⁊ itellige
cū q̄s i teſtō de toto ſuo primomo
diſponit vt excludat' codicillus ⁊
ſpāle relictū. vt cū hꝰ ſcias ꝙ ſi q̄s
hēdē inſtituat i re certa vel in pte
⁊ de reliq̄ ñ diſpoit de toto diſpo
ſuiſſe videt' vñ ſcptꝰ hēs totū ca=
piet q₂ ⁊ i pte totꝰ as ꝯtiet' e. vt
ff. d hē. iſti. l. ſi q̄s ita ſcpſit ⁊. C. e.
t. l. q̄cies. Dicit' āt teſtm̄ q̄ſi teſta
cio mētis ñ tñ q̄libꝫ ꝫ illā q̄ de hē=
ditate diſponit. Et eſt voluntas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teſtatoris ābulatoria vſqȝ ad ſu-
mū vite exitū vt. ff. de adimi. lega.
l. iiij. ff. de dona. int vi. ⁊ vx. l. Cū
hic ſtat⁹. §. ꝑnīam. C. de codicill. l.
iiij. ⁊. de cele. miſ. ¶ Cū marthe. Vnde
apl's. teſtm̄ in morte ꝯfirmat ⁊ in
tm̄ vt an̄ morte q̄ncūqȝ mutari
poſſit eciā ſi pacto ꝯuenerit ne mu
tet vt. C. de pac. l. pactū ꝙ dotali. ⁊
eciā ſi teſtm̄ ſit ꝑ ꝑncipē ꝯfirmatū
ar. C. de teſta. l. oīm. ¶ Teſtamen
toꝝ due ſūt ſpēs. Aliud nūcupati
uū. Aliud iſcriptis. ¶ Nūcupatiuū
in ſola nūcupacōne ꝯſiſtit teſtato
ris non ſolēpnitate ſcp̄ture. ſeptē
tn̄ teſtes neccīj ſūt. ⁊ hēdis noīacō
vt inſti. e. t. §. vlt. C. e. t. hac cōſul
tiſſima. §. ꝑ nūcupacōez. Item eſt
neccāriū ꝙ fiat vno ꝯtextu. i. nullo
alio actu int̄poſito niſi forte actu
nature vt cū ex necītate ſe ceditur
ad depoſicōez ſuperflui ponderis vel
cū forte int̄ponit̄ dacio medicine
vel breuis langor interuenit vt. C. e.
ti. l. cū antiq̄tas. ff. e. t. l. hēdes. §.
vlt. ¶ Qđ āt fit in ſcriptis exigit
numeꝝ ſubſcripcōes ⁊ ſigcula vij
teſtiuȝ. Et ſi teſtator velit occulta
eē teſtib⁹ q̄ teſtat̄ cartā ſui teſtam̄
ti clauſā ⁊ inuolutā teſtib⁹ repreſē
tet. Et dicat eis h̄ ē teſtm̄ meū ro-
go vt ſubſcribatis. Et eis ſubſcri
bentib⁹ ſubſcribat ⁊ ipſe teſtator
vel ali⁹ loco octaui teſtis vt. C. e. t.
l. hac ꝯſultiſſima. ¶ Subſcripcio
āt teſtatoris ꝯtinebit nomē ei⁹ hē
dis. vt. C. e. t. l. iubem⁹. Sȝ ſi teſta

tor ꝓp̄a manu ſcripſerit teſtm̄ ⁊ h̄
ſpālit̄ i ſcp̄tura poſuerit ꝙ ſua ma
nu fecerit nō req̄rit̄ alia ſubſcp̄cio
vt. C. e. ti. l. cū antiq̄tas. §. vlt. Ab
hiis ſolēpnitatib⁹ excludit̄ teſtm̄
militis. vt. C. de mili. teſta. l. q̄ꝗ.
Teſtm̄ ruſticū in q̄ ſufficiūt q̄nqȝ
teſtes. vt. C. e. t. l. vlt. Teſtm̄ coraȝ
ꝑncipe ꝯfectū cui⁹ p̄ncia ſufficit ꝓ
ſolēpnitatib⁹ oīb⁹. vt. C. e. t. l. oīm
¶ Excipit̄ teſtm̄ qđ fit int̄ liberos
vt. C. e. t. l. hac ꝯſultiſſima. §. ex in
pfcō ⁊ in aut̄ ibi ſig̃to hoc int̄ libe
ros. ⁊. C. fa. hir. l. vlt. Itē in hijs q̄
relinquūtur eccīis ſufficit minus
ſolēpnis volūtas. vt ⁊. e. c. Cū eēs.
et. c. relatū. Quid tn̄ dixerūt per
decre. illas derogatū legib⁹ loq̄nti
b⁹ de ſolēpnitatib⁹ teſtōꝝ. Tercij
dicūt veꝝ eē ꝙ derogat̄ dū agitur
in foro eccē. ſec⁹ ſi agat̄ in foro ſe
culari. Itē valet teſtm̄ min⁹ ſolēp
ne ſi ſpāli ꝑuilegio ꝑncipis ſolēp
nitas ſit remiſſa vt. C. e. titu. l. fine
ſpāli. ¶ Nūc dicam⁹ q̄s teſtm̄ fa
cē poſſit qđ ſatis apparebit ſi dix
erim⁹ q̄s facē nō poſſit. vt ar. ff. d
hijs q̄ ſunt ſui vel alie. iuris. l. i. in
ꝑn. ⁊. ff. de ꝓcu. l. pomponi⁹. §. ſi ſti
puletur. Non p̄t facē teſtm̄ ſui⁹ Itē
filiusfamilias niſi ſit miles qui de
peculio caſtrēn̄ vel q̄ſi p̄t teſtari vt
inſti. q̄b⁹ non ē ꝑmiſ. fa. teſta. ⁊. C.
de aduo. diuſo. iud. l. Fori. ⁊ inſti.
de mili. teſta. §. vlt. Itē ipubes. fu
rioſus nō hn̄s dilucidū interuallū.
ꝓdig⁹ cui bonoꝝ adminiſtracio eſt

interdicta· Mutus q̃ michil loquĩ
tur· ſurdus qui oĩo nõ exaudit· vt
inſti· quibꝰ non eſt pmiſ· fa· teſtm̃
¶ Cecus ãt pt cum ſolẽpnitate que
habet· C quibꝰ non eſt pmiſ· facere
teſta· l· hac ↄſultiſſima· Itẽ illi q̃
ꝓprijs renũciauerũt qui michil hñt
totum eñi dedit qui ſe deo optulit
Vnde ingreſſi monaſteria ſe ⁊ ſua
dedicãt deo nõ ergo teſtari pñt vt
pote nec dñi rer⁹· vt in autñ de mo
nachis· §· illud · C de ſacro ſanc· ec·
l· ingreſſi· xix· q· iii· §· qꝛ ingredien
tibꝰ· ſꝫ ſi filios hñs monaſterium
ingreditur nullo condito teſtõ per
mittatur eis diuidere vt in auẽ de
ſanc· epi· §· Si q̃ mulier · C de ſa
croſanc· eccle· in autñ· ſi q̃ mulier·
Sꝫ nũquid heremite· ⁊ alij ſolita
riã vitã agentes qui nulli ſe eccẽ t
diderũt teſtã ↄdẽ pñt· Rñ o ſic· vt
xix· q· iij· §· eõ· paulus· De quibꝰ ãt
rebꝰ clerici teſtari pñt ⁊ de q̃bꝰ nõ
pñt dixi· s̃· ti· px· §· clerici· ¶ Cõfir
mat ãt teſtm̃ morte teſtatoris vt
ſupius dcm̃ ẽ· Infirmat voluntas
pmi teſti p 2m· vt inſti· quib⁹ mo·
teſta· ifir· §· Sꝫ ſi q̃s· Infirmãtur
ãt teſtã p ãgnacõꝫ poſtumi vt· C d
poſtu· l· i· p ſcd̃i teſti ↄfectiõꝫ qd
iure pfectũ ẽ quãtũ ad ſolempnita
tem iuris ⁊ qꝛ in eo inſtituti ſũt il
li q̃ ptiti dicẽnt teſtm̃ ipõ iuẽ nullũ
Rã i 2o teſtõ ptiti ſũt filij in ptãte
teſtatoris ↄſtituti cũ ipõ iuẽ nõ teat
2m· ñ rũpit pm· vt iſti· q̃b⁹ mo· teſ
ta· ifir· §· i· ⁊· ij· ff de vulga· ſubſti·

l· ſi q̃s· §· vlt Itẽ p capit diminu
cõꝫ ipſi⁹ teſtatoris vt iſti· e· t· §· alio
q̃ꝫ ¶ Itẽ ſi teſtõr morte ſibi ↄſtitu
eit· vt· C de bo· co· q̃ mor· ſibi ↄſti· l· i
Itẽ rũpit p bõꝝ poſſ· dõꝫ ↄ tabl̃as ⁊
p querelam inofficioſi· ¶ Eſt autẽ
irritũ teſtm̃ ipõ iure ſi non ltie fcm̃
ẽ· vt· C e· t· l· ex ipſo· Itẽ ſi fili⁹ i pa
tria ptãte ↄſtitut⁹ pteat· ff· de iniſ
to· rup· teſ· l· i· Vñ tũc dt teſtm̃ ipõ
iuẽ nullũ l ipugñt p q̃relã ioffícioſi·
vt· ff d iof· teſta· l· iij· Sꝫ emãcipa
t⁹ expugñt de iuẽ ptorio· ſ· p bõꝝ poſ
ſionẽ ↄ tabulas· nec mẽns ſi dicã
aliud i ſuo ⁊ aliud i emãcipato· nã
lꝫ dicat als ſblatã eẽ diaꝫ emãcipa
cõis ⁊ pñe ptãtis· vt iſti· d hẽ· ab
iteſta· §· nullã v o ⁊ iſti· d exhẽ· libe
§· nrã ãt· verꝝ ẽ q̃ ad h vt tã iſte q̃
ille admittat ↄ pñs teſtm̃ ſꝫ q̃libꝫ
ſuo iuẽ· ¶ Effcũs vltie volũtatis ẽ
vt ei oĩo ſtet· vt xiij· q· ij· vltie ꝙ· e·
c· nos q̃d· vñ volũtas teſtatoris ẽ
lex vt i autñ d nup· §· diſpoñat In
ſũma nõnd ẽ ꝙ teſtõꝝ defenſio ad
eccãꝫ ptinꝫ· vt ꝙ· e· c· ſi hẽdes· Tua
nos· q̃d ⁊· c· Executoẽs· ff· d pe· hẽ·
l· ſi hẽditas· §· ſi defũcto· nõ ãt coꝝ
publica°· vt· C d teſta· l· cõſulta di
ualia· Itẽ ñ vidr decedẽ iteſtat⁹ q̃
extremã volũtatẽ alteri⁹ diſpoſicõi
ↄitat vt ꝙ· e· c· cũ t· ſec⁹ ſi ↄitat vo
lũtati vt ſi dicat· iſtituo tiaũ hẽdẽ
ſi ſei⁹ voluit h ei iſtitu° captatoia ẽ
vt· C d teſ· mili· l· captatoias· Et ẽ
rõ qꝛ i h caſu teſtamẽtũ expreſſe
cõmittit arbitrio alieno ſꝫ in pmo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tacite ⁊ iõ ius diuerſũ vt. ff. ð hẽ.
inſti. l. illa inſtitucõ ⁊. l. ſi q̃s ſem
promiũ. ⁊. ff. de cõ. ⁊ demõ. l. non
nũq̃. ff. de le. ij. l. i. ⁊ ff. de le. i. l. cap
tatore. An ãt prelato ⁊ ecc̃e diuicti
vel prelato tm̃ vel ecc̃e tm̃ relictuȝ
aliq̃d in teſtam̃to videat̃ attẽdes
diſtinctionẽ q̃ facit .ꝗ. e. c. req̃ſiti.
De q̃rtis ãt h̃ non dico q2 materia
legalis ẽ tota. Sȝ recurras ad ea
q̃ nõ. ſ. e. c. rainuald9 ⁊. c. raynald9

## De ſucceſſio. ab inteſtato.

Eſiim9 de ſucceſſionibꝰ ex
teſtam̃to. nũc agend̃ ẽ de
ſucceſſionibꝰ ab inteſtato
Et iõ ſubicit̃ hic rubca de ſucceſſi-
onibꝰ ab inteſtato. ¶ Videam9
igit̃ q̃t modis dicat̃. q̃s iteſtat9
decedere. q̃s iteſtato moriẽti ſucce
dat. ⁊ in q̃b9 rebus. ¶ Quatuor
modis dicat̃ q̃s inteſtat9. ſcȝ ſi oĩ
no non fecit teſtm̃. vel ſi fecit ⁊
nõ iure. vel fecit iure. ſȝ poſtea rup
tũ ẽ aliq̃ ð cauſis q̃s nõui ſ. t. ꝑx.
ſ. infirmãtur vel ſi ex illo teſtamẽ
to nemo ſit hẽs. vt in aut̃ de hẽ.
ab inteſta. in p̃n. ¶ Layco decedẽ
ti ab inteſtato ſuccedũt ꝯgti p̃mo
deſcendẽtes poſtmod̃ aſcendẽtes de
inde collaterales vt in p̃dcõ aut̃. ð
hẽ. ab inteſta. hiis ãt oib9 deficiẽ
tib9 ſuccedit vir vxori ⁊ vxor viro
vt. C. vñ vir ⁊ vxor. l. i. vltio ſucce
dit fiſc9. vt. C. de bo. vacan. l. i. lix.
¶ Clerico inteſtato moriẽti ſucce

dũt ꝯgti ſ̃m ordinẽ p̃notatũ ⁊ hoc
verũ ẽ in hiis bonis q̃ ſibi pſone in
tuitu obuenerũt vt xij. q. v. l. c. vl.
et vt nõ. ſ. ti. ꝑx. ſ. clia deficiẽtib9
ſuccedit oibꝰ ecc̃a q̃ſi fiſc9. vt ꝗ. e.
c. i. xij. q. v. c. vlt. ⁊ h̃ itelligo vbi
res clerici decedẽtis ſunt manifeſte
a reb9 ecc̃e vt xij. q. ij. manifeſte.
Nã ſi fuerit res ꝯfuſe vt dubitet̃
an habuerit aliq̃d ꝓpriũ vel certũ
ſed neſcit̃ q̃d vel q̃ntũ. ¶ In p̃mo
caſu p̃ſumit̃ ꝓ ecc̃a ⁊ totũ ſibi vẽ
dicat ar. xij. q. iij. q̃aiq; ff. de reb9
dubijs. l. ciuib9. Si vero certũ ſit
q̃ habuerit. ſȝ neſcit̃ q̃d vel q̃ntũ.
locũ hȝ diſtictio dec̃ .ꝗ. e. c. ij. vt ſu
mat̃ tm̃ de bonis ecc̃e q̃ntũ credit̃
habuiſſe defunctũ ⁊ illud in ptes
q̃tuor diuidat̃ nec indigne null9
eĩ nob̃ ꝓximior hẽs q̃ q̃ nos de9
proximos facit vt ꝗ. de penis pb̃r.
vel loquit̃ decre. illa in illis p̃ſbite
ris qui ex ſ̃uis facti ſũt pb̃ri ⁊ hũc
intellectũ innuit illud verbũ p̃ſbi
teros ſuos ſcȝ ſ̃uos olim ⁊ illud
fiat liberi facti ſũt ⁊ illud peculiũ
ſcȝ reſpcũ p̃oris ſtat9. Sȝ q̃d cle-
ricus ab inteſtato decedẽs in plui
b9 ecc̃ijs intitulatus fuerat. Dico
bona illi9 ſi ꝯgnatos non habeat
debere diſtribui inter illas ꝓ rata
bñficioꝝ q̃ obtinuit in eiſð. vt. ſ.
c. ꝓxio relatũ. ſ. vlt. ¶ Itẽ quid ſi
clericus hñs ꝯgnatos decedat ab
inteſtato relictis bonis de quibus
dubitat̃ an q̃ſita ſint intuitu ecc̃e
vel pſone Rñio ſi fuit p̃lat9 p̃ſumo

ꝙ intuitu eccẽ ſint queſita. ſi ꝑua
tus ꝑſunꝰ q̄ſita grã pſone ar. ſ.
c. px. requiſiſti. §. vlt. ⁊ .C. de epiſ. ⁊
cle. in auc̃ licẽciã. vel dico ꝙ ſi eccã
poſſideat bona de q̃bꝫ agiẗ ꝯgnati
agẽtes ꝓbare dñt q̄ſita fuiſſe ꝯtẽ
placõe pſone vel leẽ ſi poſſideãt ꝯg
ti ⁊ eccã vendicet ipſa ꝓbabit bõ
q̄ſita fuiſſe intuitu eccẽ nõ em̃ ſine
cauſe ꝯgnicõe talia auferẽda ſunt
poſſeſſori. vt. xii. q. v. nulli ¶ In
ſumma nõnõ eſt ꝙ ſi cleric⁹ vxora-
tus nõ hñs ꝯgnatos ab inteſtato
decedat vxor ei ſuccedit ĩ ꝓprijs bo
nis ⁊ eccẽ pferẗ. vt .C. de epiſ. ⁊ cle.
Si q̃s pſbiẗ. ¶ Itẽ nõ ꝙ nõ vide
tur decedere inteſtat⁹ qui mõſteriũ
reliq̃d hẽdẽ. vt. ſ. de ꝓba. i pñcia.

## ¶ De ſepulturis.

Dictũ ẽ. ſ. d̓ ſucceſſionibꝫ ĩ bo
nis defunctoꝝ ſiue ex teſtam̃
to ſiue ab inteſtato ſꝫ qꝛ morien-
tes ſepeliũtur. Ideo ſubſeq̄nẗ po
nitur h̓ rubca de ſepul. ¶ Videa⁹
igitur q̃d ſit ſepultura. q̇d ius fu-
nerãdi. que eccã hẽat ius ſepulture.
⁊ apud quã eccãꝫ debeat quis ſepe
liri. ⁊ quibꝫ interdicaẗ eccãſtica ſe
pultura. ¶ Sepultura quid̓ mul
tas hꝫ accepcões. Aliqñ dicaẗ offi
ciũ qd̓ ĩpendiẗ ſepeliendis ⁊ ħm h̓
intelligitur ꝙ als dicaẗ ſepulturã
vendi nõ poſſe. vt ẜ. de ſimo. nõ ſa
tis xiij. q. ij. ꝑcipiendũ. ⁊. i. q. i. dic
tũ. Aliqñ dicaẗ ipſa terra. Et tũc ſi

ẽ de cimiterio ſiue fuit aliq̇s ibi ſe
pult⁹ ſiue nõ vẽdi non ꝑt. vt. ff. de
rei vẽ. l. q̄ religioſis. Aliqñ tumba
marmorea vel lapidea dĩ ſepulturá
et h̓ vẽdi ꝑt ſi ſit pura. i. ſi null⁹ in
ea ſit ſepult⁹. Si ãt aliq̇s ſit i ea
ſepultus. qꝛ p h̓ loc⁹ factus ẽ reli
gioſus. vt. ff. de relig. ⁊ ſũp. fun. l.
ij. xiij. q. ij. q̄ſti. ⁊ c. poſtq̃ vendi ñ
poteſt. Quandoqꝫ dicitur terra pu
ra deputanda ad vſum ſepulture
⁊ hec vendi non poteſt vt xii. q. ij.
aurum. Ius funerandi duplex eſt
Vnũ qd̓ ꝯpetit eccijs. Secdõꝫ ꝙ dĩ
ꝑtãs ſepeliẽdi ĩ cimiterio ꝓueniẽs
eccijs ex cõceſſione põtificis. teneẗ
em̃ eṗs aſſignare maioribus eccle
ſijs cymiterium. xl. pedum mino-
ribus. xxx. vt xvij. q. iiij. ſicut anti
quitus ⁊ debet cymiterium tale aſ
ſignari qñ locus eccẽ conſecratur.
vt de ꝯ. di. i. nemo. Quedam autẽ
ſunt eccẽ que non habẽt ius fune-
rãdi vt Capelle que ſunt in caſtris
vel in ciuitatibus ĩ locis ſtrictis vt
xvij. q. iiij. quiſquis in fine. ⁊ qui
bus epiſcopi cymiteria non con-
ceſſerunt ¶ Eſt ⁊ ius funerãdi qd̓
hijs competit quibus ius eſt mor
tuos inferendi. vt. ff. de mor. infe-
ren. per totum. Apud quam ec-
cleſiam quis debeat ſepeliri diuer
ſi diuerſa ſcripſerunt hug̃ em̃ dix̃
ibi aliquẽ ſepeliendũ vbi audiuit
diuina ⁊ recepit ſacramenta. vt in
fra e. c. i. niſi in tribus caſibus auꝫ
q̃s vult ſepeliri i eccã eṗali. vt xiii

q·ij·vbicūqȝ·vel ñ eligat ſepultu
rā in loco magis religioſo vt ꝭ·e·
fratnitatē·vel ñ velit ſepeliri in ſe=
pulchro patꝝ ſuoꝝ vt ꝭ·c·i·ꝛ xiij·
q·ij·placuit·michi aūt videt̃ vt q̇s
poſſit ſibi eligē ſepulturā vbicūqȝ
velit dū tñ ꝓchiali ecc̃e legittīa
porcio r̄linq̇t̃ vt ꝭ·e·c·i·ꝛ·c· d̄ hijs
et·c·Cū ſup· Et h̄ veꝝ ē eciā ſi ſe=
pultura eligat̃ in loco min⁹ religi
oſo vt ꝭ·e·c·In nrā· Jura vero ꝯ
nū innuēciā intelligo qñ ſepultu=
ra eligit̃ ex illectiōe alteri⁹ aut ex
odio vel ꝯtēptu ꝓprij ſacdotis·vel
qñ moriēs non relinq̇t ecc̃e ꝓchi
ali legittimā porcōnez· Si vō aliq̃
eccā recepit corp⁹ alicui⁹ in caſu ñ
ꝯceſſo reddȝ corp⁹ cū oībꝫ q̄ obue
nerūt ei rōe corpis vt ꝭ·e·c· fratni
tatē in fi·ꝛ·c· Ex pte·ꝛ·c· In nrā·
Legittīa porcio dicit̃ tercia iudicij
vt ꝭ·c·i·vel dimidia·vt ꝭ e·c·rela
tū·vel q̇rta·vt ꝭ·e·c· Cū ſup· Sȝ
hec varietas dt̃minat̃ ſ̄m locorū
conſuetudinē·vt ꝭ·e·c· certificari·
Sȝ q̇d ſi nulla appareat ꝯſuetudo
Quarta debet̃·vt ꝭ·e·c·In nrā In
hoc eñ p̄dcā iura ꝯuenire videtur
vt ar·ff·de arbit·l·diē·§·ſi plures
q̇d ſi non ſit ꝯſuetudo ꝙ aliq̇d de
tur nichilomin⁹ dandū ē·q̇d ſi ſit
ꝯſuetudo q̇d non det̃ puto ꝙ non
valeat cū nō ſit rōnabilis vt·ꝭ·de
ꝯſue·c·vlt·ꝛ ſit ꝯ ius vt ꝭ·e·c·i·

Porcōez iſtā intelligūt quid de
toto iudicio vel teſtamēto ꝛ h̄ inu=
unt due dcē ꝭ·c·c·i·ꝛ·c· a.m ſi p·

Alij dicunt ꝙ illā porcio debet̃ de
hijs q̄ defunct⁹ indicauit·vel relīq̇
q̇d grā ſepulture illi ecc̃e in q̄ eligi
tur ſepultura. Int̃ dicit̃ eccāſti
ca ſepultura hētičis ꝛ paganis Et
eodē mō iudeis vt de ꝯſe·di·i·eccāȝ
et·c·ſeq̄nti· Itē eodē mō ex̄cato ꝭ·
de hēticis ſicut·eciā ex̄cacōe minoi
vt xxiiij·q·ij· Dañt ꝙ ſuper·quid
ſi ex̄cat⁹ ſepult⁹ in cīmiterio fuerit
extumulari poterit ñ oſſa ipſi⁹ cū
oſſibꝫ non ex̄catoꝝ ita ꝑmixta fue
rīt ꝛ ꝯfuſa vt neq̄ant ſeparī vt ꝭ·
e·c·ſacris· Itē decedēs in pctō mor
li pctō manifeſto ſine pñia vt xiii·
q·vlt·q̄ſitū·ꝛ·c·q̇bꝫ·ꝛ·c·ꝑ obeū
tibꝫ xxiii·q·v·placuit ꝛ·q·vij·qui
cūqȝ cleric⁹· Itē vſurari⁹ manifeſ
tus vt ꝭ·de vſu·q̄· Sȝ ſi ꝯfiteat̃
ſicut corp⁹ xp̄i ei ꝯcedit̃ ita ꝛ ſepl̕
tura·vt in·c·q̄ſitū·ꝛ xcv·di·illō·ꝛ
idē eſt ſi in morte ſig̃ ꝯfeſſionis et
pñie appareāt vt ꝭ·de ſē·ex·A no
bis in fi· Fallit hoc in q̇buſ dā ca
ſibꝫ in q̇bꝫ ad terrorē īducit̃ vt cō
cedat̃ corp⁹ xp̄i ꝛ ſepultura nege
tur vt ꝭ·de torneamētis·c·i·d̄ rap·
ſup eo·vel hoc inductū ē in ꝯfuſio
nē hēdū vt facili⁹ ſatiſfacē cōpellā
tur· Jure tñ nouo ſtatuit̃ vt ſi q̇s
ꝑ crimine fuerit ex̄cat⁹ ꝛ i extremis
agens fuerit ſ̄m formā ecc̃e abſo=
lutus nec cymiterū ei nec ecc̃e ſuf
fragia denegent̃· Sȝ hēdes ꝛ pro
pinq̇·ad quos bona ꝑuenerint ſa
tiſfacē ꝯpellūtur vt ꝭ·e·c·ꝓchia
no· In ſūma nō ō ē ꝙ canoica

porcio de q̃ ſupi⁹ dictū ē non h̄z im
hijs q̃ ſam p ingreſſum religiōis
ſe dedicāt deo vt ꝭ.e.c.de hijs. Itē
in armis ⁊ eq̄s teplarijs et hoſpi
talarijs grā ſepulture relictis. ipſi
eni deputati ſūt in ſubſidiū tre ſcē
et h̄ tāq̄ ad vſū ſubſidij necēria p
p̄uilegiū ſūt exēpta vt nō ſubiace
āt canoice porcōi. vt ꝭ.e.c. In nrā.
Dūt ⁊ q̄dā alia q̃ in hāc nō veni
unt porcōnez. vt .ſ. de teſta.c. vlt.
Dz q̄rit q̄d ſi q̄s in vna eccā ha=
beat ſepulturā in alia p̄ipiat ſac̄
ri ēta in t̄cia eligat ſepeliri cui eccē
cōpetit canonica porcio. R̄n̄o diui
det' int' duas p̄mas vel obſuabit'
loci conſuetudo ar ꝭ. de deci. aplice.
Itē q̄d ſi q̄s aſſumat' in cōfrēz ali
cui⁹ loci religioſi bonis ſuis reten
tis nec oblans ⁊ ibi ſepeliat' R̄n̄o
non liberat' a canonica porcōne ſic̄
nec eximit' ab epāli iuriſdictione.
vt ꝭ. de p̄uil.cū ⁊ plātare. §. de con
ſtib. ⁊.c. vt p̄uilegia. Item q̄d ſi
q̄s intrat religionē p̄bacōis cā et
ꝭ.tēp⁹ p̄bacōis decedat in religi
one puto nō debere eccē p̄rochiali
canonicā porcōz q̄uis exire potuit
tn̄ nō exiuit. Dz religioſus ⁊ i reli
gione deceſſit ⁊ ſi nō mōch⁹ q2 nō
p̄feſſus ⁊ h̄ ſuffiāt ad q̄rte reten
cōez. vt ꝭ.e.c. de hijs.⁊.c. int' alia.
Itē q̄d ſi peregn⁹ viator decedat
in loco i q̄ nec p̄rochiā hēat nec ſe
pulturā dico ipſū ſepeliend̄ apud
maiorē eccāz. vel apd̄ eccāz in cui⁹
p̄rochia mortu⁹ ē. ⁊ xiij. q. i. eccās

Itē pone q̄ defunct⁹ reliq̄d̄ itel
tamto pay eccē p̄rochiali. multū
āt eccē in q̃ ſepulturā eligit. nūq̄d
eccā p̄rochial' erit ɔtēta illo modi
co q̄uis nō attigat ad canonicam
porcōez vel petet nichilomin⁹ inte
grā porcōez vel aget ad ſupplemen
tū ɔputato eo q̄ relictū ē i legittia
porcōe. R̄n̄o ſi nō recepit illud mo
dicū q̄d ſibi r̄lictū extitit ſalua ma
net peticio ad itegrā porcōnez. Si
aūt accepit legatū agē p̄t ad ſup
plemētū ɔputato i canonica porcō
ne q̄ legatū ē ⁊ acceptū ad ſimili
tudinē filij cui min⁹ legittia porcō
ne relictū ē. vt. C. de ioffi. teſtō. l. oīs
mō. ⁊. l. ſi qn̄. §. illō. q̄d vez ē n̄ teſ
tator tali mō illō modicū reliq̄ſſet
vt eo ɔtēta eſſet. tūc eni recipiēdo
illud modicū ⁊ ſcient' debite porcō
ni renūciaē videt'. vt. ſ. ō teſta. of
ficij. vel dicā p̄t q̄ vbi abſolute ⁊ ſi
ne ɔdicione modicū ē legatū eccā
p̄rochial' ⁊ illud hēbit ⁊ nichilo
min⁹ itegrā porcōez canonicā ar.
illi⁹ dec. officij. ⁊. c. req̄ſiſti q̄ſi teſ
tator velle videt' vt vtrumq3 hēat
ar. C. de rei vx. acc. l. vna. §. ſciendū
In ſūma nōnō ē q̄ cui ɔmūica
mus viuo ⁊ mortuo ɔmūicare de
bem⁹. vt ꝭ.e.t. ex pte. ⁊ xxiij. q. ij.
ſane q̄d ſup n̄ p⁹ mortē appareat
q̄re nō fuerat ɔicand̄ i vita vt ſi p̄
bet' defūctū fuiſſe hēticū vt xxiij. q
ij. ſane p̄ſert' ē ⁊ alia regula ɔ̄ria
cui nō ɔmūica⁹ viuo nec mortuo
cōmūicaē debem⁹. vt ꝭ.e.c. ſacris. et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xxiiij·q·ij·c·i·⁊ i hac r̄gla excipiēd
ē ꝗ p⁹ mortē appeat q̄re cōicand
erat viuo·vt ĩ·de ſē·excõi· a nob

¶ De ꝑrochijs ⁊ alie·par·

In ſupiori rubca tractatū
ē aliq̄d d̄ iurē prochiali q̄
i iure funerādi lꝫtur·nūc
ſbiāt rubca de prochijs ⁊ alienis
prochianis i q̄ gn̄alit agit de iurē
prochiali·¶ Videa⁹ igit q̄d ſit p
rochia i q̄bꝫ ius prochie ꝯſiſtat ⁊
an fines prochie p̄ſcribāt·¶ Par
rochia ē loc⁹ i q̄ degit ꝑpl's alicui
ecc̄e deputat⁹· Diuiſio āt prochia
rū a dyoniſio icepit vt xiij·q·i·c·i·
¶ Jus prochiale ꝯſiſtit i h̄ vt oēs
prochiani i diebꝫ dn̄icis ⁊ feſtiuis
miſſas audiāt i ecc̄ijs i q̄ꝝ prochi
is hitāt vt ĩ·e·c·i·de ꝯ·di·i·ſi quis
etiā ex̄ conſiſtit i decīs p̄ſōlibꝫ que
ecc̄e prochiali debēt·vt xvi·q·i· ſi
q̄s lapc⁹ ecc̄e· Quicūqꝫ de decīs·⁊
c·ſtatuim⁹ ĩ·c·px· ad apl'ice·¶ Cō
ſiſtit i oblacōibꝫ q̄ dāde ſūt ſac̄doti
prochiali q̄ ⁊ ꝑ ꝑpl'o orarē d̄ꝫ vt x·
q·i·q² ſac̄dotes ſcōꝝ· hāc ꝯſuetu
dinē ī hiis oblacōibꝫ q̄ i manu ſa
c̄dotis l' altari ponūt dixit hug·q̄
necc̄ario ſūt ſoluēde ⁊ ñ ſoluāt pt ſa
c̄dos prochial' excōīcare ñ ſoluētes vt
de ꝯ·di·i·oīs xpian⁹·xvi·q·i·ſtatu
im⁹·xxxij·di·p̄t'c h̄ xij·q·ij·duo·
Alij āt itelligūt illd̄·c·oīs de obla
cōe ite nō ī l' bonoꝝ opeꝝ l' ꝯſiliū ē
q̄ ibi d̄r·Alia v̄o duo capl'a ſupi⁹
allegata intelligūt de oblacōibꝫ ⁊
d̄ōcōibꝫ fc̄īs ecc̄e int' viuos vel cā
mortis q̄ poſt q̄ fc̄e ſūt necc̄ario ſūt
ſoluēde· In h̄ tñ cōcordāt oēs q̄ ſi
ſac̄dos paup eſt p̄t cogē prochia
nos ad offerendū ꝑ ſbtractionē di
uini officij· Nā vt ait apl's· Nemo
cogit' ſuis ſtipēdijs militarē ĩ·d̄ ſy
mo· Cū ſit ·ār·tñ ꝯ xā·di·clericꝫ
victū· Si tñ prochiani alicuius
ecc̄e ꝯſueuerit incertis feſtiuitati
b⁹ c̄ta offerre agē p̄t ſac̄dos ꝑ ſu
piorē eos ꝯpelli ad obſeruādā lau
dabilē ꝯſuetudinē· vt ĩ·de ſymo·
Ad apl'icā· Eccā tñ aliq̄ꝝ oblacio
nes reſpuit i deteſtacōēꝫ c̄iminū vt
puta notorie diſſedēciū· Jtē eoꝝ q̄
opprimūt paupes vt xā·di·obla
cōes· Jtē raptores·vt ĩ·de rapto·
ſup eo· Jtē vſurarioꝝ vt ĩ·de vſu·
q² i oībꝫ· Jtē meretricis vt in deu
tronomio nō accipias mercedē ꝓſ
tibuli ⁊ yſayas nō accipias mer
cedem meretricis· Jtē imunitatem
ecc̄e violātis·vt xvij·q·iiij·miror
Jtē conſiſtit ius prochiale i eo vt
prochiani pn̄iaꝫ a ſuo p̄ſbitero p
rochiali pcipiant niſi ab eo lic̄ām
habeant vt ab alio recipe poſſint
de pe·di·vi·placuit ĩ·de penitēcijs
et remiſ·oīs vtriuſqꝫ ſexus· Jtem
cōſiſtit in cymiterio ⁊ in hijs ſac̄
mentis ꝯferendis ⁊ officijs cele
brādis ſuis prochiais que ſimpli
cī ꝯpetūt ſacerdoti· Et eſt ſciendū
q̄ ſi prochian⁹ trāſferat domiciliū
ſuum ad aliam parrochiam illi

ſacerdoti ſubiectꝰ erit q̃ ad iu̾s pro-
chiale in cuiꝰ prochia habitat in
oībꝫ p̄terq̄ in decīs p̄dialibꝫ que
illi eccīe ſūt ſoluēde i cuiꝰ prochia
ſita ſūt p̄dia. vt ex. e. c. ſignificauit
xvi. q. i. ſi qs laycꝰ. ¶ In pſona-
libꝫ vero p trāſlacōez domicilij ſub
trahit̾ a iuriſdictione illiꝰ ꝑochi. i
cuiꝰ prochia erat ān trāſlacōez vt
xiij. q. ij. §. qz ergo. ibi āt videt̾ q̊s
domiciliū hr̄e vbi manz. vt. ff. ad
municipa. l. municeps. §. miles q̄
dā tn̄ lex ꝯtrariū dicē videt̾ dicit ei ꝙ
lʒ ſenatores domiciliū hēant in vr
be retinēt in ꝓuincijs vn̄ ſūt oriū-
di. vt. ff. de ſena. l. ſenatores ſʒ il-
lud verū ē q̊ ad honores vt in p̄dcā
l. municeps in p̄n. ⁊ de hac mate-
ria pleniꝰ dic. vt nōui s̄ de fo. cope.
§. Itē ſortit̾. Fines prochiarū nō
preſcribūtur ꝙ eni de finibꝫ ꝓuin
cialibꝫ ſtatutū ē nō p̄ſcribēdis vt
xvi. q. iii. Quicūqz ⁊ de ep̄alibꝫ in
telligendū ē vt xvi. q. iij. Int̾ me-
moratos. locū hʒ ⁊ in finibꝰ pro
hicarū vt ex. e. c. ſup eo. ⁊ ea q̄ finī-
bꝰ eorū cohērent eiuſdē ſūt nature cū
finibꝰ vt ar. ff. de rei ven. l. q̄ religi
oſis. ⁊ ff. de ꝯtrahen. ēp. ⁊ ven. l. i mo
dicū. cetera de hac materia dicas.
vt nōui. s̄. de p̄ſcrip. Itē exigitur.

## ¶ De decīs p̄micijs ⁊ oblacōibꝰ

Dictū ē. s̄. in ꝑrio titu. de
prochijs et prochianis.
Dʒ ꝙ prochiani tenen
tur ad decīas p̄micias ⁊ oblacōes
Jdō ſubſequent̾ ponit̾ hc̄ rubrica de
decīs p̄micijs ⁊ oblacōibꝰ. ¶ Vi
deamꝰ igitur de p̄ma pte rubrice
videlicʒ d̾ decīs. q̄d ſit decīa. q̄bꝰ ⁊
a q̄bꝰ. ⁊ q̄lit̾ danda ſit. ⁊ q̄lit̾ di
uidēda. ¶ Decīa ē oim iuſte q̄ſito
rū pˢ deo debita vt ex. e. c. tua i ſcda
tua. deꝰ eni q̊ dignatꝰ ē totū dare
decīaz digtur recipē nō ſibi ſʒ cleri
cis ꝓfuturā. vt xvi. q. i. decīe. ¶ De
cimarū due ſūt ſpēs. Quedā eni ſūt
pſonales. q̄dā p̄diales. Perſona
les ſūt q̄ debētur ex hijs q̄ proueni
unt ex opa pſonali. Prediales vō
q̄ debētur ex hijs q̄ ꝓueniūt ex fruc
tibꝰ p̄dioꝝ nec in hoc diſtinguo an
p̄dia ſint ruſtica vel vrbana. vt ex.
e. c. ad ap̄lice. ⁊ s̄. t. ꝓx. c. vlt. Dʒ
dubitat̾ de decīs aīaliū. An inter
p̄diales vel pſonales debeāt nume
rari. Et videt̾ ꝙ int̾ p̄diales Naz
ibi decīe ſoluūtur aīaliū vbi ipſa
paſcūtur. vt xiij. q. i. §. i. in verbo
q̊ paſcit gregē ⁊ de lacte eiꝰ nō edit
Itē fruitꝰ paſcēdi pecora p̄dialis
eſt. vt. ff. d̾ frui. ru. pre. l. pecoris ⁊
boues de eo fundo itelligūtur in q̊
laborāt. non in q̊ moratur vt. ff. d̾
fundo iſtruc. lega. l. Cū quidā. ſic ⁊
arbor illiꝰ ſoli cenſet̾ in q̊ viuit ⁊
in q̊ radices hʒ non ex illo in q̊ vi
det̾ exiſtē ⁊ in q̊ truncꝰ ſuſtinet̾ ip
ſiꝰ. vt. ff. de arbo. ce. l. ſi plures. §.
ſi radicibꝰ ⁊ facit ad hoc ex. e. c. com
miſſum licet ſit ar. contra al's. Ra
is qui natꝰ ē ex mācipijs vrbanis

et miſſus in villã nutriẽd⁹ int̃ vr
bana nõ int̃ ruſtica mãcipia nume
rat̃. vt. ff. de ver. ſig. l. Js q̃ natus.
¶ Qua͂de ſũt decĩe pſonales clericis
a quibꝰ layci audiũt diuina ꝛ reci
piũt ſacramenta. vt. ĩ. e. c. ad apliõe
xvi. q. i. q̃ſti. xiij. q. i. §. i. p̃dialeſ ve
ro debẽtur illis clericis in q̃ꝝ pro
chijs p̃dia ſũt conſtituta. vt. ſ. t.
prox. c. vltio. ĩ. e. q̃m. xvi. q. i. ſi lay
cus xiij. q. i. §. i. Nec obſtat hijs. ĩ.
e. ad apliõe. v̓ circa h̄ dubie rñdet̃
illam eñ dubitacõez nõ iuris per-
plexitas ſꝫ diuerſaꝝ ꝯſuetudinũ in
ducit varietas. ¶ Qua͂de ſũt decime
a laycis. ut xvi. q. vii. decimas q̃s
Pꝫ nũquid a clericis vel religioſ
videt̃ ꝙ nõ. ut. ĩ. e. c. nouũ genus.
ꝙuis in veteri teſtõ leuite darẽt ſa
cerdotibꝰ decimas ut. ĩ. e. c. i. in pñ.
Pꝫ videt̃ ꝙ ꝛ hodie clerici teneãn
tur. ut. xvi. q. i. ſi q̃s laycꝰ. Ad q̃d
rñdeo dec̃ illa loquit̃ in clericis cõiu
gatis qui ab alijs nõ ꝯiugatis ac
cipiunt miſterioꝝ labores ut ĩ illa
nouũ gen⁹ in fine vel loquũ hꝫ in de
cimis pſonaliũ prediorꝝ. ¶ Jtem
adhuc videt̃ ꝙ clerici teneãt̃ ſup
to ar. a ꝯ̃rio ſenſu ex illa decre. xvi
q. i. decimas. Jbi eñ dicitur ꝙ cle
rici ꝯiter viuentes nõ tenẽtur ergo
a ſenſu ꝯ̃rio ꝯiter nõ viuẽtes tenẽ
tur tale autẽ ar. fortiſſimũ ẽ. ut. ff.
de offi. eius cui mã. eſt iuriſ. l. i. xv
q. iij. Ex eo. ff. de teſtibꝰ. l. ex eo. xx
v. di. q̃lis. xxxij. di. hoſpiciolũ ſ. de
hijs q̃ fi. a p̃la. fine ꝯſẽſu ca. Cũ in
aplica in fi. Ad q̃d ego ꝯiter viuẽ
tes ſubaudio maxĩe. nã ꝛ in alijs
idez optinet. Quid de religioſis.
Rñõ Monachi albi templarij et
hoſpitalarij ieroſolimitani nõ tenẽ
tur dare decimas de poſſeſſionib⁹
ſuis quas proprijs manibus. vel
ſumptib⁹ excolunt. Secus ſi eas
tradunt alijs excolendas. ut infra
e. c. Ex parte p̃mo. monachi vero
nigri Canonici regulares ꝛ ſecu-
lares tenentur dare decimas de
omnibus poſſeſſionibus ſuis ex-
ceptis noualibus ortis ꝛ nutrimẽ
tis animalium. vt probantur hec
infra e. c. Ex parte. in prima. ꝛ. c.
licet. ꝛ. c. ad audienciam. ꝛ hoc ve
rum eſt niſi aliqui ex hijs ampli⁹
eſſent p̃uilegiati a p̃pa. Jtẽ ꝙ dic
tũ eſt a monachis albis tẽplarijs
ꝛ hoſpitalariis intelligẽdum eſt d̓
poſſeſſionibus quas habebant añ
concilium gñale de illis ãt poſſeſſi
onibꝰ que gratis poſtea ſunt colla
te vel q̃s emerunt ꝓ monaſteriis
de nouo fundantis nã aliter eme
re non liceret ꝛ de quibus ante de
cime ſoluebantur ſoluere tenẽtur
illis ecc̃ijs q̃bus ſolui ſolebant p̃
uſq̃ꝫ poſſeſſiones puenirẽt ad ipõs
ꝙuis poſſeſſiones eaſdẽ ꝓprijs ma
nibus vel ſumptib⁹ excolant vt. ĩ.
e. c. nuper. abbates. ſcripſit autez
Ray. in ſumma ſua ꝙ tũc demũ mo
nachi nigri decimas ſoluere debẽt
cum p̃pl̃m nõ hñt. nam ſi habeant
tunc recipient tam perſonales.

ꝙ p̄diales vt ī.e.c.dilc̄i.ꝛ.c. ſug
geſtū.ꝫ non bn̄ excepit qꝛ ꝛ ſi po
pulū hēant ꝛ ab eo decīas de iure p
cipere debeāt pſonales ꝛ p̄diales
de p̄dijs infra limites eoꝝ prochie
conſtitutis ꝛ nichilominus ſoluēt
decimas eccījs ſecularib⁹ in quoꝝ p
rochijs hn̄t p̄dia ſicut ſupi⁹ dictū
eſt.n̄ poſſint p̄uilegio vel legittima
preſcripcōe defendi vt.ſ.de p̄ſcp.
veniēs ī.e.c. A nob. ¶ Ceſſat aūt
priuilegiū tam nigroꝝ ꝙ alboꝝ ſi
enormē leſionē inducat.vt ī.e.c.
ſuggeſtū.ī.de v̄bo.ſigni.q̄d p no
uale.ceſſat p pactionē ſeu p trāſac
tionē.vt ī.e.c.Ex multiplici.¶ Ceſ-
ſat aūt p ſolucōez renūciatū ſit p̄ui
legiū videt̄ vt ī.de p̄uil.ſi de terra
ſ.d.ꝯſti.¶ Cū acceſſiſſent.ceſſat albo
rū tēplarioꝝ ꝛ hoſpitalarioꝝ immu
nitas in p̄dijs alienis ꝯductis.vt
ī.e.c.dilc̄i.ceſſat in ſuis alijs loca
tis vt ī.e.c.lꝫ.¶ Itē leproſi tenētur
dare decīas preter ꝙ de ortis ꝛ de
nutrimentis aīaliū.vt ī.de ec.edi.
¶ Cū dicat apl's. Dande ſūt decīe de
oīb⁹ fructib⁹ terraꝝ.pomis arbo
rū.herb̄ ortoꝝ.de apib⁹.nutrimen
tis aīaliū.lana.lacte.feno lignis.
piſcacōib⁹.venacōib⁹.fictis.penſi
onib⁹.molendinis.furnis.balne
is.fullonicis.argentarijs.metalla
rijs.lapidicinis.de negocijs arti
ficijs ꝛ de oīb⁹ bonis vt ī.e.c.nūc-
cios ex pte.non ē in ptāte.ꝛ.c.paſ
toralis xvi.q.i.decīe ſūt tributa ꝛ
q.vij.quicūqꝫ oēs decīe ꝛ eciā de tē
pore vt de ꝯſe.di.v.q̄dragesima.
¶ Dande ſūt decīe p̄diales nō de-
ductis expēſis cenſu tribute ſeu p
ciarij ſorcione vt ī.e.c. Cū homines.
et.c.tua nob.¶ Nā dande ſūt ſtatiꝫ
anteꝙ ſepacio fiat ceteꝝ ſi p̄ma ſe-
pacio facta fuerit tūc ſicut ruſtic⁹
decimare tenet̄ ꝙ apud ipſū rema-
net.¶ Hic ꝛ dn̄s quid ꝙ ad ipſū p
uenit vt ī.e.c.tua nob.ꝛ.c. Cum
nō ſit in hoie. In pſonalib⁹ autē
que ex negociacōe vel artificō pue
niāt diſtinguit̄. ¶ An ſurgāt ex pe-
cunia deciata vel nō. In p̄mo caſu
deducitur expēſe in ſcd̄o nō vt ī.
e.c.paſtoral.¶ Perſonales dan
de ſūt in fine āni int̄eſt enī eccīe ſi-
mul recipere totū in fine āni poci⁹
ꝙ primicias ſingulariter de q̊li-
bet queſtu.ar.ad h̄.ff.ſa.birāſcu.l.
plane.ſ.de pigno.Ex pte.Equoꝝ
quī q̄rta ps dec̄.l.ij.in p̄n.li.x.de
aīalib⁹ vero nec meliora nec deteri
ora ſed mediocria p decima ſolui
dn̄t vt x.q.ij.hoc ius porrectū ē.ꝛ
ff.de edil.edic.l.ſi q̊s venditor.ſ.
vlt.deteriora aūt dari nō dn̄t.nā
indignū ē dare deo ꝙ dedignat̄ hō
vt xlix.di.c.vlt.xvi.q.vij.Oēs d
cime.¶ Et ē nōn̄d ꝙ quicūqꝫ tenetur
ad decīas p cēſurā eccle.ꝯpelli pt
ad ſolōez vt ī.e.c.tua nob.ꝛ.c.cū
nō ſit i hoie. ¶ Diuidēde ſūt decīe di
uiſiōe canonica q̄ h̄etur.xij.q.ij.q
tuor.¶ Hꝫ quilla i paucis eccījs ob
ſuat̄ ſtand̄ ē i h̄ ꝯſuetudi loci vt
ſ.de ſepul.Certificari.¶ Querit̄

an decīe dari debeāt de iniuſte q̄ſi-
tis puta ex militia iiuſta venacōne
ꝓhibita·furto·rapia·ſimoīa·uſuā
mētricīo·yſtrionatu·Itē de hiis q̄
ꝑ conaiſſionē extorq̄nt̄ ⁊ de hijs q̄
dātur iudiciī vel teſti corrupcōis cā
Et videt̄ ꝙ non·vt ī·e·c·Extranſ-
miſſa·i·q·i·non ē putāda·Sed ꝫ
dāde ſiit decīe de oibꝫ bonis vt nō·
ꝫ·e·§·dāde ſiit decīme de oibꝫ fruc
tibus Soluc̄o decīme alie p̄diales
alie pſonales·In predialibꝫ pla
nū eſt qꝛ quocūqꝫ poſſidēte predia
clām deſtino vel violento·iudeo hē
tico ſeu pagano decīma dari debet·
Et eſt rō qꝛ non intuitu pſone ſed
grā p̄dij·predialis decīa dat̄ ⁊ idē
in tributo ꝯtingit·vt·ff·de pactis
l·int̄ debitorē·C·ſine cen·vel reli·l·i·
delictum autem in talibꝫ p̄uilegiū
non indulget·vt xvi·q·i·legi·nec
pena hꝫ imunitatē·vt·ff·de miori-
bus·l·pap·exuli·reuſo·In pſona
libꝫ vero diſtinguo·Aut transfert̄
dominiū v̄ in hijs que acquirūtur
ex mētricīo vel yſtrionatu·Et tunc
decīa dari dꝫ·Metrix enī turpiter
fācit qꝛ mētrix non turpit̄ acīpit cū
ſit mētrix·vt·ff·de ꝯd·ob·tur·cau·
l·Itē ſi·§·q̄dēs·Sꝫ ecc̄a recīpē nō
dꝫ ne p h̄ videat̄ c̄rimia approbare
ſic plerūqꝫ in deteſtacōez c̄riminum
ecc̄a reſpuit aliquorū oblacōnes·
vt nōui·ꝫ·c·prox·§·ij·Aut non
trāſfert̄ vt in furto ⁊ rapia ⁊ p̄da
Et tūc nec dari pōt decīa nec recīpi
dꝫ·Predam voco ex iiuſto bello·vt

xiij·q·i·militare·ꝫ·de iure iurā·Di
cit·Secꝫ ſi ex iuſto·vt xiij·q·v·di
cat·Et idē ē i hijs q̄ turpit̄ q̄rūtur
et dn̄ium trāſfert̄·Sꝫ ꝯpetit repe
ticīo vt i hijs q̄ ex vſura ſimoia ex
cōcuiſſione vel corrupcōe q̄rūtur ꝙ
uis magiſter Raym·ſcp̄ſit in ſum
ma ſua in e·t·ꝙ nō trāſferat̄ domi
niū in vſuris qd̄ nō admitto cum
vſura a volēte ⁊ ex ꝯuencōe ſoluat̄
¶ Sꝫ q̄rit̄ an ſemē ſit deducendū
videt̄ ꝙ ſic·Nā p̄m ſemē dn̄s miſ
trauit ⁊ illiꝫ vſumfructum agrico
le conſtituit vnde ſaluum de fruc-
tu debet ēē ſemen ad inſtar pecūie
in vſumfructū date·vt·ff·de vſu-
fruc·ea re·que vſu·conſu·l·ii·ꝫ·de
pigno·c·ultimo·⁊ ad inſtar·gre
gis in vſūfructum concelli·vt·ff·d
vſufruc·l·vetus fuit·⁊ ſicut in ne
gociacōe deducat̄ capitale decīma
tum·vt ī·e·c·paſtoralis·ſic vide-
tur ꝙ deducendum ſit ſemen decī
matum·ſed contra ī·e·c·Tua nob
in p̄n·⁊·c·non eſt in ptāte·Solu
cīo puto ſemen non debere deducī·
Et ad ſuperiora Reſpondeo p̄mu
ſemen non fuit a domino in vſum
fructum datum ſed gratis donatū
Item non obſtat ꝙ opponitur de
negociacōne in q̄ ſolum lucrum de
cīmatur at iſatis·decīmatur quic
quid naſcitur·Dn̄s enim qui totū
largitur decīmā recīpere dignatur
vt xvi·q·i·decime ¶ Eſt ⁊ alia ra
cio quia ſemen mortificatur ⁊ ido
non deducātur ſed pecunia imarce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

data ſalua manet. Jtē decīa ꝑdia
lis ē tributū vt in dec. Tua nobis
et xvi. q. i. decīe ſūt tributa egenciū
aiaꝝ ſicut ergo tributū ſoluit̄ nul
la fcā deductiōe ſic ꝗ decīa vt i eaḋ
dec. tua nob̄ ¶ Jtē q̄rit̄ an laicí ſn̄
p ccō decīas ꝑcipē poſſint. Et vide
tur ꝙ nō dn̄s eīn ꝑcepit in leuitic
co eas dari leuitis vt ſit cibꝰ in do
mo dn̄i. vt xvi. q. i. reuētimi. Et ītā
ꝓhibēt laycis ꝑcipē decīas vel de
tinē. vt ꝫ. e. c. ꝓhibemus. Ad h̄. ꝗ
c. Q̄m̄. ꝫ. de ꝑſcꝑ. cām. ꝫ. de hijs q̄
ſi. a ꝑla. ſine ꝯſenſu ca. Cū in apli
ca i ſi. xvi. q. i. q̄m̄. ꝗ. q. vij. decīas.
x. q. i. qꝛ ſacdos. ꝗ. c. hanc ꝯſuetu
dinē. ꝗ facit ad h̄. ꝫ. de arbi. ꝑueīt
Cōtra h̄ iura. conſuetudo gn̄al̄ ob
ſtare videtur ¶ Soluc̄io ad tēpꝰ
vt ſtipendiū. nō vt titulꝰ nec ip
petuū nec trāſitoria ad hēdes decī
ma layco dari ꝑt ſicut ꝗ aliud bn̄
ficiū i ſtipēdiū non in titulū dat̄ ei
dē. vt xxxij. di. ſi q̄s vero. ꝗ xij. q. ij.
qꝛ tua ſcītas dominio ac poſſeſſio
ne penes ecc̄aꝫ remanēte qꝛ laycꝰ
decīmā poſſidē non ꝑt. vt. ꝫ. de ꝑ
ſcꝑ. cām. Jura vero ſupiꝰ inducta
ſic intelligo laycꝰ decīmā retinere
non ꝑt ſeu poſſidē veꝛ ē ꝓ ſuo q̄ſi
hēat ius in re. Jtē īppetuū ꝗ trāſ
itoriā ad hēdes ſ ad tempꝰ in ele
moſinā vel ex aliq̄ iuſta cā noīe et
iūre ecc̄e ꝑcipere ꝑt. Sꝫ hijs oībꝰ
obſtare videt̄ ꝫ. e. c. tua in prima
tua. q̄ dicit ꝙ decīmacōe antiq̄ lai
co in feudū ꝯceſſa decīma noualiū
vſurpari nō dꝫ. Sꝫ illā intelligo
ſicut ꝗ aliā. ꝫ. de hijs q̄ ſi. a ꝑla. ſi
ne ꝯſenſu ca. Cū in aplica ſcꝫ in de
cīma male in feudū ꝯceſſa ꝗ qꝛ illi
cita ꝗ inualida erat ꝯceſſio iō tāq̄
reproba et odioſa reſtrīgit̄ vt eā
decīma noualiū non ſeq̄tur alꝭ āt
cui ꝯcedit̄ decīa de laborībꝰ ꝗ de no
ualibꝰ ꝯceſſa videt̄ vt ꝫ. e. c. Ex ꝑ
te. ¶ Jtē querit̄ an ꝑ ꝑuilegium
rōne ſedis poſſit laycꝰ percipere
decimas vel eximi a ſolucōe ipſarū
Et puto ꝙ ſic. ſiue inppetuum ſi
ue ad tempꝰ ꝑuilegiū ſit indultū
nam alꝭ ꝑpa ius ſpūale layco con
cedit. vt ꝫ. de iure pa. nobis. lxiij.
di. Adrianꝰ. ꝗ. c. in ſynodo. Sed
in hoc caſu cōceſſionē veteris decīe
decīma noualiū non ſeq̄tur qꝛ i ta
libus odioſis reſtringenda eſt li
cēcia pocius q̄ꝫ laxanda. vt ꝫ. e. tua
in prima tua ¶ Jtem quid de cle
ricis habentibꝰ ſufficiens ꝑrimonīū
qui decīmas ꝑcipiūt. Rn̄o ſi eccle
ſijs nō ſeruiunt quaꝝ contēplacōne
percipiūt ꝗ ad hoc recipiunt vt in
malos vſus conuertant et ſua ſer
uent ſacrilegiuꝫ profecto commit
tunt. vt i. q. ij. Clericos. xvi. q. i.
Q̄m̄ in ſi. tunc enim ſine grandi
pccō vnde pauperes victuri ſunt
non accipiunt vt i. q. i. paſtor tūc
locum habet qđ Auguſtinꝰ dicit
Panis egencium vita pauperis ē
qui defraudat illum homo ſang
uinis eſt. vt xiiij. q. v. immolans
Et ꝙ dicit Ambroſiꝰ. Eſuriencium

panis eſt ꝙ tu detines nutoꝝ idu
mtū ē ꝗ recludis. vt xlvij. di. ſi cū
hij. Cetera ſi deſuiūt ecc̄e debentur
eis decīe ⁊ ſtipēdia ecc̄aſtica q̄bus
hēant ſufficiēcia bona pr̄na vel mr̄
na vel aliūde iuſte q̄ſita. vt xij. q. i.
illi āt. xij. q. ij. Caritatē. ff. de re. iu
ris. l. ſm̄ naturā ꝗ ecc̄ꝝ ē n̄ ad ſuoꝝ
p̄rimonioꝝ titulos ſint ꝓmoti ꝙ ſi
en p̄t. vt. ſ̄. de p̄bē. Ep̄s. ⁊. c. tuis
¶ Itē q̄rit̄ ſi laycus detinet decīas
nec ecc̄a p̄t ab eo recipare nūquid
redimere p̄t ſine piculo ſymonie
videt̄ ꝙ nō. Dicit enī ſpūalia nō
p̄nt emi ſic nec redemi. vt ī. de
ſymo. q̄relā ⁊ exp̄ſſius ad h̄. xvi.
q. vij. decīas q̄s ꝑp̄lo. i. q. iij. Altaē
Itē decīe cū reb⁹ tp̄alib⁹ ꝑmutai
non p̄nt. vt. ſ̄. de re. ꝑmuta. exhi-
bita. q̄ ſpūalia cū tēpalib⁹ non ꝑ
mutat̄. vt. ſ̄. de reꝝ ꝑmuta. ad qō
nes. puto tn̄ poſſe redimi ſi h̄ fiat
auc̄te ep̄i. nā i talib⁹ auctoritas ſu
perioris viciū abolet. ſ̄. de p̄bē. n̄. ſ̄.
de reꝝ ꝑmu. q̄ſitū. ff. de hijs q̄ no
infa. l. furti. §. q̄ iuſſu. poſſet eciam
ecc̄a ſuas decīas a layco male de-
tētas recipere in pignore nec cōpu
tare fruct⁹ in ſortē. vt. ſ̄. de feu. c.
i. ⁊ ī. de vſuris. c. i. ⁊. c. ꝯq̄ſt⁹ ſuas
iō dixi. q̄ alienas in pignore reci
pere non poſſet. vt ī. e. c. vlt. ¶ Itē
nūquid lōga ꝯſuetudo excuſat nō
ſoluētes Rn̄o non. cū enī ex māda
to dñi decīe ſunt ſoluēde vt xvi. q.
i. reuītimini. nō dare pc̄m̄ eſt ꝑm
mo min⁹ dare vel tardi⁹ dare. vt

xvi. q. i. decīe. ⁊ ꝓptēa ꝯſuetudo n̄
excuſat ⁊ ſi i tota ꝓuincia obſuare
tur vt xxxij. q. vij. Flagicia. in tali
b⁹ diuturnitas nō minuit pc̄m̄ ſ;
augꝫ. vt ī. de ſymo. nō ſatis. nec cō
mē leuigat q̄ diu reſiſtit. vt xxiiij.
q. i. ſciſma. Sꝫ hijs obſtare vide
tur ī. e. t. In aliq̄b⁹ q̄ dicit ille q̄ p
pe decīe neccāriō ſūt ſoluēde q̄ debēt̄
ex lege dīna vel loci ꝯſuetudīe ap
ꝓbata. Ad qō rn̄o illō itelligo de
cōſuetudīe approbata p̄ ꝑpm alr̄
nō excuſarꝫ q̄ntūcūqꝫ lōga ꝯſuetu
die q̄ ſine mortali pc̄ō ſuari nō poſ-
ſet. vt. ſ̄. de ꝯſue. c. vlt. vel illa con
ſuetudo attēdit̄ circa minutas deci-
mas q̄bus ⁊ ille ſint ſoluēde de iu
ris rigore vt ī. e. ex multiplici ⁊. c.
cū i tua. vel illa ꝯſuetudo locū hꝫ i
decīs p̄dialibꝫ cū p̄dia ſita ſunt in
vna pochia ⁊ dñi prediorꝝ ſunt
in alia ꝯſtituti. vt ī. e. c. cū ſint ho
mies. ⁊. c. Ad aplice. Itē q̄d ſi is
q̄ lōgo tp̄e nō ſoluit decīas vel mi
n⁹ ſoluit veniat ad pnīaꝫ. Rn̄o ipo-
nat̄ ei ꝙ min⁹ plene dedit mō emē
det. vt xvi. q. vi. q̄cūqꝫ ꝓuiſo eī vt
ei remaneat vn̄ viuē poſſit q̄m q̄c
q̄d hn̄t clerici pauꝑm ē. vt xvi. q.
i. q̄m q̄cq̄d. Et res clericoꝝ paupe
rū ſūt vt xxiij. q. viii. ꝯuicioꝛ. Et res
ecc̄e pauꝑm ſūt. vt xxiii. q. vij. ꝙ
āt. nā ⁊ ſm̄ leges a q̄buſdā debi-
toribꝫ exigitur ꝓuiſo tn̄ ne egeāt
v. ff. de re. iud. ſūt que in id ⁊ legi
bus ſequentibus vt. ff. de re. iuris
l. in ꝯdēpnacione. imponetur eciā

ei vt in totũ ſatiſfaciat ſi ad fortu
nã deuenerit pinguiorẽ vt · ẽ · de ſo
lu · odardꝰ · ⁊ · ff · de ceſſio bo · l · iiij ·
¶ Itẽ querit̃ nũquid oẽs decĩe debẽ
tur de mãdato dñi dicũt theologi
ꝙ p̃dialeſ tm̃ non pſonales vt pꝫ
p textũ leuitici · pſonales ãt ex oſti
tucõe eccẽ · Et ſi h̃ verũ ẽ ſatis dici
poſſet ſaluo tñ iudicio meliori vt i
ceſſacõe ſolucõis pſonaliũ decima
rũ excuſare poſſit ↄſuetudo ↄ̃ria ta
lis q̃ illiꝰ abrogat poſicõeꝫ · vt no ·
ẽ · de ↄſuetu · Itẽ excuſare poſſꝫ for
te pactõ trãſactio ſeu r̃miſſio Itẽ
in talibꝰ forte decĩs locũ hꝫ dec il
la ẽ · e · c · in aliq̃bꝰ · ʃ · ille q̃ppe decĩe
neccãrio ſũt ſoluẽde q̃ debẽtur ex le
ge diuina vt p̃diales vel loci con
ſuetudie approbata vt pſonales lꝫ
et aliis modis intellexerĩ dec illaꝝ ·
ẽ · e · ʃ · ij · h̃ io dixi · qꝛ i paucis locis
ſoluũtur decĩe pſonales ¶ Itẽ q̃d
ſi in eadẽ t̃ra eodẽ anno diuſa ſemi
na ſpargãtur nũquid de oibꝰ fruc
tibꝰ decĩe dari dñt ſic · vt ẽ · e · c · Ex
pte · nõ eñi eccã diuerſo iure cenſen
dꝫ vt in quibuſdã fructibꝰ ſit deci
ma · h̃ · in quibuſdã non vt ẽ · e · c · cũ
in tua ⁊ ſimile xij · q · ij · ↄgnouimꝰ
ẽ · de p̃uil · quia · ⁊ · ff · de vſuca · Cuꝫ
qui · ↄ̃tris ↄ̃iũ ar · ſit · ff · de peculio ·
l · huic · ʃ · i · vbi dicitur ꝙ peculium
duplici iure cenſetur · Item quid
ſi is qui tenet̃ ad decimã acuũ fru
menti indecimatũ alienet nũquid
ecc̃ã pt vendicare partem ſibi de
bitam ab emptore. R̃ño ſic quoni

am tranſiuit ad eum acũus cũ one
re decimaꝝ vt ẽ · e · c · Cũ non ſit · et
ſi ab eo exegerit non petet a vendi
tore h̃ eñi non patit̃ bona fides vt
bis idẽ exigatur · vt · ff · de regu · iur
l · bona fides ⁊ abſit vt eccã petat
aliq̃d cũ augmento vt xij · q · ij · fra
ternitas · ſꝫ ſi egerit ⁊ nõ exegeit qꝛ
emptor inuentꝰ eſt non ſoluendo
nũquid redire pt eccã ↄ̃ venditorẽ
ſic · vt · C · ſi tu · vel cu · l · vlt · Pꝫ nũ
quid eccã tenet̃ cedere actionẽ ſuã
venditori ſoluenti ↄ̃ emptorẽ R̃ño
non quia ei fronte h̃ petet q̃ ex ſua
neq̃cia ↄdẽpnatur · vt · ff · de admi
niſtra · tuto · l · ſi plure · s · ff de tu · et
ra · diſ · l · i · ʃ · nũc tractemꝰ ⁊ idẽ di
co in emptore malefidei ſecꝰ aũt ſi
emerit bona fide ¶ Item in ſũma
nõnõ eſt ꝙ ex ſubtractione decĩaꝝ
hec mala puenerũt q̃tuor · Primũ
ſcꝫ p̃uaricacõ diuini mãdati Se
cundũ qꝛ olim homies ſoluẽtes deci
mas bonis oibꝰ habũdarẽt vt xvi
q · vij · maiores · nũc quia decimam
non ſoluũt ad decimã cõuertũtur ·
vt xvi · q · i · decime ¶ Tercium qꝛ
dñs non increpat locuſte nec pla
gas amouit · vt xvi · q · i · reuertimini
¶ Quartũ quia ꝙ non accipit xp̃s
hoc tollit ſiſcꝰ vt in predcõ · c · ma
iores · Decimas vero dãtes Qua
drupliciť renumerantur ¶ Prima
renumeracõ ẽ habũdancia fructuũ
Secũdũ corporꝝ ſanitas · Tercia
indulgẽcia pccõꝝ · Quarta p̃miũ
et̃nũ vt pbãtur hec xvi · q · i · decĩe

¶ Nūc videamꝰ de ſecūda pte ru
brice ſcȝ de p̄micijs. Et ē ſciendū ꝙ
p̄micie debite ſūt ex p̄cepto dn̄i di
centis in exodo. Decimas ⁊ p̄mici
as nō tardabis dn̄o offerre. Et ali
bi p̄micias frugū terre tue deferes
in domū dn̄i dei tui. Itē ex ꝯſtitu
cione canonica. ut xvi. q. i. reuertimi
ni xxxij. di. p̄ter h̄. Q̄ntitas aūt p̄mi
ciaꝝ in libris moyſi nō inuenit̄ ex
p̄ſſa. dicit eni īheroꝰ. maioꝝ tradi
cōe introductū eſſe qui plurimum
dabāt quadrageſimā ptē dabāt
qui aūt minimū ſexageſimā ⁊ ſic qua
drageſimā ⁊ ſexageſimaȝ licebat
offerri ꝓ voluntate ſoluentis. vt ī. e.
c. i. ⁊ hoc verū eſt in aridis ⁊ liqui
dis. in pecudibꝰ vero p̄mogenitū
dat̄. Poȝ hug. putās hoc eſſe duꝝ
dixit qd̄ de ducētis dādū eſt vnum
Et ſi qs tot capita nō habeat pro
porcionabilit̄ dabit̄ eſtimacio. lau.
et Io. dixerūt centeſimū eſſe dādū
Melius aūt videtur ut ſtet̄ circa hoc
cōſuetudini. vt ar. ē. c. certificari
vel recurrat̄ ad ꝯſuetudinē vicina
rū eccīaꝝ. ut. ē. de ꝯſuetu. Cū olim
ita ut ex multis mediocritas obſ̄
uet̄ ar. x. q. ij. hoc ius vel qd̄ mini
mū eſt det̄. vt ī. de cenſibꝰ. Ex pte.
et. ff. de le. iij. l. minimꝰ ¶ Oblacō
nes vero dicunt̄ quecūqȝ de ꝓprijs
et licitis rebꝰ eccīe a fidelibꝰ offerū
tur ī. de vbꝰ. ſigni. Et ſunt diuidē
de oblacōes ⁊ p̄micie ſicut ⁊ decime
ut xij. q. ij. Quatuor x. q. i. Antiqs
xij. q. ij. Conceſſo.

¶ De regularibus.

TRactauimꝰ. ē. de clericis
et rebꝰ eoꝝ. Nūc dicamꝰ
de regularibꝰ ⁊ hijs que
ptinēt ad regulares. ¶ Videamꝰ
igit̄ qui dicuntur regulares ꝗ reli
gioſi. q ꝓfiteri debeāt regulares ⁊
qbꝰ verbis. ⁊ in cuiꝰ manibꝰ. q̄n
to tp̄e nouicij ſūt ꝓbandi. in qua
etate religionē ingrediēs obliget̄
et ex qbꝰ cauſis nō ꝓfeſſus ꝓ pro
feſſo habeat̄ ¶ Regulares ſūt qui
ad viuēdū regulari ſe aſtringūt
ſiue ſint monachi. ſiue ſint canoni
ci regulares qui ⁊ ſi a ſcōꝝ mōcho
rū ꝯſorcio nō ꝯputētur ſe iuncti re
gule tn̄ inſeruiunt laxiori. vt ī. de
ſtatu. regula. ꝙ dei timorē. In mul
tis aūt eoꝝ ꝯdicio cōcordat ut ī. ne
clerici vel mōchi. Ex pte xx. q. iij. p̄
ſens ī. ne cle. vel mo. ſup ſpecula ⁊
ꝯuſi ꝓfeſſi ut xxviij. q. i. ut lex. Se
cꝰ ē in ꝯuſis nō ꝓfeſſis q ſe ⁊ ſua
nō dedicarunt deo ut ī. de p̄uil. cū
et plātare. ſ. de ꝯfratribꝰ. ⁊. c. ut p̄
uilegia Religioſi aūt largo mō di
cunt̄ q̄ i ꝓprijs domibꝰ religioſe vi
uūt q̄uis nō ꝓfeſſi ut xxiii. q. v. ꝙ
deo pari voto. Tria ꝓfiteri dȝ re
gularis. Obediāȝ Caſtitatis cuſto
diā. ⁊ abdicacōeȝ ꝓprietatis. h̄ enī
ſūt ſbalia vite regularis. nā cū re
gulais hoīeȝ dei vite ſup caput ſuū
ꝯſtituit ut xix. q. iij. ſtatuimꝰ. rn̄
ciat ꝓpe volūtati. ut xii. q. i. non d
catis ſimiliter cum quis religione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ingreditur ſe ⁊ ſua dedicat deo vt ·C· de epiſ· ⁊ cle· in autẽ ingreſſi xix q· iiij· q² ingredientibꝰ· Si q̃ mulier ⁊· c· tũc autem· ⁊ ideo pꝰ igreſſum ꝑtãtẽ in corꝑe ⁊ in rebꝰ amittit· In hijs autem ſubſtãcialibꝰ diſpenſari non pt vt ꝫ· de ſtatu· regu· Cum ad monaſteriũ in fine·

¶ Profeſſio autem nichil aliud ẽ q̃ ſolempnis religionis ꝓmiſſio in qua ꝓmiſſione hec tria conueniunt que predixi· ¶ Fit ꝓmiſſio in manu prelati vt ꝫ· e· c· porrectum· et· c· ad aplicã· fit ⁊ in manu priuata vt xx· q· i· vidua ꝫ· qui cle· vel vo· veniens ⁊· c· inſinuante· Probacionis tꝑa ſũt diuerſa nam clericus notus ꝓbat ⁊ ꝓbatur p annum vt xvii· q· ij· ꝯſaldus· clericꝰ ignotus ⁊ laycꝰ notus p bieñiũ vt xix· q· iij· monaſteriũ· laycus ignotus p trieñiũ vt xvij· q· ij· ſi q̃s incognitꝰ liij· di· legem· hodie aũt hec diuerſitas tempoꝝ reducitᷣ ad annũ vt ꝫ· e· c· ad aplicã poſtulaſti et· c· ex pte· ¶ De etate ingredienciũ religionem hoc ſeruandum eſt vt ſi pꝰ xiiij· ãnũ quis intrauerit religionem exire non poſſit nec obſtat ꝫ· e· c· ad noſtrã· Qñq3 enim cauſe ꝯſiderantur in illa ꝓpt quas egreſſus puri excuſantur· Prima q² impetuoſe ⁊ ſine deliberacõe intrauit ideo ingreſſus non fuerit obligatoriꝰ apud deum qui aĩm conſiderat ⁊ non opꝰ· cor interrogat ⁊ non manũ vt xiiij· q· v· Si q̃d inuemiſti xv· q· vi· c· i· lz ſit ar· ꝯ xvij q· iiij· ſi nautẽ opes· ¶ Secũda q² illectꝰ· ¶ Tercia q² ſine ꝓbacione habitum ſuſcepit· Quarta quia ꝓpe pueriCiam intrauit· Quinta quia infra triduũ exiuit· Si vero minor xiiij· ãnis intrauerit poterit egredi cum venerit ad xv· ãnũ vt xx· q· i· illud· hug· autem dicebat diſcretum ingredientẽ religionem obligari eciam añ xiiij· ãnum q² ſicut añ ãnos illos pt quis obligari dyabolo ita ⁊ deo· vt ꝫ· de delic· pue· pueris· ¶ Sz quid ſi filiꝰ a parentibꝰ ſit oblatꝰ Rño ſi fuerit iã nis diſcrecõnis ⁊ non contradicat exire non põt· vt ꝫ· e· c· de virum ſi añ ãnos illos adhuc exire non põt vt ꝫ· e· c· ſignificati· Sz veniens ad xvi· ãnũ inquiretur ⁊ tunc ſi ratum habet q̃d factum eſt non exibit ut in predictis dec· Si autem diſſenciat pt exire ut xx· q· ii· illud et ꝫ· e· c· Cũ ſimꝰ· nec obſtat hijs· xx· q· ij· monachũ ubi dicitur monachum aũt pr̃na oblacio aut ꝓpria facit deuocio· Nam illud ſic intelligo Monachum facit pr̃na oblacio occaſionalitᷣ ut cũ filiꝰ pr̃ne oblacõnis ex debito honeſtatis nõ neceſſitatis obtẽꝑans cum pt contradicere nõ reclamat vel pr̃na oblacio facit monachũ ut cum filius habens diſcrecõnis ãnos oblatꝰ a pentibꝰ non contradicit tunc vere facit monachũ· ſecus ſi ꝯdicat ut xx· q· iij· pñs vel tercio mẽ pr̃na

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oblacio faciat mõchũ vt ſi filius ꝗ̃
diſcrecõis ãnos oblat9 fuerit ante
diſcretã etatẽ exire nõ poſſit vt ſu=
peri9 dictũ ẽ· ⁊ ꝓm̃ h̃ intelligenda
ſũt oĩa captl̃a xx· q· i· vſqʒ ad· ʃ· cũ
g° Anni vo diſcrecõis ſũt ãni ad
votũ emittendũ ⁊ mrĩomiũ ꝯhendũ
qui ſũt xij· in muliẽ· ⁊ xiiij· in maſ
culo vt xx· q· i· c· i· ⁊ ij· ⁊ q· ij· c· i· ⁊
ij· illa eñ etas ſoluit ius p̃rie ptã=
tis p ingreſſum religionis ¶ Filiũ
aũt ꝗ̃ ãnos diſcrecõis p ſe igrediẽ
tẽ reuocat pr̃ reuocat tutor· vt xx·
q· ij· Si puella vſqʒ ad ãnũ· vt ꝗ̃·
e· c· ſi q̃s añ· vt in p̃õcõ· c· ſi puella
q̃ intelligo vez ẽẽ vbi mõſteriũ
ſit valde remotũ vt p tm̃ tẽpis ad
illud puenire nõ poſſit· qz tũc ma
gis indulgetur tempus ar· xvij·
q· ij· ſi q̃s incognit9 ¶ Sʒ q̃rit a
quo tpe currat ãn9 iſte videt q a
tpe ſcie vt ar· ij· q· vij· bỹ douĩ vel
a tpe ãmonicõis vt ar· ʃ· de ꝯceſ·
p̃be· qm̃ diuiſitatẽ vel dicem9 illõ
tẽp9 ẽẽ ꝯtinuũ ita vt cedat ignorã
ti vt· ff· de hijs q̃ no· infa· l· genero
Credo q ãn9 iſte incipiat cedere a
tpe ſcie ar· xvij· q· ij· Si q̃s incog
nitus ¶ Nõ ꝓfeſſus ꝯpellit̃ ꝓfite
ri q̃ mõſteriũ ingrediẽs p ãnũ geſ
tauit habitũ mõchalẽ· vt ꝗ̃· e· c· ex
pte· Itẽ ingreſſus religionẽ nõ ꝓ
feſſus ad p̃orẽ ſtatũ redire non p̃t
ſi tpe ingreſſus euidẽter in eo ſig̃
appareãt q abſolute voluerit vi=
tã mutare vt ꝗ̃· e· c· ſtatuimus· In
telligo ãt h̃ ſig̃ apparẽ ſi is q̃ igre

dit̃ teſtm̃ fãt ⁊ trãſfert oĩa bõ ſua
in hẽdes ⁊ legatarios vel diſtribu
it oĩa bõ ſua ecc̃ijs ⁊ paupib9 ero
gauit oĩa bõ ſua· Itẽ ſi in mõſte=
rio diſtinct9 ſit hit9 nouicioz ab
hitu ꝓfeſſoz ⁊ igrediẽs h̃ ſciẽs aſ
ſũpſerit hitũ ꝓfeſſorũ ſimilit̃ ad
priorẽ ſtatũ redire nõ p̃t vt i p̃õcã
decẽ· ſtatuim9· Addit̃ ⁊ q̃rt9 caſ9
ſcʒ cũ hijs q̃ igredit̃ ꝓponit abſo=
lute vitã mutare ⁊ ſi de h̃ nõ appa
reãt euidẽcia ſig̃· vt ꝗ̃· e· c· ꝯſultiſſi
m9 vel poſſet ſuppleri i eo q̃ de ſig
nis addit̃ in decẽ ſtatuim9 ¶ Sʒ
q̃rit̃ q̃d ſi ingreſſus cui ingredi de
iure ꝯpetit religionẽ aſſumptã ſed
ingredi ꝯpellit̃ laxiorẽ nũq̃d ſi p9
egreſſum aſſumpte ⁊ ante regreſ=
ſum aſſumende cõtrahat mrĩomiũ
tenet· Et videtur q ſic nam hitus
ſolus quem aſſumpſit non ſolẽp=
niſauit votum vt ꝗ̃· e· c· porrectum
et ſimplex votum non dirimit ma
trimoniũ vt ꝗ̃· qui cle· vel vo· conſu
luit· ⁊· c· rurſus xxvij· di· c· i· ⁊ ij·
ʃ· hinc diſtinguendum eſt· puto
tñ ꝯtrariũ q ⁊ ſi habit9 ſolus nõ
ſolempniſat q̃ntũ ad religionem
aſſumptam ſolempniſat tamen in
genere q̃ntum ad religionẽ in quã
gñaliter ꝯſentit intendens abſolu
te vitam mutare cum habitum aſ
ſumpſit ⁊ ſi obicias eſt monach9
cuius ergo monaſterij· Rño h̃ ob
iectio non ꝓcedit· Nam p̃ot quis
eſſe ꝓfeſſus in ꝓpria domo poteſt
quis eſſe eciã mõchus nullius tñ

mōſterij·ut xxxiij·q·v·qđ deo·xx
vij·q·i·de viduis ⁊·Ex̄ de epiſ·⁊ cle·
l·raptores·¶ Querit̄ in q̄ hitu de
beat q̄s ꝓbari ⁊ ꝓbare·Et videt̄
ꝙ i ſeculari·ut ī·e·c·ſup eo·liij·di·
leg ē·liiij·di·Multos·⁊ ar·xvij·q
ij·ſi q̄s incognitꝰ·laurē·dixit ꝙ in
mōchali habitu ē ꝓbandꝰ ar·in
ꝑocā decre·ſup eo·⁊ xix·q·iij·i mō
ſteriis alˀs nō poſſet ꝓbare auſteri
tatē regule mōchal̄ cū mag̃ pars
auſteritatis in habitu ɔſiſtat Do
lucio in hmōi puto ſtādū ɔſuetu=
dini ⁊ ſtatutis mōſterioꝝ magis
ꝙ iuri ſcripto·Sꝫ ſcḋm iura modna
habitꝰ ꝓbacōis religioſus eſſe dꝫ
Vn̄ in q̄buſdā locis diſtinguitur
habitꝰ nouicioꝝ ab habitu ꝓfeſ
ſoꝝ vtꝗꝫ tn̄ eſt religioſus·ſꝫ ſi nō
diſtinguat̄ nichilominꝰ ad aliq̄
diaz denotādā bn̄dicēde ſūt veſtes
profeſſoꝝ·ut ī·e·c·ſtatuimꝰ in fi·
Sꝫ obiat̄ habitus nō facit mona
chū·ut ī·e·c·porrectū·ſ̄·de trāſac·
ex trāſmiſſa ī·qui cle·vel vo·Cōſu
luit ī·e·c·ut clerici·Quedā tn̄ iura
velle vident̄ ꝙ habitus faciat mō
chū·ut ī·e·c·vidua·xxvij·di·ꝙ in
terrogaſti·Ad hoc dico ꝙ ē ꝓfeſſio
vera ⁊ expſſa·ē preſūpta ⁊ occulta·
vera ē ⁊ expſſa que fit verbꝭ vt xx·q
i·vidua ī·ti·ꝓx·dudū·Preſūpta ⁊
occulta·ut ī·e·c·ſtatuimꝰ·Priora
igit̄ iura ſic determināda ſūt hitꝰ n̄
fāt mōchū ꝓfeſſio ne veā ⁊ expſſa
Poſteriora vō q̄ dicūt ꝙ hitꝰ fāt
mōchū ſic intelligēda ſūt veꝝ ē ꝓ

feſſione ꝑſūpta·Oꝛit̄ āt ꝓfeſſiōis
ꝑſūpciō ex nimia mora i mōſterio
vel ex mora p ānū ł p euidēcia ſig ł
p aſſumpcōnez hitꝰ ꝓfeſſoꝝ·ut xx
vij·q·i·vidua ī·e·c·vidua·xxvij·
di·int̄rogaſti ī·e·c·ex pte·⁊·c·ſta
tuimꝰ·Sꝫ q̄rit̄ q̄t mōis ſolēpni=
ſat̄ votū ⁊ cte t̄bꝫ·p ꝓfeſſionē verā
et expſſam ſeu ꝑſūptā ⁊ occultā vt
ſupiꝰ dcm̄ ē·Itē p ordīs ſuſcepcō
nē ſolēniſat̄ votū ɔtinēcie·ut xxviij
di·dyaconi·⁊ lxxxiiij·di·Cū i pto=
rio·Itē ⁊ p hitꝰ ſuſcepcōez·ut ī·t·
prox·Ex parte infra qui cle·vel vo·
inſinuante·xxvij·queſtione·i·c·i·
Sꝫ i hꝰ vltio mēbro iura illa obui
are vident̄ q̄ ſupiꝰ allegaui ⁊ que
dicunt ꝙ habitus non facit mona
chum·Ad que rn̄deri poteſt iura il
la locum hn̄t cum habitum non ꝑ
cedit votum ſecus ſi votum prece=
dat ⁊ habitus ſubſequat̄ ut dcm̄
eſt·¶ In ſūma notandū ē qđ lici=
tum eſt religioſis ad arciorē vitaz
vel religionē ſe trāſferre petita a p
latis licēcia q̄uis non obtenta·vt
ī·e·c·licet quibuſdaz ⁊ ſic nec ciā
petitas trāſeat quis ad maiorē reli
gionem videt̄ ꝙ valeat trāſitus vt
ī·e·c·ſane·Quidā tn̄ dicūt illā de
pmiſſione loq̄ in eo qđ dicit pmit
tas vbi aūt eps vult ad religionē
tranſire non ſufficit licencia petita·
ſed requiſita ⁊ obtenta vˀ·in decre·
licet ⁊ hꝰ ſiue ſit conſecratus ſiue nō
ut·ſ̄·de tranſla·prela·Int̄ corpora
lia·Et eſt racio nimia vtilitas que

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De cõuersione cõiugatorũ

promouere pt ex officio pastorali.
vt. ẽ. de renũc. nisi cũ pride. §. vlt.
Dico mõ militet q̃ nr̃ iubet ipa=
tor. vt xl. di. int oia. Itẽ cũ q̃s le=
uitatis cã trãsit eciam ad maiorẽ.
non sufficit licẽcia petita. vt xix. q.
iij. statuimus de fugitiuis ãt req̃
rendis. excãdis. retrudẽdis ſua
qd̃ legitur ẽ. e. t. ne religiosi

## ¶ De cõuersione cõiugatorũ.

Superius dictũ ẽ in gñe de
trãseũtibꝫ ad religionẽ h̃
aũt tractat in spẽ de trãsi
tu cõiugatorũ. ¶ Videnđ est igit
qñ alt cõiugũ altero inuito possit ad
religionẽ intrare. vt ẽ. e. t. c. ij. vel
ad sacros ordines pmoueri. Itẽ
an sufficiat alterũ ex cõiugibꝫ sim=
plicit cõsentire vt alt ad religionẽ
trãseat vel oporteat illũ q̃ remanet
vitã mutare. ⁊ quid iuris sit si alt
trãseat altero iuito. ¶ Est igit sci
endũ φ añ cõsũmatũ mrĩomũ põt
alt cõiugũ altero iuito ad religiõez
transire ẽ. e. c. ij. ⁊. c. Ex publico ita
vt ẽ. duorũ mensiũ spaciũ alterũ fa
ciat. vel religionẽ assumat vel ad
cõiugẽ reuẽtat. Vnde φ dñs i euã
gelio dicit. non licẽ viro ñ ob cãm
fornicacõis vxorẽ suã dimittere in
telligenđ ẽ ſm iterptacõz sacri elo
quij de hijs q̃rũ ẽ mrĩomũ carnali
copula cõsũmatũ vt in illa ex pub
lico in fi. Dꝫ si alt istorũ vellet inui
to altero in domo ppria remanẽ q̃si
ppositũ castitatis in seculo ſuatu
r9 nõ cõsũmanđ ẽ mrĩom iã cõctũ ñ
voto se astrixerit ad obſuãciã re=
gularẽ in q̃ casu cõpelli pt vt relic
to seculo religionis ppositũ exeq̃
tur. vt ẽ. e. c. Ex pte i fi. p9 cõsũma
tũ ãt mrĩom nõ lꝫ alteri cõiugũ alte
ro in seculo remanẽte religionẽ as
sumẽ. Et si is qui remanet hoc p=
mittat ñ esset senex ⁊ de incõtinẽcia
non suspect9. vt ẽ. e. c. cũ sis pdit9
et. c. vxorat9. tunc enĩ sufficit si is
q̃ remanꝫ cõtinẽciã pmittat vt ibiđ
quã ppetuo obſuabit. eciã alto
in religione defuncto ⁊ intm̃ vt si
p9 mortẽ ingressi is q̃ remãsit ⁊ cõ
tinẽciã pmisit cõtrahat mrĩom nõ te
neat ⁊ h̃ ad similitudinẽ cõiugis
illi9 q̃ pmittẽte vxore ⁊ cõtinẽciaz
pmittẽte ordinat vt xxxij. di. seri
ati. ⁊ xxviij. di. qꝛ sũt culpe. Nam
votũ vxoris qđ intelligo simplici
ter fieri in pmissione cõtinẽcie solẽ
nisat in ordiacõe vel pfessione ma
riti vir enĩ ⁊ vxor sibi cõicant actio
nes. vt xxx. q. iiij. si q̃s viuis ¶ Si
vero alt cõiugũ ingrediat religio=
nẽ altero iuito non valet igressus
et is q̃ remãserit poterit reuocare
ingressum reuocat9 ãt viuo reuo
cante nõ exigit debitũ. sed reddet
exact9. potuit enĩ pmittẽ id qđ in
ipsi9 fuerat ptãte scꝫ nõ exigẽ. non
reddẽ ãt nõ potuit pmittẽ qm̃ h̃
nõ erat i ei9 ſꝫ i mulieris ptãte. vñ
apls. vir ñ hꝫ ptãtẽ sui corpis sed
mulier. vt ẽ. e. c. q̃dã itrauit xxvij.

q. ij. ſui t q. Sꝫ q̄rit̄ an ſi poſt mor
tē reuocātis ꝯbat reuocatus. mrīo
niū valeat vel nō ꝛ puto mrīo^m te
nē q̄ris q̄ intrauit potuit ſimplicit̄
voué ꝛ ſe in eo q̄ in ipſo ē obliga
re vt ſupi⁹ dcm̄ ē. Sꝫ votū illō ſo
lē nizare neq̄d inuita vxore. nā ſolē
nitas voti tollit vtrūqꝫ ſcꝫ ptātē ex
igēdi ꝛ reddēdi debitū ꝯiugale. ſo
lēniſacio eīn voti. ſi rite fiat ꝯtinēci
am ppetuā induc̄it q̄ ē eſſenciale p
feſſionis. vt ꝫ. de ſta. mo. Cum ad
monaſteriū in fi. Itē q̄d ſi alt̄ cōiu
gū altero abſēte ꝛ ignorāte religi
onē aſſumat ꝛ pfiteat̄ in ea. demū
ab altero reuocet̄ nūquid reuocat⁹
mortuo reuocāte tenet̄ reſumē reli
gionē dimiſſam Rn̄o ꝯſulā⁹ ē ei ꝛ
cōgruēci⁹ ad ſalutē vt ad mōſteri
um redeat vbi hō duct⁹ intencōne
pfeſſionē fecit ꝛ habitū religiōis
accepit. Si vero ad hꝰ induci non
poterit ipſū inuitū credim⁹ nō co
gēdū vt ꝫ. e. c. placꝫ. Sꝫ ſi alt̄ con
iugū altero ſciēte ꝛ ꝯſenciēte cuius
cōſenſus ecīa nō ſufficit ecīa ſi con
tinēciā pmittat ſꝫ req̄ritur vt ꝛ ipē
ſimilit̄ ꝯutat̄. vt xxxiij. q. v. q̄ vxo
rē mōſteriū ingrediat̄ ꝛ demū ad
vxorē de mōſterio reducat̄ nūquid
mortua vxore reintrare tenet̄ Rn̄o
ſic. et ſi p⁹ mortē pme aliaꝫ duxit
vxorē. Nā ꝛ tūc p excacōeꝫ ꝯpellit̄
vt mulie͛ dimiſſa ad ſuū mōſteriū
reūtat̄ ſub regulari habitu decete
ro dn̄o ſuitur⁹ vt ꝫ. e. c. Ex pte. Et
ē rō diuſitatis int̄ illā decre. placet

et aliā ex pte abbatis. q2 i illa pla
cet is q̄ itrauit nō habuit cōſēſum
cōiugis ꝛ iō ſimplex votū nō potu
it ſolēniſare altero ignorāte vel in
uito vt ſupi⁹ dcm̄ ē. Sꝫ in illa ex
pte is q̄ intrauit hūit ꝯſenſū vxo-
ris vn̄ igreſſui mariti nō infuit ali
us defect⁹ n̄ ſuſpicio de incōtinēcia
que p mortē ipſi⁹ abolet̄ vn̄ mor-
tua vxore religio viri inuenitur ex
omni parte ſuffulta ꝛ q2 pfeſſio i
teruenit nec defuit conſenſus vxo-
ris ꝛ ſuſpicio incontinencie ceſſat
et ppterea compellitur reintrare vt
dictum eſt. Sed nunquid vxor il
lius qui intrauit ea inuita vel igno
rante poterit intrare eo ſimiliter in
uito In hoc diſtinguo Refert an
maritus ſit d̄ monaſterio educt⁹ ꝛ
reconciliatus vxori. Et tunc eo vi
uente ꝛ inuito non poteſt intrare
An non ſit eductus. ꝛ tunc poteſt
vxor intrare iuito marito vt xxvii.
q. ii. Agathoſa. Itē quid ſi ma
ritus adulterium commiſit nunq̄d
licet vxori eo inuito intrare religi
onem Reſpondeo ſic ſi fuerit p ſen
tenciam ſepata. vt xxxv. q. vi. mul
torum. ꝛ xxxiij. q. ij. ſeculares quia
poſt ſentenciam non poſſet de mo-
naſterio reuocari ar. ad hoc opti-
mum ꝫ. e. c. vlt̄. vbi alter coniugū
religionem ingreſſus non reuoca
tur ab altero qui ſpiritualiter fue
rit fornicatus cum iam ſnīa diuor-
cii lata eſt inter eos. Sed ante ſē
tenciam non poſſet irreuocabiliter

intrare q2 ſi fornicatoꝛ petet reſti-
tucõez ingreſſi idulgẽtur eidẽ. nec
obſtaret fornicacõis obiect9 vt ſ.
de reſti. ſpo. Jtẽ cũ q̃s ⁊ ar. C. de do
na. int̃ vir ⁊ vxo. l. ſi marit9. Nõ
obſtat hijs xxvij. q. ij. Agathoſa
vbi nõ reuocat̃ ingreſſus a forni-
catoꝛe. nã illud itelligo cũ ſñia di
uorcij lata ẽ. vel loquit̃ canõ ille cũ
adult̃ agit ꝯ ingreſſum petitorio
ſec9 ſi agat reſtitutorio ſicut dictũ
eſt. addũt quid̃ ⁊ aliũ caſũ in q̃ lz
alteri ꝯiugũ altero inuito religionẽ
intrare ſcz cũ alt̃ notorie fornicat̃
vt ĩ. de diuor. ſignificaſti. Dz dic.
illã intelligo cũ ſpoliat9 p9 ſpoli
acõez adulteriũ ꝯmittit ⁊ ſic peti-
tõni reſtitucõis q̃ ſibi iã ꝯpetit p-
iudiciũ parat. ꝑcedẽs ãt adulteriũ
non ei obſtaret vt dictũ eſt ⁊ ſic in
telligo ĩ. e. c. cõſtitut9. ¶ Sz q̃ro
an adult̃ itrare poſſet religionẽ in
nocẽte inuito. Rñ non. Pena ei q̃
ex adulterio meret̃ hãc imunitatẽ
non iduãt vt a nexu ꝯiug̃ liberet̃
vt. ff. de int̃dic. ⁊ rele. l. relegato
rũ. §. vlt̃. nec ex delicto dz cõſequi
actionẽ vt. ff. de fur. l. itaqz fullo. ⁊
ſ. de ꝯſue. Ex pte. ¶ Jtez q̃d ſi ſñia
diuorcij lata eſſet nũquid adult̃ i
trare poſſet inocẽte inuito. Rñ nõ.
q2 inocẽs poſſet adulteriũ inuitũ ſi-
bi recõciliare ſi vellet. vt xxxij. q. i.
non erit. ⁊. c. q2 ãt. Jn aut̃ vt nul
li iud. §. maifeſta coll̃. ix. ⁊ ſig̃tur
illd̃ autñ. C. de adult̃. ⁊ iapit. Dz
hodie ⁊ q̃ dicta ſũt. ſ. d̃ religione

aſſumẽda ab vno ꝯiug̃ altero inui
to. ſed in caſib9 idẽ puto i ſacis or-
dib9 recipiẽdis. ¶ Nũc videamus
an ſufficiat ex ꝯiugib9 ſimpliciter
conſẽtire vt alt̃ ad religionẽ tranſ
eat vel nccẽ ſit ipſũ q̃ remanet in ſe
culo vitã mutare. Et i h9 dixit hug.
q2 vno itrãte mõſteriũ ⁊ pfitẽte d̃
cõſenſu alteri9 is q̃ remanet itelli
git̃ pfiteri ⁊ ãmõ ꝯhẽ non põt. vt
xxviij. di. q2 ſũt culpe xxxij. di. ſeri
atĩ ⁊ xxxiii. q. v. q̃ vxorẽ. xxvii. q. ii
Agathoſa ꝟ obſtat ei ĩ. d̃ eo q̃ dux
it i mat̃. q2 pol. p adul. Ex hĩnuz.
poſſz tñ ad illã hug̃ Rñdẽ q2 ibi ñ
habet̃ q2 interuenerit ꝯſẽſus eius
q̃ rmãſit. Alij dicũt q2 ſi alt̃ ꝯiugũ
pmittat alterꝝ itrare ⁊ ſimpliciter
pmittat. nec tenet̃ itrare nec ꝯtinẽ
ter i ſeculo remanẽ ñ eſſet iuuenis
et ſuſpect9. ¶ Puto ãt viã mediã
eligẽdã vt ꝯiux q̃ pmiſerit alterꝝ
intrare ſi ſuſpect9 ẽ is q̃ pmiſerit
cõpellat̃ intrare ⁊ pfiteri. Si vero
nõ ẽ ſuſpect9 ꝯtinẽcia pmiſſa pote
rit in ſeculo remanẽ. vt ĩ. e. c. Cuz
ſis preditus. ⁊. c. vxoratus ⁊ ſ̃m
hoc intelligo primã decre. huĩ9 ti-
tuli. nec obſtat hijs ĩ. e. c. veniens
vbi vir intrauit vxore permittẽte
iuuene ⁊ ſuſpecta nec cogitur ipſa
intrare. Sed hoc ideo quia licen-
cia illa fuit per fraudem elicita ⁊ p
capcionem extorta vt ex illa litte
ra colligitur manifeſte ⁊ ſi hoc eſt
verum quare non fuit maritus de
monaſterio reuocatus. Rñ ꝓpter

ſornicacōez vxoris p⁹ īgreſſuꝫ ma
riti ꝯmiſſam vt ibi pꝫ alſ licuiſſet
reuocari maritū. vt xxxiij. q. v. no
tificaſti. In eo āt ꝙ dixi ſ ꝙ ſi ma
rit⁹ īrret religionē ꝑmittēte vxoē
et ꝓfitet ꝙ vxor itelligit vouere ⁊
votū ſuū ſolēpniſare ſolēpniſante
marito qꝛ vir ⁊ vxor ſibi ꝯicant ac
tiones adiecebat Jo. ⁊ tāta eſt ad
iectio ſcꝫ ſi mulier h̄ ſciret ⁊ intelli
gēt hunc eē effectū ſue ꝑmiſſionis
tūc eñ p⁹ mortē viri ꝯhēre nō poſſꝫ
nec ꝯctū tenē. Ceteꝝ ſi mulier ſim-
plex ⁊ iuris ignara h̄ nō intelligēt
neqꝫ ſciret nec intēdēt ſic ſe ad per
petuā ꝯtinēciā obligare ꝯpuis vo-
tū ſimplex qd̄ intelligit emiſiſſe
ꝑmittēdo maritū intrare ꝑpetuo
dēat obſuare ⁊ ſic eciā p⁹ viri obi
tū ꝯtinē ſi tn̄ cōtraxit mrio^m tenet
ar. ad ꝑmiſſa ꝗ. e. veniens.

De ꝯūſione infideliū.

In ſupiori rubrica tractatū eſt de ꝯūſione ꝯiugatoꝝ ad religionē h̄ āt tractat de ꝯūſione īfideliū ad fidē. Eſt ergo videndū q̄d iuris ſit ſi alt cōiugatoꝝ infideliū ꝯūtat ad fidem ⁊ eꝯūerſo. Si vn⁹ ex ꝯiugatis fideliū labat in gētilitatis errorē ſit itaqꝫ in hac mateia diſtinguend̄ Quia ſi mrio^m ꝯhat int̄ duos fideles mrio^m ratū ē. i. indiſſolubile niſi morte q̄ ad ſb̄ſtanciā mrionij Nā ⁊ ſi diuorciū int̄cedat non abolet ꝯfederacio nupcial. vt xxxij. q. vij. licite ⁊. c. intueniēte. Si ergo alt illoꝝ labat in hēſim pōt alt q̄ remāſit in fide agē ad diuorciū ꝑpter fornicacōez ſpūalē. Et tūc ſīna neccāria ē q̄ ſepet q̄ ad thori cohabitacōez ⁊ mutuā ſuitutem vinculo mrionij pdurāte. Et eſt racio qꝛ ſacmētū fidei qd̄ ſemel admiſſum nūꝙ amittit̄ ratū efficiāt cōiugij ſacramētū vt ipſū in ꝯiugibꝫ illo durāte pduret. vt ꝗ. de diuorcijs Qn̄to. Sacmētū eñ fidei ſeu baptiſmi ꝑmiū ē ⁊ q̄ſi fundamētū ⁊ ianua oīm ſacmētoꝝ. vt xxxij. di. §. porro in fi. ⁊ ꝗ. de pb̄ro nō bap. mi. veniens. vn̄ poſito fundamēto qd̄ ſemel poſitū nō amittit̄ vt dictū ē ⁊ pbatur in eadē decre. q̄nto. ⁊ de cō. di. iiij. oñdit̄ ſup edificiū alioꝝ ſacramētoꝝ firma ē ſꝫ ſi illd̄ fundamētū nō ſit poſitū alioꝝ ſacmētoꝝ cōſolidacio ſup edificacō validia nō cōſiſtit ⁊ i caſu ꝑmiſſo cū diuitit̄ n̄ hꝫ locū illa ꝯſideracō an velit lapſ⁹ cohitare vel nō. vn̄ mirabiliter et enormit̄ errauit Vinc̄ i h̄. qꝛ ipſe in gloſ ſuis q̄s ſcpſit ſup illa dec. ſ. c. px. mulier h̄ ꝯſideraſſe videtur ꝙ in h̄ caſu quē ꝑmiſi locū non hꝫ Sꝫ in alio vt iā dicā. vbi v̄o mrimoniū ꝯhit̄ int̄ duos infideles ⁊ vn⁹ ad fidē ꝯūtit̄ monet apl̄s fidelē vt cohitet infideli. Jō āt monet qꝛ h̄ pt eē multoꝝ occaſio lucrādorū vt fideles ꝯiuges in relinq̄ndis infidelibus ꝑmiſſa licencia nō vtātur. vt xxviij. q. i. iam nūc. Sed ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infidel' nolit cohitare fideli vel ve-
lit· ſed cū blaſphemia ſaluatoris
vel vt trahat fidelē ad mortale pec-
catū in hijs caſibꝫ ſine iudicio ꝛ p
ter ſn̄iaȝ ſoluit̃ vinculū matrimonij·
Cōtumelia eīn creatoris ſoluit ius
matrimonij vt in illa dec̃ q̃nto· Jō aūt
ſoluit̃ qꝛ cū ɔ̄ctū fuit h̓ matrio^m nō
inuenit fidei firmitatē ſup q̃ ſtabi
liri poſſit cōiugij ſacramentū ꝛ h̓ ea
de racio ē q̄re in diuorcijs ſupioris
matrimonij req̃rat̃ ſn̄ia non āt in hoc
matrimonio diſſoluēdo· Itē nō qꝙ i ca-
ſu pmo pꝰ diuorciū ſepatꝰ altero
viuēte non ɔ̄bit in ſcd̄o ɔ̄bit ꝛ iō
fidel' vt h̓ licent̃ ꝛ libere faciat teſ-
tes adhibeat cum infidel' rēnuit co
bitare vel cū cohitās blaſphemat
vel trahit ad mortale pctm̄ vt ī hijs
vel eoꝝ aliquo fides fiat ¶ Itē nō
diam int̃ fornicatorē carnalem ꝛ
ſpūalē· qꝛ ꝓpt̃ vnicā fornicacōem
carnalē pt maritꝰ diuitē ab vxore·
vt xxxij· q· i· dic· ꝛ· c· in cōiugio · ꝛ
ꝭ· de diuorcijs gaudemꝰ in fi· Sȝ
ꝓpt̃ vnicā ſpūalē non ñ pſeueret̃
in ea· vt xxviij· q· i· non ſolū i alio
āt ɔueniēcia ē int̃ vtrāqȝ fornica
cōeȝ Dicit eīn maritꝰ vxorē forni
cantē carnalit̃ excludē a ſua coha
bitacōe tenet̃ · vt xxxij· q· i· Si q̃s
vxorē· ꝛ· c· ſi q̃s vxorē· ſic ꝛ forni
cantē ſpūalit̃ ſi in h̓ perſeueret vt
xxviij· q· i· non ſolū· ſȝ cū int̃ duos
iudeos ɔ̄bit̃ matrio^m ꝛ alt̃ ad fidem
conuit̃ ɔ̄uis is q̃ remāſit in iuda
iſmo hitare ɔſēciat ꝛ ſine blaſphe
mia vel ɔtumelia creatoris fidelis
tn̄ ei cohabitare non p̄t· vt xxviij·
q· i· iudei· Et eſt racio qꝛ iudei hn̄t
leges ꝛ ꝯplexas ꝛ domeſticā ſūt ſi
dei nr̄e· Et ideo timetur ne iudeus
xpianū ſubuertat· ¶ In ſūma no
tand̓ eſt qꝙ ſi vnꝰ ex duobꝫ fideli-
bus ɔiugibꝫ labatur in hereſim ꝛ
demū reuertatur ad fidem is qui in
fide remāſit cōpellitur ei nolenti co
habitare niſi ante cōuerſionem fu
iſſent p ſn̄iaȝ ſepati vt ꝭ· de diuor·
de illa· hodie tn̄ videtur correcta il
la diſtinccio ꝭ· de diuor· quanto in
fi· vbi videtur qꝙ indiſtincte coha
bitare cogatur ¶ Diuorcio autem
facto ſi queratur apud quē filij de
beāt remanere Dicendū eſt qꝙ ſc̄m
vetera iura infantes vſqȝ ad trien
niū apud mrē̄m ſunt alendi nā vſ
qȝ ad tempꝰ illud magis indigēt
lacte q̄ eſca· Poſt trienniū vero
apud prē̄ȝ· vt· C· de pria po· l· nec fi
lium· eo ſaluo qꝙ ſi iudex decerneret
ec̃ tales apud mrē̄ȝ nutriendos ipē
eſtimabit an apud prē̄ȝ vel apud
mrē̄m filij nutriantur· vt· C· diuor·
l· vna· Sed iure autenticorum·
aliud conſideratur an pater dede
rit cām diuorcio vel mater vt ſi pa
ter tunc filij alantur apud matrē
expenſis pris· ſi mater filij nutri-
antur apud patrem expenſis ma
tris vt in autn̄ vt lice· mat̃· ꝛ auie
§· illud q̃ȝ ꝛ ſigr̄tur· C· de diuor· fac·
et incipit ſi preſtiterit ꝛ h̓ ide ɔſide
ratur ꝭ· e· ex lr̄is· ꝛ alia duo· pria

poteſtas et fauor fidei criſtiane vt ibi colligitur. et vigeſima octaua. queſtione prima. Iudei patre vero defuncto preſes determinet vbi pupilli debeant educari. vt. C. vbi pu. deb. edu. l. prima et ſcda.

De voto et voti redempcione.

Dictum eſt ſupra de tranſitu ad religionem. Sed quia poſtquam tranſitur ad religionem votum emittitur vel prius emiſſum ſolempniſatur. Ideo ſubſequenter tractatur hic de voto et voti redempcione. Videamus igitur quid ſit votum. quot ſint ſpecies votorum. Qui vouere poſſunt. in quibus caſibus. et qualiter poſſit redimi. et qualiter poſſit a voto diſcedi. et an in votis valeat diſpenſari. et per quem. Votum eſt alicuius boni cum deliberacione deo facta pollicitacio Alicuius boni. ideo dixi quia ſi de malo quis voueat non obligatur quia in malis promiſſis reſcinde fidem in turpi voto muta decretum vt vigeſimaſecunda. queſtione quarta. in malis. Cum deliberacione ideo adieci quia votum quod ex facilitate animi magis quam ex arbitrio diſcrecionis emittitur non eſt vſquequaque obligatorium. vt infra eodem. c. venientes. ſupra de regula. Ad noſtram Votorum due ſunt ſpecies neceſſitatis et voluntatis vota neceſſitatis ſunt illa que quis neceſſario in baptiſmo promittit ut abrenunciare dyabolo et pompis eius tenere fidem ſeruare decalogum de conſecracione diſtinctione iiii. primum. vnde cum homo peccat poſt baptiſmum dupliciter reus eſt et quia peccat in eo quod committit et quia votum preuaricatur non tamen tamquam pro duobus mortalibus peccatis penitencia indicetur. ſed tamquam pro vna circumſtancia transgreſſionis grauato. Vota voluntatis ſunt illa que quis voluntarie emittit ſuper hiis ad que ante votum quis non tenetur ſed poſt votum ſic vt ſunt vota continencie. abſtinencie. peregrinacionis et ſimilium et de hiis dicitur vouete et reddite domino deo veſtro. vt primum ad conſilium ſecundum ad imperium referatur. vt infra e. c. magne. et de vtraque ſpecie votorum dicit Auguſtinus. Sunt quedam que eciam non vouentes debemus Quedam eciam que niſi vouerimus non debemus. Sed poſtquam ea deo promittimus neceſſario deo reddere aſtringimur. vt. xvii. queſtione. i. c. i. Ea autem ſunt in noſtris officiis

grauioa q̄ cū licēt nob̄ nō impedē
tn̄ cā dilectiōis īpedim⁹ vt xxviij.
q. i. ꝓpolatria. ¶ Votū volūtariuȝ
ſubdiſtinguit̄ q2 aliud ſimplex.
aliud ſolēpne. Simplex ē oē illō
cui nulla ſolēpnitas adhibet̄ ſo=
lū āt ꝯtinēcie votū ſolēpniſat̄ Sȝ
q̄t modis ſolēpniſat̄ votū nō ui. ſ̄
de regula. ſ. Sȝ q̄re. tu tn̄ ſcias ꝙ
q̄ntū ad deū nō min⁹ obligat ſim
plex votū q̄ꝫ ſolēpne. Nā ex ſui na
tura eandē obſuācīā hȝ. vtrūqȝ i
ꝑpetuū ē ſuādū. vtriuſqȝ fractio i
duāt mōrale vtrūqȝ ꝓhibet īui=
um actū. Sȝ q2 ecclā ꝯſiderat circū
ſtācias vt xl. di. hō xpian⁹. ꝛ de pe.
di. v. c. i. ꝛ ſolēpnitates vboꝝ attē
dit. vt ī. q̄ cleri. vel vo. Rurſus xxij
q. v. iuramēti hui⁹ iō ecca diuerſum
ſtatuit in vtroqȝ vt ſimplex īpedi=
at mrīo^m ꝯtrahenduȝ ſolēne dirimat
iā ꝯtctū. vt in p̄dcā decre. rurſus. xx
vij. di. p totū. xxvij. q. i. p totum.
Itē maiorē penā ſtatuit ī fractiōe
ſolēpnis q̄ꝫ ſimplicis vt xxvij. di.
Si vir. ꝛ xxvij. q. i. v̄ginib. ꝛ. c. de
uotā. ꝛ ex hͦ ſatis apparet ḡui⁹ de=
linq̄ i fractione ſolēpnis q̄ꝫ ſimpli
cis voti. Quis enī dubitet ſcelera=
ci⁹ eē ꝯmiſſuȝ qō ḡui⁹ vindicatur
ut xxiij. q. i. non afferam⁹. Et hec
oīa q̄ dico in voto ſimplici ꝛ ſolēni
locū hn̄t in ꝓmiſſo ſimplici ꝛ iura
mēto. ut xxij. q. v. iuramēti. Et eſt
racio q̄re magis peccat̄ in fractiōe
ſolēnis ꝙ ſimplicis q2 q̄ frāgit ſo
lēne peccat in deū offendit conſtitu

cōez eccē ꝛ hoies ꝯſcios ſcādaliſat
ꝙ i ſimplici nō cōtigit. Poteſt vo
uere q̄libet q2 illō ꝯſiliū vouete ꝛc.
cōe eſt oib9 q̄ enī vouet opa pie=
tatis ſpū dei duāt̄ ꝛ iō non ē ſub
lege vbi enī ſpūs dei ibi libtas. ut
xix. q. i. due. ſ̄. de regula. licet ¶ Ex
cipiuntur queō pſone que ſine cō
ſenſu alioꝝ religionem vouere nō
pn̄t ut eps ſine licencia īpevt i p=
dicta licet. ꝛ ī. e. c. magne. Impu
bes ſine pr̄is vel tutoris auctorita=
te. ut xx. q. i. c. i. ꝛ ij. ꝛ ſeru⁹ abſqȝ
dn̄i voluntate. ut xvij. q. ij. Si q̄s
incognitus Vxor ſine licencia vi=
ri. ut. ſ̄. de ꝯuḣ. coniugato. p totū
Sed nec monacho licet vouere ſi=
ne licēcia abbatis. ut xx. q. iiij. mo
nach⁹ qō intelligo in voto abſti=
nēcie p qō alij fratres ſcandaliſā
tur. Sed nūquid votum qō quis
ante monachatū emiſerit pōt ab
bas reuocare videt̄ ꝙ ſic ar. xxxiij.
q. v. noluit. ¶ Omnia vota volūta
tis redimi pn̄t ꝛ ꝯmutari auctori=
tate ſupioris in cui⁹ arbitrio depē
debit conſiderare qualitatem perſo
ne ꝛ cām ꝯmutacōis ut ex hoc colli
gat an recōpenſacō melioꝛ ſit a dō
magis accepta. ut ī. e. c. i. pret̄ vo
tum ꝯtinēcie in quo diſpenſari nō
poteſt. vt ī. de ſtatu. regu. Cuȝ ad
monaſterium in ſi. ꝙ ideo contin=
git q2 vix poſſet aliquid inueniri i
ꝙ deberet caſtitas commutari ar.
xxxij. q. i. nupcie. xxxiij. q. v. tunc
ſaluabitur. Et caſtitas ſola eſt que

p̄t cū rebꝰ ſiducia deo aīas pn̄tare
vt ī autētico ꝯ̄ leno ꝯ. ſciſſimas col.
ij. Nullā aūt ꝯmutacōez p̄t hō dare
ꝓ aīa ſua cū aīa ſit p̄cioſior oībus
vt xxiiij. q. iij. ſi habes. iō dixi autē
vota volūtatis qꝛ vota ncc̄itatis cō
mutari nō pn̄t q̄ in baptiſmo pro
mittūtur hꝰ eīn eſſet diſpēſare ꝯ̄ de
um vel ꝯ̄ fidem ꝙ nō lꝫ. ut xxv. q. i.
Sūt quidā. xv. di. Sicut. xi. q. iij.
qui reſiſtit. Pꝫ vota voluntatis vt
dcīm ē ꝯmutari pn̄t qꝛ in veteri le-
ge in q̄ nō minꝰ obligat preceptū
dn̄i ꝙ̄ hodie votū obliget in ecc̄a p̄
mogenita q̄ dn̄o mādabātur offer
ri queꝯ̄ dn̄o reddebātur vt p̄moge
nita leuitaꝝ queꝯ̄ redimebantur
vt aliaꝝ tribuū queꝯ̄ ꝯmutabant̄
i aliud ſicut p̄mogenitū aſini qꝺ
cōmutabat̄ ꝓ oue. ut ꝯ̄. e. c. i. mag
ne. Sꝫ nūquid q̄libet p̄latꝰ p̄t p̄ſ
tare auctoritatē ꝯmutacōi voti. dis-
cūt q̄dā ꝙ nullus niſi is cui p̄mit
tit̄ hꝰ a p̄pa ſpēalit̄ ut ꝯ̄. e. t. ex mul
ta credo tn̄ ꝙ cuilibꝫ epō p̄miſſa ſit
cōmutacio voti. ut ꝯ̄. e. c. i. ⁊ ꝙ dicit
illa decre. Ex multa. Speciale ē in
voto vltra mario qꝺ ſtatutū ē ob
fauorem ſubſidij terre ſcē. Sed is
cui voti illiꝰ fuit diſpēſacio ſpālit̄
delegata incōmutacōe voti illiꝰ hꝫ
attendē ea q̄ cōtinēter ꝯ̄. e. c. ꝙ ſup
hijs. ⁊. c. ex multa. ¶ Poteſt a vo
to diſcedi q̄tuor modis. Primo ſi
auc̄te ſupioris fuerit ꝯmutatuꝫ vel
dilatū. ut ꝯ̄. e. c. i. ⁊. c. nō ē. Secun
do cū vouēs qꝺ in tp̄ali obſeq̄o cō-
ſiſtit votū ſuū in p̄petuā religiōis
obſeruācīā p̄pa auctoritate ꝯmu-
tat. ut ꝯ̄. e. c. ſcripture. ⁊ ſic p̄t intel
ligi ꝙ legit̄. ꝯ̄. de iure iurā. puenit.
Si tn̄ q̄s votū tp̄ale p̄ficeēt ⁊ de-
inū ad religionez migraret tucius
videret̄ ar. ꝯ̄. de ſpō. ꝯmiſſum. Ter
cio ꝓpt̄ defectū ꝯdicōis. ut. ꝯ̄. de iu
re iurā. puenit. ij. Secꝰ ſi abſolu-
te q̄s voueat. nulla eīn ꝯdicōe rum
penda ſūt q̄ ſine vlla ꝯdicōe vouē
tur. ut xxxij. q. vlt̄. c. vlt̄. Quarto
ꝓpt̄ defectuꝫ cauſe ꝓpt̄ quā vouet̄
vt ꝯ̄. e. c. magne in ſi. Secꝰ tn̄ eſt
ī voto religionis qꝺ ex falſa cauſa
nō viciat̄. ut. ꝯ̄. de ꝯuꝯ̄. ꝯiuga. Ex
p̄te. ⁊ ꝙ dixi a voto ꝯdicōnali poſ
ſe recedi itelligo ſiue ꝯdicio ſit ſpā
lis ⁊ exp̄ſſa. vt ꝯ̄. de ꝯdi. appo. veꝝ
de ill̄. ⁊. c. ſup eo. ⁊. ꝯ̄. de reſti. ſpo.
olim cām. ſiue ſit tacita. ſꝫ talis q̄
ex ſui natura inſit voto vt ſi potero
ſi vixero. ſi deꝰ voluerit niſi deꝰ ali
ter reuelauerit vt ꝓbant̄ h̄. xvi. q
i. in p̄rochia xxij. q. ii. bēs xxvij. q.
i. btā maria. ¶ In ſūma nōndū eſt
ꝙ ſi vouens īpediat̄ exeq̄ votū ipo
tencia facti expectandus eſt donec
ceſſet impedimētū. ut ꝯ̄. e. c. ꝙ ſup
hijs. ff. de varia mune. l. vl ꝯ̄. ꝺ ſē.
ex. decetero. nec interī habendus ē
voti trāſgreſſor ar. ff. qui ſatiſdare
co. l. vlt̄. voti obligacōe in ſui robo
re ꝑdurāte qꝛ difficultatis cā ad in
cōmodū p̄miſſionis nō ad impedi
mētū ſtipulacōis ptinet. vt. ff. de v̄
bo. ob. l. ꝯtinuꝰ. ꝯ. eſt aūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De ſtatu mõchoꝝ ⁊ canõicoꝝ re.

Dictum eſt .ſ. de cõuerſione ad religionem. Sed quia qui cõuertuntur frequencius monachi fiunt vel canonici regulares. Ideo hic ſubiciatur tractatus de ſtatu monachorum ⁊ canonicorum regularium. ¶ Videndum eſt igitur qualem vitam debeant ducere monachi ⁊ canonici regulares. Item in quo cõueniant ⁊ in quo differant monachi ⁊ canonici regulares qualem habitū gerere debeant. ⁊ que ſint neceſſaria ad vitam regularem obſeruandā. ¶ De vita quorūdam monachoꝝ et habitu tractatur .ī.e.c. Cum ad monaſterium. Sꝫ quia circa hoc diuerſe inueniūtur obſeruancie et ſtatuta magis hoc per inſtitucões eorum inſtruitur ꝙ per iura vt tñ ſciamus ꝙ monachi peculium habere nõ poſſunt ñ ab abbate fuerit pro iniuncta adminiſtracione permiſſum. vt .ī.e.c. ij. in prin. ⁊ .§. qz vero. Nam ⁊ in regula beati benedicti pcipitur prouideri per quorū manꝰ negocia monaſterij procurētur vt .ī. ne cle. vel mo. c. i. Singuli per villas ⁊ opida non ponātur vt .ī.e.c. ij .ī. de ca. mo. c. plt. ¶ An autem in eccleſijs prochialibꝰ poſſint preficii ⁊ eis animarum cura cõmitti dubitari ſolet. Dicunt enim qđ olim ex diſpenſacõne poterat lx di. priſcis. Hodie vͦo de iure cõi vt xvi. q. i. in prochia. cum pro vtilitate. doctos ⁊ .c. ſi monachus. Tercij dicunt ꝙ nec hodie poſſunt preficii ſecularibus ⁊ prochialibus eccleſijs ſine diſpenſacione. vt infra de capel. mo. c. i. Sed ī hoc dici poteſt ꝙ olim non poterant preficii niſi ex neceſſitate. vt in predicto capittulo priſcis. hodie vero poſſunt eciam vtilitatis cauſa vt in preallegato canone cum pro vtilitate et hoc locum habet in eccleſijs in quibus plures monachi eſſe poſſunt. Secus ſi eccleſia talis ſit in qua monachū oporteat ſolum eſſe vt .ī.e.c. ij. in pñ. ⁊ .ī.e.c. ꝙ dei timorē puto autē ꝙ epiſcopi monachos poſſunt preficere ſecularibus eccleſijs cum abbatum conſenſu. vt lx iij. di. c. i. Et hoc verum eſt in ecc̄ijs que non ſpectant ad monachos pleno iure ut .ſ. de ſup. neg. prela. Sicut ſupra de prebēd. De monachis. ⁊ in fra de priuil. Cum ⁊ plātare. §. in eccleſijs. xvi. queſtione i. Sane. ⁊ .c. ſtatuendū. ¶ In hijs autem que ad eos pertinent pleno iure ſufficit abbatis conſenſus. ut xvi. q. iij. viſis. ⁊ ſi ſic fuerint inſtituti poſſunt pdicare baptiſare miſſam ad populū celebrare ⁊ cetera officia ſacerdotalia miniſtrare. ut xvi. q. i. §. ecce. In hoc capittulo cū oibus ſequentibus ca. vſqz ad .§. hijs oibꝫ aliter nõ habent huiꝰ officia vt xvi. q. i. per totum vſqz ad predcm̄ .§. ecce in hoc in capittulo

Et ē ſciendum ꝙ cū mōchi ad ꝑla
turas trāſeūt ſecularēs abſoluūtur
a ꝗbuſdā obſuācijs vt a ieiunio ſi
lēcio ⁊ vigilijs. Et ē racio qꝛ vt di
cit canon nemo ꝑt eccaſtiās obſe
quijs deſuire ⁊ i mōſtica r̄gula or
dīate ꝑſiſtē vt diſtrictionē mōſte
rij teneat q̄ cottidie i mōſterio ec-
cleſiaſtico cogit̄ ꝑmanē vt xvij. q.
i. nemo. In alijs āt nō abſoluūtur
vt bitu ſuādo ꝯtinēcia ⁊ de ꝓꝓo n̄
hn̄do ¶ Sꝫ nūq̄ d abſoluit̄ ab obe
diēcia abbatis. In h̄ diſtingue.
Quia aut trāſfert̄ ad eccāꝫ ep̄alē.
Aut ad aliā minorē. Si ad ep̄alē
oīo abſoluit̄ a iuriſdictionē ⁊ obe
dia abbatis. vt xviij. q. i. c. i. Si
ad aliā minorē Subdiſtigue Aut
illa eccā ē ſbiecta abbati ſuo. ā nō
eſt ſbiecta abbati ſuo q̄ ad tp̄alia
tūc eximitur ab obediā illiꝰ q̄ ad
ſpūalia. vt. xvi. q. ij. ſane ꝗ. de ca-
mo. c. i. Si vero eccā ſit ſbiecta ab
bati ſuo in ſpūalibꝫ ⁊ tp̄alibꝫ tūc
trāſlatꝰ remanet ſbiectꝰ abbati i
oībꝫ ⁊ ſuabit oīa ſicuti ꝑꝰs preter
tria. Ieiuniū. Silēciū. ⁊ vigilias
q̄ i eccā ſeculari ſuari nō poſſent vt
ſupiꝰ dictū ē. Si āt eccā in nullo
ſit abbati ſubiecta tūc mōchꝰ trāſ
latꝰ i nullo tenet̄ abbati vt xvi. q.
i. In ꝑochia. nec eccām ſuā reget
ſm̄ officiū mōchale qꝛ ad quācūqꝫ
eccāꝫ veneris illiꝰ ꝯſuetudīnē ſua
bis. ut xij. di. illa. xli. di. quiſquis.
Sꝫ nūquid ab eſu carniū eximit̄
a regula mōchali videt̄ ꝙ non qꝛ
canō cām īfirmitatis tm̄ excipit in
mōcho. de ꝯ. di. v. Carneꝫ. Satis
tn̄ dici poſſit ꝙ ſic ne alijs cū ꝗbus
viuit ex h̄ ſcādalū īducat̄. vt xli.
di. q̄ſquis. ſꝫ vbi alijs nō ē ad ſcā-
dalū vel vbi mōchꝰ cū mōchū bꝫ
cū q̄ viuit. ut ꝗ. e. c. ꝙ dei timoreꝫ ſ
uabit regulā q̄ ad eſū. Mōchi et
canonici regulares ꝯueniūt int̄ ſe
in hijs q̄ ſūt ſbſtācialia religionis
vt i abdicacōe ꝓprietatis obediā et
cōtinēcia. vt ꝗ. e. c. Cū ad mōſteriū
in ſi. xij. q. i. nō dicatis. ꝗ. e. Sup
q̄dā. Et ſm̄ h̄ dicit nicolaꝰ ꝑꝑ. Nō
eīn putamꝰ ꝙ abſit religioſos ca
nonicos a ſcōꝝ mōchoꝝ ꝯſorcīo ſe
iūctos. ut xx. q. iij. ꝑn̄s i ſi. ⁊ ꝗ. e. c.
ꝙ dei timorē. Itē ſic iſti ſic nec illi
clauſtꝝ exire dn̄t. ut ꝗ. ne cle. ꝟ mo.
nō magno ope. et. c. ſup ſpecula.
Itē vt ꝯit̄ dormiāt ⁊ veſcant̄ vt ꝗ
de vita. ⁊ ho. cle. Qm̄. xxxij. di. pre
ter h̄. de ꝯ. di. v. in oībꝫ. xij. q. ij. ne
ceſſario. Itē ⁊ in alio. vt ꝗ. e. i ſin-
gul̄. Differūt aūt in ꝗbuſdā qꝛ qd̄
ſtatutū eſt de monachis vt ſingu
li ꝑ villas ⁊ opida non ponātur.
vt ꝗ. c. ij. de canonicis regularibus
ſpecialiter non cauetur. Iteꝫ quo
ad habitum ⁊ quo ad eum regu
le inſuiūt laxiori vt ꝗ. e. c. ꝙ dei ti-
rem. ¶ Ad obſeruanciam regula
rem neccāriū eſt vt in ſingul̄ reg
nis ſiue prouincijs ſiat de triēnio
in trienniū ꝯmune captl̄m Abba
tum atqꝫ priorum abbates ꝓꝓos
non habentiū qui non ꝯſueuerunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

captl'm tale excẽ i q̃ diligẽs habea
tur tractat⁹ de reformacõe ordis ⁊
obſeruãcia regulari ⁊ hij q̃ captl'o
preſũt corrigãt ⁊ reforment q̃ cor
rectionis ⁊ reformacõis officio no
uerĩt indigẽ. vt ꝫ. e. c. i ſingul'. Itẽ
vt in correctionibꝫ ⁊ reformacõibꝫ
et diſciplinis regularibꝫ nõ appel
l'. vt. ꝫ. de app. Ad nrãm. ⁊. c. rep
henſibil' ꝫ. ne cle. vel mo. Relatũ. ꝫ
de ap. Cũ ſpãli. qd itelligo cũ mo
d⁹ correctionis q̃litatẽ pcti nõ exce
dat. vt xxiij. q. iij. q̃ peccãt in fine.
Nã nimie aſperitatis icrepacõ nec
correctionẽ r̃cipit nec ſalutẽ. vt xlv
di. Cũ beat⁹. Itẽ vt mittãtur viſi
tatores p puĩcias q̃ de ſtatu mõſ
terio⁊ ⁊ obſeruãcijs regularibꝫ di
ligent' inq̃rãt ⁊ tã in ſpũalibꝫ q̃ in
tpalibꝫ corrigãt ⁊ reformẽt q̃ vide
rint corrigẽda mõchos corrigi faciã
ant p abbates nichilominꝰ ⁊ ipi
corrigẽt q̃s ↄtumaces inuenĩũt ⁊
rebelles q̃ ſi abbates in hoc fuerĩt
negligẽtes pclamãtur ⁊ punian
tur in. c. gñali. Si vero viſitatoẽs
aliquem abbatem dignũ iuenerĩt
amocõne denũcĩet epõ loci q̃ ſi eps
implẽ neglexerit viſitatores vel pſidẽ
tes. c. gñali h' referant ap. ſe. Si
vero abbas ãmoued⁹ fuit exẽpt⁹
pt ſuſpẽdi ab admĩſtracõne p viſi
tatoẽs vel pſidẽtes in. c. gñali ãmo
cõne illi⁹ ſummo põtifici reſuata
vt ꝫ. e. c. Ea que. ⁊ hoc locum ha=
bet in monaſterijs monialiu3 quo
ad articulos corrigendi reforman

di. ſuſpendendi ⁊ ãmouendi. vt ꝫ.
e. decreta. Ea que in fine. ¶ In ſu
ma notandum eſt q̃ ſi priores ali
qui per electionem canonicam fue
rint cõſtituti ſine cauſa ⁊ ſine iuris
ordine remoueri non poſſunt vt in
fra e. c. ij. ꝫ. priores ⁊ accedunt ad
hoc lvi. di. Datis peruerſum. xvi.
queſtione vlt. inuentum. xv. q. v.
c. ij. ꝫ. de diuor. c. i. Alij autẽ prio=
res qui non ſic eliguntur. Sed eos
abbates inſtituunt ⁊ ſicut volunt
de facili remouentur. vt infra de ſi
mo. p tuas i ſi. i primis confirma
ri poſſint prioratus. vt ſupra de p̃
ben. niſi poſterioribus non. ut ꝫ. e.
c. Cum ad monaſterium ꝫ. in refec
torio in ſi. ſupra de confir. vti. vel
inuti. ad noſtram. ⁊. c. porrectum.
Item notandum q̃ de oblacõib⁹
cotidianis ⁊ de hijs que conferun
tur in vita conferenciu3 eccleſia ca
thedralis non habebit aliquã por
cionem. vt ꝫ. e. c. i. ⁊ xvi. q. i. Cum
pro vtilitate. Ceterum ſi mortis l'
ſepulture cauſa aliquid monaſte
rio conferatur maior eccleſia ha=
bebit porcionem canonicam. vt. ꝫ.
de ſepul. de hijs. ⁊. c. relatum. ⁊. ꝫ.
de teſta. requiſiſti. Item nec cathe
draticum ſoluunt monachi. vt. x.
q. iii. inter cetera. niſi de hoc a fun=
dacione eccleſie cõueniſſet. vt xviii
q. ij. cuſeu' hereus. ⁊ quo ad h' mõſ
teria dicantur non ſubeſſe. l. dy=
oceſana. ⁊ xviij. q. ij. Quã ſit. ꝫ. de
offi. ordi. dilectus. Capelle tamen

mōſterioꝝ ſubſūt·ſ̄·de offi·or·Cō
q̄rēte·ſ̄· de p̄bē·de mōchis· nec ob
ſtat canō ille·x·q·iij·Inter cetera·
vbi dicit mōſteriorū baſilicas ab
hac ſolucōis expſſione ſe iūctis· il
lud enī ſic exponit baſilicas mōſte
riorū·i·baſilice q̄ ſūt mōſteria ⁊ h̄
vera ſūt n̄ mōſteria cū capell̄ libe
ra donētur tūc enī ea·l·q̄ mōſteia ⁊
capelle cenſent·vt ſ̄·de puil·Q̄m ⁊
e·Cū capella·⁊ ar·xvi·q·ij·viſis ⁊
de hac materia no·ſ̄· de of·ord·§·
que autem·

¶ De religioſis domib9·

TRactatū ē·ſ̄·de ↄuſione ⁊
ſtatu religioſoꝝ h̄ ſubiciā
tur tractat9 de domibꝰ eo
rūdē·Et iō ponit h̄ rubca de religi
oſis domib9 vt epis ſint ſubiecte
vidēdū ē igit̄ q̄ dicātur religioſe
do9·c9 aucte ſint ↄſtruēde·cui ſbie
cte ſūt ⁊ i q̄bꝰ An ad ſclāes vſus
ↄūti valeāt q̄ rligioſo ſitaſſumda
poſtq̄ do9 ſūit ↄſtituta¶ Religio
ſe dom9 dicunt mōſteria·tēpla·
hoſpitalia·et alia loca ſimilia ad
pios ⁊ religioſos vſus deputata q̄
cūq̄ʒ noīe ceſeant·vt ſ̄·e·c·de ſy=
nodochijs ⁊·C·d̄ epiſ·⁊ cle·orpha
notrophijs ⁊·l·oīa oratoia ec̄ q̄ ali
q̄ ex deuocōe i ꝓprijs domibꝰ auc̄
te epi ↄſtituerit loca religioſa ſūt
vt xlij·di·oratoriū·xviij·q·ij·q̄d̄·
de ↄ·di·i·vnicuiq̄ʒ·⁊·c·clericos·⁊
c·ſi q̄s·oratoriū aūt id ē ↄſecrā ſeu
capellā·ut ſ̄·de ec·edi·c·vlt· Cō
ſtruēde ſūt domus religioſe aucte
ep̄ali·ut xvi·q·i·q̄cūq̄ʒ·cū ſolēpni
tate illa q̄ h̄etur de ↄ·di·i·nemo in
autn̄ d̄ mōchis §·iij·coll̄·i·⁊ i aut
de ec·ti·§·ſi q̄s āt voluerit coll̄·ix·
¶ Subſunt āt tā ecc̄e q̄ꝫ dom9 reli
gioſe illi epō i cui9 dyoc̄ cōſurgūt
ut xvi·q·vij·oēs baſilice· et xviij·
q·ij·mōſteia·⁊ ſ̄·e·c·d̄ ſynodochi
is n̄ puilegio ſint minute·ut ſ̄·e·c·
cōſtitut9 vel p̄ſcripcōe·ut·ſ̄·d̄ pre
ſcp̄·Auditis· Subſunt aūt in q̄ꝫ
duabꝰ legibꝰ·l·dyoc̄·⁊ iuriſdictō
nis·ut dixi·ſ̄· de offi·or·§· q̄ aūt h̄
utrāq̄ʒ·l·dyoc̄· ⁊ iuriſdiction̄ ep̄s
remittere poteſt·ut ſ̄·e·c· conſtitu
tus· ⁊ ſ̄·de cenſi·Cum venerabilis
in fi· ⁊ xvi q·ij· uiſis· licet videa=
tur q̄ꝫ iuriſdictionem remittē non
poſſit quia ſicut ſubiectus ſe ipſuʒ
eximere a iuriſdictione prelati nō
poteſt·ut·ſ̄·de foro· ↄpe· Si dili=
genti·xi·q·iij·ſi clericum cuiuſlibʒ
et·c·clericum nullus· ſic nec prela=
tus p̄t a ſe excutere iuriſdictioneʒ
ordiariā quā hʒ i ſbiectis ar·ff·de
offi·p̄·l·legat9·veri9 ē tn̄ q̄ꝫ prius
dixi· Nullā ep̄s p̄t dare decīas extra
eccāʒ baptiſalē· ut xvi·q·i·ſtatui
m9·p̄t uni eccleſie detrahere et da
re alteri·ut ſ̄·de excel·pre·ſic vnīe
xij·q·ij·bone dūmodo cum conſen
ſu ſui captli·ut·ſ̄·d̄ dona·paſto=
ralis· ¶ Dom9 religioſe ad uſus
ſeculares reducī non poſſunt·ut ſ̄·
e·c·int̄ quatuor ⁊ eſt hoc generale
in oībꝰ conſecratis·vel deo dicatis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt xix. q. ij. q̄ ſemel. ſ̄. de re. p̄mu-
mācipia de ꝯ. di. i. lig̃. ⁊. c. vaſa ⁊. ff
de relig̃. ⁊ ſup. fu. l. ſi q̄s ſepultura
vñ ſi mōſteriū aliq̇d fuerit defor=
matū p̄ mōchos eiuſd̄ ordis ſi pōt
fieri reformet̃. Alioq̄n p̄ mōchos
alteri9 ordis. vt ꝗ̄. ne. cle. vel mo.
relati. non āt p̄ clericos ſeculares
vt ꝗ̄. e. c. int̃ q̄tuor ⁊ accedit ad h̄.
xviii. q. ij. puerī. ꝯdū ⁊. ſ̄. c. px.
c. vlt. §. vlt. poſt q̄ āt dom9 aliq̄ fu
erit ꝯſtructa aſſumenda ē religio
vna de approbatis. vt ꝗ̄. e. c. ne ni
mia. noua enī ſine lr̄ia dn̄i p̄pe aſ
ſumi nō poſſꝫ ſic nec nouū inſtitui
collegiū ſine p̄ncipe vt. ff. de coll. l.
iij. ¶ In ſūma nōn9 ē ꝙ ſi abbas
vel p̄or alicui9 mōſterij p̄ter aſſen
ſu fratꝝ obediaꝫ p̄mittat epō loci
Qui mōſteriū ſit exēptū vel legitt̄ia
p̄ſcp̄cīōe munitū n̄ p̄iudicat eiſd̄
vt ꝗ̄. e. c. Cū dilcīs fili9. ¶ Itē q̄d
ſi mōſteriuꝫ aliq̇d alteri mōſterio
vniat̃ epō ignorāte nūquid vnio
valet. videt̃ ꝙ ſic. maxīe ſi vniat̃
mōſteio r̄gl'e ac̄oris. Nā licitū ē cui
libꝫ ad arcīorē tr̄ſire religiōeꝫ peti
ta lr̄ia ⁊ ſi non obtenta. vt. ſ̄. d̄ re
gu. l. ⁊. c. ſane. Itē p̄ vniōnē hui9
non eximit̃ mōſteriū a iuriſdictiōe
dyoc̄ epi. vt ꝗ̄. e. c. q2 mōſteriū vn̄
epīs ratū debebit h̄re q̇d alteri pro
deſt ⁊ ſibi nocituꝝ nō ē. vt. ff. de aq̄
plu. ar. l. i ſūma. §. Itē varijs. h̄ꝫ ꝯ
h̄ ſic allegat̃ ad ipſū ſpectat vnire
eccīās ꝗ̄. de excel. p̄. ſic vnire. p̄ude
cie enī ipſi9 ꝯmittitur q̄lit̃ ecc̄e ſue

dyoc̄ ꝯſiſtē debeāt. vt lxx. di. ſcō2
Iteꝫ p̄ vniōnē p̄iudiciū ſit epō q2
mōſteriū q̇d vnit̃ gaudebit de p̄ui
legijs ⁊ imūitatib9 illi9 cui vnitur
q̇d ei alteri aggregat̃ ei9 dꝫ imita
ri naturā. vt ꝗ̄. de ſtatu. re. recolen
tes. C. de rei vxo. ac. l. vna. C. ꝯia de
le. l. i. puto ſine ꝯſēſu epi h̄ fieri nō
debere ⁊ itelligo ꝙ ī decre. ſ̄. d̄ hijs
q̄ vi. me. ve cā ſi. Cū dilc̄ā. hit9 fuit
ꝯſēſus epi. Trib9 āt modis vnū
mōſteriū vel vna ecc̄ā vnitur alte
ri vno ſic vt cum vna alteri ſubici
tur. Et tunc ſubiecta vniet ſ̄m ob
ſeruancias eius cui ſubicit̃ ⁊ p̄uile
gijs eius vtetur vt in preallegata
decre. recollentes circa finem ⁊ ideo
neccāri9 eſt epi ꝯſenſus vt predixi
et ſ̄m hoc dicit̃ vna ecc̄ā dependere
ab altera. vt. ſ̄. de eta. ⁊ qua. i or. p̄
ſi. Eam te. Secūdo mō ſic vt cum
due ecc̄e vniūtur ita vt neutra ſub
iciatur alteri. nec eſt ſcire q̄ ſit illa
que vnit̃ que ſit illa cui vniat̃ alte
ra. ſed ambe ecc̄e ſic ꝯueniūt vt ca
nonici vnius vel monachi ſint ca
nonici vel mōchi alteri9 ⁊ ſint oia
cōia et tunc erunt quaſi vna ecc̄ā
et quaſi vnum collegium ⁊ viuent
ſ̄m meliores obſeruācias ⁊ ꝯſuetu
dines que habten9 in vtraqꝫ vige
bant ⁊ reſpondebāt epis diuſarū
dyoc̄. vel eiuſd̄ ſicut p̄ri9 vt illi q̄
viuūt in illo loco reſpondeant ſuo
dyoceſano in hijs in quibus de=
bent. et iſti qui viuūt in iſto reſ=
pondeant ſuo ſi diuerſos habeant

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dẏocesanos vt vnio nō nocet dio
cesanis. vt ꝭ. e. c. qꝛ mōsteriū. Ter
cio mō fit vnio duarum eccāꝝ vt
due remaneāt ⁊ poſſeſſiones diui
ſe ſint ſicut prius ⁊ collegia duo ſꝫ
in hoc tātū mō vt vnū hēat platū
q̄ preſit vtriqꝫ. ſic ⁊ ipator duas
dignitates ꝯiūgit in vnū vt i aut.
vt iudices ſine quoq̄ ſuffra. ꝭ. illō.
coll. ii. de iure aūt epi erit qd̄ dixi i
mō ſcdō ¶ Quatuor āt ſunt cauſe
ꝑpt quas vnio eccāꝝ fieri pt̄ ꝑpt
tpis q̄litatē ſeu turbacōeꝫ. vt xxi.
q. i. ⁊ tpis q̄litas. Item duaꝝ eccā
rū vicinitas vt ibidē. Item eccleſie
paupertas. vt x. q. iij. vnio ecca fine.
Itē a clericis vel mōchis deſolacō
vel deſtitucio. vt ꝭ. e. qꝛ mōsteriū.

¶ De capellis mōchoꝝ.

In ſuperioribꝫ rubricis trac-
tatū ē de mōchis et alijs
religioſis. hic tractat de eoꝝ
locis ⁊ capellis. ⁊ iō ſubiicit h̄ rub
ca de locis vel capellis mōchoꝝ ſeu
alioꝝ religioſoꝝ ¶ Eſt igit̄ vidē
dū q̄d iuris hēant mōchi ⁊ alij re-
ligioſi in ſuis capellis. Et in hoc diſ
tinguēdū ē. qꝛ aut mōchi ius ha
bēt in capella ex fundacōe aut ex
dōacōe laicā ſi mōchi capellā i ꝓpo
ſolo expēſis ꝓprijs fūdauerīt hn̄t
in ea oīa tpalia ⁊ eps oīa ſpūalia
et hoc ē qꝫ alibi dr̄ ſacerdotes de pphiq̄
dā curā eōis reddāt rōeꝫ. abbati
vero ꝓ rebꝫ tpalibꝫ ad mōſteriū
ptinētibꝫ debitā ſubiectionē exhi-
beāt. ⁊ ſic ſua cuiqꝫ iura ſeruētur.
vt xvi. q. ij. Sane. ⁊ c. ſtatuendū
ꝭ. de pūl. Cū ⁊ plātare. ꝭ. i eccijs.
ꝭ. e. c. i. ꝭ. de prebē. in lateraū. ⁊ c.
de mōchis. hn̄t ⁊ nichilominꝰ ius
pn̄tandi. vt. ꝭ. ꝺ ſupplen. neg. pla.
ſicut. ⁊ p h̄ nōie potes qꝫ cū colle-
giū regulariū ⁊ idē in ſecularibus
puto fundat aliq̄ eccāꝫ pinguius
ius hꝫ ex fundacōe q̄ laycꝰ q̄ et ſi
ius hēat pn̄tandi. vt ꝭ. c. ꝑx. i poſ
ſeſſionibꝫ tn̄ eccē q̄s ecciā ipſe con-
fert nullā retinet ptātē. vt x. q. i.
nouerīt pn̄t tn̄ layco prōno ſtatui
aliq̄ ꝑuentꝰ in eccā pāpiēdi vt ꝭ.
c. ꝑx ¶ Preterea ⁊ ſic itelligo xxiii.
q. viij. tributū qd̄ intelligo añ cō
ſecracōnem eccē ar. ꝭ. de dō. q̄ ſub
mō. l. pfcā. ⁊ xvi. q. vlt. filijs. pn̄t
aūt añ ꝯſecracōeꝫ vel pꝰ poſſeſſiones
aliq̄ bn̄ficij vice ꝯcedi ⁊ maxie pa
trono. vt xvi. q. vi. illō. ⁊ xvi. q. i.
poſſeſſiones. Si vero ex donacione
epi mōchi ius hēant i capella tunc
ſi cto mō dōnit eis eps ius illud
hēbūt qd̄ expſſum ē ar. ff. de pac.
l. in tradicōibꝫ. Si vō eps ꝯtulit
pleno iure tūc mōchi hēbunt tpa
lia ⁊ ſpūalia ⁊ inſtitucōes. vt xvi
q. ij. viſis. qꝫ ſi eps ſimpliciter do
net. tunc illā porcōeꝫ ꝯtuliſſe vide
tur q̄ eps temporaliter in eadē per
cipere ꝯſueuit forte aliquid tēpo-
re dicacōis impoſitum. Sed ſi
epiſcopꝰ nichil tale percipiebat i
ipſa tunc donaſſe videtur oēid qd̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpūali iure pāpiebat in ea vt t'ā ā
vel q̄rtā de oblacōibꝫ viuoꝝ ⁊ moꝛ
tuoꝝ pter cathedraticū vt āt h̄ dō
ciō fit ltīma ꝯſēſus ē captli requirē
dꝰ. vt .ī. de dō. paſtoꝛal. vbi vero
ex dōcione layci ius ſibi vendicant
religioſi in ecclā tūc tātūmō ius op
tinēt pronatꝰ. vt .ī. e. c. Cū ſeculꝫ
⁊ ſi q̄d aliud pāpiebat laicꝰ tpa
lit in eadē. vt ſupius dcm̄ ē. nō em̄
potuit laycꝰ plus iuris in ecclā con
ferre layco q̄ ſibi ꝯpetēt. ut .ī. de do
te pꝰ diuoꝛ. reſ. ip. i. q. i. c. i. ⁊. q vij
ꝯ aibertū. ff. de re. iuris. l. nemo plꝰ
⁊. ff. de ꝯtrah. ēp. ⁊ ven. l. alienacō
q̄uis caſualit ⁊ ſpālit h̄ gn̄ale fal
lit. ut. ſ. de elec. ſuffraganei. s. ff. d
vſufruc. l. q nostꝛa. ff de acq̄re. do. i
l. nō ē nouū. ⁊. ff. de acquirē. poſſ.
terdū. Sꝫ q̄d ſi ecclā male a layco
detēta ex donacōe ipſiꝰ in vſus tūſi
erit mōchoꝝ epō loci p̄bēte ꝯſēſum
cōſtabit h̄ dōciō ppetua firmitate
ſubnixa. ut xvi. q. i. c. vlt. ut ſi lay
cus erat pronꝰ ius pronatus trāſe
at in eoſdē ⁊ nichilominꝰ qd tpa
lit eps obtinebat. ſi vero laycꝰ pro
nꝰ nō erat ſaltim ius epi trāſit. ſ. d
dona. paſtoꝛal. .ī. de iure pa. illud.
Et h̄ oīa locū h̄nt in mōſterijs q̄ n̄
ſūt exēpta cū ſuis capell' alioq̄n dy
ocesanus nichil iuris h̄t in capellis
ſic nec in mōſterijs ex quibꝫ capel
le depēdēt ut nōui. ſ. de ſta. mo. i ſi.
C In ſūma nōnō ē q ſi agatur de
ſubiectiōe capelle nō ē agendū ꝯ ip
ſā. ſed ꝯ ſupioꝛē q̄ ē i poſſſione t' qi
ſubiectionis ipſius. ut. ſ. c. px. cū
venerabilis. ſ. de elec. q̄relam xvi.
q. iij. inter memoratos. ſ. de reſcp.
Ex pte. ff. de liberis exhi. l. vltima
ff. de ſeruitu. l. vlti. ⁊. ff. ſi ſeruitus
ven. l. is cuius. ⁊ nichilominꝰ agi
p̄t contra rectoꝛem capelle. ut. ſ. de
appel. ad audiaꝫ. ſ. ut lite non ꝯt.
Quō. xij. q. ij. quicumqꝫ. ⁊ in p̄dcā
decreta. Ex parte.

C De iure patronatus.

HOſtiēſ. ſ. de iure patronatus
in ſpē ſcꝫ qd ꝯpetit mōchis
⁊ alijs religioſis. Nūc ꝯiter ⁊ gn̄a
liter de iurē patronatus agamꝰ vn̄
ſubiātur hic rubꝛica de iure pa.
C Videamꝰ igitur quid ſit ius pa
tronatus. ex quibus ꝑueniat. que
cōpetunt prono. an ſine p̄ntacione
valeat inſtitucio. Qualit ius pro
natus in alium trāſferat. Itē quid
ſi plures ſint patroni ⁊ diſcoꝛdāt
in p̄ntāndo. Item infra quod tem
pꝰ pronꝰ debeat p̄ntare C Jus p
tronatus eſt auctoꝛitas ſeu poteſ
tas proueniens ex beneficijs ante
conſecracōeꝫ ecclē collatis. Patro
natus autem ius prouenit ex fūno
dacōe dotacōe ſoli collacōne xvi. q.
vij. Filijs. ⁊. c. quicumqꝫ. xviij. q.
ij. abbatem ⁊ h̄ vno v'ſiculo ꝯtinē
tur. Pronum faciūt Dos Edificaꝰ
Fundꝰ. C Cōpetit prono aliq̄d ho
noris. aliq̄d oneris. aliq̄d vtilita
tis aliq̄d honoris vt ſi ecclā n̄ fuerit

collegiata pn̄tet. vt ꝯ. fere ꝑ totū
ſi fuerit collegiata tūc non electiōi
faciende ſꝫ iā facte honeſtius prōi
poſtulat⁹ aſſenſus n̄ ex ſpāli ꝯceſſi
one obtineat vt ptꝫ s ſuas in ſpo
nē dēat electiōi tractāre. vt ꝯ. e. c.
nob. Item hꝫ aliq̄d honoris qꝛ ꝑ
m⁹ in ꝓceſſione incedit. vt xvi. q.
vij. pie mētis ⁊. c. ſigenā⁹. hꝫ ali
q̄d oneris qꝛ tenet̄ defendē eccāꝫ
ab oībꝫ oppreſſionib⁹. vt xvi. q.
vij. Filijs. hꝫ aliq̄d vtilitatis vt
qꝛ ſi v̄gat ad inopiā alend⁹ ē de
bonis eccē. vt xvi. q. vij. Filijs. et
c. q̄cūqꝫ. ⁊ notant̄ duobꝫ verſib⁹.
Prōno debet̄ honor on⁹ vtilitaſqꝫ
Preſētet pſit defendat alat̄ egen⁹
Poteſt eciā prōn⁹ pret̄ egeſtatem
aliq̄s redditus hrē moderatos ab
eccā cui⁹ prōn⁹ exiſtit vt ſ. nōui ꝯ
ti. ꝓx. ēca pn. Sine pn̄tacōe inſti
tuti non dn̄t in ea eccā q̄ prōnū hꝫ ⁊
ſi ſpretis prōnis ſ. factū fuerit ſm
rigorē iuris ē inſtitucio irritanda
vt ꝯ. e. c. illud in fi. vel irrita nūci
anda ⁊ ad inſtituētis verecūdiam
inſtitut⁹ admouend⁹ ē ⁊ ali⁹ quē
prōn⁹ ꝯdignū elegerit ordinādus
vt xvi. q. vij. decreuim⁹. Pꝫ ſi lai
c⁹ repn̄tet vnū ⁊ poſtea variat ali
um pn̄tando videt̄ a pmo diſcedē
poſteriorē pn̄tando vt. ff. de ꝓcura.
l. ſi cū. §. vlt. ⁊. ſ. de ꝓcu. nō iuſte
et tūc videt̄ arbitrio epi rlinq̄ndū
q̄s eorꝫ alteri pferat̄. vt ꝯ. e. c. Cūꝫ
āt aduocat⁹ vt in caſu iſto ſit loc⁹
gratificacōi ſic als. ff. de reli. ⁊ ſūmp.

l. vlt. ff. de noua. l. ſtichū. §. ſi decē
ff. de peculio. l. ſūma. ff. depoſi. l. ei
apud quem. §. i. ff. loca ⁊ conduc
l. iuliane ſauſeli in fi. licet ſit ar. cō
tra ꝙ non ſit locus gratificacōni.
ff. que in fraudem cre. l. pupillus
Admittitur hec variacio patro-
ni layci duplici racōne. Vna qꝛ in
caſu iſto locus eſt pnīe ſicut ⁊ alr
ij. q. iij. ſi quis iratus. ⁊. c. ſi queꝫ
penituerit. ⁊. q vi. §. ſi vero. ⁊. l. ſi
quis libellos. Alia racōne quia ꝑ
ſentato ex preſentacōne non ac-
quiritur ius in re. vnde alio pre-
ſentato ⁊ inſtituto pocior eſt con
dicio poſſeſſoris qm̄ anteq̄ꝫ preſē
tacio per dyoc̄ epm approbetur ra
tum non eſt qd̄ a patrono fuerit i
choatum. vt ꝯ. e. c. ꝙ autem ꝯſul.
et ꝓpterea ſicut dixi ſuperior vari
antem admittit. qꝛ non nūq̄ꝫ pre
tor variantem admittit ⁊ conſili
um mutantis non aſpernatur. vt
ff. de coll. l. non nūq̄ꝫ q̄uis aliter i
cōſtancia arguatur. vt. ff. de ꝓcu.
l. in cauſe. Variacio autem nō ad
mittitur in pſona eccāſtica variā
te vt in predcā decre. Cum autem
aduocatus in fi. Et eſt racio quia
queꝺ res ꝓhibentur in clericis q̄
in laycis tollerantur ⁊ in eodem
genere delicti plus dicitur peccare
clericus q̄ꝫ laycus vt xxv. di. nulli
fas. i. q. iij. ſaluator. xi. q. iij. preci-
pue. xxxij. q. v. qui viderit. xx. di.
nulli. ꝯ. de here. Excommunicamus
§. preterea. ff. de re mi. l. oē delictū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſaugeť ⁊ qͦ dixi pn̄tatū a laico n̄
bn̄ ius in re eo ꝙ ratum non eſt a
pr̄ono qͦ fuerit inchoatū ꝑuſꝗ a
ꝑlato fuit approbatū· recipit ꝯ· ſ·
de re· iud· Cū bertold⁹· vbi pͦ pn̄
tat⁹ ⁊ nō admiſſus agit ꝯ 2m pn̄ta
tū ⁊ īſtitutū vt amoueať in q̊ ſic
dicendo ſi q̊s pn̄teť ab eo q̄ ius hꝫ
pn̄tandi ⁊ cui ſit ydone⁹ nō admit
tiť a ꝑlato ⁊ pr̄on⁹ non variet ius
hꝫ in re ⁊ agē pt ꝯ inſtitutū a neie
vel a falſo pr̄ono pn̄tatū ⁊ ſic loq̊=
tur cū bertolous ſic loq̊tur xvi· q·
vij· de ċrim⁹ vbi āt ver⁹ pr̄on⁹ ali
quē repn̄tat ⁊ variat aliū repn̄tā=
do loco hꝫ· Cū āt aduocatus ⁊ qͦ
aūt ꝯſulis vt ꝑmo pn̄tat⁹ ius non
hēat in eccā ad quā pͦ fuerit pn̄ta
t⁹ vt poſſit agē aduſus ſcdo pn̄ta
tū ⁊ inſtitutū· Sꝫ poterit agē con
tra ꝑlatū q̊ eū pn̄tatū ⁊ ydoneū ma
licioſe nō admiſit forte differendo
inſtituē ⁊ difficultates aliq̊s inge
rēdo vt variaret pr̄on⁹ ⁊ alterꝫ pn̄
taret ⁊ aget ut ꝓuideat ei in bn̄fiͦ
cōpetēti· vt ꝫ· e· c· paſtoral· ⁊ qꝛ ꝑ
latus nō admittens preſētatū ydo
neum ſic puniť· Dixerūt q̊dā non
eē locū gr̄ficacōi ⁊ correctā eē illā
decre· Cū āt aduocat⁹ ꝑ illā paſto
ralis· Dꝫ dicen⁹ ē ꝙ ꝑmo dixi vt gr̄ti
ficacōi ſit loc⁹ ⁊ cui gr̄ficādo ꝑlat⁹
eccāꝫ obtulerit ei⁹ erit ⁊ ali⁹ nullū
ius i eccā hēbit q̊uis ꝑmo ꝑſētato
et ydoneo ſbueniať vt ſupi⁹ dictū
ē· Admittēda ē igiť ꝑſētacō pr̄oni
vel ei⁹ q̊ ē i q̊ſi poſſioē iuris pr̄ona

tus· ut ꝫ· e· ꝯſultacōibꝫ ꝫ· ſex mēſes
a tpe vacacōis· ut ꝫ· e· c· Cā te vel ꝫ·
quatuor a tempore mote litis· vt
ꝫ· e· qm̄ in quibuſdaꝫ ꝫ· e· c· cū ꝓpť
diſcordiam· Quidam autem di=
cunt correctam eſſe illam decre· Cā
te per poſteriorem· Cum ꝓpter diſ
cordiam ⁊ tempus ſemeſtre reduc
tum eſt ad tempus quadrimeſtre
¶ Transfertur in aliūꝫ ius pr̄ona
tus grātuito titulo· vt ꝫ· e· c· ex inſi=
nuacōne· ⁊· c· illud· ⁊· c· cura paſto
ralis non gratuito autē titulo nō
tranſit cum ſit ſpūale vel ſpūali ā=
nexum· ut ꝫ· e· c· de iure· Quia cle=
rici· ⁊· c· preterea· Cum vniuerſita
te autem tranſit ius patronatus
eciam non gratuito titulo· vt ꝫ· e·
c· cum ſcďm vt fundus dotalis qui
per ſe generaliter non tranſit· ſed
cum vniuerſitate transfertur· vt
ff· de fundo dota· l· i· quedam enim
ſunt que per ſe ſola non tranſe=
unt ſed cum alijs transferuntur ut
ff· de acquir· reꝝ do· l· quod· ff· de ꝯ
hen· emp· ⁊ ven· l· in modicū· Vn̄⁹
Iura patronatus tranſire facit no
u⁹ heres· Res permutata donacio vē
dicioq꞉· Nam ex ſucceſſione tran=
ſit in heredem· vt ꝫ· c· i· ⁊ ꝑmutať
cum alio ſpūali ut xvi· q· vij· nemi
ni ⁊ venditur cū vniuerſitate ut in
dec cum ſcďm· ¶ Sed nūquid ſine
aucte epī transferť ⁊ videť ꝙ i ſin
gularē perſonam non ſed in colle=
gium ſic ⁊ hoc innuit manifeſte ꝫ·
eod· illud· ubi dicit licet religioſo

loco pro̅natus ius conferēdi liberā
habeat ptātem. Et eſt racō qꝛ ius
canonicū libenter amplectitur vt
id qḋ eſt ſpūale vel ſpūali ānexuʒ
a layco ad eccāʒ reuertatur vt al's
video. xvi. q. i. c. vlt. ꝫ. de hijs que
fi. a pla. ſine ↄ. ca. Cum in aplica
tunc enī ius redit ad ſuā naturaʒ
vt. ff. de pac. l. Diuus. ſ. ide di=
cemus. non obſtat ꝭ. e. c. ex inſinua
cione nā illam intelligo cum cōſen
ſus captli interuenit. Poꝫ obſtat ꝭ.
e. c. nullus que dicit quicq̄ḋ eccāſti
ci iuris ē nō poſſe monaſterijs con
ferri ſine conceſſione epi ſed ibi ex
cipi pt ius pro̅natus vel ſi vel' ſta
bis ei ꝙ dicit illa dec̄ null⁹ ſine ali
qua excepcione ⁊ reſpondebis ad
illaʒ decre. illud qꝛ qḋ dicit licet
religioſe domui ⁊c̄. non determinat
proximā clauſulā precedentē illaʒ
ſcʒ cum quia laycus. Poꝫ aliam. ſ.
tn̄ qꝛ de re non vacāte ⁊c̄. vt ſit ſē
ſus laycus eccā non vacāte ius pa
tronatus qḋ hʒ in ea eciam cum ↄ
ſenſu epi puato cōferri non poteſt
licet religioſo loco ↄferre poſſit ſꝫ
audi non tn̄ ſine ↄſenſu epi. Si
plures ſint pro̅ni ⁊ diſcordāt qui
dā enī repn̄tant vnum quiḋ aliuʒ
ſi ↄſtat eos eſſe pro̅nos ſtabit ep̄s
maiori ⁊ ſaniori pti illoꝝ ſi ptes p̄
ſentati non videantur equales tūc
attendant merita eorū qui pn̄tan
tur. vt. ꝫ. e. c. qm̄ quibuſdaʒ lxiij.
di. ſi forte. Sed ſi pn̄tati pares in
meritis videantur tūc eſt locus ꝙ

tificacōni de qua ſupius dictū eſt.
vt dicet ep̄s pro̅nis iterum pn̄tate
ar. lxxix. di. ſi duo nec puto ꝙ i ca
ſu iſto alter eoꝝ habeat ↄtra epm
aliq̄ꝑ actionē qꝛ epi ſeſe impediūt
in ↄcurſu ſicut duo fructuarij. vt
ff. quibꝰ mo. vſu. amit. l. Si duo
bus. ſ. cum ſingulis. ff. de vſufruc.
l. quociēs ſicut duo heredes ſub cō
dicione inſtituti. vt. ff. de condic.
et inſti. l. ſi ticius heres erit ſʒ ſi pa
troni nolint aliquē pn̄tare tollat
ep̄s reliqas de illa eccā ſi fieri pōt
ſine ſcandalo ⁊ ſuiet vſqʒ ad dieʒ
cō cordie atqʒ eiuſdeʒ ecc̄e claudat
hoſtia vt nullus in ea ſacꝝ miniſ=
terū celebret an̄q̄ꝑ vnum eligant
preſbiteꝝ q̄ ſacroſancta ꝑone⁹ ſit
procurare vt ꝭ. e. c. quecumqʒ Cū
autem inter pn̄tantes ſit contēcio
quis eoꝝ ſit pro̅nus expectet epūs
ad ſex menſes ⁊ ſi vſqʒ tunc non
fuerit diffinitum puideat epūs ec
cleſie de paſtore ſaluo in poſteruʒ
iure eius qui euicerit. vt ꝭ. e. c. ſiue
ro. ⁊ ſi noluerit epūs tanto tpe ex
pectare faciat hoc in fine quatuor
menſium. vt ꝭ. e. c. Qm̄ in quibuſ
dam. Si autem inter epm̄ ⁊ pre=
ſentātes ſit qō forte epō ignorāte
eos fore pro̅nos tunc donec qō ſo
piatur ponat epūs in eccā ꝑconō=
mū p redditibꝫ cōſeruādis qui āt
eos in vtilitateʒ ecc̄e cōuertat. aut
fideliter future pſone reſeruet. vt
ꝫ. de offi. or. Cum nos plerumqʒ.
In ſūma notandum eſt ꝙ ius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prōnat⁹ apd̄ quēlibet hēdem ē in
ſolid̄ q̄ ad oēs effect⁹ pret̄ ſacerdo
tis pn̄tacōꝫ q̄ ē apd̄ oēs ita ꝙ apd̄
nullum· vt ꝰ·e·c·i·ꝛ ij· Et h̄ id̄ qꝛ
cū n ſit res ſimplex perueniens ad
quēlibet hēdū i ſolidū ecīā ſi ex di
uerſis ꝛ ieq̄libꝫ ptibꝫ ſint heredes
vt·ff·de ſuit·l·vna·ff·ad le·falc·
l·i·§·ſi vſufruct⁹·qꝛ ſpūalia nō di
uidunt̄· vt vij·q·i·michil· Vnde
alia incorpalia ut noia ꝛ ſi non ve
niāt diuidēda·ut·ff·fa mil·hirāſ·
l·ij·§·vlt·ꝛ·l·hēdes·§·i·C·e·t·l· Ea
q̄ venīūt tn̄ adiudicāda ꝛ aſſignā
da·ut·ff·famil·hirāſ·l·iij·non ſic i.
iure prōnat⁹ qd̄ nec viri aſſignat̄
nec diuidit̄ int̄ oēs ſꝫ ꝯſiſtit in ſoli
dū apud oēs vt ſupi⁹ dictū ē· Itē
nōnd̄ eſt ꝙ ius prōnat⁹ q̄nq̄ꝫ ſtat
in ſuo noie· q̄nq̄ꝫ diciť aduocacia
vt ꝰ·e·c·qꝛ clericī· q̄nq̄ꝫ vicedn̄a·
tus· q̄nq̄ꝫ cuſtodia· q̄nq̄ꝫ guardia
appellat̄ vt ꝰ·e·c·ptēa· q̄nq̄ꝫ ius fre
q̄ntacōis ſeu poſſionis·ut xvi·q·
vij·pie mēns·ꝛ·c·frigencius· Itē
nō ꝓ prōnat⁹ ius d̄ grā̄ dicitur ꝯp
tinen·ut xvi·q·v·ſi q̄s epoꝝ eccā̄
eiꝰ ſuſtinꝫ prōnos i hac parte ut
ꝰ·e·c·qm̄ in q̄buſd̄·ꝛ h̄ id̄ qꝛ cum
ius prōnat⁹ ſit ſpūale vel ſpūali ā
nexū·ut·ſ̄·de iud̄·q̄nto ꝰ·e·c·de iu
re·ꝛ layci de rigore iuris nō deant
ecclāſtica ꝛ maxie ſpūalia tractare
negocia·ut·ſ̄·de iud̄·decnim⁹·ꝛ cū
ecclēcī ſuis dotibꝫ ad ordinacōnes
epoꝝ ptineant·ut x·q·i·decretū·ꝛ
c·nouerit·ex pmiſſione iuris pce

dit ut h̄ ius cadat in laycū ꝛ act⁹
pn̄tandi qui mere eſt ſpūalis h̄ tn̄
permiſſio ſiue gracia ꝯuerſa eſt in
ius cōmune ꝛ ob hoc diciť ius prō
natus ānexū ſpūali cum tamen ſit
ſpiritualе qꝛ cum laycis nullū ſpi
rituale valeat poſſidere poſſidet tn̄
vel quaſi poſſidet ius patronatus
Item ius funerandi·ut·ff·de mor
tuo inferen·l·i·ꝛ preter ius eligen
di ſi ex pͥuilegio ꝯpetat·ut ꝰ·e·c·no
bis· ¶ Item notādū eſt ꝙ ſi epſ
in aliena dyoceſ eccāꝫ edificauer
rit hec grā̄ ſit ei vt liceat ipſi quē
cūq̄ꝫ clericū pn̄tarē vndecūq̄ꝫ ſit
ut xvi·q·iij·ſi quis epiſcopoꝝ cōn̄
illud·lxxi·di· hortamur quaſi ſuffi
ciat teſtimoniū epiſcopi preſentā
tis ar·ad hoc·vij·q·i·epiſcop⁹ de
loco·ſicut ꝛ monacho ſuffiat teſti
moniū abbatis·ut xvi·q·i·mona
chi vocantes· Et eſt ſciendū ꝙ dif
ferencia eſt vtrū ius patronat⁹ ſpe
ctat ad clericum iure eccē vel prīo
nij racione·nam in primo caſu pt
legatus ro· eccleſie cōferre eccleſiā
ſpreto tali prōno·ut ꝰ·e·c·Cum di
lectus· Et eſt racio quia cum lega
tus conferat eccās ꝛ alia beneficia
que inuenit vacancia ꝛ que vaca
re incipiunt poſt ſuū ingreſſum nō
obſtante iure inſtitucionis qd̄ or
dinario cōpetit multomin⁹ obſta
bit ius patronat⁹ quod clerico cō
petit beneficij racōne quia plus iu
ris hꝫ prelatus in ꝯferendo q̄ prō
n⁹ in pn̄tando ꝛ nichilomin⁹ illd̄

qđ pluřis ē abſorbet̄ ꝓrogatiā le-
gati. vt. ſ̄. de offi. ord. dilcūs. Ꝺʒ
q̄d ſi vnꝰ ꝯſtruat eccāʒ ⁊ ei plures
ſuccedāt hed͛es. nūquid oēs erunt
p͛roni Sic. ut ̄ꝗ. c. i. Ꝺʒ nōne gra
nat̄ ꝯdicio eccē multaplicatis p͛ro-
nis nō q2 multiplicatur defenſoēs
vt xvi. q. vij. filijs ac nepotibꝫ idē
ius ꝯpetit oibꝫ ⁊ in ſolidū qđ cōpete
bat defuncto nō ſcđm diuiſiones
hereditatis. ¶ Itē q̄d ſi plures con-
ſtruāt eccāʒ vel dotēt. nūquid oēs
habebūt vnū ius an ꝓ bnficij por
cōe. Rn̄o vnū ⁊ eq̄le q2 ſic ſupius
dixi ius p͛ronatꝰ ē ſimplex ⁊ indi
uiſibile. Fateor tn̄ ꝙ in alēdo ⁊ in
honoribꝫ q̄ debēt p͛ronis hebit reſ
pectus ad eū q̄ plus donauit ⁊ ſi g̃
tificacōi locū adeē cōtigat ꝯcurreta
bꝰ oibꝫ magis dʒ platꝰ g̃tificai p̄
ſentato ab illo q̄ plus ꝯtulit ꝙ ab
illo q̄ minꝰ. Ꝺʒ q̄d ſi clericus ius
heat p͛ronatꝰ. nūquid ſeipſū p̄nta
re p̄t. nō. ut ̄ꝗ. e. c. per nr̄as ⁊ ſimile
viij. q. i. in ſcripturis in multis em̄
iuris articul̄ h̄ reprobat̄ vt quis
ſe ingerat ad aliqđ officium nam
qui ad officium ꝓcuracōnis ſe in-
gerit ſeipſū excludit ſuſpectus em̄
habet̄. vt. ff. de ꝓcu. l. q̄ oia et qui
ſibi tutelā aſcribit vt. ff. ad le. cor.
de fal. l. vxori. §. q̄ ſe. nec p̄t q̄s ſibi
auctoritatē p͛rārē vt. ff. ad trebell.
l. i. §. ſuit. ⁊ accedūt ad hec. ff. đ teſ
ta. tu. l. ex ſūma. ff. de aucto. p̄ſtan.
l. i. Ꝺʒ opponit̄ pr̄ ⁊ filiꝰ eadem
pſona cenſētur. vt. C. de impube. ⁊
alijs ſbſtit. l. vlt. ⁊ tn̄ pr̄ elegit fi
liū. vt. ff. ꝙ cū iuſq3 vniu. l. illđ. ad
qđ rn̄o pr̄ ⁊ filiꝰ cenſent̄ vna ⁊ ea
dē ꝑſona fictione iurꝭ nō ſ̄m verita
tē. Itē opponit̄ tutor ſibi ipſi poſ
ſeſſionē tradit. vt. ff. de ꝯtrē emp.
et vē. l. fiſtulas. §. ſiduū. Et ad hoc
rn̄o nō ſimpliciter ſibi tradit ſed
egrediēte pupilli familia ipſe in-
gredit̄ ¶ Vltimo nōnđ eſt ꝙ pa
tronꝰ donādo tradendo ⁊ ꝯcedendo
eccāʒ vel inſtituēdo in ea q̄ ad ec-
cleſiā nichil agit. vt ̄ꝗ. e. c. vlt. ver-
ſu ptn̄ ſi q̄s vtat̄ tali ſimplicitate vꝰ
boꝝ dono tibi eccāʒ ⁊ ꝯcedo donare
intelligit̄ q2 hʒ in ea ius videlicet
p͛ronatꝰ vt ̄ꝗ. e. c. ꝙ aūt. Nā plerū
q3 h̄ nomen eccā ꝓ iure p͛ronatus
ſupponit. vt xvi. q. vlt. ſi plures. ⁊
xv. q. iij. nemini.

¶ De cenſibus.

DIctū ē. ſ̄. đ q̄dā iure eccā
rū ſcʒ de iurē p͛ronatꝰ. nūc
aūt ſbſeq̄nt̄ ⁊ de q̄buſdā
alijs onerībꝫ tractat̄ Jō ſbiat̄ h̄ ru
brica de cēſibꝫ ⁊ exactiōibꝫ ⁊ ꝓcura
cōibꝫ. ¶ Videatꝰ igit̄ q̄d ſit cēſus
q̄s cēſū iponē p̄t. q̄n iponi p̄t. Itēʒ
an poſſit augeri ⁊ an poſſit remitti
Itē ex q̄bꝫ cauſ̄ fieri p̄t exactio ab
eccījs Item ex qua cauſa debeatur
ꝓcuracio. ⁊ qu. ⁊ a quibꝫ ¶ Cen
ſus eſt ānua pn̄ſio que epō de pro
uentibꝫ eccē debetur. vt i. q. iij. que
ſitum in ſi. per cenſum fit proba-
cio ſubiectionis. vt ̄ꝗ. e. c. cis aia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aliq̄n cenſus pſtāt indiciū ꝑſtite li
bertatis· aliq̄n ꝑcepte ꝓtectionis
vt ī. de p̄uil· recepimꝰ· vn̄ cenſus
ipoſicō nō ſp ꝓbat excepcōem nā
ex duplicī cā īponit̄ vt ſupiꝰ dictū
eſt· ⁊ iō non ꝓbat h̄ ee ꝙ ab h̄ cō
tingit abeſſe· Protectio āt non idu
cit exempcōez· vt ī. de p̄uil· ex pte
tua· ſʒ aliq̄n ſuppoſicō ſub ꝓtectio
ne dn̄i p̄pe inſtar appellacōnis ha
beat ⁊ ſic ſup re certa eximat ⁊ ad
tempꝰ· vt· ſ̄· de ap· ad audienciā·
Nā appellās q̄dāmō eximit̄ a iu-
riſdictione illiꝰ a q̄ appellat· vt· ſ̄
de app· directe ⁊ in h̄ diſtinguo· re
fert an cenſus īponat̄ ab epō vel
a p̄pa iponat̄· Si ab epō tūc cēſus
impoſicō ſubiectionis ē ſignū ex h̄
eni apparet ꝙ eccā que cenſual̄ ex
iſtit de iure ſi ſit ſb̄dita ſʒ p̄uilegio
eſt munita ar· ad h̄· c· di· ꝯ morē·
et· ſ̄· de trāſac· p̄terea· Si vero cen
ſus iponat̄ a p̄pa ex h̄ apparʒ ꝙ ec
cleſia illa q̄ cenſū ſoluit ſpālis bti
petri exiſtit ⁊ ad iudiciū ꝑcepte li
bertatis ipoſitꝰ ē cenſus vt ī illa re
cepimꝰ ⁊ ſic ꝓbat̄ exēpta· ¶ Impo
nitur cēſus a p̄pa vt dictū eſt· ipo
nit̄ ⁊ ab epō cū epi ꝯcedunt aliq̄s
eccās p̄pis locis aliq̄d ſibi reſuant
ī eis noīe pēſionis· vt· ſ̄· de reli· do·
Cōſtitutꝰ· ⁊ h̄ ē cū ꝯſenſu ſuoꝝ ca
ptloꝝ· vt· ſ̄· de hijs q̄ fi· a p̄la· ſine
cō· ca· Paſtoral̄ ¶ Imponit̄ ⁊ ab
aliis q̄bꝰ eccē ſubſūt· vt ī· e· c· pre
terea forte archidyaconis quibꝰ
eccē ſūt ſubiecte· vt· ſ̄· de officio ar
chi· dilcō· ſ̄· d̄ iſti· Cū venissent vel·
ab abbatibꝰ q̄bꝰ eccē ſeculaēs ali
q̄n ſubſūt in tpalibꝰ vt dixi· ſ̄· de
locis mōchoꝝ in p̄n· aliq̄n archi-
pb̄ris ſūt ſbiecte eccē ī iure inſtitu
endi vt· ſ̄· de offi· dele· ſup eo· alit̄
cenſus ipoſitꝰ vitā eiꝰ q̄ ſoluent nō
excedit vt· ſ̄· de trāſac· de cetero rec
tores eni eccāꝝ non pn̄t eccās qui
bꝰ preſūt auctē ſua ꝑſerti pꝰ deceſ
ſū ſuū efficē cenſuales· vt ī· e· c· p̄-
terea· Apparʒ igit̄ ex p̄miſſis ꝙ cē
ſus ipōit̄ cū exēpcio cōcedit̄ vel i-
munitas idulget̄· Itē ipōit̄ tpe
fundacōis vel dōcōis cenſus vel t̄
butū ſoluēdꝰ vel ſoluēdū pro nō vt
ſ̄· c· ꝓx· p̄terea· ¶ Itē tpe dedicacō
nis iponitur cenſus ānuus epō ſol
uēdꝰ vt xviij· q· ij· eleutherꝰ Nō
uꝰ cenſus iponi nō dʒ nec antiquꝰ
augeri· vt ī· e· c· prohibemꝰ· ſ̄· de
hijs q̄ fi· a prela· ſine cō· ca· paſto
ralis ī· e· c· ſignificauit· ⁊ c· Cū cle
rici· ſ̄· de trāſac· de cetero· ſ̄ de prebē
exſtirpādis in fi· ⁊· c· Auaricie et
accedūt xviij· q· ij· Quiaum· ⁊· c· h̄
tm̄· Et noua· vecti· impo· nō poſ· l· iij
ī· e· c· eccl'is· ⁊· c· inouamꝰ· ſed ꝓ
curacio augetur excreſcētibꝰ rebꝰ
vt ī· e· c· quāto· ſ̄· de cōſti· Cū· M·
ff· de fideicōmiſ· lib· l· generaliter·
§· ſi alienum· ff· qui ⁊ a quibꝰ ma·
lib· non fi· l· ſi mortis· ſic eſt in pen
ſione rerum locataꝝ que creſcit in
vbertate ⁊ decreſcit ī ſterilitate· vt
ff· loca· ⁊ conduc· l· Si vno· ⁊· ſ̄· de
loca· ⁊ conduc· ꝓpter ſterilitatem

ſed ꝯ·C·de allu·l·iij·in verbo illo do
leāt·Ad qđ dico ꝙ ꝑoꝛa iura locū
hñt cū vbertas ꝓcedit ex grā diui
na poſterioꝛa cū ſtudio ⁊ diligēcia
colendum q̄uis hoc vltimū recipi
at ꝯtrariū ar·de ꝯſti·Cū M·Sed
de hac materia plenꝰ nōui·ſ·de
loca·⁊ ꝯduc·§·ſit āt remiſſio·No
uū āt cenſū intelligo illū qui nō fu
erit impoſitꝰ tp̄e fundacōis·do-
nacōis·exempcōis·ſeu immunitatis
indulte hijs em̄ tempibus vel im
ponitur vel offert̄ ſed q̄uis tūc cū
offertur ſit volūtariꝰ poſtmodū ta
men tranſit in ncc̄itatem ⁊ debituʒ
ſicut alꝭ hoc contingit·ſ·cōmo·c·
vno·ff·cōmodati·l·in cōmodato·
§·ſic·C·de ac·⁊ obli·l·ſicut in inicio
vt·ſ·de vo·⁊ voti re·magne·Po
teſt cenſus remitti·vt ī·e·c·cum ve
nerabilis·ita tñ vt ep̄s remittat cū
conſenſu captli·vt·ſ·de dona·paſ
toralis ⁊·ſ·de hijs q̄ ſi·a pla·paſ
toralis·Sʒ quid ſi cenſus fuit tā-
to tp̄e ſolutꝰ ꝙ non extet memo
ria qñ fuerit impoſitꝰ·vel qñ p̄mo
ſolutus videtur ꝙ ꝓ iure conſtitu
to debeat haberi·vt·ff·de aq̄ plu·
ar·l·i·§·vlt·⁊·ff·de aq̄·coti·⁊ eſti·
l·hoc iure·§·ductꝰ aque vt tñ is q̄
cenſum petit non mutatur tempoꝛi
qđ non eſt modus inducende obli
gacōis·vt·ff·de acc·⁊ ob·l·obli
gacōnum·§·placet·C·de pac·l·ſi c̄-
tis āīs·C·de vſuris·l·creditoꝛ·ſed
mutatur ipoſicōi que ex tēpe pſū
meret̄ vt·ff·de vſuris·l·cū de in rē
uerſo·Sʒ nūquid ſi per xl·annos
cenſus ſoluatur ⁊ cauſa impoſicio
nis vel ſolucōnis ignoꝛetur videt̄
ꝙ a quo exigatur nō teneatur ad
ſolucōeʒ cenſus enim ignorācie·i·
cuius cā ignoꝛatur nec diuiniꝭ nec
humanis·ll·iuenit̄·ut ī·e·c·pue
nit·Itē quia tempꝰ non ē modus
ac̄·vt ſupius dictuʒ eſt ⁊ accedūt
ad hoc·i·q·i·nullus epiſcopus gra
uamen·x·q·iij·c·ꝯgnouimus ī·de
exceſſ̄·prela·ſane·⁊·c·cum ad quo
rundam·⁊·C·ne vx·pro ma·l·vlt·
Sed contra xviij·q·ij·ſeruicium·i·
q·iij·queſitum·ff·ſi ſeruitus vēdi·
l·ſi quis diuturno·ſ·de elec·cuma
na·ſ·de cauſa poſ·⁊ pꝛoprie cum ec
cleſia ſutrina·C·de ſerui·⁊ aqua·l·
i·⁊·ij·⁊ de ſeruicijs tempoꝛe acqui
rendis loquitur expreſſe lex·C·de
agri·⁊ cen·l·litibus·dico autēʒ in
hac queſtione ſicut ⁊ in premiſſa
vt is qui cenſum petit dicat impo
ſitum ſed tamen non credit contra
rium et probet per tanti tempo-
ris ſolucōnem·Nunc videamꝰ
de ſecunda parte rubrice ſcʒ de ex
actionibꝰ ⁊ eſt ſciendum ꝙ epūs
michil dʒ ab ecc̄ijs exigē ñ canoica
et ꝯſueta cathedraticuʒ ꝙ erit duo
rū ſolidoꝝ vt x·q·iij·placuit·pſcis
et·c·illud·⁊·ſ·de offi·oꝛđ·ꝯquerē
te ad plus minoꝛis em̄ quātitatis
eſſe pt·ut ī·e·c·olim x·q·iij·nec nu
merus ⁊ foꝛte hic ſolidus appel-
latur aureꝰ·ut·C·de ſpoꝛtul·l·ij·in
ſti·de pena te·liti·in fine·vel erunt

ſolidi vſuales ⁊ ɔis monete regio
nis vt ff· de le· iij· l· nūmis· ⁊ ſi plu
res ſint monete i rgiōe forte dabū
tur meliores· vt ar· ff· de iure iurā·
l· q̄nto i ſi· l· mediocres· ff· ď au· ⁊
argen· leg· l· q̄ lāce· vel minores·
vt ff· de le· i· l· nūmis· ff· de re· iuris
l· ſp· ff· de le· i· apď iul· §· ſcio ē· e· c·
ex pte· alibi appellat ſynodaticum
vt ē· e· t· olim· cathedraticū dicitur
ꝙ ad honorē cathedre ſoluit̄ ſyno=
daticū q̄ʒ freq̄nt̄ i ſynodo daf̄ Jtez
exiget tercīā vel q̄rtā ptē oblacio=
nū· vt x· q· iij· vnio· ⁊ ab hijs duo
b⁹ mōſteria erūt libera· vt no· ſ̄· ď
ſta· mo· circa finē· Jtez cenſū vt ſu
peri⁹ dictū eſt· Jtē aliquid īpoſitū
ſoluendū in die dedicacōis· vt x· q·
iij· nec numer⁹· vt xviij· q· ij· cleu=
theri⁹· canonicā porcōnez ď hijs q̄
offerūtur grā ſepulture· vt no· ſ̄· i
ſūma de ſepul· Jtē pcuracōez de q̄
infer⁹ dicā· ſuſtinetur ecīā p mul
tis ncc̄itatib⁹ que aliquocīēs ſup
ueniūt vt ſi manifeſta rōnabilis
cā extitent cū caritate moderatum
ab eis auxiliū valeāt poſtulare· vt
ē· e· c· cū apls· §· phibem⁹· ſed ſi i
dubiū reuocet̄ an ſit rōnabilis cā
an nō quare exigit̄ ſupioris arbi=
trio decidat̄· vt x· q· iij· q̄ʒ ɔgnoui
m⁹ ⁊ xi· q· i· ſi cleric⁹ aduerſus tal
lias vō· ⁊ exactiones p̄lati ecc̄ijs i
ponere non dn̄t vt in predicta Cū
apls· §· phibem⁹· ⁊· c· ecc̄ijs· i· q·
i· nullus ep̄s grauamē· ab alijs tn̄
indictionib⁹ ⁊ neceſſitatib⁹ ecc̄e et

cleric̄ ſint immunes vt xvi· q· i· §·
nouaꝝ cū ſequenti placet ⁊ de hac
materia dicam pleni⁹ ē· de immuita·
ecc̄ā ¶ Reſtat dicēdum de tercia p
te rubrice ſcʒ de pcuracōnib⁹ pcu
racio quidem debetur racōe viſita
cōis vt· ſ̄· de preſcp· cū ex officij· ⁊
ē· e· c· pcuraciones· ideo redimi n̄
poteſt ſcʒ vt detur non viſitāti· vt
x· q· i· relata· Sed taxari poteſt dā
da cum viſitauerit· x· q· iij· relatuʒ
in procura· exigendis vtētur ſupe
riores illo moderamine qď ſtatui
tur ē· e· c· Cū ſ̄m apl'm ¶ Jtē conſi
derabūt facultates ecc̄arum· vt ē· e·
c· ſopite· et· c· quanto· ⁊ c· cum in
ſtancia· x· q· iij· Cauenď· ſ̄· de offi·
orď· Conquerēte· ⁊ ē· e· Cum nup
Sʒ nūq̄d a paupib⁹ ecc̄ijs pcura
cio exigetur· Et videtur ꝙ nō ne ſ̄
ures ſit· vt x· q· iij· illud te ⁊ longi
tpis queſtū hora breuis cōſumat
vt ē· e· c· Cum apl's· ⁊ accedūt ad
hoc· i· q· ij· placuit· x· q· iij· cauendū
Sed verius eſt ꝙ paupes ecc̄e cō
ferent ⁊ alijs cōiungentur· vt ē· e·
c· Cum inſtancia· procuracōnes· ⁊
ſ̄· de pſcp· Accedētes ¶ Sʒ nūq̄d
qď domi ſolet expēdē viſitator ec
cleſie expendet in via dum viſitet·
vt ſaltim in eo ecc̄e releuentur vide
tur ꝙ ſic· ar· in aut· de man· pn· §·
illud coll'· iij· ⁊ i autn̄ vt iudices ſi
ne quoq̄ ſuffra· §· nulli· coll'· ij· ſed
puto contrariū quia in ciuitate ma
nens ⁊ viſitans nichilomin⁹ pro=
curaciones exigere poteſt vt ē· e· c·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

venerabili nō obstāte canone anti
q̄ q̄ cōniū inuē videbat vt tūc demū
pcuracōez possit plat⁹ exigere cum
nō per sue ciuitatis prochias fati
gat' ut xij·q·ij·caritatē ꝫ si modo ex
cedat supior in exigēdo poterit infe
rior denegare·ut ·ē·de exces·pla·sa
ne·ꝛ·c·q̄uidā·ff·de aq̄·coti·ꝛ esti·
l·i·§·crebaciⁿ· tenuis ei vite hoies
sub ptextu aduēt⁹ officialiū breui
supplectili ad eoꝝ vsū translata in
uit⁹ non verent'·ff·de offi·pñ·l·illi
citas·§·ij· ¶ In sūma nōn ō ē ꝙ in
gnale remissionē iuris epalis non
venit pcuracio qꝛ nec visitacio nec
correctio·ut ·ē·e·c· Cū venerabilis·
xvi·q·ij·visis in fi·sic nec cathedra
ticum·ut ·s· de dō·pastoral'· nec ob
stat ·s· de religi·domi·ꝯstitut⁹ vbi
videt' ꝙ gnalibꝫ verb' eccā gnalit'
eximat' ꝫ ibi h' opatur ꝯfirmacio
dnī ppe sic em̄ subdit⁹ a se nō pōt
reicē iurisdictionē epalez·ut ·s· de re
nūc·admonet·s· de foro ꝯpe· Dīlecti
ligēti·ꝛ·c·sigficasti· sic nec plat⁹
iugū sui officij a se excutē pt ar·ff
de offi·pto·l·legat⁹ cesaris sic pro
n⁹ qn̄tūcūq3 gnalibꝫ verb' vtat' in
remissionē iuris pronat⁹ aliq̄ iura
tn̄ retinet in libto·ut·C·de bonis li
berto·l·iij· ¶ De visitacōibꝫ āt p
ter q̄s pcuracōes exigi hn̄t sic sum
marie tāgo·dixerunt em̄ q̄dā ꝙ si
necētas fuit tūc pt eps singulāris
dyocesim visitare·ut i·q·ij·relata·
et·q·iij·cauendo· ꝫ si non ē necētas
tūc de trienio in trienīū visitabit·
vt ·s· de offi·archi·ut archidyaco⁹
ver⁹ puto ꝙ siue necētas fuit siue
nō ānua visitacio fiet·ut x·q·i·dec
mim⁹ ꝫ si necētas fuit tūc visitabit'
q̄ciens op⁹ erit·ut ·s· de offi·archi·
mādam⁹ ·ē·ō bēti·ad abolendam
xviij·q·ij·nō semel·x·q·i·regēda·
nec obstat ·ē·e·c· cū venerabil'·vbi
dicit' pcuracōez accipiat bis ī āno
illā em̄ itelligo cū a fundacōe onus
hinc pcuracōis erat ipositū·l' forte
mōstenū illud ꝯsueuit visitari a sa
uentimis epis bis in āno·

¶ De ꝯsec̄·ecclesie vel altaris·

Iſſ tractatu supiori dem̄ ē de
cāsibꝫ ꝫ qꝛ i ꝯsecracōibꝫ solēt
emunitates eccījs idulgeri ꝛ cēsus
ab idulgētibꝫ retineri l' impoi·ut
nō·s·c·px·§·apparet iō subseqnt'
ponit' rubca de ꝯ·ec·l' al· ¶ Videō
ē igit' a q̄·qlit'·ꝛ cui⁹ auctē ecceē l'
altaria valeāt ꝯsecri·ꝛ i q̄bꝫ casibꝫ
possint recōsecri· ¶ Et q̄ō p epōs
consecrāde sūt ecceē vel altaria·ut de
cōse·i·di·c·i· p simplices autem sa
cerdotes nec ꝯsecracōnes nec eccle
siarum reconciliacōes fieri possunt
eciam ex commissione episcoporū
vt ·ē·e·t·a qua penitencīaz tn̄ quibꝫ
ab epō iniūcta est pn̄a ꝛ excōmuni
catoꝝ recōciliacio pt simplici sacer
doti cōmitti·ut xxvi·q·vi·presbit'
et·c·Aureli⁹· ¶ Debent autē con
secrari eccē cū missa ut de conse·di·
i·omnes basilice·quā ber·dicebat

de ɔſecra ecle vel altar

fore de ſtā ɔſecraciōis· Hug᷒ vero
dixit ꝙ nō· Itē dixit ꝙ ſi eps ɔſe
cret ⁊ pbr cantet miſſam ꝙ eccā ɔ
ſecta ē lꝫ aliud ſit in ordinacōe clei
coꝝ· vt xxiij· di· q̄rūdā· ¶ Olim ɔ
ſecacōes fieri nō poterāt niſi de mā
dato ſūmi pōtificis· vt de cō· di· i·
de locoꝝ cū q̄tuor ſeq̄ntibꝫ captlis
Sꝫ ɔ· xii· q· ij· bone rei· ⁊ de cō· di·
i· nemo ⁊ ī· e· c· ij· ⁊ iij· ⁊ iō illis v·
canonibꝫ ē hodie derogatū· Et eſt
ſciendū ꝙ ɔſecracōes pñt fieri tam
diebꝫ ſolēpnibꝫ q̄ꝫ p̄uatis· vt ī· e·
c· tua· lꝫ in pluribꝫ ſecus optineat
qꝛ nec clerici ordinātur nec v̓gines
aut epi ɔſecrant̄ nec criſma ɔficit̄
niſi certis diebꝫ· vt· ſ̄· de tēpo· ord̄·
ſane· xx· q· ij· deuotis· lxxv· di· c· i· d̄
cō· di· iiij· oī tpe ¶ Itē nō nō eſt ꝙ
eps nec eciam p̄mariū lapidē eccē
ponere p̄t niſi p̄us dote ɔſtituta et
aſſignata a fundatore· vt de cōſe·
di· i· nemo ī autū· vt determinat᷒
ſit numer᷒ clericoꝝ· §· i· ⁊ tanta dꝫ
eſſe dos que ſufficiat ad luminaria
et ad vitā miniſtroꝝ vt xvi· q· vij·
pie mētis ⁊ in p̄do cō· c· nemo· duo
rū ad mi᷒ ſ̄· de filijs preſbi· ꝓpoſu
it vel trīū· vt de ɔ· di· i· hoc quoqꝫ·
¶ Item ad hoſpitalitatē exc̄endā et
ad reſpondend̄ epō in epalibꝫ· vt
ſ̄· de ſup· neg· p̄la· ſicut· ſ̄· de pbē·
de mōchis· ſꝫ ſi hō omiſſum eſt tpe
p̄marij lapidis ponēdi reſtauret̄
tpe ɔſecrādi· vt ī· e· c· Cū ſicut ⁊ i·
q· ū· placuit· Sed q̄d ſi hō vtroqꝫ
tpe ſit omiſſum dix bal· ꝙ eps do

tare tenet̄ ſicut ⁊ cū ordinat cleri=
cū ſine titulo· vt· ſ̄· de pbē· eps Sꝫ
meli᷒ dicit̄ ꝙ fundatores teneā
tur ad hō· ut xvi· q· vij· pie mētis·
et ar· ff· de ritu nup· l· qui libos· ⁊
lex dicit ꝙ hēs fundatoris tenet̄·
vt in aut̄ de eccāſticis ti· §· ſinaūt·
et· §· ſi q̄s edificacōez ſicut ⁊ ſucceſ
ſor epi ꝓuidet illi quē p̄deceſſor ſi=
ne titulo ordinauit· ut· ſ̄· de pben·
cū ſm̄ aplm· Sꝫ illis exiſtētibꝫ nō
ſoluēdo dicere actionē dādā i epm
vt· ff· ſi menſor fal· mo· dix· l· iij· §· i·
et· ff· d̄ eo p quē fac· eit· l· vlt ¶ Itē
ſi q̄s incepit edificare eccāz ⁊ non
cōſūmauerit Rñō tenetur pficere
vſqꝫ ad· v· ānos ſi ē oratoriū· Si
āt ē ptochiū (?) vel ſenodochium vſqꝫ
ad ānū· ut i autū de ec· ti· §· ſi quis
edificacōez· ¶ In q̄b᷒ āt caſibus
eccē recōſecti valeāt videam᷒ ⁊ aſ
ſignerūt i hō antiq̄ doctores vi· ca
ſus· Prim᷒ cū dubitatur an eccā
ſit ɔſecta· ut de cō· di· i· eccē· Secū
d᷒ cū mouetur altare mai᷒ Terci᷒
cū eccā ē exuſta· Quart᷒ cū parie
tes ſunt de nouo fundit᷒ reparati·
¶ Quint᷒ ꝓpt̄ adulteriū· Sextus
ꝓpt̄ homicidiū· ut de cō· di· i· ſi mo
tū· ⁊· c· ſeq̄nti· ⁊· c· de fabrica· Vn᷒·
Altaris mot᷒ dubitacō ſcēm ⁊ ignis
Effuſus ſanguinis paries ſi corru
at ipſe· Hec ſūt q̄ faciūt iterato tē
pla ſacrari ¶ Sꝫ hodie ſec᷒ ē· Nā (?)
alia ē cōſecracio eccē· Alia altaris
vn̄ ſi tabula altaris mouetur vel
enormit̄ frāgat̄ ſeu diminuatur



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

recōſecͣtur altare ⁊ nō eccā ut ꝫ.e.c
i.⁊ ecōuͦſo. Si eccā deſtruatᷣ ⁊ nō
altaͤ recōſecretᷣ eccā ⁊ nō altaͤ. Jō
ꝓpt̄ adulteriū ł homicidiū nō recōſe
cratᷣ eccā ut ꝫ. de adul. ſignificaſti. ⁊
ꝫ.e.c. ꝓpoſuiſti. qͦd āt dcīm ē eccāꝫ
diruptā ł exuſtā iteꝝ ꝯſecrādā itel
ligēd ē qn̄ parietes pemitꝰ ſunt deſ
tructi ł decruſtati vel maior ps ip
ſoꝝ als ſecꝰ ar. ff. de ꝯſtē. ep. ⁊ vē.
l. domū. ¶ Jtē h̄ itelligebat hug. n̄
ſucceſſiue. Nā ſi ſucceſſiue cū parie
tes ſimul deſtructi ſint ⁊ ſucceſſiue
reparati tūc eadē itelligitᷣ eccā ar.
ff. de le. i. l. qꝛ i reꝝ natura. ff. de iud.
l. ꝓponebatᷣ. ⁊ nō qͦd lꝫ tectum vel
alia ps eccē ꝯburatur dūmō parie
tes itegri maneāt nō recōſecͣtur ec
cleſia ut ꝫ.e.c. ligneis ¶ Jn ſūma
ſciend est qꝛ eccā ꝯſecͣri nō dꝫ vbi
pagan9 ſepultus ē an̄ eiectionem
ipſiꝰ vt de ꝯ. di. i. eccā. ⁊ idē ē in hē
tico vel iudeo ut i eadē di. in alio. c.
eccāꝫ. Jdē intelligo ⁊ i excōicato ſi
tn̄ oſſa īfideliū diſcerni pn̄t ab oſ
ſibꝰ fideliū. Alioqn neutri ſūt eiciē
di. vt ſ͛ de ſepul. ſacri. Sꝫ ſi diſcer
ni pn̄t tūc euulſis corpibꝰ īfideliū
ſꝫ aucͭte epi vel pncipis. ut de ꝯ. di.
i. corpa. ff de reli. ⁊ ſūp. fun. l. oſſa.
q̄ hmōi rō h̄ ē qꝛ infideles viuētes
ab eccleſia expellendi ſunt. ut xxi.
di. cleros. xxv. diſtinctio. plectis
ergo ⁊ mortui qꝛ q̄bꝰ viuētibꝰ eccā
nō dicat ⁊ mortuis dicare nō dꝫ ut
xxiiii. q. ii. c. i. ⁊. c. ſane. lꝫ h̄ caſuali
ter fallat ꝫ. de ſē. ex. A nob. Sꝫ q̄d

ſi i eccā nō ꝯſecͣta ſepulta ſit muli
er ꝑgnās nūquid potit eccā ꝯſecͣri
ea nō eiecta R. nō ſic. qꝛ fetꝰ ps viſ
ceꝝ ē. vt de ꝯ. di. iiii. ſi q̄d. ⁊. ff. de
vētre iſpi. l. i. §. i. Jtē altaria dedicā
da ſeu ꝯſecͣnda nō ſūt ſine reliqui
is ut de ꝯ. di. i. placuit. dicit tn̄ hoc
tōes ſufficē corpꝰ xpi. Jtē altaia ſi
nō ſint lapidea nō ꝯſecrentᷣ ut de ꝯ.
di. i. altaria. Nec obſtat qꝛ dn̄s p̄
cepit i exodo fieri altaria de ligneis
cephim q̄ ſūt iputribilia ⁊ ſalomō
fecit altaͤ aureū nā illa fcā ſunt in
figura.

¶ De celebracōe miſſaꝝ.

Qͥ Jcitū ē ſ͛ ꝯſe. ec. ł alta. ſꝫ qꝛ
cōſecͣcōes fieri ſolēt ⁊ dn̄t cū
miſſa ſm̄ illos q̄ dicūt miſſaꝫ eē de
ſbā ꝯſeccōis vt no. ſ͛. c. px. i pn̄. iō
ſbſeqn̄tᷣ ponitᷣ h̄ rubica de celebra
cōe miſſa. ⁊ additᷣ de ſacͣmto euͤ ⁊
diuis officiis Videaꝰ igitᷣ q̄ ſuai
dn̄t i celebracōne miſſe vt digne ce
lebretᷣ. demū de aliis ptibꝰ rubrice
¶ Miſſaꝫ q̄dā cātare pt̄ ſolꝰ ſacer
dos. Nemo ei ꝯficē pt̄ n̄ ſacdos q̄ ri
te fuerit ordinatꝰ ut ſ͛ de ſūma tri.
Firmitᷣ. §. vna. de ꝯſe. di. i. c. i. ⁊. c
ſicut. ⁊ i. q. i. dcīm. ¶ Omnis autē
ſacerdos non preſciſus vt tollatur
obiectio de ſuſpēſis ⁊ de excōicatis
miſſam cantare pt̄ pretᷣ ſimoiacꝰ.
vt infra de ſymo. tanta ⁊ pretᷣ enor
miter delinquentes ſeu mediocri
ter quorum crimina ſunt notoria
de iure vel defcō. vt ſupra de tempo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nõ·c·vlt·ǧ·de renũc·ñ cũ pridẽ in
p̃n·biȷ enĩ ſũt ſuſpẽſi ⁊ q̊ ad ſe ⁊ q̊
ad alios·vel dicã p̃t ſolũ ſimonia=
cũ ⁊ occultũ ſuſpẽſũ eſſe q̊ ad ſe et
quo ad alios ⁊ h⁹ in deteſtacõe cri
minis ⁊ notoriũ fornicatorem· vt
xxxiȷ·di·nullus·⁊·c·pret̃ h·Cete=
rũ ſacꝰdotes in aliȷs mõ2libꝫ ꝯſtitu
ta ſi ſuſpẽſi ſint q̊ ad ſe nõ tñ quo
ad alios vt ·i·q·i·ſacꝰdotes·vñ qꝺ
dicit̃ oĩs peccator miſſam cantare
p̃t·itellige ꝺ officiȷ p̃tãte nõ de me
rito vite· ❡ Miſſa celebrãda ẽ di=
uerſ hořis ſꝫm diuerſitatẽ dierum·
Nã in diebꝫ ieiunioꝝ celebrari dꝫ
in hora nona vt de cõ·di·i·ſolẽt· In
q̃tuor tpibꝫ cĩca horã veſpertinã cũ
ordies celebrãtur· vt lxxv·di· qꝺ
a p̃ribꝫ ⁊·c·ordinacões ⁊ lxxvi·di·
dilectionis· In diebꝫ aũt dñicis ⁊
ꝓuatis ſiue feſtiuis p̃nt p̃ma p̃te
diei miſſarũ ſolẽpnia celebrari·vt
de ꝯ·di·i·ſ·i·⁊·c·nccẽ· Sꝫ ſi ſacer=
dos ſolus ẽit in eccã nõ celebrabit
vſqꝫ ad terciã horã ſꝫ vſqꝫ tũc ſua
bit ieiuniũ vt neccitatibꝰ p̃egrinoꝝ
et hoſpitũ ſiue diuerſoꝝ ꝯmeanciũ
infirmoꝝ atqꝫ defunctoꝝ ſuccurrẽ
poſſit·vt ꝗ·e·c·i·⁊ accedit xliȷ·di·
c·non lꝫ· ❡ In ꝯſuetualibꝰ autem
eccĩȷs ſiue collegiatis ⁊ ſi miſſa can
tet̃ p̃ma hora diei vt dictũ ẽ michil
ominꝰ ⁊ in t̃cia cantari dꝫ ſolẽpni
us ⁊ ſic intelligo de cõ· di·i nocte·
Ibi dicit reliq̃s vero tpibꝰ miſſa
rũ celebracões añ horã diei terciam
minime celebrẽtur ſꝫ audi ſolẽpnes

❡ Vnã aũt miſſaꝫ cantabit ſacꝰdos
in die ⁊ de die· Felix enĩ ẽ qui vnaꝫ
digne celebrare p̃t ⁊ aliã ſi nccẽ fu
erit cãtare potuerit ꝓ defunctis vt ꝺ
cõ·di·i·ſufficiat ꝗ·e·c·Referente·De
dic iõ dixi qꝛ quiꝺ pꝰ poſito officiõ
feriali miſſam celebrãt de ſcĩs q̊ꝝ
feſtiuitates tũc non ſũt·vt ꝗ·e·c·q̊
dã·Nã ſꝫm ꝯgruenciã dieꝝ miſſa
rũ ſũt ſolẽpnia celebrãda· vt ꝗ·e·
c·Cũ creatura Cũ ãt celebrat ſacꝰ
dos non erit ſolus ſꝫ ſociũ habebit
q̊ ei rñdeat vt vii·q·i·illꝺ·lxxxi·di·
in oĩbꝰ de ꝯ·di·ȷ·placuit·Itẽ ieiu
nꝰ celebrare dꝫ·Nã potꝰ ꝉ cibꝰ q̃n
tũlibet minꝰ ĩpedit celebracõnem
vt viȷ·q·i·michil qꝫ ob reuerẽciaꝫ
ſacĩmẽti inductũ eſt·ut de ꝯ·di·i·li
quido ⁊ idẽ in aliȷs ſacĩmẽtis vt de
cõ·di·v·ut ieiuni ·lxxv·di·qꝫ a pa
tribus·ſ̃·de tẽpo·ordi·ꝉcis·xxiȷ·q·
v·honeſtũ· Vñ vinũ pfuſionis aſ
ſumptũ impedit aliã celebracõem·
vt ꝗ·e·c·ex p̃te· Sꝫ nũquid pꝰ me
dicinã ſumptã p̃t celebrare ſacer=
dos dixit Io·qꝫ ſic·qꝛ medicina in
ter alimẽta non continetur vt·ff·ꝺ
penu lega ·l·non omne· Sꝫ tucius
puto contrariũ Nam medicina ab
hominacõeꝫ ſolet inducere ⁊ timẽ
dum eſt ne pꝰ confectionem indu
cat vomitũ ⁊ hec racio attenditur
alias dũ queritur quare nõ ꝯficit̃
in calice de ere aut de auricalco vt
de ꝯ·di·i·calix· Sꝫ uñq̊d poſt po=
tũ aque calide vel frigide dꝫ celebra
re ſacꝰdos Rñſo non qꝛ vt dicit Io·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aqua pot⁹ eſt ꝛ canō pręallegat⁹
vij·q·i·nichil dicat ꝙ poſt potũ vel
cibũ quelibet minimũ al's trã q̇d li
bet minimũ miſſam celebrare nō dꝫ·
¶ Sꝫ q̄ritur an pranſus ꝯficiat ad
qd̓ rñō ꝛ ſi male faciat pranſus ce-
lebrādo in ꝯtēptũ ꝓhibicōis cano
nice cōficiat tñ qꝛ ꝙ a ieiuno cōficia
tur nō ē de ſb̓a ſacmenti·ut de ꝯſe·
di·ii·liq̇do· Decem ſũt prefacōes in
miſſa ix·habetur·de ꝯ·di·i·inueni
m⁹ ꝛ decima·lxx·di·ſcōꝝ ꝛ varian
tur ſm̄ varietatē tēpoꝝ ꝛ feſtiuita
tũ ſũt aũt in miſſa ꝛ i canone q̄dā
addita que in textu euāgelij nō cō
tinētur ſed ea credim⁹ ab aplis ꝛ
ſanctis prībꝫ eſſe adiecta vt ī·e·c·
Cũ marthe i p̄mo rñſo·ꝛ xi·di·ec
cleſiaſticās· Conficiend̓ eſt de azi
mis nō de fermētato vt ī·e·c·lrās·
vñ ſi quis d̓ fermētato conficēt ſm̄
hug̓·nichil ꝯficēt ꝑ id qd̓ le·de ꝯ·
di·ij·in ſacmēto·ꝛ ꝑ illā auctēꝫ nō
in fermento veteri ſꝫ in azimis ſin
ceritatis ꝛc̄· Sꝫ cũ de frumento naſ
catur loliũ vt dñt ruſtici ꝛ vt inu
it canon·lvi·di·naſci· Sꝫ nũquid
ſi de lolio fiat panis trāſ̓bābit̓ in
altarī v̓tute verboꝝ·non·Itē q̇d ſi
frumēto ad miſceatur piper vel cy
minũ ꝛ fiat inde panis nũquid to
tũ conu̓tetur in corp⁹ xp̄i v̓tute ver
boꝝ·non· ſꝫ reliquũ qd̓ de frumēto
ē·Quid ſi admiſceatur aliquid de
frumēto tūc nichil cōuertitur i cor
p⁹ xp̄i qꝛ nichil azimi ē cui⁹ ꝯſec
cio fieri poſſit De corꝑe āt xp̄i tres
ſũt opiones ¶ Vna d̓t qd̓ illa ſb̓a
q̄ prius fuit panis ꝛ vinũ poſtea fit
corp⁹ ꝛ ſāguis·vt de ꝯ·di·ij·panis
ē in altari·ꝛ·c·qꝛ corp⁹· Alia tꝫ ꝙ
ſb̓a panis ꝛ vini deſinat ibi eſſe ꝛ
tm̄ accidencia ipſoꝝ ibi remanent·
ſcꝫ ſapor color ꝛ pondus ꝛ ſub illis
accidentibus eſt corpus criſti ꝛ hoc
videtur velle concilium·ē·de ſũma
trinita·ꝛ fi·ca·c·vno· Tercia vero
aſſerit ꝙ remanet ibi ſb̓a panis ꝛ
vini ꝛ in eodem loco ꝛ ſub eadem
ſpecie eſt corpus ꝛ ſanguis criſti·
ar·de conſe·di·ij· Ego·Et quelibet
harꝝ opinionũ fatetur verꝝ corpus
criſti eſſe in altari· Quarta opinio
dicit non eſſe in altari corporis ꝛ ſā
guinis veritatem ſed ymaginem
tm̄ ſpēm ꝛ figuram ꝛ iſta reproba
tur ī·e·cũ marthe·ſ·ex eo ¶ In hꝰ
ſacramento tria intelliguntur eſſe
diſcreta videlicet Forma viſibilis
veritas corpis ꝛ virt⁹ ſpũal'·forma
eſt panis ꝛ vini· veritas carnis ꝛ
ſanguinis·virtus vnitatis ꝛ cari
tatis· Sꝫ primũ ſcꝫ forma panis
et vini eſt ſacramentũ gemine rei
id eſt corpis xp̄i ꝛ vnitatis ꝛ ita ē
ſignũ tm̄· Secundũ·i·corpus xp̄i
eſt ſacramentũ ſcꝫ vnitatis ꝛ ē res
ſacramenti·i·ſpeꝝ panis ꝛ vini ꝛ
ſic eſt ſignans ꝛ ſignatũ· Terciũ
vero ſcꝫ vnitas eſt res duoꝝ ſacmē
toꝝ ſcꝫ corpis xp̄i ꝛ ſpecieꝝ panis
et vini ꝛ ita eſt tantum ſignatum
qꝛ ſignificatur per illa duo ſacramē
ta ſcꝫ per ſpēs panis ꝛ vini ꝛ per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de baptiſmo et eius

corp⁹ xpi ⁊ ita pͥmū ⁊ ſacmētū tm̄
ſignū .2ᵐ ſignū ⁊ ſigtū terciū tātū
ſigtū vt pbātur h̄ .ꝗ̄. e. Cū marthe
ſ. ex eo in fi. ¶ In calice vtrūqʒ miſ
cendū ē vinū ⁊ aqua. ut de ꝯ. di. ij.
c. i. ⁊ ij. Dʒ plus ī eo de vino ꝙ̄ de
aqua ponēdū ē. vt ꝗ̄. e. c. pnicioſus
Dʒ q̄rit q̄re. rn̄o ex ꝯſuetudie eccē
h̄ inoleuit q̄ locū hʒ in ſacmētis al
taris. vt xi. di. eccāſticaꝝ locū hʒ in
ſacmēto baptiſmi. vt de ꝯ. di. iiij.
de tna. locū hʒ ī diuinis officijs ut
de ꝯ. di. ij. inſtitucō. ⁊ xij. di. c. vlt.
hec duo vinū ⁊ aqua in ſanguinē
trāſmutātur. vt ꝗ̄. e. cū marthe. ſ. q̄
finiſti. ¶ Reſtat vidē de vltia pte
rubce ſcʒ de diuinis officijs. Et eſt
ſciendū ꝙ dina officia dicā dn̄t cuʒ
diligēcia explicāte ⁊ intelligibiliter
nō cū ſyncopa. ut ꝗ̄. e. c. dolētes. Me
lior ē eīn paucoꝝ pſalmoꝝ decanta
cio cū cordis puritate ac ſerenitate
ac ſpūali hylaritate ꝙ̄ pſalmoruʒ
modulacō cū anxietate cordis atqʒ
triſticia. ut de ꝯ. di. v. nō mediocri
ter ⁊ qḋ dixi paucoꝝ ſane intellige
ſcʒ ut tn̄ debitū officiū non omitta
tur. ¶ In officijs dinis rectores ec
cleſiaꝝ vnū eundēqʒ modū teneāt
quē in metropolitana ſede nouerit
inſtitutū nec aliq̄ diuerſitate cuiuſ
cūqʒ ordis vel officij a metropolita
na ſe paciātur ſede diſiungi. vt xij.
di. de hijs. de ꝯ. di. ij. in oibꝫ ⁊ di.
v. cōueit. Clericū dinis officijs in
tēē dn̄t ⁊ q̄ abſqʒ ſui corpuſculi ine
q̄litate defuit excat vt xci. di. c. i. ⁊
ij. vel excludat a clero ſiue remoue
at ab eccā. vt xcij. di. c. vlt. ⁊ max
ime ſi h̄ fecerit ſolēpnibꝫ diebꝫ. ut
vij. q. i. ſi q̄s i clero. ¶ Sʒ q̄d ḋ cle
ricis q̄ ſūt in ſcol̄ nūquid tenētur
dicē dinū officiū. dixerūt q̄dā ꝙ il
li tm̄ tenētur dicē dinū officiū q̄ ad
titulū cēte eccē ſūt pmoti p illḋ qḋ
le. xci. di. ſi q̄s pbr. ſec⁹ ſi ad titu
lū ſue poſſioīs vel ſui pꝛīonij ſit p
mot⁹. vt. ſ. de pbē. epc. Sʒ puto
oēs clericos ad h̄ teneri cciā ſi nō p
cipiāt neccāria ab eccā q2 tenuis ē
ſibi eīn iputare dʒ q̄ ad tenuē eccāʒ
ſe pmoueri fecerit ar. ad h̄ .xxxij.
q. ij. hōrēd⁹ vn̄ ſic vir tenet miſtra
re neccāria vxori q̄ tn̄ debitū reddē
nō valʒ. vt xxxii. q. vij. qḋ ꝯpoſuiſ
ti ita ⁊ cleric⁹ q̄ nō pcipit neccāria
ab eccā q2 paup ē nichilomin⁹ te
net eā officiare ⁊ dicit cum apſo.
Scio ſaciari ⁊ eſurire habūdarē ⁊
penuriā pati oia poſſuʒ i eo q̄ me cō
fortat. vt xli. di. ꝙ dt dn̄s. manus
āt ſue miſtrabūt ei. vt xxi. q. i. clci
c⁹ ī fi. ⁊ xci. di. cleric⁹. ⁊ iḋ dico ſi
eccā a pͥncipio fuit diues ⁊ poſtmo
dū deducta ē ad pauptatē ſʒ i vtro
qʒ caſu dʒ venire epꝯ eā alteri eccē
vt x. q. iii. vnio ſic intelligo de cō.
di. i. omnes. xvi. q. vi. epiſcopus.

¶ De baptiſmo ⁊ eius effectu.

In ſupiori rubca dem̄ ē ḋ cor
pore xpi quo michil i ſacrifi
cijs mai⁹ eē pōt vt ḋ ꝯ. di. ij. nihil

Sʒ q2 bap̄s int̄ alia ſac̄mēta ma
gis eſt necc̄ari⁹ ⁊ magis efficax· vt
xxxiij·di·§·porro·cū oīm ſacramētoꝝ
ſit ianua ⁊ fūdamētū vt ī·ḋ pb̄ro
non bapti·miſ·venies·Jdeo ſubſe
quent̄ ponitur h̄ rub̄ca de bap̄o ⁊
ei⁹ effectu·¶ Videami⁹ igit̄ q̇d ſit
baptiſm⁹·q̄n īſtitut⁹·q̊t ſūt bap
tiſmi gr̄a·⁊ q̇s ei⁹ effect⁹·¶ Bap
tiſm⁹ eſt exterior ħois ablucio cum
certa forma v̓boꝝ·ē ⁊ carecter īſix
us aīe accedēte v̓bo ad elementum
vn̄ ē iſta tāta v̓tus aque vt corp⁹
tāgat ⁊ cor abluat n̄ faciente v̓bo
non q̇ꝺ diċat̄ ſed q2 credit̄·Nā ⁊
in ipſo v̓bo aliud ē ſon⁹ tranſiens
aliud v̓tus manēs·vt·i·q·i·detra
he·¶ Fuit āt inſtitut⁹ ſ̓m quoſdā
qn̄ dictū ē nicho demo niſi q̇s rena
tus fuerit ⁊c̄·vt de ɔ·di·iiij·Filius
ſ̓m alios cū dn̄s dixit diſcipulis·
Jte baptiſate oēs gentes ⁊c̄·vt ī·
e·c·debitū·de ɔ·di·iiij·ꝑpe in v̓bo
euntes·ſcd̓m tercios cū miſit iudā
cū alijs·vt·i·q·i·dedit·Jo·vero pu
tat tūc fuiſſe inſtitutū cū dn̄s a Jo
hāne baptiſatus ē·vt de ɔ·di·iiij·
ꝑ aquā·poſſet tn̄ rn̄deri ad illoꝺ q2
tunc dedit formā baptiſmi facto ⁊
exēplo·Sʒ poſtea dedit v̓bo ⁊ pre
cepto cum dixit ap̄lis eūtes ⁊c̄·vt
deīn ē ¶ Genera baptiſmi ſūt tria
fluminis ſāguinis ⁊ flamis·vt de
cō·di·iiij·baptiſmi vice·¶ Effect⁹
baptiſmi ē q2 ſi digne q̇s baptiſe
tur delet̄ in eo tā actuale q̄3 origīa
le pctm̄ ſine oī pn̄a quia ſine pn̄a

ſūt dona ⁊ vocacio dei q2 grā dei in
baptiſmo non q̄rit gemitū non q̄
rit planctū vel op⁹ aliq̇ꝺ ſed ſolā
fidē ⁊ oia gratis cōdonat·vt de cō·
di·iiij·ſine pn̄a· Sʒ queritur an
ꝓnomē ego ſit de ſb̓a forme ⁊ cre
ditur q̄ nō·nā plenū ſenſum hʒ h̄
vox baptiſo te in noīe p̄ris ⁊c̄·vn̄
alibi ꝓnomē diċat̄ habūdare·vt
ff·de heredib⁹ inſti·l·i·§·q̇ n̄·ſic et
in ſtipulacōe nō int̄eſt vtꝝ ſtipu=
lor hr̄ē licere an michi licere hr̄ē·
vt·ff·de v̓bo·ob·l·ſtipulacio iſta·
Cetera v̓ba que ſunt in forma ne=
ceſſaria ſūt ⁊ ſubſtācialia·¶ Sʒ q̄
ritur q̇d ſi v̓ba ſubſtācialia dica=
tur ſʒ corrupte ⁊ ɔ̄ regulas donati·
Rn̄o non min⁹ efficax ē baptiſm⁹
cū eīn v̓tus illoꝝ v̓boꝝ excludat ḋ
moni excludet ⁊ p̄cis viciū·vt de
cō·di·iiij·ſi non ſcificat̄·⁊·c·retu=
lerūt·¶ Sʒ querit̄ q̇d ſi aliq̇d ali
ud in forma dicat̄ ad hoc dixerūt
quidā vt ſi aliquid p̄mittatur vt
ſi dicatur arma viruq3 cano·Ego
te baptiſo in nomie p̄ris ⁊c̄·vel ſi
poſt formā adiciatur ſic Ego bap
tiſo te ī no·pa·⁊ fi·⁊ ſpūs ſci ⁊ dy
aboli·efficax eſt baptiſm⁹ quia cū
extrīſecus ⁊ imptinēcia adiciuntur
non viciant·vt·ff·de v̓bo·ob·l·q̄
extrinſecus·ſecus āt ſi aliquid int̄
ponatur·vt ſi dicat̄ Ego baptiſo
arma viruq3 cano In no·pa·⁊ fi·
et ſ·ſ·Nam tunc non confert bap
tiſmus nam ⁊ ſi ordinacioni teſta
menti aliquid alienum immiſceatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de baptiſmo et c…

viciat vt. ff. de teſta. l. hedes. §. vl.
In forma aūt baptiſmi oē v̄bū ali-
ud a verb̄ dn̄i alienū cenſet. Sed
putāt doctores nr̄i ɔ̄rium dicūt em̄
ꝙ ſiue aliq̄d ꝑponat ſiue adiciat
ſiue interponat viciat bapſ-
forme. Quid ſi ſic dicat nō ego baptiſo
te ꝛc̄. abſurdū putāt dici tūc bap
tiſatū ꝛ idē ſi dicatur. Ego te bap
tiſo i nomie pa. ꝛ filij ꝛ ſ. ſ. ꝛ oim
ſcōꝝ. ꝛ idē ē vbi aliq̄d interponitur
in quo ɔſenciūt oēs. Sꝫ q̄d ſi ordo
mutetur ꝛ v̄ba tranſponātur vt ſi
dicatur. Ego te baptiſo in no. pa.
et fi. ꝛ ſpūs ſci. nūquid ē baptiſa-
tū dicūt ꝙ ſic ar. C. de teſta. l. ꝑpoſ
tere. ꝛ ſ̄ de reſcriptis cām nec em̄ or-
do ſcripture ſuadꝰ ē vt. ff. de ſolu. l.
nec em̄. Alij aūt cōtrariū ar. pro eis
C. de ſen. ꝛ interlo. om. iud. l. ꝓlataz
dicunt em̄ ipſū ordinē verboꝝ eſſe
de forma ꝛ h̄ ſecurius eſſe videtur
Si autem in ꝓlacōe verboꝝ inter
ponatur mora naturalis ꝛ ɔſpēdio
ſa vt de reſpirādo tuſſiendo ꝛ excre
ando nō viciat vt. C. de teſta. l. cum
antiq̄tas. An autem actus qui inter
ponitur vel mora que interuenit vi
ciet id qd̄ in cōtextu ꝛ cōtinue fieri
dꝫ determinabis per iura illa. ff. de
duobus reis. l. duos reos. §. vlti.
ff. ad le. iul. de adul. l. ꝙ ait. ff. ad
trebel. ſe. ɔ. l. ij. §. cōfeſtim. nec enim
oē qd̄ differendi cā fit more adnu-
merari pt ut. ff. de vſuris. l. ſcienď.
Itēz nec moratoria cūctacione nec
ꝑcipiti feſtinacōne faciēdū ē aliq̄d.

q̄ntū v̄o interuallū ſine vicio valeat
in talibꝰ interponi intellcū magis
ꝙ locucōe exp̄mi pt vt. ff. de ſolu-
tatum. ꝛ h̄ totum locum hꝫ ſi que-
ratur de mora interpoſita int̄ verba
que dicūtur in conſecracōne eucha
riſtie ꝛ v̄ba que dicuntur in cōſec
tione calicis que qd̄ locū habet ſc̄m
illos qui dicūt vnā eſſe formā in v̄
bis illis hoc eſt corpus meum̄ h̄ ē
ſanguis noui teſti ꝛc̄. Sed noſtri
doctores magis approbant ꝙ ſint
due forme vna in verbis illis hoc ē
corpus meum. Alia aūt i illis h̄ ē
calix noui teſti ꝛc̄. ꝛ ad ꝓlacōez
priorum tranſſbatur panis in cor-
pus xp̄i ꝛ ad ꝓlacōnem ſubſeq̄n
cium cōuertitur vinū in ſanguinez
Sꝫ obiciatur nōne ꝓlatis p̄mis
v̄bis ē i ſāguis ex q̄ eſt ibi corpꝰ ꝛ
ſāguis. Ad qd̄ r̄ndetur ē ibi ſāguis
nō p trāſlacōz ſꝫ p cōmixtionē. Sꝫ
q̄ritur cū pueri intelligātur bapti
ſari in fide parentū. vt de cō. di. iiij.
q̄ris ꝛ eoꝝ a q̄bꝰ puulꝰ ɔſecrādus
offertur vt ď ɔ. di. iiij. illud. q̄d ſi
offerētes ſint infideles. Rn̄o bapti
ſari itelligitur i fide ecce ꝛ i verbo
xp̄i nec obeſt īfidelitas offerētis
dūmō i forma ecce baptiſetur vt
de cō. di. iiij. Romanꝰ. Nec obſtat
de ɔ. di. iiij. q̄s a paganis ꝗ illud
loq̄tur cū non in forma ecce bapti
ſatur. ¶ Itē q̄ritur q̄d ſi nō habea
tur aque copia ꝛ ſic ſacerdos ꝓfun
dat aqua illum quem baptiſat ſic
vt partem corporis non totum

ꝯꝑꝰ ꝯtigat aqua. In hac qōne
dixit hug. ꝙ ſi caput pſūdatur uł
preťcaput maxīa ps corpis eſſet
baptiſata alˀs nō. Alīā t dīt bap
tiſari eciā ſi aqua cadat in quācūq
ꝗ corpis ptē ar. ad hꝰ de ꝯ. di. iiij
hoc nequaꝙ. ſicut ſufficit poſſideri
ptē ad hꝰ vᷣ q̊s totū poſſideat dum
tn̄ eiꝰ ſit aīo vt totū poſſidere intē
dat. vt. ff. de acq̄. poſſ. l. poſſideri.
§. i. ⁊ de peni. di. i. vulgaris ¶ Itē
q̄ritur nūquid baptiſmꝰ pt omni
tpe ꝯferri nō niſi ncītate immīēte
vtpote piculo mortis vel languo-
ris incurſu. vt de cō. di. iiij. venera
bilis ⁊. c. baptiſādi. ſʒ puto i adul
tis illud locū hrē nō in puulis qui
bꝰ nulla pteř baptiſmū ſalus pro
mittitur. ut de ꝯ. di. iiij. nulla timē
dū ē em̄ ne ꝓpť nature imbecillita
tē morte preueniēte q̊ baptiſētur
inueniri nō poſſint. ut v. di. bapti
ſari In adulť. aūt hꝰ iō nō timetur
qꝛ in eis ꝯūſio mētis ad ōm bap
tiſmi vicē ſupplere non dubitatur
vt de ꝯ. di. iiij. baptiſmi vicē Itē
q̄ritur An baptiſari poſſit noīe tri
nitatis implicite. Et videtur ꝙ ſic
ſicut de ꝯ. di. iiij. A q̊dā. Sʒ illud
expōiť. i. explicite p id qᵭ legiť i
eaᵭ di. ſcīn. ſi nō ſanctificatur. ſi re
uera. ⁊ in. c. in ſynodo ¶ Item nū
q̊d baptiſatur in noīe xp̄i Rn̄o ſic
vt de ꝯ. di. iiij. a q̊dā. Sʒ q̄re poci
us in noīe xp̄i ꝙ̄ in noīe trinitatis
Rn̄deo qꝛ i noīe tˀnitatis nō intelli
gitur ñ triū pſonaꝝ eſſenāe vnis
tas. Sʒ in hꝰ noīe xp̄i intelligitur
vnctꝰ vngēs ⁊ a q̊ vngiť. bal. tn̄
dixit ꝯceſſum fuiſſe aplis baptiſa
re i noīe xp̄i ꝓpť nom̄ xp̄i āpliandū
Sʒ ille canō ē hodie a q̊dam abro
gatꝰ p id qᵭ le. in ea. di. i ſynodo.
Sʒ non ſic putamꝰ. nā ille canon
ē a q̊dā nicolai ⁊ poſterior illo i ſy
nodo q̊ fuit zacharie vt pʒ in cro-
nicis. Dico ergo ꝙ non baptiſabi
tur i noīe xp̄i. ſi fuerit baptiſatus
valet baptiſmꝰ ¶ Itē q̄ritur q̊d ſi
q̊s ppetuo furioſus ⁊ q̊ nūꝙ̄ ſine
furore fuit baptiſetur. nūq̊d valʒ
ei baptiſmꝰ videtur ꝙ ſic ar. ff. de
le. ij. l. cū pr. §. furdo vbi dicitur ac
q̄ri furioſo emolumētū. tales em̄ p
infantibus hn̄di ſūt. nec g̅uātur
aliq̊ pctō actuali. vt iij. q. ix. iudi
cas. vn̄ ⁊ ſi nūꝙ̄ voluerūt baptiſa
ri nūꝙ̄ tn̄ voluerť. vn̄ ſufficiat hꝰ q̊
ad bpatiſmi caractere imprimēdū.
tūc ei caracterē ſacmētalē iprimit
op acio cū obicē volūtatis ꝯrie non
inuenit reſiſtentem. ut ꝗ. e. c. Cum
marthe in fi. ⁊ hꝰ idē ꝯſideratur i p
uuł de ꝯ. di. iiij. q̄ris. In eo autē q̊
icidit i furorē ⁊ i amētē ⁊ dormiēte
ꝯſiderať volūtas p̄cedēs furorē am
ciā vel dormicōꝫ vt ꝗ. e. Cū marthe
§. Itē q̄ritur Itē q̄ritur de coacto
Ad qᵭ dico ꝙ abſolute coactꝰ nō
r̄apit caracteꝛ. vt e. dec. §. e. Sʒ cō
dicōalit ſic qꝛ coacta volūtas volū
tas ē vt xvi. q. i. merito. qꝛ nec ipe
dit ſacmentū ordis. vt lxxiiij. di. ſi
iſta nō ipedit ſacmētū matrimonij. vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de presbitero nō bap

xxij·q·iiij·int̄ cetera ꝗ̄·ō ſpōſa·vení
ens ꝛ ſi talit̄ coact⁹ bapm̄ recipit
cōpellit̄ ſuare fidē ut xlv·di·de iude
is· Itē q̄d de ficte baptiſato Rn̄o
recepit ſacm̄etū ꝫ nō rē ſacm̄eti n̄ re
cedat fictio· vt de ꝯ·di·iiij·tūc va
lē· Itē q̄d ſi is q̄ baptiſat̄ baptiſa
n intēdat baptiſās āt nō intēdit·
Rn̄o nō cē baptiſatū·ut i·q·i·§· ec
ce·ꝛ de ꝯ·di·iiij·ſolꝫ q̄ri· Nā ꝛ cū p
iocū dicūt̄ h̄ vba ſpōdes ſpōdeo n̄
inducit̄ obligacio·ut·ff· de acc·et
ob·l·iii·§·vboꝝ· Itē q̄rit̄ an i ncc̄i
tate poſſit q̄s ſeipſū baptiſaē· Ad
q̄d rn̄o nō·ut ꝗ̄·e·c·debituꝫ·ſic nec
p̄t q̄s ſeipſū recōciliare·ut de ꝯ·di·
iiij·ſcīm ē· Itē q̄d ſi aq̄ alius ſit li
quor admixt⁹ nunq̄d baptiſabit̄·
Rn̄o ſic ſi aq̄ ꝑualet alit̄ nō· ¶ Itē
cū is q̄ nichil itelligit n̄ obligetur
vt·C·de ſal·mo·l·i·q̄uo ꝑuuli obli-
gātur i ill̄ ſpōſionib̄ q̄ ꝑ eis ſiūt
an̄ bapm̄ credis in deū ꝛc̄·ut de ꝯ·
di·iiij·pmū·Rn̄o ſpāle ē i bapo q̄s
ignorās p aliū obliget̄ p̄mo ven⁹
eſt in baptiſmo q̄s p aliū liberatur
ſcꝫ a ptāte dyaboli·ut de cō·di·iiij·
poſt q̄·p̄t āt q̄s ignorās p aliū libe
rari·ut·ff·de ſoluc̄·l·ſoluē·ꝛ·ff·de
nego·geſ·l·ſoluēdo· ¶ In ſūma ſci
enō q̄ baps dicitur ſacm̄etū fidei
vt de ꝯ·di·iiij·nichil aliud·h̄ idō
q̄ꝛ in fide xp̄i conſecratur ꝛ in fide
eccleſie confertur vel q̄ꝛ confertur
in noīe t̄nitatis explicite q̄ꝑ et offe
rētes ꝛ oblati tenētur credē vel q̄ꝛ
ſig^m ē q̄ ſuſpiciēs fidē h̄eat ꝛ ſi nō

h̄eat aliq̄ ipediēte· Sꝫ q̄ritur q̄d ſi
latinus baptiſaret ꝛ ꝑferat verba
neccāria nō tn̄ latīꝰ nec i ſua ligua
ſed in greca vel alia· Rn̄o baptiſa
tum eſſe· Nam ꝛ apl̄i loquebātur
varijs linguis ꝛ forma realis at-
tendenda eſt non verbalis· vt de
conſe·di·iiij·retulerunt Itē pone
q̄ non dicantur verba In no· p̄ris
et fi· ꝛ ſ·ſ· ſed ſimilia In nomine
genitoris ꝛ nati ꝛ ſancti flaminis
nunquid erit baptiſatum Reſpon
deo q̄ ſic quia non refert vtruꝫ ex
equipollentibus quid dicatur. vt
ff·de vbo·ob·l·i·l·que extrinſecus
et·l·ſi in nomine· ꝛ ꝗ̄ ō vbo·ſigni·
in hijs· ꝛ ſatis puto credēduꝫ eſſe
poſſe fieri bapm̄ ſub vb̄ ſinonimis
Sꝫ nūquid p̄t baptiſari ſic In no
mīe p̄nitatis ꝛ filiacōis ꝛ ſpiritua
lis ſanctitatis Rn̄o non· ¶ Vltimo
notabis cum dubitatur an aliq̄s
ſit baptiſat⁹ ſtatur teſtiōio vni⁹
vt de ꝯ·di·iiij·placuit· ꝛ idē in ꝯſe
cracione eccē·vt de ꝯ·di·i· eccleſie·
ſecus in ordine vt xcviii· di·afros
ꝛ ꝰ̄ de cle·peg̃·c·i·racionē diuerſi
tatis collige·ex·§· gracia· iij·q·i·§·
ecce cum honores·

¶ De preſbitero nō baptiſato·

Dictū ē ꝰ̄ q̄ baps ſit ianua et
fundamentū oīm ſacm̄etoꝝ
alioꝝ Sꝫ quia dubitari poſſet an
non poſito fundamento edificacō
alioꝝ ſacm̄etoꝝ ſubſiſtat Idō trac
tatur hic de collacōe ordinū fcā nō

baptiſato ⁊ iō ponit᷑ hic rubꝛca de
pb̄ro nō bap. miſtrāte. ¶ Videatꝰ
igit᷑ An collacio ordinū facta non
baptiſato valeat. Et qđ iuris ſit
cū q̇s credit ſe baptiſatū cū in veⁱ
tate nō ſit. Itē an ordinatꝰ cōperi
ens ſe nō baptiſatū debeat iterꝫ or
dinari. ¶ Ad primū itaqꝫ ſic di⸗
co cū paulus dicat fundamētū ali
ud nemo pt̄ ponere pret᷑ id qđ po
ſitū ē qđ ē xp̄s ih̄s. Cōſeqnt᷑ pro⸗
bat᷑ ꝙ vbi xp̄s nō ē fundamētum
nulliꝰ opis boni ē ſup edificiū. vt
i. q. i. Cū paulus. ⁊ ꝓpterea nulla ē
collacio ordinū. vt ꝗ̄. e. c. i. ⁊ i. q. i.
ſi q̇s ꝯfugit. ⁊ c. ſi q̇s ꝑ ignoran
ciā. ¶ Ad ſcḋm dico ſic ſi q̇s bap
tiſatꝰ nō ſit. credat tn̄ ſe baptiſatū
fore ⁊ alˀs ſit bone vite ⁊ ꝯuſacōis
honeſte lib᷑ ab origiali pc̄tō celeſ⸗
tis pr̄ie gaudiū adipiſcit᷑ indubitā⸗
ter. vt ꝗ̄. e. c. ij. Nec obſtāt iura il
la q̄ dicūt nullū poſſe ſn̄ baptiſmo
ſaluari vt de ꝯ. di. iiij. chatecumi
nū firmiſſime ⁊ xv. q. i. §. vt itaqꝫ
⁊ c. firmiſſime ꝺ ꝯ. di. iiij. de grān
te. ⁊ c. nulla qꝛ illa loq̄ūt hn̄t i hijs
qui ſciūt ſe non baptiſatos ⁊ cum
baptiſari poſſint negligāt vel con⸗
tempnūt ipſi ſeu parentes ipſorū
hic em̄ ꝺ q̊. ſ̄. premiſſi intelligitur
baptiſatꝰ in fide xp̄i ⁊ eccē. Nam
baptiſmꝰ inuiſibiliter miniſtrat᷑
quē nō contēptꝰ religionis ſed ar
ticulus nccītatis excludit. vt ꝗ̄. e. c
ij. ⁊ iij. vn̄ eciā quoꝺ an baptiſmū
ſpū ſcō̄ impleti credūtur vt centu
rio. vt de ꝯ. di. iiij. nō dubito. ⁊ ꝗ̄.
q. vij. nō oēs ⁊ valētinianꝰ qui cū
veniret ad baptiſmū ⁊ i via deceſ
ſerit dicit᷑ ābroſiꝰ de eo dixiſſe ven
trē meū doleo qꝛ quē regnaturus
erā ꝑdidi ille tn̄ grām quā popoſce
rat non amiſit. In tercio āt mēbro
dico baptiſari ⁊ iterꝫ ordiari debē
qꝛ nō itelligit᷑ iteratū qđ ambigi
tur eē factū. vt ꝗ̄. e. c. veniēs. Sed
oppōit᷑ q̇ ſe credit baptiſatū bap
tiſmo fluminis ⁊ ſi nō ſit in fide tn̄
xp̄i ⁊ eccē itelligit᷑ baptiſatꝰ vt ſu
periꝰ dixi. vn̄ ſi in tali ſtatu poſitꝰ
ordinet᷑ ſacr̄mētū ordis iuenit fun
damētū ſacr̄mētorꝫ ſcꝫ fidē ⁊ iō fir
miū ē edificium ⁊ ſic iterari non dꝫ
ordo ⁊ ſi iteret᷑ fit iniuria ſacramēto
vt i. q. i. qđ q̇đ de ꝯ. di. iiij. oñdit᷑
Ad qđ rn̄o tā diu itelligit᷑ bapti
ſatꝰ in fide ꝗ̄diu ignorat ſe bapti
ſatū vˀbo ⁊ elemēto. Et tūc ordo ite
rari nō poſſet. ſed cū pꝰ incipit ſci
re vel credere ſe nō baptiſatū fuiſ
ſe vˀbo ⁊ elemēto ⁊ nō baptiſet᷑ in aq̄
cum poſſit incipit ꝯtēpnē ⁊ ſic per
dit baptiſmuꝫ flamis ⁊ ſic ſine fū
damēto edificiū ordis iuenitur et
ꝓptēa ponēdꝰ ē p̄marius lapis ſcꝫ
baptiſmꝰ et demū ſup edificabit᷑
ordo nec iteratꝰ intelliget᷑. ¶ Et eſt
ſciēdum ꝙ vbi ſcit᷑ aliquē bapti⸗
ſatū nō eē baptiſabit᷑ et ꝓuabitur
forma cōis. vt ſ̄. t. ꝑx. non vt ap
ponēs. vbi āt dubitat᷑ tūc ꝓuabit᷑
illa forma q̄ habet᷑. ſ̄. ti. ꝑx. c. i. de
cō. di. iiij. ſi nulla. ⁊ idem ſeruat᷑ in

De custodia Eucharistie

conſecracōe ecc̄e·ut de ꝯ·di·i·ſolēp
nitates·ꝛ·c·ecc̄a· Itē in ordine·ut
lxviij·di·p̄bri q̄s·ꝛ·§·qđ āt· ¶ Et
nō ꝙ quidā dixerūt ꝙ vbi dubita
tur de ordine vel de baptiſmo ꝛ ite
rum ordinat̄ ſeu baptiſat̄ idem ca
racter ꝯfert̄ qui fuit p̄mo collatus
diſcernētes ꝙ h̄ articulus nec̄citatē
inducāt ꝛ allegantes ſimile·ff·de
acqui·poſ·l·poſſiden·§·ex plurib⁹
Sȝ hoc non eſt vez̄ q̄ꝛ ſi p̄us fuit
caracter ordis vel baptiſmi colla=
tus ſcđo nichil addit̄ ſed totum
adwcē refert̄ ꝛ ad viſibilē vnctio
neȝ·vt lxviij·di·§·qđ ergo·nichil
ei addit vel detrahit iteracio vnctio
nis ſicut nec iteracio manumiſſio=
nis·ut·C·de iuđ·lib·l·nichil·ħ q̄d
de hijs que p̄ſbiter iſte geſſit q̄ ſe
cōperit nō baptiſatū fuiſſe nunq̄d
decepit animas·ut·ſ̄·de elec·dudū
rothomaḡ·Rn̄o nō p̄mo dū bona
fide credit ſe baptiſatū ꝛ rite ordi
natū rata ſūt oīa que geſſit ar·ff·
de offi·pre·l·baraar⁹· ¶ In ſum
ma ſciendū ē in dubio pociꝰ p̄ſūi
non baptiſatū q̄̄ baptiſatū pocius
non ordinatū q̄̄ ordinatū ut de ꝯ·
di·iiij·puulos et hic in·c·veniēs·
Sȝ cū ita p̄ſumat̄ in hiis ſac̄mentis q̄re in ſac̄mēto mrionij ꝯ̄ria aſ
ſumatur p̄ſūpcio vt ſtet̄ tn̄ v̄bo
viri·ut xxiij·q·i·ſi q̄s accepit·ff·de
ritu nup·l·in libero·Rn̄o ſine oī pi
culo ē ſi ſac̄mēta illa iterent̄ ħ valꝫ
de piculo ſi eēt ſi iudicaret̄ non eē
mrio^m vbi ē lȝ alibi canō p̄ſumat n̄
eē mrio^m v̄ tn̄ ē ꝛ ſi ſolēpnia deſint
vt xxx·q·v·alit̄·ꝛ·c·nr̄ātes·

¶ De cuſtodia Eucharistie·

Supi⁹ tractatū ē q̄lit̄ eucha
riſtia ꝯſecrat̄ h̄ tractat̄ q̄lit̄
cuſtodiat̄·ꝛ iō ponit̄ h̄ rubrica de
cuſtodia eucharistie criſmatis ꝛ a
lioꝝ ſac̄mētoꝝ· Eſt igit̄ ſciendū
ꝙ eucharistia ē i loco ſingulari mū
do ꝛ ſigto ſp̄ honifice collocata deuo
te ac fidelit̄ ꝯſuāda·ut·ſ̄·de cele·
miſ·ſane·clauib⁹ adhibitis ut ī·e·
c·i·ſacđos p ſeipſum deferat illā in
firmis cū ſolēpnitate ꝛ reuerēcia q̄
ſtatuta ē in ꝯcilio gn̄ali·ſ̄·de cele·
miſſa·Sane·§·ſacđos nō āt p lay
cū vel mulierē trāſmittat·ut de con·
di·ij·peruenit·ꝙ fieri p dyaconū lȝ
ſi nec̄e fuit ut xciij·di·diaconū·ꝛ·c
p̄n̄te· Criſma eciā ſub eadē forma
ſuet̄ ut ī·e·c·i·ipſa q̄ȝ oratoria va
ſa corpalia palle altaris ꝛ veſtimē
ta clericoꝝ mūda ꝛ nitida ꝯſuent̄
vt ī·e·c·ii·q̄b⁹ i alijs vſib⁹ vtend̄
nō ē n̄ in eccāſticis ꝛ deo dignis of
ficijs·ut de ꝯ·di·i·veſtimēta·ꝛ·c·
ad nupciaꝝ q̄ ab alijs q̄̄ a ſacratis
viris nō dn̄t ꝯtigi·ut i p̄dcō·c·veſ
timēta·ꝛ xxiij·di·§·vaſa·ꝛ·c·ſac̄ta
et de ꝯ·di·i·i ſancta· Itē pallas al
tariū ꝛ veſtimēta clericoꝝ cū ſordi
da fuerit dyaconi cū hūilib⁹ miſ=
tris intra ſanctuariū lauent·ut de
cō·di·i·nemo·ꝛ ſi fuerint vetuſtate
conſumpta incendio dentur·ut de
con·di·i·altaris· Et eſt racio quia
deo dicata ad prophanos vſus·

conuſti non dꝫ· vt xix· q· iij· q̄ ſemel
xiiij· q· vlt· ꝯpimus· xij· q· ij· nulli
liiij· di· ex antiq̄s· xviij· q· vlt· q̄ſtu
de conſe· di· i· ligna·

## ¶ De reliquijs ⁊ vene· ſcōꝝ·

Dictū ē· ſ̄· de cuſtodia ⁊ re
uerēcia ſacramītoꝝ nūc āt
tractat̄ de reuerēcia ſcōꝝ·
et iō ſubicit̄ h̄ rubica de reliquijs ⁊
veneracōe ſcōꝝ ¶ Sciendū ē igit̄
q̄ reliquie in veneracōe ſcōꝝ habēde
non ſūt niſi auctē ſūmi pōtificis fu
erīt approbate vt ī· e· c· ij· q̄ poſt q̄
fuerīt approbate extra capſā oſtē
di non dēnt nec venales exponi· vt
ī· e· c· ij· Et de ſacro ſanc· ec· l· nemo·
ſ̄ rā ſcā eſtimacōez non capiūt· vt
ff· de re· diui· l· ſac̄ loca· §· vlt· ⁊ ꝓp
terea vēdi non pūt cū vēdicio ſine
precio nō ꝯſiſtat· vt inſti· de emp·
et vē· §· preciū ⁊· ff· e· t· l· ij· §· ſine p̄
cio ⁊ q̄ ſpūalia vēdit capitale cmē
cū ſymonia cō mittit· vt· i· q· i· ſtu
d· ¶ Ad canōizādos ſcōs ⁊ i ſcōꝝ
cathalego ꝯſcribēdos de q̄ legitur
xix· q· iij· q̄m̄ talit̄ puenit̄· Inqui
rēdū ē em̄ an illi de q̄ canoniſand̄
agit̄ p̄ oꝛ vita teſtimoniū p̄beat ꝓ
laboribꝰ multis p motibꝰ caſtis ꝓ
actibꝰ ſtrēnuis vt lxi· di· miramur
oportet em̄ p̄nti teſtificacōe predi
cari ⁊ bone fame p̄conijs nō tacer·
vt xii· q· ij· q̄tuoꝛ· Et q̄ri dꝫ maxīe
de ſimplicitate ⁊ humilitate· vt· ſ̄·
de preſbip· Ex ſtudijs ſimplicibꝰ ei

dēꝰ dat grām· Itē querī ſolet an i
vita paſſus fuit pſecucōes vt vij·
q· i· oēs q̄ gemebat ⁊· c· adunati ⁊
an fuit paſſus ex caritate vt i· q· i·
vide q̄ntū bonū ē caritas ¶ Querē
dū ē eciā de miraculꝭ fcīs i vita ⁊ pꝰ
mortē· Et nō q̄ q̄ntuꝫ ad h̄ vt ſit
miraculū· Q̄ natuꝛ req̄rītur vt ex
deo ꝯtigat nō ex arte· vt i· q· i· tere
amꝰ ij· q· vij· §· Itē balaā· i· q· i· ꝓ
pbetauit· Itē vt ſit ꝯ naturā· Itē
q̄ nō ex vi v̄boꝝ· ſꝫ ex merito hoīs
h̄ ꝯtigat· h̄ iō dico q̄ panis mira
culoſe trāſubatur i corpꝰ xpi nō me
rito hoīs ſꝫ v̄tute v̄boꝝ vt de ꝯ· di·
ij· q̄ corpꝰ xpi· ⁊· c· in q̄buſd̄· Itē
vt ſit ad corroboracōez fidei· verba
em̄ trāſit in vitꝫ hoīs miſterio ſed
h̄ nichil ad fidei corroboracōnez ⁊
ideo nō ſūt h̄ talia miracula q̄uis
hoīm miniſterio fiant vt ꝓpterea
debeat quis canoniſari·

## ¶ De obſeruacōe ieiunioꝝ·

Dictū ē· ſ̄· de veneracōe ſcō
rū· Sꝫ q̄ ob reuerenciaꝫ
ſcōꝝ· Ieiunia celebrātur
idō ſubſeq̄nt̄ de ieiunijs tractat̄ et
ꝓptēa ponit̄ h̄ rubica d̄ obſeruācia
ieiunioꝝ· ¶ Videaꝰ igit̄ q̄d ſit ie
iuniū· ⁊ q̄bꝰ diebꝰ ieiunia ſint in
dicta ¶ Ieiunium triplex eſt· Ieiu
niū magnum ⁊ generale ē ad q̄d
oēs tenet̄ abſtinē ab iniq̄tatibus
et illicitis voluptatibꝰ ſeculi q̄d ē
pfectū ieiuniū vt d̄ ꝯ· di· v· ieiuniū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De reliquijs et vere / De observ[illegible] ieiuniorum

Secūdo mō dicit̄ ieiuniū discreta
et moderata refectio vt singulos di
es absqꝫ cibo₂ luxuria trāsigamꝰ.
vt de ꝯ.di.v.sint tibi.ꝛ.c.nō dico
et h̄ duo ieiunia oī tpe ꝛ diebꝰ sin
gulis sūt ꝑsuāda. Tercio mō dicit̄
ieiunium subtractio prādij ꝛ pꝰ ce
nam cuiuslibꝫ cibi ꝑuacio vsqꝫ ad
diē seqntē. Itē abstinēcie indictō
a carnibꝰ ꝛ ab oībꝰ que semētinā
trahūt originē a carnibꝰ a lacte vi
delicꝫ caseo ꝛ ouis vt ꝓbantur h̄
de ꝯ.di.iii.de esu ꝛ iiij.di.deniqꝫ.
vbi ecīā adicit̄ ceterū pisciū esus
iā relinqtur vt h̄ īfirmitatis sola
cīū nō luxurie pariat incēdiū. h̄ tn̄
saluo vt nō cogātur diuites pau-
ꝑū cibis vesci vtātur ꝯsuetudine
infirmitatis sue ſꝫ doleāt se nō pos
se alit̄ sustētari. vt xli.di. nō cogā
tur vīn nec in q̄litate cibi nec ī q̄nti
tate ē viciū dūmō q̄s vtat̄ ꝑm exigē
ciā sue nature ſꝫ in appetitꝰ excessu
vt ꝓbant̄ h̄.xli.di.q̄squis delicie.
et.c.ꝙ dicit̄. Itē cū abstinemus a
cibis ab oībꝰ dissolucōibꝰ abstīe
re debemꝰ. Quid enī ꝓdest ieiuna
re viscerībꝰ ꝛ luxuriari venatibus
abstinē a cibis ꝛ errare peccatis vt
lxxvi.di.q̄d ꝓdest. Itē alibi ni-
hil ꝓdest tōi ieiunaē ꝛ oraē ꝛ alia
religionis opa agē ñ mēs ab iniq̄
tate ꝛ ab obtrectacōībꝰ lingua co
hibeat̄. vt de ꝯ.di.v.nichil ꝓdest
Quinqꝫ āt modis gule viciūm
nos tēptat aliqn̄ nāqꝫ īdigēcie tē
pora ꝑuenit. aliqn̄ nō ꝑuenit. sed
cibos lauciōres q̄rit. aliqn̄ q̄ sumēda
sūt ꝓcurarē accuraciꝰ expedit. aliqn̄
āt ꝛ q̄litas cibo₂ ꝛ tps ꝯgruit sed
ī ipa q̄ntitate sumēdi mēsurā exce
dit nō nūq̄ꝫ ꝛ abiectiꝰ qd̄ desiderat
et cū ipō esu imēsi desiderij deterius
peccat. vt de ꝯ.di.v.q̄nqꝫ modis.
Vnꝰ. Est etiā ꝙ qn̄qꝫ mōis gula
dāpnat edacē. Cū nimiū ꝯmedit
vel edēdi ꝑuenit hōrā. Querit deli
cias ꝉ parat delicōsa. Vel sumit cu
pide qd̄ nō ē deliciosū. Nunc vi
deaꝰ ī q̄bꝰ diebꝰ ꝛ tēpibꝰ ieiunia
tēcij gñis īdicāt̄. Et ē sciēdū ꝙ xl.
sima obſuacōē ē obſuāda q̄ cōti
net xl. ꝛ duos dies diebꝰ dn̄icis ꝯ
putatis e q̄bꝰ dū vi dies dn̄ice ab
stinēcie sōtrahūt̄ remanēt xxxvi.
dies in abstinēcia q̄ sūt decīa tōci
us ānī. Annꝰ enī hꝫ ccclxv. dies q̄
rū xxxvi. sūt decīa. Pꝫ hijs diebꝰ
addūtur q̄tuor dies ꝑme septiane
scꝫ dies mercurij. dies iouis. dies
veneris ꝛ dies sabbati vt sacer nu
merꝰ xl. die₂ ipleat̄ quē saluator
sacro suo ieiunio ꝯsecrauit. vt de cō.
di.v.q̄dragesima. Itē ieiunādum
est in vigilijs aplo₂ ꝛ q̄ꝛuis in v̄
sibus ꝯtineantur nomia certo₂ꝫ
Petrus ꝛ andreas Paulꝰ cū Sy
mone Judas. Vt ieiunemus nos
admonet atqꝫ matheus. Puto tn̄
in oīm aplo₂ vigilijs ieiunandū
vt ī.e.c.ꝯsiliū. ꝑter vigiliam phi
lippi et iacobi et beati Johannis
euangeliste qm̄ illo₂ festiuitas ī.
solempnitatē paschalē. istiꝰ autē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infra nathalē dn̄i celebratur vt di
citur in eadē decre· in i° Rn̄° de feſ
tiuitate beati Bartholomei de cui⁹
celebracōe dubietas oritur ap̄d q̄ſ
dam conſuetudo regionis eſt obſ
uanda ut in e· decre· ſ· ſcōꝝ· ſicut ⁊
al's in ieiunijs conſuetudo attendi
tur· ut xij· di· illa in fi· lxxvi· di· qꝫ
mā· ⁊ in de c· e· ſ· Item de illis Itē
conſtitutū eſt ut quatuor anni tē
pora ab oīb⁹ hominib⁹ cōmuni ie
iunio obſeruētur· ut lxxvi· di· con
ſtitutū· hoc autē ordine ieiunia iſ
ta celebrentur ¶ Primū ieiuniū
in inicio quadrageſime· Secūdū
in ebdomeda pentecoſtes· Terciū
vero ⁊ Quartū in ſeptembri ⁊ de
cēbri more ſolito fiat· ut lxxvi· di
ſtatuimus· Vn̄⁹· Prima quadra
gene ſeruat ieiunia vernis· pneuma
tis ebdomada ſeruare ſcda tenetis
Tercia ſeptēbris fert cultū mercu
ris iſtum· Sabbata ieiunēt vigi
lem pſencia xp̄m Et cum quatuor
ſint āni tp̄a· ver· eſtas· Autūpn⁹
et hyemps p̄dcā quatuor ieiunia
ex doctrina ſancti ſpūs ita ſūt per
toci⁹ anni circulum diſtributa vt
lex abſtinēcie oīb⁹ ſit aſcripta tem
poribus· ut lxxvi· di· hui⁹ ¶ In qua
tuor tp̄ib⁹ penthecoſtes hec rō red
ditur vt ſi quis forte inter paſcal'
feſtiuitatis gaudia negligēs liber
tas ⁊ licencia īmoderata preſump
ſerit hꝰ religioſe abſtinēcie cenſura
caſtigꝫ· ut lxxvi· di· igit· ē ⁊ alia
rō quare ieiuniū illi⁹ tp̄is differt

poſt penthecoſten ⁊ non inducatur
ante reſurrectionem qꝛ illo tp̄e fu
it ſponſus cum ſponſa ⁊ ideo non
fuit tunc ſponſe aliqua indicēda
aſperitas cum ſponſum hrēt ſecū
et eius delectaretur amplexibus·
vn̄ i ecc̄a tūc cantatur quaſi modo
geniti infantes· Et hec racō reddi
tur lxxvi· di· Ieiunium· ſ· non aūt
cum ſequen· ſ· ⁊ licet dicam illos
quinq̄ginta dies qui ſūt a paſcha
vſqꝫ ad pēthecoſten a ieiunio exēp
tos eo q̄ iucūditatis pagendi ſūt
dies illi· ſi tn̄ aliquis ex deuocōne
ieiunet phibendus non eſt· Nam
vtinā omni tp̄e ieiunare poſſem⁹
vt pbantur hec in· c· ieiuniū· ſ· vl·
et· c· vtinā· ¶ Obſeruantur ⁊ alia
ieiunia ab ecc̄a conſtituta que ſine
neceſſitate racionabili non ſeruan
tur· ut lxxvi· di· ieiunia Quedā ecīā
ieiunia obſeruātur ī vna puincia
que non ſeruātur in alia ⁊ in hoc
vnaq̄qꝫ puincia in ſuo ſenſu habū
det· vt lxxvi· di· vtinā· Nam pret
feſta precipua ⁊ oīa ſinguli ep̄i in
ſuis ecc̄ijs ſpāles obſeruāt feſtiui
tates· ut de ɔ· di· iij· pnūciandum
Item ieiunādum eſt tp̄e rogacio
nū· vt de ɔ· di· iij· Rogacōnes Ieiu
nādum eſt ſexta feria ⁊ die ſabba
ti· Sexta feria ppter dn̄i paſſiōeꝫ
Die ſabbati qꝛ dies ille inter triſti
ciam paſſionis ⁊ leticiam dn̄ice re
ſurrectionis icluditur· vt de ɔ· di·
iij· ſabbato vt ſalti ab eſu carniū·
die ſabbati abſtineam⁹ quicūqꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tone rei·s̄·de dona·aplice vel q̄libȝ
p̄uat⁹ masculus vel femina p̄t sibi
construē eccā̄ȝ siue oratoriū·vt de
cō·di·i·vniuiq3 cleicos·ꝛ·c·si q̄s
eccā̄·xviij·q·ij·q̄dā̄·xij·q·ij·religi
osā ¶ In cōstruēda dȝ interuenie
auctoritas epi q̄ p̄marū lapidē po
nere dȝ·dote tñ ab edificatore p̄us
assig̈ta·vt nōui·s̄·de ꝯ·ec·§·Item
nōnd·Et nō q̄ postq̄ q̄s incepit
edificare ꝯpellit̄ ꝯsūmare·vt no·
s̄·de ꝯse·ec·§·Itē q̄d si q̄s incepit
edificare·¶ In sūma notab lōge
aliud ē facere q̄ reficē·vt·ff·de itī=
nē actuq3 p̄ua·l·iij·§·reficē·et·ff·
de no·op·nūc·l·i·§·si q̄s edificium
Reficere em̄ ē ad p̄stinā formā re=
ducere·vt in p̄alk·l·de itinere actu
qȝ p̄·Nouū aūt op⁹ fit cū rei facies
imutat̄·vt·ff·de noui op·nūc·l·i·
§·op⁹ nouū·vn̄ si domū vel eccā̄m
diruas et ea mēte vt de eisdē sem̄
tis ꝛ lapidib⁹ eā redifices n̄ ē eas
dom⁹ vel eccā̄ si vsq3 ad fundamē
tū fuerit diruta secus tñ ē in naue·
Nā si nauis reficiende cā oēs tabu
le refixe fint nonō int̄cidisse nauis
videt̄ ꝛ ꝯpositis rursus eadē nauis
esse incipit·vt·ff·de v̄bo·ob·l·int̄
stipulantē·§·sacram·ꝛ·§·ꝛ nauis
¶ Vn̄ si tota eccā̄ deiciat̄ vsq3 ad fū
damentū vt dictū ē in reedificād⁹
auctoritas epi necc̄aria ē·vt xvi·q·
vlt·si q̄s vult·ħ sec⁹ in reficiēd⁹ vt
ꝫ·de iudeis ꝯsuluit·ꝛ·c·iudei·C·de
opib⁹ publ̄·l·vlt·al̄r cū lex dicat
q̄ p̄hibȝ reficē p̄hibet edificare·

vt·ff·de mor·iferē·l·i·§·edificatos

¶ De emunitate eccā̄ꝝ

Dictū ē·s̄·de eccijs edificā
dis q̄ quid dom⁹ dei sunt
et onerib⁹ p̄mi nō dn̄t q̄
b⁹ dom⁹ p̄uate p̄mūtur ꝛ ꝓpterea
de emunitate ec·vel cy·ꝛ rerum ad
eas ꝑtinēciū differendū ē vn̄ po=
nit̄ hic rubca de emuni·eccle·l cy·
et reꝝ ad eas ptinēciū·¶ Videa⁹
igit̄ q̄d sit emunitas·quā emuni=
tatē hēat eccā̄·res ꝛ hoīes ei⁹·quā
cimiterū ꝛ quā mās us·Et q̄ sit pe
na violanciū cymiteriuȝ ꝛ emuni
tatē·¶ Emunitas ē libtas que cō=
petit eccijs personis ꝛ reb⁹ ad eas
spectātib⁹·Dicit̄ āt emunitas q̄i
extra munia·i·extra munera·nō em̄
eccā̄ subit sordida munera vt cal=
cis coq̄nde arene fodiende sed ab
hijs tā eccē quā ipsaꝝ p̄dia ꝛ mācī
pia siue rusticī ipsarū exēpta sunt·
vt xvi·q·i·§·nouarū·Clerici vxo=
res ꝛ filij cleicoꝝ simılit̄ ab hmōi
liberi ꝛ exempti sūt·vt·C·de epis·ꝛ
cle·l·ij·Eorūq3 coloni·vt lxxxix·di·
iudicatū·Itē extraordinaria mu=
nera que subito imponūtur simili
ter eccā̄ nō agnoscit ꝛ si sint onera
realia seu predialia vt sūt supin
dcā̄ vt xvi·q·i·placet·ꝛ·C·de epis·
et cle·l·placȝ·ꝛ·C·d sup indict̄·l·
vna li·x·Ab hijs extraordiarijs
munerib⁹ exīpit̄ nisi forte ep̄s et
clerus tantā necessitatē ꝗ vtilitatē
inspexerint vt absq3 vlla coactiōe



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad releuādas oēs vtilitates vbi la
icorū nō ſuppetūt facultates ſubſi=
dia p eccās eſtimēt ↄferēda· vt ꝗ̄·
e·c·nō eo min⁹·p̄us tū romano pō
tifice ↄſulto·ut ꝗ̄·e·c·aduūſus ⁊ hoc
poſſum⁹ appellare canonicā illa cō
nē quā aduēnciē ncc̄itatis ſarcina
repētina popoſcerit vt dicit lex illa
placꝫ ¶ Onera āt q̄ ipoſita erāt re
b⁹ anq̄ res ad ecc̄aꝫ puenīſſent ſu
bit ecc̄a vt tributū canonē ſiue cen
ſū ⁊ ſic itelligo·xi·q·i·c·tributū·⁊
c·magnū·⁊ xxiij·q·viij·ſi tributū
h̄ onā ordiaria ſūt ⁊ p̄dialia ⁊ vo
cātur idicta·vt·C·de indic·l·i·li·x·
Verūptū ſi ceſſet in ſolucōne cano
nis vel tributi Res nō trāſfert i eū
cui tributū vel canō debet ⁊ h̄ ē q̄
lex p̄allegata placꝫ dicit nulla trāſ
lacionis·ſollicitudo ſignet nec ob
ſtat lex·C·de exac·tbu·l·ſi diuina
q̄ā lex illa nō tꝫ ſ̄m canones aut
exponi dꝫ diuina dom⁹·i·impial·
Sec⁹ ē i ecc̄aſtica vt dcū ē· One
ra pſonalia non ſubit ecc̄a·ut·C·de
epiſ·⁊ cle·oīs q̄ vbiqꝫ·ſꝫ h̄ fallit i
caſu nullus ei a murorꝫ vigilijs ex
cuſatur·ut ꝗ̄·e·c·puenit·ū ſit ſenex
vt·C·de deau·l·vlt·li·x· Expedit eīn
rei publice pulsre hrē defenſores
vt·ff·de noui op·nūc·l· Nā rei pub
lice·⁊ q̄libꝫ dꝫ defendere priam·vt·
xxiij·q·viij·oī tpe· Pro c⁹ defenſio
ne pī ocades filiū excuſat·vt·ff·de
relig·⁊ ſūp·fun·l·mime· In ecc̄a
placita ſecularia audiri non debent
vt ꝗ̄·e·c·i·⁊ maxime iudicia ſang=
uinis·ut ꝗ̄·e·c· Cum eccleſiaſtica·
¶ Item nec ſeculares homines de=
bent in domibus eccleſiarum hoſ
picia pro iure ⁊ debito vendicare v̓
ꝗ̄·e·c·i·⁊ ſimile·xlij·di·quieſcam⁹
ceterum ſi caritatiue petatur nulli
negari debet·vt in·c·quieſcamus
xlij·di·ſ·i·ꝟ·de preben̄·ō monas=
chis ſupra de ſup·neg·pre·ſicut lx
xxv·di·archidyaconum· ¶ Item
emunitatem habet eccleſia ⁊ cymi
terium vſqꝫ ad xl·paſſus·ſi maior
fuerit eccleſia·vel xxx·ſi minor·vt
xvij·q·iiij·ſicut·vt fugientes ad
eam ob maleficia violenter non ex
trahantur·vt infra e·c·intra·c·i=
munitatem· Sed prelati debent
eis obtinere vitam ⁊ membra ſu=
per eo tamen q̄ inique fecerint ſūt
alˀs legittime puniendi vt in illa i
tra·⁊ q̄uis ab hoc p̄uilegio lex plu
res perſonas excipiat in autū de
man·prin·colla·iii·ſcilicet homici=
das adulteros ⁊ raptores virgi=
num decre·tamen preallegata duo
genera hominum excipit publicos
latrones ⁊ nocturnos populatores
agrorꝫ raptores eciam virginum
ad eccleſias fugientes immunita
tem ab eccleſia conſequuutur·xxx
vi·queſtione·i·de raptoribus·vn=
de non obſtante excepcione legali
cui derogatum eſt in hac parte
ſtandum eſt diſtinctioni decre·
nec mireris ſi hec duo genera hoim

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De purificacio p⁹ p[illegible]

eñ xpiane r̃ligionis ſe p̃ꝛacipẽ eſſe
deſiderat ab eſu carniũ eadẽ die ñ
maiori feſtiuitate interueniẽte vel
infirmitate abſtineat· vt de ↄ· di·
v· qꝛ dies ſabbati· ¶ In ſumma
nõn dẽ q̈ ſi feſtũ hñs vigiliã inci
dat in diẽ lune die ſabbati ieiunã
dũ eſt· vt ĩ· e· c· i· Sꝫ opponit arɀ
guñto legali ſic dies medius· ſ· di
es dñic⁹ dꝫ impedire ieiuniũ cum
ſit a ieiunio lib· nã ſacer locus int
ueniẽs int duo p̃dia ſuitutẽ impe
dit extremoꝝ· vt· ff· de ſui· l· ſerui
tutes· § ſac· ⁊ lex alia dicat mediũ
prediũ qd̉ non ſuit impedit ſuitu
tẽ· vt· ff· de ſui· ruſti· pre· l· q̃ ſella·
§ in ruſticis· Ad qd̉ rñõ Ieiunare
non ẽ ſuit⁹ p̃dialis· Sꝫ debitũ p
ſonale qd̉ cum ſolui non poſſit ſua
die ſoluatᷣ alia nã ad duo tenetur
ſcꝫ ieiunare ⁊ in vigilia ieiunare ⁊
iõ ſi non poſſim⁹ die dñica ꝓpt̃ ei⁹
excellenciã ieiunare ieiunãdũ ẽ die
ſabbati ar· ad h̃· ȭ· de dolo· ⁊ ↄtu·
Cũ dilã· ff· de arbi· l· celſus· Nam
et excellẽcia natiuitatis inducit vt
in vi· feria carnib⁹ veſci poſſumus
ſm ↄſuetudinẽ eccẽ gñal· vt ĩ· e·
c· explicari·

¶ De purificacõe poſt ptũ·

In ſupiori rubica tractaui
m⁹ de ieiunijs celebrãdis
ob reuerẽciã ſcõꝝ ſed qꝛ
ex reuerẽcia ⁊ deuocõne ꝓcedit qd̉
muliẽs p⁹ ptũ ceſſant ab igreſſu
ecclãꝝ vſqꝫ ad temp⁹ purificacõɀ

nis· ſbſeqñt ponit h̃ rubica de pui
fica· p⁹ ptũ· ¶ Quod igit̃ circa h̃
olim ſuabatur i lege veteri ⁊ qd̉
hodie ſeruãdũ ſit breuit̃ videam⁹
Et ẽ ſciendũ q ſm legẽ moſaycam
mulier imũda reputabat̃ p⁹ ptũ
et iõ ſi maſculũ peperit ceſſabat a
tẽpli ingreſſu lx· dieb⁹ ſi feminã·
lxxx· diebus· vt· v· di· § i· Sed
contra in quad̉ palea q̃ in q̃buſdã
libris in eadẽ di· habet̃ ⁊ icipit cũ
enixa· ibi eñ dicit̃ q ꝑ maſculo ceſ
ſabat̃ ab igreſſu tẽpli xxxiij· dieb⁹
pro femina· lxvi· dieb⁹· ſed ibi in
maſculo non attẽdit̃ dies natiuita
tis· ſed circũciſionis circũcidteba
tur puer in viij· die ſue natiuitatis
In femina ãt attendit̃ ibi dies iɀ
poſicõis nois cũ imponebat̃ nomẽ
in xiiij· die natiuitatis ſed in· § ij·
vtroqꝫ ↄſiderat̃ temp⁹ natiuitatis
Sꝫ q̃ras q̃re tot dieb⁹ ceſſabatur
ab ingreſſu tẽpli ꝑ maſculo ⁊ tot
ꝑ femina Rñõ qꝛ ſicut phiſici diɀ
cũt tot dieb⁹ fetus maſculinus ⁊
tot feminin⁹ eſt mortificatus ſine
aĩe infuſione Sꝫ hodie qñ iã legis
v̓bra euanuit et illuxit veritas euã
gelij· Si mulieres poſt ꝓlẽ emiſɀ
ſam acture grãs eccãꝫ intrare volue
rũt nulla ꝓinde pcĩ mole grauan
tur vt eccãꝝ aditus denegand⁹ ẽ
ne pena illi⁹ videatur in culpã ↄuɀ
ti· Si tñ ex veneracõe voluerit ali
q̃ diu abſtinere deuocõẽ eaꝝ non
credimus improbandam· vt ĩ· e·
ti· c· vno ⁊ ſimile· ȭ· c· ꝑx· aliqñ ei

bonū abſtinē ab eo q tñ licite fit. vt de ↄ. di. ij. coſidie. xi. q. i. aliud q bonaꝝ mētiū ē ibi culpas agnoſcē vbi culpa nō ē. ut ṡ. c. ꝓx. ↄſiliū. ſ. ſcōꝝ. ꝛ v. di. ad eiꝰ vero ↄcubitū.

## De eccleſijs edificandis.

Q Uaeſitū ē ſ̄ de eccijs ↄſtruēdis ſꝫ q pleriqꝫ eccē ↄſtructe corruunt ꝛ repacōe egēt. Jō ſbiicit h ru brica de eccijs edifi. vel repandis l de nouo ↄſtruēdis. ¶ Videamꝰ igit a q̇bꝫ ſit eccā repanda. ꝛ cꝰ auctē de nouo ſit edificāda. Et q̇bꝫ ex cau ſis noue ſint eccē faciēde. ¶ Eſt aūt ſciēdum q ſi porcio fab̄ce deputata ſufficiat ad repacōez eccē is q̇ eā ꝑ cipit repare tenet. vt x. q. iij. v. nio ꝛ. q. i. decimꝰ. ē. e. c. de hijs. ſi vero ñ ſufficiat tūc rector ꝛ q̇ bñficiū hꝫ ab illa eccā q̄ repāda ē ↄferēt ꝛ ec cleſiā repabūt ut i ꝑdcā dec̄ ð hijs vt ē. e. c. i. ꝛ xvi. q. i. ſi mōcbꝰ. ṡ. ð hijs q̄ ſi. a ma. p. ca. c. vl. nec mire ris ſi ↄferāt bñficiati. Nā cū emolu mētū ſeqāt ꝛ onꝰ ſētiē dnt iux̄ illð Cōmoda q̇ ſētis iugas onꝰ emolu mētū. ut ar. C. ð cadu. tol. l. vna. ſ. ꝓ ſcðo i fi. ꝛ. ſ. ne āt. C. de fur. l. ma nifeſtiſſimi. ſ. plt. i fi. ṡ. de hijs q̄ fi. a ma. par. ca. c. vlt. dnt inqꝫ bñfi ciati agnoſcē onꝰ fab̄ce ꝓ rata bñfi cioꝝ nā ꝛ fructuariꝰ tñiāt ſarta tec ta. ut. ff. de vſu. l. vſufructu legato ſ. hactenꝰ. C. e. t. l. eū ad quē. ¶ Eccē faciēde ſūt ꝓ ↄgrua loca ut de ↄ. di. i. eccās ſiv̄o ſupflue inueniant vel deſtructe ꝓuidēcia epi modꝰ inueni at q̄lit ↄſiſtē poſſint. ut de ↄ. di. i. c ij. ut repent vt dcm̄ ē. vl vt deſtru ant. ut de ↄ. di. i. eccē vel altaria. l ſi ꝑ ſe ſbſiſtere nō pñt alijs eccijs vniātur ut x. q. iij. vnio ēca ſi. ꝛ ut nōui. ṡ. de religio. do. ſ. tbꝫ ꝛ. ſ. vl. et ſʒm h intelligo lxx. di. ſcōꝝ in fi. Hic āt faciēde ſūt noue eccē vt per eas veteribꝫ ꝑiudiciū ñ fiat. ut xvi q. i. eccē ꝛ. c. q̄cūqꝫ. Jtē plurēs bap tiſmales eccē i vna t̄miacōe fieri ñ pñt. ut xvi. q. i. plures poſſꝫ tñ eps ex cā de vna t̄miacōe facē duas. nā et diuidē ꝑt vnā i duas ꝛ duas vi re ad vnā. ut ē. de excel. ꝑla. ſic vni re. Sic ꝛ ꝓuincia vna diuidit in duas. ut. ff. de officō aſſeſſo. l. ſi ea dē x. di. ipiali. ſic ꝛ vna ꝑbēda diui dit i duas. ut. ṡ. de ꝑbē. vacāte. nā et auferre ꝑt vni eccē ꝛ dare alteri vt ē. e. c. ad audienciā xij. q. ij. bone rei de dona. aplice. ṡ. de hijs que fi. a prela. ſine ↄſenſu ca. paſtoralis non tñ hoc lꝫ paſſim ꝛ ſine cā ꝛ ſic intelligo. ṡ. de rebꝫ ec. non alie. c. i Tres autez ſunt cauſē ꝓpter quas noue eccē pñt conſtrui q̄uis in ꝑiu dicium antiquaꝝ. Tempis q̄litas vt vij. q. i. temporis. Jncremētum ꝓpli. ut xvi. q. i. Felix. ꝛ. c. multis. et. c. precipimus. Eccleſie diſtan cia vel difficultas acceſſus. ut ē. e. c. ad audienciā. ſine preiudicio alte riꝰ eccē licet epiſcopo ꝓ ſua ſepul tura eccām conſtruere. ut xij. q. ij.

ecctā nō defendit eos eū cuilibet lȝ
ipune occidē ut. C. qñ lȝ vi. l. i. ⁊ ij.
et ſine pctō ut canon velle videtur
xxiij. q. v. cū eō. qđ tñ itelligo ſi fu
erit nocturn⁹ ſȝ ſi diurnus tūc ſine
pctō occidit cū ſe telo defendit. ut
ꝗ. de homici. ſi pfodiēs ¶ Itē excī
piūtur ⁊ illi q ſperātes p defenſio
nē eccē ipunitatē ſuoꝝ exceſſuū op
tinē homicidia vel mutilacōnes in
eccījs vel eaꝝ cimiterijs ↄmittere
nō verētur. ut ꝗ. e. c. imunitatem.
¶ Sȝ qrit nūqd is q furtū vel ſac
legiū ↄmittat in ecctā ab ecctā defen
dat videt ꝙ nō. nā Aug⁹ dicit de
iure ad ſupplicādū admitti nō dȝ
ibi vbi ſaclegiū cōmiſit. ut x vij. q.
iiij. frat ⁊ corp⁹ ⁊ fruſtra inuocat
auxiliū eccē qui in eā ↄmittit. ut ꝗ.
e. c. vlt ꝗ. de vſur. qꝛ fruſtra i autn
ut liceat mrī ⁊ auie. §. qꝛ vero. pu
to tñ ↄriū qꝛ iura canonica certas
pſonas ab hͦ pͥuilegio excludūt ut
ſupi⁹ dictū ē. Et qꝛ eccījs ⁊ eccāſ
ticis pſonis ſcitas ignoſcēdi gl'ā ȝ
derelinqt. ut. C. de epiſ. ⁊ cle. l. ſi qs
in hͦ gen⁹ ¶ Hoc pͥuilegiū em u
nitatis hñt eccē ↄſecte ⁊ non ↄſec
te. ut ꝗ. e. c. eccē. Sȝ nūquid pͥua
ta oratoria q hōies in ſuis domib⁹
hñt hac emunitate gaudebūt. ut i
autn de eccle. ti. §. ſi qs i ſua domo.
et. §. ſi vero. coll. ix. ꝯ. de cenſib⁹. c.
vlt. de ↄ. di. i. vnicuiqȝ. ⁊ c. ſeqnti
puto ꝙ nō ¶ Itē qrit an eccā int
dicta retineat hͦ pͥuilegiū. Et vide
tur ꝙ nō. Nā decē dicit in q diuina

miſteria celebrātur. ut ꝗ. e. c. eccē.
¶ Itē cleric⁹ intdict⁹ durante int
dcō pdit ea q ad ſuū bñficiū ſpec
tāt. ut. ꝯ. de elec. Cū in cūctis. ꝯ. de
cōſue. Cū dilcā. ꝯ. de ↄceſ. pbē. l. ec.
ñ va. Quia diuſitatē. ꝯ. de poſtu.
c. i. ⁊ idē ē in ſuſpēſo ut. ꝯ. de eta. ⁊
qli. ordi. cū bone memorie. ꝯ. de ap.
paſtoral in ſi. Itē ſuſpēſus nō exe
quit ea q ſūt officij ut xxxij. di. nul
lus ⁊ c. pret hͦ ꝗ. de ſymo. Tanta.
Credo ꝙ eccā intdcā retinet pͥuile
giū emunitatis ſicut ⁊ cleric⁹ int
dict⁹ vel ſuſpēſus retinet pͥuilegiū
ſue imunitatis qͦ ad iniection̄ ma
nuū violētā. Nā ⁊ depoſit⁹ hȝ hoc
pͥuilegiū qꝛ caracterem retinet. ut
lxxxi. di. dictū. ¶ In ſūma nōndū
eſt ꝙ eccā defendit ad ſe fugientes
qñtū ad morte ⁊ mutilacōēȝ vñ re
cepta ydonea caucōe ſuper vita et
mēbris reddet eos puniendos pe
cunialit vel in reb⁹. Peru⁹ autē
reddit dño iuramēto pſtito de ipu
nitate ipſius. ut ꝗ. e. c. inter alias
¶ Pena vero violanciū emunita
tem eccāſticam eſt duplex excōio
hominis ſiue iuris Nam violator
eſt excandus. ut xvij. q. iiij. null⁹
et. c. ſi quis deinceps eo ſaluo ꝙ ca
ſualiter ſacrilegus eſt excatus ipō
iure ut incendiarius eccleſie ⁊ ef
fractor. ut xi. q. iij. canonica. xvij.
q. iiij. oēs eccleſie ꝗ. de rapto. i liis.
ꝗ. de ſen. ex. Conqueſti ¶ Alij au
tem ſacrilegi qui alio modo eccās
violāt ſeu pſonas vel res ab ipſ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rapiūt violent᷑ vel bō ipſorū vſur pant ꝛ p h̄ ſacrilegiū incurrūt nō ſūt ipo iure excati vt·ſ̄·de foro ꝯpe· cōqueſtus·

¶ Ne clerici vel mōchi ꝛc·

SVperiūs i pleriſq3 titulis ē c tatum eſt de hiis que ꝯpetūt clericis ꝛ mōchis nūc autem trac= tatur de probibitis ꝛ ideo ponitur hic rubrica ne clerici vel mōchi ſe= cularibus negocijs·ſe imiſceant· ¶ Videndum eſt igitur que ſecula ria negocia permiſſa ſint cleri = cis ꝛ mōchis·ꝛ que nō ¶ Negocia ſecularia dicunt᷑ de ſecularibꝫ rebꝫ emendis acqrendis ꝉ diſtrahēdis ꝛ h̄ ſūt ꝓhibita clericis ꝛ mōchis ut ꝗ·e·c·i·ꝛ lxxxi·di·fornicari qꝛ it̄ ementis ꝛ vendentis ꝯmcaū diffici le ē nō interuenire pccm̄ ut de peni di·v·q̄litas ¶ Dicitur āt negociuʒ quaſi negans ociū·ꝓprie vero i cau ſis negociū in cōmercijs negocia= cio locū habet vt ꝗ·de verbo·ſigni· ſorus·§·cōſtat de hijs igit᷑ officijs et ꝯmcijs ſecularibꝰ dicitur clerici officia vel cōmercia ſecularia n̄ exce ant maxie inhoneſta vt·ſ̄·de vi·ꝛ honeſta·cle·clerici ¶ Nā honeſto ar= tificio ſibi qrē poſſūt victū vt·xci· di·clericus victū ꝛ de ꝯ·di·v·nūꝗ exemplo pauli ut·x·q·iii·cauēdū· ¶ Mōchis eciā iuſtū negociū nō eſt interdcm̄ ꝓpt᷑ diuerſas neceſſitates qꝛ legimꝰ ſcōs apoſtolos negoci

atos fuiſſe ꝛ in regula beati bn̄dic ti pāpit᷑ ꝓuideri p q̄ꝫ manus ne gocia mōſterii ꝓcuretur vt ꝗ·e·c· i·ꝛ iō canon dicit ad vite huiꝰ ne ceſſitatē ſtudia ſunt diuerſa vt·xxi q·i·clericus ¶ Item dn̄r negocia ſe cularia qōnes que mouētur in iudi cio ſeculari ꝛ h̄ ſimiliter interdicit᷑ clericis in maioribꝰ ordinibꝰ cōſti tutis ecia ſi bn̄ficia ecclaſtica nō ha beant qꝛ epiſcopus tenetur eis ꝓ uidē ut·ſ̄·de pben·epus ꝛ·c·cū ſ᷑m apl̄m·¶ Item ꝛ in minoribus ordi nibus cōſtituti ſi ſtipendijs eccleſi aſticis ſuſtētētur niſi ꝓ ſe ꝛ miſera libꝰ pſonis vt·ſ̄·de poſtul·c·i·et lxxxvi·di·puenit ꝉ niſi ſuā vꝉ ſuoꝝ iniuriā ꝓſequāt᷑ vt·iiij·q·vi oibꝫ et ſ᷑m hoc itellige ꝙ hic tāgit᷑ d hc̄ materia cōtencōes ꝉ lites vel rixas amare ꝛc·vt ꝗ·e·c·i ¶ Tercio mō dicit᷑ negocia ſecularia ꝓcuracōes pdioꝝ vel ſeculariū pſonaꝝ a qbꝫ eſt penitꝰ abſtinēdū vt ꝗ·c·i·ꝛ ij·i autū de ſcis epiſ·§·aliū ¶ Sacris ei dei ſacerdotes vacare oportet ut xxxi di·ſacerdotibus ꝛ·ff·de arbi·l·non diſtiguemus·§·ſacerdocio poſſint tamen clerici vel mōchi non ſuo nomine ſed ecclēe ꝉ mōſterij pdia laicorum ad firmas conducē vt ꝗ· e·c·ſcōm·ꝛ hoc ſi eccia ꝉ mōſteriū ſuffīciēcia pdia nō habet alſ ſecus vt·ſ̄·de decimis dilā in aut᷑ de ſac tiſ·§·aliter coll᷑·ix ymmo ſ᷑m quoſ dam ſi clericus ſecularis pſone ꝓ curator ſeu miniſ᷑tor aſſiſtit occōne

ne clerici vel monachi

adminiſtracionis impune poterit deprehendi nec defendetur priuilegio clericali et ſic intellexerunt decre. ꝗ. e. c. ſacerdotibꝰ qd michi non placet. Cum enim laycus peccet clericos a diuinis officiis aduocando. vt xxi. q. iii. cyprianꝰ. et lxxxix. di. c. vlt. ex hoc delicto tale priuilegium ſortiri non debet ar. ad hoc xvi. q. i. legi. ff. de dona. inter vi. et vx. l. iii. ff. de re. iuris. l. non fraudantur §. nemo ff. de fur. l. itaqz fullo. ff. de mi. l. papinianꝰ exuli reuiſo. vnde enim puniendi ſunt priuilegium habere non debent. vt xxiiii. q. i. didicimꝰ intelligo igitur dec. illam quando clericꝰ adminiſtrator perſone ſecularis tercio monitꝰ non deſiſtit et ideo excatur. vt ꝗ. e. t. ſꝫ nec per curacores. vel dic quod eccam non ſubuenit tali clerico pecuniaria ſubuencione ſꝫ tamen priuilegio non deſtituit clericali vel intelligo ſic textum illius dec. deprehendantur. i. incipiantur ſcꝫ in fraude commiſſa non autem in perſona ſic et aliter dicitur quod ſumma ſapiencia ꝑparabunt capere ſuis iaculis ſcꝫ capcione verbali. vt de pe. di. vi. c. i. vl tra medium et ſimile. ff. de pigno. ac. l. vl. ¶ Sꝫ queritur an clerici poſſint eſſe notarii. Et certe poſſunt dum ꝑpe. vt v. q. i. quod. poſſunt archiepiſcoporum et epiſcoporum ar. ſ. de pba. quoniam contra falſa lxxvii. di. monachꝰ vero nouiciꝰ. ita vt inter clericos ſcribant non inter laycos eo quod conuerſacio noſtra ſecreta debet eſſe et remota ab actibꝰ laycorum. ut ii. q. vii. laicos quod eciam in ciuilibus locum habet nedum in criminalibus. Nam ſi in eis clericus ſcriberet incurreret irregularitatem. vt li. vi. aliqua titulos et ar. xxiii. q. vii. c. i. ii. et iii. Poſſunt autem clerici familiares principum eſſe et baronum et eis ſeruire in diuinis officiis. vt ſ. de ſeruis non or. nullus. et eorum conſiliis intereſſe vt tamen caueant ab hiis conſiliis propter que irregularitas poſſit incurri poſſunt tamen clerici et eciam prelati conſilium dare regibus et principibꝰ ſuper iuſticia facienda. vt xxiii. q. viii. peſſimam in ſi. et clericꝰ dare poteſt conſilium iudici ſeculari in genere ſic dicendo fures taliter ſunt puniendi de iure ut v. q. v. delatori ut cum pociꝰ conſulentis quam ſuggerentis opera fungatur. ut. ff. de queſtionibꝰ. l. i. §. qui queſtioni. Item nec deſcendat ad ſpeciem vel perſonam. Item licite poteſt conqueri clericus iudici ſeculari de fure. ut ꝗ. de homicidio. poſtulaſti ciuiliter et modeſte non procaciter et inſronite ut ſua tamen recipere non ut fur in corpore puniatur. ut xxiii. q. v. vnum ſolum. et dum ſic agit clericus licite furem conuincit. nec imputatur clerico ſi iudex ſecularis vlteriꝰ procedit in pena quam intencio et actio exigant conquerentis ut in predicta dec. poſtulaſti. et ar. ad idem xxiii. q. v. c. i. et c. vnum ſolum. et c. pena. et c. non vos. ff. de bonis lib. l. qui cum maior. §. i. et ff. de euic. l. ſi per imprudenciam. dum tamen iudicio ſanguinis non

interſit· nec aliquod officium preſ
tet· vt ī· e· c· ſentenciam· ¶ Item
notandum eſt id qd̓ ſtatutum eſt
contra religioſas perſonas exeun-
tes ad audiendum phiſicam ſiue
leges vt niſi infra duorum menſiū
ſpaciū ad clauſtra redierint ſicut
excōmunicati ab omnibus euiten
tur· in nulla cauſa patrociniū preſ
tent in choro et in mēſa et in caplo
vltimi fratrum exiſtant et niſi for-
te ex mia ſe· ap· ſpē tocius promo
cionis amittant extenditur ad ar
chidyaconos decanos plebanos
prepoſitos cantores et alios cleri-
cos perſonatus habētes vt p̄mice
riatum· vt· ſ· de conſti· Cum acceſ
ſiſſent· theſaurariam· vt· ſ· de con-
ceſſio· preben· vel ec· non va· Cum
noſtris· Cancellariatum· vt· ſ· vt
ec· benefi· ſine di· conſe· vt noſtrū
ſuccentoriam· vt ī· de exceſ· prela·
inter dilectos· magiſter ſcolarū
vt infra ne prela· vi· ſuas quanto
et idem intelligo in alijs perſona-
tibus qui perſonatus habentur
ſcdm̄ conſuetudines diuerſarum
eccleſiarum nec non extenditur ad
preſbiteros niſi omnes hij a ſtu-
dio legali ſeu phiſicali deſtiterint
infra ſpacium duorum menſium·
vt ī· e· c· non magno· q· c· ſup ſpe
cula ¶ Sed quid ſi quis non ha-
beat perſonatum ſed habet curam
animarū ānexā puta habet ecclāz
parochialem videtur idem fore di-
cendum nam de pſonatibus et bene

ficijs curam aīarū habentibus idem
iudicium eſt hn̄di m· vt· ſ· de elec·
dudū eccleſia roma· ma· ſ· d· ī bn
de multa· ¶ Cura tn̄ contrariū tenet· nec i
merito cū enim hec conſtitucio ſup ſpecu
la ſit penalis ad alios q̄ exp̄mat
extendi non debet·

¶ Explicit liber tercius·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Incipit liber quart⁹.

De ſponſalibus.

POſtq̄꜔ de hijs q̄ ad
clericos ꝑtinēt ſupe
ri⁹ ſatis tractauim⁹
ad ea q̄ ſpectant ad
laycos ſtilum verta
mus. Igiť de ſpōſalibꝫ ꝛ mr̄ionio
videam⁹. Et p̄mo q̄d ſint ſpōſalia
vn̄ dicātur. q̄t ſūt ſponſaliū ſpēs.
In q̄ etate ꝯhanť. Qualiť diſſol=
uātur An ꝯtbentes ſponſalia ad ꝯ
hendū mr̄io^m ꝯpellanť. que attinē
cia ex ſpōſalibꝫ oriať. ¶ Sponſa
lia ſūt futuraꝝ nupciaꝝ ꝓmiſſio.
vt. ff. e. t. l. i. ꝛ xxx. q. v. nr̄ātes. Di
cūtur āt ſponſalia a ſpōdeo Nam
mos fuit veteribꝫ ſtipulari ꝛ ſpon
dere ſibi vxores. vt. ff. e. t. l. ij. Sȝ
non ē neccāria ſtipulacio in ſpōſali
b⁹ q2 ꝯhūtur inť abſētes. vt. ff. e.
t. l. iiij. ꝛ. v. ꝛ vlť. Nā ꝛ mr̄io^m in
ter abſētes ꝯhi p̄t p inť nūcios vt
ſ. de ꝯuſ. ꝯiu. Ex pte. xxxij. q. ij. ho
norātur xxx. q. v. nec illico ꝗ. d ma
tri. ꝯc. ꝯ inť dic. ecc̄e. Ex lr̄is. ff. de
ritu nup. l. mulierē. alˀs ſi ſtipula°
in ꝯctu ſponſaliū exigētur inť ab
ſētes ꝯhi nō poſſent. vt inſti. de in
uti. ſtipu. §. Itē vˀboꝝ Vel oportēt
diā ſpāle eē i hac ſtipľacōe ſpōſa
liū vt iť abn̄tes ꝯhi poſſent Spe
cies ſpōſaliū due ſūt. Alia de futu
ro. alia de pn̄ti. ſpōſalia de futuro
ꝯhūť q̄nqȝ modis ſimpliciā ſpōcio
ne vt accipiā te in meum ꝛ accipi
am te in meam. vt ꝗ. e. c. ſi inter. Fi
dei dacione. vt ꝗ. e. c. ij. ꝛ. c. is qui
fidem. Iuramēto interpoſito. vt ꝗ.
e. de illis. ꝛ. c. ex litteris ſiluan ꝗ. d
condi. appo. de illis. ¶ Itē datis
arris ſponſalicijs ſcȝ pecunia vel a
lijs rebus. ꝛ. C. de ſponſaľ. l. arris.
Item annuli ſubarracōne. vt ꝗ. de
deſpon. impu. Tue. Sponſalia
de preſenti ſunt illa que cōtrahun
tur per verba preſentis temporis
vt cum dicitur Accipio te in meū
accipio te in meam. vel cum dicun
tur alia verba cōſenſum exprimē
cia de preſenti. vt ꝗ. e. c. ſi inter vi=
rum. ꝛ ꝗ. de ſpon. duo. licet preť ſo
lutum. Aliquādo verba interueni
unt de preſenti nec tamen ꝯſenſus
habend⁹ eſt de preſenti vt cum cō
ſenſus contrahendū transfertur in
arbitrium alienum. vt ꝗ. de condi.
appo. ſuper eo. cum em̄ ſba contrac
tus ponitur in arbitrio alteri⁹ no
minate perſone niſi ille fuerit arbi
tratus contract⁹ redditur nullus.
vt. C. de cōtrahen. emp. ꝛ ven. l. vlť
ſimiliter ſi inter alios inubiles ap
tos tamē ad ſponſalia contrahen
da cōſenſus interueniat mutu⁹ de
preſenti nō matrimoniū ſed ſpon
ſalia fore contracta dicitur. vt ꝗ. d
deſpon. impu. A nobis. ꝛ. c. vlti.
In hijs em̄ non vim verboꝝ ſed
iuris attendimus poteſtatē. Sȝ
opponitur videtur ꝙ in caſu pre=
miſſo nec mr̄i^m nec ſpōſalia ꝯhāť



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mrīomū nō qꝛ ↄ̄bi nō̄n p̄t n̄ in eta
te matura vt ꝫ̄· de deſpōſa· impube
Ex lr̄is Spōſalia nō qꝛ h̄ nō iten=
debant coñhentes vt· ff· de ſpōſa· q̄
ſitū ⁊ iō ptāte ac voluntate ſibi mu
tuo adūſantibus neutꝝ ↄ̄ctū ēē vi
detur vt ar· ē· de offi· dele· cū ſuper
abbacia· Et ſi q̄s alteri ꝑ ſibi· l· mul
tū int̄ eſt puto ſpōſalia fore ↄ̄cta n̄
intencōe nō vi v̄boꝝ ſed iur̄ ptāte
vt ſupius dictū ē ⁊ ꝓbatur p iura
p̄allegata vt ꝫ̄· de deſpōſa· ipub· A
nob ⁊· c· tue· ⁊ idē lex ꝓbat apte· ff
e· t· q̄ſitū· ⁊ ſi talit̄ ↄtrahētes i eadē
volūtate vſqꝫ ad nubilē etatē vtri
uſqꝫ pdurēt mrīomū induceꝛ ſiue
expſſus inueniat ↄſēſus ſiue taci
tus ar· ad h̄ ꝫ̄· de deſpō· ipube· de il
lis· ff· de ritu nup· l· minorē· tacituꝫ
ↄſēſū intelligo p cohitacōez vt ꝫ̄· e
c· ad id ⁊ i pdcā· l· minorē Item ex
carnali ↄmixtiōe vt ꝫ̄· e· c· is q̄ fidē
ꝫ̄· q̄ ma· accu· poſ· inſup ꝫ̄· d̄ eo qui
dux in ma· q̄ pol· p adul· ſignificaſti
ꝫ̄· de cōdi· appo· ſup eo· ¶ Sponſa
lia de p̄nti ſunt idē qd mrīomū nō
cōſummatū q̄ ad eſſē eciam mrīonij
nichil int̄ eſt qꝛ cōſēſus eoꝝ d̄ q̄ꝝ q̄
rūqꝫ ↄiūctionib agitur ſufficiat ad
mrīm īducēdū q̄ ſol⁹ ſi defuerit cetēa
eciā cuꝫ ipō coitu celebrata fruſtrāt
vt xxvij· q· ij· ſufficiat· ¶ Differūt
āt in q̄tuor q̄ ad ſignificacōez vt· ē
de biga· debitū· q̄ ad religionis in
greſſum vt· ē· de ↄūſōe cōiuga· ex
publico ārca ſi· q̄ ad bygamiā cō
trahēdā vel n̄ ↄtrahēdā vt xxxiiij· di

valētman⁹ ⁊ i predcā dec· debitū
Item quo ad affinitatē contrahen
dam int̄ virū ⁊ cognatos vxoris
et int̄ vxorē ⁊ cognatos viri vt ꝫ̄·
de cōſang· ⁊ affi· q̄ ſup hijs Hec
autem affinitas oritur ex nupcijs
cōſummatis vt ꝫ̄· de ↄſang· ⁊ affi·
c· i· ff· de gradibus· l· nō facile §· af=
fines ⁊ dicem⁹ i ſumma de cōſāg·
et affi· ¶ Cōtrahuntur aūt ſponſa
lia de futuro in ſeptennio vt ꝫ̄· de
deſpō· impu· lrās· mrīomū vero p̄t
contrahi in ānis diſcrecōis ut īfra
de deſpon· impub· c· duo pueri ⁊ in
duodecimo anno mulieris ⁊ quar
todecimo viri vt ꝫ̄· de deſpō· impu·
Ex lr̄is· ſed poſſunt hec tēpora p̄ue
niri vt dicemus ꝫ̄· t· prox· ¶ Diſſol
uūtur ſponſalia cōi diſſenſu ſic cōi
conſenſu contrahūtur vt ꝫ̄· e· c· pre
tēa Nichil enim tam naturale eſt
ſicut vnūqꝙqꝫ diſſolui eo genere q̄
colligatum eſt· vt· ff· de regu· iur·
l· nich ꝫ̄· d̄ regu· iuris oīs res· q̄d
intelligo cum vtqꝫ ſponſoꝝ in di
uertendo conſentit cetīn ſi alt̄m hoc
conſenciat alt̄ vero diſſenciat tunc
is qui ad diuorcium tendit cōpelli
debet cōtrahē mrīom ⁊ ↄſummare
vt in ſequentibus dicā· hug· tamē
et quidā alij intellxerunt decretalē
illam pretēa loqui de cōpatiua per
miſſione vt pmittat minus pccm̄
ↄmitti ut euitet̄ mai⁹· min⁹ pccm̄
eſt ſi ſponſi ſe dimittāt violata ſi
de ſpnſaliū q̄ ſi ſponſus inuitus ⁊
coact⁹ ducat illā q̄ odit ⁊ occidat

vel eā abhominans cū aliis adulte
riū cōmittat ꝛ hūc intellectum colli
gūt ex verbis illis ne forte deteri⁹
inde cōtingat ꝛ ſimil̕e .xxxiij. q. ij. ſi
ꝙ verius Itē ex ill̕ h̕ poſſit ī pacīa
tollerari qđ eni tolleram⁹ l̕ pmitti
mus iuiti pmittimus vt .xxxi. q. i.
hᵉ racōe veri⁹ tñ eſt qđ prius dixi
Dſpōſus vel ſpōſa de futuro cōpel
litur ꝯhē inuī ꝛ cōſummaē ꝯctū ꝛ
ꝯpellit̕ p cenſu. eccleſiaſticā vt ⁊̄. e.
c. Ex lr̄is ſiluanēc. ꝛ. c. ſic. nec obſtat
⁊̄. e. c. reqſiuit vbi dicit̕ monēda ē
pocı⁹ ꝙ cogēda nā exponit̕ pocı⁹ .i.
pus ꝛ ſimil̕ expoſicō .xxiij. q. iiij. nō
inuenit̕ Et nō ꝙ hug̕ dicebat in h̕
caſu nō finalit̕ cōpelli inuitū vn̄ ſi
ſemp nolit is q̄ cogitur p cen. ec.
abſoluetur Nos āt dicim⁹ ꝙ inui
tus finalit̕ cōpelletur ꝛ excōcat⁹ nō
abſoluetur n̄ pareat qđ verū ē eodē
ſtatu durāte nā ſi ſtatus ei⁹ mute
tur puta qꝛ cū altā mrīoᵐ ꝯxit cuꝫ
iā pmū vinculū expirauerit ſupue
niente maiori abſoluet̕ ꝛ iponetur
ei pnīā de fide mētita et idem fiet ſi
ſpōſa moriatur vel ſi cū altero mīn
contrahat ut ⁊̄. e. c. de illis puto tñ
ꝙ ſi eccā credat ex ꝯiūctōne futurā
vxoris odiū ꝛ guerrā reſtriget cēſu
ram aſ̕s nō erit medicinalis vt .ij. q
i. multa nā ſiue plectēdo ſiue ignoſcē
do h̕ ſolū bene agitur ꝛc̄ vt .xxiij. q
v. prodeſt ¶ Ex ſpōſalibus oritur
publice honeſtatis iuſticia q̄ phi-
bet ꝯgnatū ſpōſi ꝯhē cum ſpōſa et
ꝯgnatam ſpōſe cum ſpōſo vt ⁊̄. e.

c. ad audiām ꝛ. c. ſponſā. hec phi
cio nō ſurgit ex cōſanguinitate vel
ex affinitate q̄ ꝯtrahitur ex nupcijs
cōſummatis vt ſupi⁹ dixi Sꝫ ſur
git ex quadā publica iuſticia l̕ pub
lica eq̄tate. publice ei videt̕ iuſtuꝫ
et equū vt ꝯgt⁹ ſpōſi ſpōſā ei⁹ nō
ducat vxorē v̕ gᵒ inhoneſtū eſt ali
q̄s mrīomalit̕ iūgi nō ipedit cōſāg
uinitas nec affinitas nec aliud ſub
ē latū impedimētū. fuit inductuꝫ
h̕ ius phibens mīn ꝯtrahi ꝛ ꝯctuꝫ
diſſoluēs vt ⁊̄. t. px. c. duo pueri ꝛ
vōtur publice honeſtatis iuſticia
qꝛ i mīnijs n̄ ſolū q̄d liceat ſꝫ ꝛ qđ
honeſtū ē ꝯſideratur vt. ff. de ritu.
nup. l. ſemp. Et nō ꝙ publice ho-
neſtatis iuſticia ōrit̕ eciā ex ſpōſali
bus q̄ đ iurē nō ſorciūt̕ effcm ut ⁊̄. e.
c. ad audiāꝫ dūmō ꝯtrahētes ſint ſep
tēnes l̕ ſeptēnio pximi vt ⁊̄. px. t.
duo pueri ut ſic itelligant q̄d agit̕
alioq̄n ꝯ. ut ⁊̄. đ deſpō. ipu. c. lr̄as ꝛ
c. Acceſſit qđ imrīoᵒ n̄ ꝯtigit. Nā
affinitas n̄ ꝯtrahit̕ ex nupcijs intdic
tis vt. ff. de ḡdib. l. nō facile. §. ſciē
dū et cū i vno caū inueniā ſblatam
hodie publice honeſtatis iuſticiā. ſ.
in ſobole ſuſcepta ex ſcđis nupcijs
ꝯgnacōi viri n̄ copulāda p̄oris vt
⁊̄. de ꝯſag. ꝛ affi. n̄ dꝫ videtur ꝙ i
alijs caſib duret vt .xxxv. q. iii. c.
porro. ff. de adop. l. q̄ i adopcōeꝫ. ff.
de ritu nup. l. ſi qua. §. ſi vxor. Et
gn̄alit̕ vt null⁹ de ꝯſāg. ſpōſi pre
mortui ducat ſpōſā ꝛ ecōūſo nulla
de ꝯſanguinitate ſponſe p̄mortue

ducat ſpōſū· vt ꝗ̄· ti· ꝑx· Cōtineba
tur· §· ſi vero· ⁊ ꝗ̄· e· c· ſpōſā Quod nō
mutat' q̄re ſtare ꝓhibet' · vt· C· de
teſta· l· ſcim⁹· C· d' appel· l· p̄āpim⁹
ij· q· vi· l· anteriorꝫ· §· illo videlicꝫ
in ſi· Alij āt dicūt ꝙ ex q̄ ſublata ē
in eo caſu in q̄ de maiori eq̄tate ꝙ
in alijs locū hēbat ⁊ in alijs reuo
cata videt' Nā de ſimilib⁹ idē eſt iu
diciū· vt· ſ̄· de reſcp̄· Int' cetera· ſ̄·
de trāſla· p̄la· int' corpalia· ſ̄· de cō
fir· vti· vel inuti· Cū dilecta· ff· ad
le· acquil'· l· illud· ff· ne q̇s eū q̇ exi
mit· l· ij· C· de legi· l· leges· ⁊· ff· e· ti·
l· nō p̄ūt· ⁊ ſic ſ̄m q̄ſdā in nullo ca
ſu locū hꝫ hodie publice honeſta-
tis iuſticia· n̄ in ſpōſa f̄ris de qua i
veteri ⁊ i nouo teſtamēto ꝓhibitū
eē videt' iuxta illud Jo· Nō lꝫ tibi
hr̄e ſpōſā f̄ris tui· Itē reuocata eſt
hodie ꝓhibicō q̄ olim erat in ſcdo
et in tercō gr̄e affinitatis· vt ꝗ̄· de
cōſang'· ⁊ af· nō dꝫ· Durat ergo p̄-
mi gr̄is ꝓhibicō vſqꝫ ad quartū
gradū de hijs tn̄ gr̄ib⁹ affinitatis
⁊ d' ſobole ſuſcepta ex ſcd'is nup
cijs dicāt g̃g̃· q̇ h' diſſoluit negat
verbū dei· vt xxxv· q· x· fraternita-
tis Sꝫ ē intelligēdū q̇ h' diſſoluit
ali⁹ a ꝑpa·

Sequit' videre d' ſcd'a pte rub
ce h' ē de m̄rimonio· Videa⁹
igit' · Quid ſit m̄rio^m^· vn̄ dicatur·
Qn̄ fuit inſtitutū· vbi· ⁊ de q̄b⁹ v̄
bis· ⁊ q̄ ſint cā m̄rionij· q̄t ſint bō
m̄rionij· q̄t ſint ip̄edimēta ip̄i⁹ q̄lit'
c̄hat'· q̄ attinēcia ex m̄ri° naſcat'·

Et ex q̄b⁹ cauſ ſepet' Mri^m^ ē ma
ris ⁊ feīe ꝯiūctō idiuiduā vite ꝯſue
tudīē retinēs vt xxvij· q· ij· §· i· Et
alibi· Nupcie ſūt ꝯiūctio maris ⁊
femie ⁊ ꝯſorciū vite dīni ⁊ hūani
iuris ꝯmūicacō· ff· de ritu nup· l· i·
Dicit' āt idiuiduā vite ꝯſuetudiē
retinēs l' ꝯſorciū oīs vite q̄ntū ad
ꝓpoſitū eorꝫ q̇ m̄rionialit' ꝯiūgūt'
q̇ hac itēcōe iūgi dn̄t vt ꝑpetuo
ſimł maneāt ꝙuis p⁹ ꝯ̄ctū m̄m ⁊
an̄ carnaleꝫ copulā poſſit alt' iuito
alt'o r̄ligiōeꝫ igredi· ſed p⁹ ꝯſūma
tū nō n̄ volen̄ ⁊ plerūqꝫ non n̄ ſe ſi
milit' ꝯtinēte· vt· ſ̄· de ꝯuſi· ꝯiug· cū
ſis p̄oit⁹· ⁊· c· vxorat⁹· ⁊ vt nōui
in ſūma illi⁹ tituli· Sꝫ ad h' oppo
nit' de btā v̇gīe q̇ ꝯ̄xit mrio^m^ cū Jo
ſep· ⁊ nichilomin⁹ ꝓponebat in v̇
gitate manē· vn̄ dixit· Quō fiet iſ
tud qm̄ virꝫ non ꝯgnoſco· Ad q̇d
r̄no· btā v̇go maria ꝓpoſuit ſe ſer
uaturā votū v̇gitatis in corde· Sꝫ
ipſū votū v̇gitatis nō exp̄ſſit i ore
ſbieāt ſe diſpoſicōni dīne dū ꝓpo
ſuit ſe pſeuēaturā v̇gīnē n̄ de⁹ ali
ter reuelaēt· ꝯmittēs g° v̇gitatem
ſuā dīne diſpoſicōi ꝯſēnt i car'lē co
pulā n̄ illā āplectēdo· ſed dīne in
ſpiracōi i vtroqꝫ obediēdo vt xxvij
q· ij· §· cū g° ⁊ iō exponit' i eodē· §·
virꝫ nō ꝯgnoſco· i· me nō cognitu
rā ꝓpoſui· Itē opponit' ex illa dec'·
cōmiſſ ꝗ̄· e· t· ibi ei q̇d iurauerat ſe
ꝯ̄ctur cū q̄dā poſtmo' ad religio
nis aſpirabat ingreſſum datur ei
cōſilium vt prius ꝯ̄hat vt iurauit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et poſtmodͦ intrēt. Ad qͦd rn̄o ille
nō vouerat ⁊ iō ꝯtͤdo nō efficitur
reus voti dat̄ igit̄ ei ꝑ ꝯſilio vt ad
impleat qͦd iurauit. nec ē ꝯtrarium
ꝓpoſito religionis qꝛ eciā pꝰ ꝯcūu
nō tn̄ ꝯſūmatū libe ⁊ de licēcia iu
ris alt̄ ꝯiugū intrat religionē. vt
ē. de ꝯuīo ꝯiuga. Ex publico ⁊ in
conſiliū h̄ credēdum ē deueniſſe vt
indiuiduā vite ꝯſuetudinē ꝯſen
tiret in ꝯtͤdo qꝛ mrīoᵐ ꝯbi nō pt
ad temp9. vt xxxii. q. ii. Volꝫ qri
Et aliqͥ ⁊ ſi poſtea dn̄s de nouo ei
inſpiret licēter intrare potent vt ꝑ
dixi ⁊ h̄ inuit̄ in lrā ⁊ poſtea ſi ele=
gent. ¶ Matrimoᵐ dicit̄ matris
manimi.. offiaū Inde āt magis
a mrē denoiat̄ mrīoᵐ qꝛ a prē qꝛ
lꝫ pr̄ ſit gn̄acōis auctor ⁊ pene vxo
ris dn̄s. vt xxxiii. q. v. hec ymago
matͤs tn̄ offiaū circa filios appa=
ret magis. Et filij dū infantes fue
rint matͤ no magis indigēt ſolacō
qꝛ pr̄no. Vn̄ mr̄ an̄ ptū ē onerosa
doloroſa in ptu ac pꝰ ptū laborio
ſa. vt. ē. de ꝯuīb. infic. Ex lrīs ¶ Fu
it āt inſtitutū in paradiſo ⁊ ante
pc̄m̄. vt xxxij. q. ij. §. hijs ita. qͥbꝫ
verb. Qͥnͦ dicit qꝛ illis. Creſcite
et multiplicamini ⁊c̄. Sꝫ illa ver
ba fuerūt pocꝰ bn̄dictionis qꝛ in
ſtitucōis. vn̄ dicendͦ eſt qꝛ inſtitu
tū fuit vͦb ade ore ꝓphico dicētis
hoc nūc os ex oſſibꝫ meis ⁊ caro dͤ
carne mea ⁊c̄. vt ꝗ. de diuorc. Gau
demꝰ. pꝰ pc̄m̄ vero ⁊ extra paradi
ſum fuit inſtitutū ad remediū v⸗

carnis viciū cohiberet̄. vn̄ apl'us.
vnuſquiſqꝫ hēat ſuā ꝓpt̄ fornica=
cōez. ¶ Cauſe mrīonij due ſūt pn
cipales ſuſcepcio ſobolis ⁊ vita cō
fornicacōis vt xxxij. q. ij. §. hijs ita
ꝓpt̄ primā inſtituit dn̄s ꝓpt̄ ſecū
dā Apl's vt dictū ē. Sꝫ nūquid
tenet mrīoᵐ ex inhoneſta cā ꝯctū
puta ꝓpt̄ pulchritudinē diuicias
vel potenciā Rn̄o ſic. vt xxxij. q. ij.
Solet queri. vn̄ Jacob videns qꝛ
rachael eſſet decora ⁊ venuſta facie
dixit laban ſeptē ānis ſuiā tibi ꝑ
rechaele. ¶ Tria ſūt bona matri=
monii vt xxvij. q. ij. oē itaqꝫ. q̄ ali
bi appellant̄ ſubſtācialia mrīonij
vt ꝗ. de ꝯdi. ap. c. vlt̄. Et ſūt illa h̄
Fides. Proles. ⁊ ſacrāmētū. Fides. ſ.
ꝯiugal' quā ſibi nupti adinuicē de
bēt ne cū alijs adulterent̄ fide cōiu
gij violata. Proles ꝓpt̄ quā multi
plicandā mrīoᵐ eſt a dn̄o inſtitu
tū in paradiſo. vt xxxv. q. i. cū igi
tur in pn̄. ⁊ xxvi. di. deinde. lꝫ qͥbꝰ
dā nō valentibꝫ gn̄are matͤmōia
ſint ad ſolaciū. vt xxvii. q. ij. nup=
ciarꝫ. Sacramentū. i. inſepabili=
tas vel īdiuiduitas quo ad ppetu
am ſuitutē niſi religione vel forni
cacōe ſepacio fiat. vt. ē. de ꝯuīb. ꝯ
iuga. in pleriſqꝫ dec. et xxxiij. q. v.
ꝑ totū. ⁊ xxxij. q. i. dixit ¶ Impedi
mēta mrīonij hijs vͥbꝫ cōnectur.
Error. ꝯdicio. votū. ꝯgcio. crimen.
Cultꝰ diſparitas. vis. ordo ligam̄
honeſtas. Si ſis affinis vel qͦqꝫ
coire nequis. Error perſone īpedit

mrĩom ut ſi credã ꝯhẽ cũ tc̄ia ꝯhã
cũ ſepa· error ãt q̄litatis ⁊ fortune
nõ ipedit ut ſi illa cũ q̄ ꝯbit̄ creda
tur eē vgo ⁊ nõ ſit· diues ⁊ ſit pau
per· ut xxix·q·i·§·i· ¶ Cõdicio ut ſi
credã illã cũ q̄ ꝯbo fore liberã ⁊ ſit
ancilla tũc eñi nullũ ẽ mrĩom ñ pꝰ
ꝙ ſciuero eiꝰ ꝯdicõnẽ ꝯſenſero in
eam· ut ꝑ· de ꝯiug· ſeruo ꝓpoſuit·
¶ Votũ ſolẽpne ipedit mrĩom ⁊ di
rimit· ſimplex ipedit ſꝫ ñ dirimit·
ut ꝑ· q̄ cle· vel vo· rurſus· Cognacio
carnal̄ ipedit mrĩom· ut ꝑ· d̄ ꝯſãg·
et affi· p totũ· xxv· q·i· p totũ Itẽ
cognacio ſpũal̄ vt ꝑ· de ꝯgna· ſpi· per
totũ Crimẽ qꝛ ꝓpt̄ homicidiũ in
hibet mrĩom· ut xxxiij· q·i· admonẽ
et in aliis c̄iminibꝰ idẽ· ut ꝑ· de eo q̄
cogno· ꝯſãg· vx· ſue· c·i· ⁊ ij· Cul
tus diſparitas vt in hoibꝰ diuſarꝫ
ſectarꝫ ut ſi vnꝰ ſit xpianꝰ alt̄ iude
us· ut xxviij· q·i· p totũ· Vis idẽ
violẽcia· ut ꝑ· e· cũ locũ· Sacer or
do ſimilit̄ ipedit ⁊ dirimit mrĩom·
vt xxxij· di· ſeriati· Ligamẽ ipedit
et dirimit mrĩom· ut xxiij· q·i· ſi per
ſcrutanas qd̄ intelligo cũ ligamẽ
mrĩom p̄cedit· ceterꝫ ſi ſꝫ ſequit̄ nõ
reſcindit mrĩom qd̄ ſemel tenuit·
nulla eñi ifirmitas vel cã ſupueniẽs
pret̄ fornicacõez corpalẽ ⁊ ſpũalẽ
reſcidit mrĩom qd̄ ſemel tenuit· ut
xxxij· q· vij· illi q̄· ⁊ q· v· horredꝰ· ⁊
c· ſi q̄s vxorẽ· ⁊ ꝑ de eo q̄ ꝯgno· cõ
ſãg· vx· ſue diſcrecõez· Honeſtas
id ẽ publice honeſtatis iuſticia ipe
dit· ut xxvij· q· ij· ſi q̄s vxorẽ ⁊ dirn
mit ut no· ſ· e· t· §· ex ſpõſalibꝰ Di
ſis affinis de hꝫ dicemꝰ ꝑ· de ꝯſãg·
et affini· Rõ qꝫ coiẽ nequis ⁊ de hꝫ
nõ bimꝰ ꝑ· de frigid· ⁊ male· ¶ Ad
dit magiſter Ray· in ſũma ſua q̄r
tũ vinculũ· Hec ſociãda vetãt ꝯnu
bia iũcta retractẽt· Sꝫ iſtũ vinculũ
ñ approbo ꝓpt̄ c̄imẽ c̄imẽ e adult̄ij
nõ dirimit ⁊ lꝫ ipẽ hꝫ aſſignet in c̄
rimine adulterij nõ tñ ẽ ſimplicit̄ ve
rũ qꝛ c̄imẽ adulterij p ſe nõ dimit
ſꝫ cũ adiuncto ſcꝫ cũ fidei dacõe vel
machinacõe vel ꝯtu de fcõ· ut nõ·
ꝑ· de eo q̄ duxit i mat· quã pol· per
adul· ¶ Qualit̄ ꝯhat̄ mrĩom cor
de ⁊ ore dũ aliq̄ corde ⁊ ore cõſenci
unt i mrĩoniũ et mutuo ſe ꝯcedũt
vnꝰ alij ⁊ mutuo ſe ſuſcipiunt· ut
ꝑ· d̄ ſpõ· duo· c·i· in ſi· vtroqꝫ dicẽ
te alteri accipio te in meũ accipio
te i meã vt ꝑ· e· c· ſi int̄· ⁊ ꝑ· de ſpõ·
duo· licꝫ· vel ſimilia vba vt ſi quis
dicat mulieri iuro vel promitto ti
bi ꝙ ab hac die inantea te habebo
pro legitima vxore· vt ꝑ· e· c· Ex p
te· Corde· ideo dixi qꝛ ⁊ ſi verba in
teruenĩũt apta ad matrimoniũ ꝯ
hend̄ animꝰ tñ non ꝯſenciat nõ ꝯ
hit̄ matrimoniũ· vt ꝑ· e· c· tua· ⁊
c· tue· Sꝫ econuſo plerũqꝫ animꝰ
ſufficit ſine vbis vt i nuto in q̄ nu
tꝰ ⁊ indicia ſupplẽt vicẽ vborũ· vt
ꝑ· e· c· cũ apud· Nã ⁊ nutu ligat̄·
vt· ff· de le· iij· l· nutu· ad nutu reco
ciliat̄ ⁊ baptiſat̄· vt xxvi· q· vi· q̄
recedũt ⁊ ꝙ dixi ſine verb̄ cõtrahi
mrĩom loqui hꝫ i hijs q̄ loq̄ nõ pñt

de deſponſacione impuber

conſenſū exp̄mencia de preſēti vt
ꝫ·e·c·tue· ❡ Poteſt ꝯbi m̄m̄ p pri
cipales pt̄ ꝛ p parentes ut xxvi·q
ij·honorat̄ ꝛ p extraneos nūcios
pt ꝯbi·vt no·s̄·e·§·ij· ❡ Cōnbit̄ cū
ſolēpnitate que habetur ꝫ·ꝺ clād
deſpō·cū inhibicō·oritur attinēcia
ex m̄rio int̄ mrū ꝛ ꝯgtos vxoris ꝛ
int̄ vxorē et ꝯgnatos viri nō autē
int̄ ꝯgtos vtriuſqꝫ vt ꝫ·de ꝯſang·
et affi·ꝙ ſup hijs· equalit̄ em̄ dꝫ
quis abſtinē a cōſangneis vxoris
ſicut a ꝓprijs vt ꝫ·de cōſāg·ꝛ affi·
c·i ꝛ nō·lo plenius i ſumma ti·illi⁹
❡ Matmoniū nō cōſūmatū ſepa
ratur ꝓpter religionē vt·s̄·de ꝯuꝯ
cōiuga·Ex publico·ꝯſummatū ſe
parat̄ ꝓpt̄ fornicacōez ſpūalem ꝛ
carnalē ut ꝫ·ꝺ diuor·qn̄to ꝛ·c gau
dem⁹ xxviij·q·i·non ſolū ꝛ·c·ſe·ꝛ
ꝫ·de diuorcijs ſignificaſti ꝛ xxxij·
q·i·dicit dn̄s ❡ In ſumma nōndū
eſt ꝙ matimoniū aliud verū aliud
p̄ſumptū·verū q̊d ꝯbit̄ inter pſo=
nas legittias p v̓ba apta ad m̄m̄
ꝯhēdū ꝛ nullū ſubeſt impedimētū
Preſumtum ē m̄m̄ vt cū inter pſo
nas legittimas interuenit tractat⁹
de ꝯhēdo fidei dacō vel iuramētū l̄
promiſſio vel ꝛ ſi interueniūt verba
apta ad m̄m̄ ꝯhēdum hn̄t tn̄ t̄ cta
tum i euētum cōdicōis vel arbitrij
alieni vt ſuccedit copula carnal̄ i
q̊ caū preſumit̄ receſſū ab oī ꝯdicā
one vel mō ꝛ generalit̄ ab oī eo q̊d
m̄m̄ ſuſpēdebat ſeu differebat vt
ꝫ·c·ꝯmiſſum ꝛ·c·ad id ꝫ·de ꝯdi·

appo·ꝺ ill̄ ꝫ·ꝺ eo q̄ dux i ma·ꝙ pol·
p adul Significauit ꝛ ſic ꝯt̄ ct⁹ ꝺ fu
turo p̄cedēs cū copula carnali ſeqn̄
te iduat mrio m̄ p̄ſumtū ꝛ ſi deficiat
v̓ba ſolita ꝛ ſtatuta ad m̄m̄ ꝯt̄ hē
dū ut ꝫ·eis q̄ fidē ꝛ·c·adoleſcēs et
ē in hijs caſibꝰ p̄ſūcio iur̄ ꝛ de iure
p̄mo fictio q̄ n̄ admittit ꝓbacōez
ꝯrā vt no·de hac mā de p̄ſūp·§·ij
❡ De deſponſacōne impuberū·
Ictū ē s̄·de ſpōſa·i genē nūc
Obiciat̄ tractat⁹ i ſpē de deſpō
ſa·impu·ꝛ iō ſeq̄t̄ rubrica ꝺ deſpō
ſa·impu· ❡ Videam⁹ igitur q̄ ſint
impuberes Que ſpōſalia ꝯhe pn̄t
An tēpus pubtatis valeat p̄ueni
Et q̊d iur̄ ſit ſi pubes cōtrahat com
impubē· ❡ Impubēs ſūt illi q̄ ex
habitu ſui corpis impubtatē oſtē
dūt vt generaē ꝛ ꝯcipē nō ꝺ poſſint
quo probato q̄ ſint pubres euidēt̄
apparet ut ꝫ·e·c·pubes·v̓no em̄ ex
ꝯrijs ꝓbato r̄liquū videt̄ eē ꝓba
tū vt·ff·de hijs q̄ ſūt ſui l̄ alie iur̄·
l·i·ꝛ·ff·de ꝓcu·l·pom poni·§·ſi ſti=
pul̄ vn̄ ſi de pubtate dubitari ꝯtin
gat per aſpectū ꝛ q̄litatē corpor̄ ꝓ
bari optꝫ ut i p̄dcā dec·pubēs ꝛ·ff
ꝺ mio·l·mior ex aſpcū ſꝫ·ꝯ·Eqn̄ tu
tor l̄ cura·eē deſie·l·id ecora Ad q̊d
dico cū agit̄ de tutela l̄ cura n̄ inſpi
ciūt̄ loca ſecreta vt dicit lex Sꝫ cū
dubitat̄ de mrīomio ꝯſūmato l̄ nō
ꝯſummato iſpiciat̄ i regiōe p̄uata
ut xxvij·q·i·nec aliq̄ ꝛ·s̄·ꝺ ꝓba·ꝓ
poſuiſti q̊d g° alibi di² ꝙ m̄m̄ ꝯbi
non poteſt ante etatem legibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et canonibꝰ determinataȝ· vt ꝭ· e· ti·
vbi nō ē ꝯſenſus h̄ ē an̄ xiiij· ānos
i viro· xij· i mulie· vt ꝭ· e· c· Ex lr̄is
ff· de ritu nup· l· minorē· hij em̄ an
ni dicūtur diſcreciōis vt· s̄· de regu·
Cū te· ⁊· c· ſignificatū ⁊ ꝭ· e· c· duo
pueri ⁊ ex ꝗpiendō ē n̄ hos ānos qn̄
qȝ pubtas ꝑueniat vt hij de quoꝝ
mrīonio agit̄ an̄ h̄ tēp⁹ p q̄litateȝ
et diſpoſicōeȝ ſuoꝝ corpoꝝ pubta
tē ondāt vt gn̄are ⁊ ꝯcipe poſſint
vt ſupi⁹ dictū ē· ¶ ffit āt h̄ preuē
ciō p maliciā· vt ꝭ· e· c· de illis· C ſi
minor ſe maio· dix· l· iij· ffit p pru
denciā ⁊ induſtriā· vt ꝭ· e· c· tue· ⁊
lȝ diuerſa tpa ſtatuātur in iure in
viro ⁊ muliere q̄ ad mrīo^m ꝯhendō
vt dictū eſt de q̄ ad religionis in
greſſum vt in ꝑ̄dcā dec· Cū te· ⁊ x·
q· ij· puella· In ſpōſalibꝰ tn̄ de fu
turo idē tēp⁹ ē in vtroqȝ ſcȝ ſeptē
niū· vt ꝭ· e· c· acceſſit· Ꝫ lex obſtare
videt̄ q̄ dicit in ſpōſalibꝰ ꝯtrahen
dis etas ꝯhenciū diffinita non eſt
vt in mrīonijs· vt· ff· de ſpōſa· l· in
ſpōſalibꝰ Ad qd̄ rn̄o diffinita nō
ē in ſpōſalibꝰ ſic in mrīonijs qꝛ in
ſpōſalibꝰ vij· In mrīmonijs xij· ⁊
xiiij· ānoꝝ vel non ē diffinita i ſpō
ſalibꝰ varie in maſculo ⁊ femina
ſic in mrīonijs vel alit̄ in mrīonijs
ſufficit etas xij· vel xiiij· ānoꝝ· ¶ Nā
illa etas ē diſcrecōis vt ſupi⁹ dixi
et tūc pueri ſatis intelligūt quid
agūt ni ſint furioſi· ſed ſeptēniū n̄
ſic ſufficit ad ſpōſalia ꝑmo requi
rit̄ vt ſpōſi intelligāt q̄d agant

pleruͣqȝ ante adultam etatem volū
tas alicui⁹ ꝯca talia diſcerni nō pt̄
vt ꝭ· e· c· i· ¶ Poſſunt impuberes
ſponſalia ꝯtrahere de futuro de pn̄
ti āt non ni eſſent ꝓximi pubertati·
vt ꝭ· e· c· de illis· ⁊· c· tue· ⁊· c· con
tinebatur ⁊ malicia ſiue prudēcia
ſuppleat defectum etatis al's non·
vt in ꝑ̄dcā dec̄ tue· Duo em̄ requi
ruͣtur vt ſuppleat̄ defect⁹ ꝓximitas
et malicia ſiue prudencia· ¶ Sed
queritur quanto tempore ꝑuenit̄
etas Rn̄o p ānū· vt ꝭ· e· c· ꝯtineba
tur· quidā tn̄ dicunt ꝙ non ꝑuenit̄
niſi p ſex menſes ar· C de iurō· l· ꝓ
perandō· ſ· ⁊ ſi quidā· ⁊· ff· de exacu·
tu· l· non tm̄ in pn̄· ſed hoc puto ſu
perioris arbitrio relinqn̄dū vt iꝑē
qualitatem pſone ⁊ prudenciam
ſiue maliciā mciat̄ ⁊ idē in pubta
te obtinet· ¶ Nam ⁊ pubtas plerū
qȝ annos anticipat· vt ꝭ· e· pube
res ⁊ potenciam coeundi interdum
anticipat pubertatem· vt ꝭ· e· c· A
nobis· Si pubes contrahat cum
ipubere tenetur exſpectare donec i
pubes ꝑueniat ad ānos legittios
vt ꝭ· e· c· de illis· ⁊· c· A nobis· ⁊ ſi
minor veniens ad legittimos an
nos non conſenſerit in mrīmoniū
poterit reſilire maior autē non pōt
ſed expectare tenetur vt dixi· Et ſi
minor factus maior cōſenciat maior
diſſentire non pt̄ ⁊ ex eo ꝙ in caſu
premiſſo impubes veniens ad pu
bertatem poteſt reſilire moti fue
runt quidā magne auctis doctoēs

ꝯtrē·ep·ꝛ ve͞n·l·Si ita·Quid ſi oēs
moriant̄ p̄ter vnā R̄no pr̄ q̄ iura=
uit dare vnā ex filiabꝫ illā ſolā da
re tenet̄ nt·ff·de eo ꝙ cto lo·l·ij·§·
q̄ ſticbū·ff·de ꝯtrē·ep·ꝛ ve͞n·l·ſi i ep
coē·§·ſi ep̄aio ¶ Quid ſi pr̄ vnā ex
pluribꝫ obtulit ſpōſo· ſꝫ ſpōſus n̄
acceptauit illā ſꝫ aliam p̄optauit
R̄no pr̄ abſolut⁹ ē a iuramēto vel p
miſſo·ut·ff·de ꝯdic·in·l·cū hijs·ꝛ
ff·de v̄lo·ob·l·ſi ſtipulat⁹ ¶ Itē
q̄d ſi ſpōſus ꝯgnouit vnā ex illis
R̄no aliā hr̄e nō p̄t ꝛ iō illā ſolam
hebit ar·ff·de ſolu·l·ſticū ā pāp̄hi
lū·q̄d itelligo veꝝ eē ſi illa ꝯtēpla
coē tractat⁹ p̄cedētis ꝯſētit ei in co
pulā carnalē p̄mo videt̄ ꝙ ſtatim
p⁹ carl̄e copulā p̄cedēte deſpōſacoē
mrio^m ſit iductū ar·ꝗ·de eo q̄ dux·
in ma·quā pol·p adul· ſignificauit·
et·ꝗ·de ꝯiugio leproſo ꝓpoſuit vel
ſi nō ē mrio^m ſaltē coget⁹ ē in eam
mr̄iomialit̄ ꝯſētire ut ꝗ·d eo q̄ dux·
in ma·quā pol·p adul·ꝓpoſitum·
¶ In ſūma q̄rit̄ an p ſbarracōnē
mrio^m l̄ ſpōſalia iducant̄·Solēt
ei oēs muliēs p ānulos ſbarrare c̄
ca hās arras dixerūt q̄dā doctores
ꝙ ſbarracō fc̄a ſpōſo ſpōſe inducat
mrio^m·Si āt a pentibꝫ ſpōſi fiat
ſpōſe tūc ſpōſalia iducant̄·Sꝫ h̄
diſtīctio nō placꝫ·Ad h̄ dico ꝙ ſi
ſpōſus an̄ fores ecc̄e i die bn̄dictō
nis ſic alicubi fieri ꝯſueuit donec ā
nulū ſpōſe ſacdote bn̄dicēte ꝛ dicē
te bn̄dic dn̄e has arras ꝛc̄·tūc an
nuli dacio mrio^m iducat ꝛ ſic loq̄t̄
illa xxvij·q·ij·ſi q̄s vxorē ꝛ ſi q̄s d̄ſ
pōſauit ꝛ xxx·q·v·nr̄ates·ꝛ·c·femi
ne ꝛ idē dico ſi al̄s ſpōſus det ānulū
ſpōſe ſic dicēs duco te i vxorē l̄ ac=
cipio te i meā l̄ ſimilia v̄ba iportan
cia ꝯſēſū mr̄iomialē tūc mrio^m idu
cet̄ nō tā p ānuli dacōē ꝙ ꝯſenſū
in verbis expreſſum·Si vero tem
pore ſponſaliorum de futuro annu
lus detur non poteſt aliud ſignifi=
care ānuli dacō ꝙ contractus cele=
bratus expreſſiꝫ nam ꝛ al̄s arre da
cio ſignum eſt future vendicionis
non facte vt inſti· de emp·ꝛ vend·
in p̄n· vnde arra eſt cōtractus p ſe
vt·ff·de acc·emp·ꝛ ven·l·ex emp=
to·§·is qui vina·

¶ De clandeſtina deſpon·

Jctū ē ſ̄ de ſpōſalibꝫ Sꝫ q꞉
ſpōſalia plerūqꝫ palā plerū
qꝫ clam ꝯtrhūtur·Jō ſubiciat̄ h̄ rub
ca de clādeſtina deſponſacōe ¶ Vi
deam⁹ igitur q̄t modis dicat̄ clā
deſtinū mrio^m·Item an manifeſ
tum mr̄ionīū preiudicet clādeſtio
et que ſit pena clam contrahenciū
¶ Clandeſtina mr̄iomia dicitur
duobꝫ modis vno mō cum occulte
et ſine p̄ſn̄cia teſtiū contrahūtur ita
vt exinde lcima probacio non ap=
pareat·ut ꝗ·e·c·ij·Alio modo dicū
tur clandeſtina cum ſine ſolemp
nitatibꝫ contrahūtur· ut xxx·q·v·
alit̄ ꝛ ꝗ·e·c·Cū inhibicio·In vtro
qꝫ tamen caſu mrio^m tenet ſi aliud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legittimū non ſubſit impedimen-
tum·vt ꝫ·e·c·i·ꝛ ii·ꝛ xxx·q·v· nrā
tes in fi·al's autē clam facere vide
tur qui celauit aduerſario neqꝫ ei
denūciauit ſi mō timuit ei⁹ controuͤ
ſiam ꝗ debuit timere Item ariſto·
putat eum quoqꝫ clam facere qui
celandi aīm hꝫ eum quem ſe ꝓhi
bituꝝ intellexerit ꝛ id exiſtimat ꝗ
exiſtiare dꝫ ſe ꝓhibituꝝ Pem⁹
putat clam facere eum qui exiſtia
re dꝫ ſibi ꝯtrouſiaꝫ futurā nō i opi
nione ei⁹ ꝛ reſupinam exſtimacō
nē exequi oportet ne melioris ꝯdi
cionis ſint ſtulti ꝗ̄ piti·ff· ꝙ vi·ꝗ
clam·l·iii·§·vlt·ꝛ·l·hui⁹ ¶ Ideo
autem clandeſtina cōiugia prohi
bentur qꝛ ſi clam cōtrahentes diſ
cordes fuerint ꝛ cohabitare nolint
eccā eos cōpellere nequit·vt ꝫ·e·c·
ij·eccā eīn que aliqn̄ fallit ꝛ fallit̄
vt ꝫ de ſen·ex· A nobis· qꝛ diuina
re non p̄t· vt·ꝫ·vt ec·bene ſine di·
confe·vt noſtrū·ꝛ·ff·ad le·ac·l·ſi
putator·ſicut audit ſicut ꝛ iudicat
et ſic ſ͛m ꝓbata vt de ꝯ·di·v·c·vl·
xv·q·v·pbr·ij·q·i· De⁹ oipotēs·
iij·q·vii·iudicet·xi·q·iij·Eoꝝ·ꝛ·c·
ꝗuis·ꝛ·c·graue·ꝛ·c·ſūmo ope·ꝛ
ꝓpterea ꝛ ſi clandeſtinū mr̄omū
ſit veꝝ·vt xxx·q·v·§·hijs ita quia
non iūs deficit ſed ꝓbacio· vt·ff·
de teſta·tu·l·duo ſunt ticij· ꝓ mr̄i
monio iudicare n̄ p̄t diſſencietib⁹
cōiugatis vt dictum eſt p̄mo p̄ſu
mit eccā contubernīū ꝛ ſeparat ſic
coniūctos·vt xxx·q·v·c·i· Sed

nūquid requirūtur oīa illa ſolēp-
nia de quib⁹ loquūtur illi canōes
xxx·q·v·c·i·ꝛ·c·nr̄ates· Rn̄o non
ſi eīn omittantur modica vel leuia
non nocet·ff·de ven·inſpi·l·i·in fi·
¶ Sꝫ quid ſi dos non interueniat
nichilominꝰ mr̄omium tenet vt
xxx·q·v·in aut·ſi quis diuinis·ꝛ i
autn̄ qb⁹ modis natum effi·legi·
§·qm̄· Dꝫ ꝫ·iii·q·iiij· ꝯſanguineo
rū· Ad qd̄ rn̄o ille canon loquitur
ſicut ꝛ ille·xxx·q·i·c·i· ſcꝫ in mr̄o
nio occulto qd̄ ꝓbari non p̄ot·vn̄
cū d̄ dote nihil appareat nec d̄ nup
ciali bn̄dictione·nec de alijs ſolēp
nitatib⁹ in obſcuro ꝓ non mr̄imo
nio habet̄ ꝛ ꝓpterea alius canon
dicit nullum ſine dote fiat cōiugiūꝫ
vt·xxx·q·v·nullum vere tn̄ mr̄imo
niū tenet qꝛ mr̄oniū ſine dote dos
autē ſine mr̄omio nō ꝯſiſtit· vt·C·
de dona·an̄ nup·l·Cuꝫ multe· Lex
autem inter pſonas impares req̄
rit dotalia hoc eſt nupcialia inſtrā
vt·C·de nup·l·impialis·§·pn̄ti· et
§·imo· ſed illud intelligo ſimilit̄
cum de mr̄omio dubitatur hec eīn
circūſtancia ſeu ſolēpnitas requiri
tur inter pſonas impares ēca pa
res āt requiritur an maritalis af-
fectio p̄ceſſent ꝯparatis pſonis vi
teqꝫ ꝯiūctione cōſiderata·vt·ff· de
dona·l·donacōes ¶ Item attēditur
fama loci·vt·ꝫ·de preſump·illud·
Illud non omitto ꝙ ſine nupcijs
inſtrā nupcialia ad probacōnem
mr̄onij n̄ ſint ydonea·vt·C·d̄ nup·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt diceret ⁊ scriberet sponsum vel
sponsā non eē cogend̓ vel cogendā
ad mrīomiū ꝯtrahendū ꝯ id qđ nōtu̾
ī·ti·prox·§·spōsus laur̄ ⁊ vinc· ⁊
alij dixerūt ꝙ illa dec̄ de illis ⁊ A
nob̄ locū hn̄t cū sponsalia ꝯhūt̄ in
ter minores septennio· ꝫ h̄ sententia
nulla ē Nā tn̄ illi̾ dec̄ de illis ꝯtrū
diāt in v̓·illo· Si vo alterut̄ isto
rū ad ānos pubtatis ꝑuenerit īfra
eosdē ānos altero existente cū spon
salia ꝯhūtur· Et illa a nob̄ loq̄tur
in spōsalib̄ ꝯ̄cis ī·nubiles ānos
Alij āt dixerūt ꝙ in dec̄ illis ꝯhen
tes erāt septēnes ꝫ intēdebāt ꝯtra
hē mrīomiū·vn̄ vere mrīomiū nō te
nuit īpediēte etate nec spōsalia q̄z
ꝯhētes de hiis non agebāt ⁊ ideo
adueniēte pubtate liberū erat eis ꝯ
sentire vel dissentire·nec istđ placz
ꝑ ea q̄ nōtu̾·ī·ti·px·§·i· Sz nos
diām̾ cū puberes vel maiores con
trahūt spōsalia si alt̄ ꝯsēciat i mri
moniū alt̄ dissenciat is q̄ dissentit
cōpellit̄ inuit̾ ⁊ sic locū hz nostra
sentēcia de spōsis cogēdis ad mat̄
monia ꝯhenda ⁊ ꝯsumanda· Si
vero vnus ꝯhencium sit īpubes ⁊
alt̄ pubes tūc locū hn̄t ille dec̄ de il
lis ⁊ a nob̄ vt īpubes ad pubtatē
veniēs liberū habeat ꝯsētire i mri
moniū vel dissentire ⁊ si dissenserit
sponsalia dissoluūtur ⁊ idē ē si int̄
duos impubēs sponsalia ꝯhūtur
Nā eis venientib̄ ad pubtatē libe
rū ē eis ꝯsentire in mrīomiū vel dis
sentire nec cogēd̾ est alt̄ eorū· Et
iste ē casus vn̾ de octo casib̄ in q̄
b̾ spōsalia đ futuro soluūtur· Se
cūd̾ cū alt̄ spōsoꝝ transfert se ad
aliā ꝓuinciā ⁊ lōgo tpe expectat̾
nō redit· vt ī·t·px·de ill̄· Tercius
si alt̄ spōsoꝝ incurrat leprā l̄ aliā īfir
mitatē enormē·ut ī·de ꝯiugio lepro
sōꝝ ī·de iure iurā·queādmođ· Quar
t̾ cū spōsi se mutuo absoluūt vt ī·
t·px·ꝑtea· Quīt̾ si supuenīat affi
nitas alt̄o fornicātē·vt i ꝑđcā dec·
queādmođ·xxvij·q·ij· q̄dā desponsa
sauit· Sext̾ cū alt̄ spōsorū īcidit
in hēsim· Nā ⁊ illud mechacio est
vt xxviij·q·i· Nō solū· Septim̾
ē cū alt̄ spōsoꝝ ꝑ v̓ba de pn̄ti ꝯhit
cū t̄cio· vt ī·t·px· Sic· Octau̾ cū
alt̄ spōsoꝝ religionē īgredit̄ q̄z sol
uūt̄ spōsalia đ pn̄ti·ut ī de ꝯu·ꝯiu
ga·ex publico· Sz ī hijs duob̄z vl
tīs casib̄ soluūt̄ spōsalia ipō iurē l̄
ipō fcō ī alijs supiorib̾ ꝑ snīaz ar·
xxxiij·q·ij·seculares xxxv·q·vi·mul
toꝝ· ¶ Nec mireris si dicā ꝙ īpube
res ꝯhentes spōsalia demū ad pu
btatē veniētes nō cogūtur ad mri
monia ꝯtrahenda q̄uis eni an̄ pu
bertatem sponsalia ꝯcta teneāt nō
tamē sunt ad h̄ efficacia vt coactio
nem inducant ⁊ al's h̄ contingat
vt cum minor religionē ingredit̄
demū ad ānos discrecōis veniens
requirit̄ vtꝝ in religionē ꝯsenciat
et si ꝯsenserit ꝓfessionem faciat ali
oquin ad secularē habitū redeūdi
lic̄nia non negatur vt xx·q·i·illud si
mile accidit cū inquirit̄ A clericis

in minoribꝰ ordibꝰ ꝯstitutis. An i
clericatū ꝯsenciāt quibꝰ si grā sci
tatis deo inspirāte placuerit ⁊ pro
missionē castimonie sue absqȝ cō
iugali ncāitate se spoponderint ser
uaturos ad sacros ordīes ascēdāt
Alioqn lrāȝ datā ab aplo̾ aufer
re nō possumꝰ. vt xxviij. di. de his
In pmisso igit casu cū pubes con
trahit spōsalia cū impubere alter
cōpellit ad mrīom alt nō ꝯtigit idē
et alibi. ut ̄q. de eo q̄ duxit in mat.
q iā pol. per adult. ꝑpositū ⁊ ̄q. de
adult. c. i. ⁊ ij. Ideo aūt ꝯpellit pu
bes ⁊ non ipubes qꝛ firmioꝛ ē in p
sona sua ꝓmissio q̄ꝫ in psona ipu
beris. Sȝ q̄rit quid si pubes qui
impuberē expectare tenetur nec ex
pectet ſꝫ medio tpe ꝯbat cū alia p
verba de pn̄ti nūquid tenet mrīo
niū R̄ñō sic ⁊ idē puto si pubes ma
trimoꝰm ꝯhāt cū ipubē. mrīom cū
nō tenet ipediēte etate qꝛ ex vna p
te tenē nō pt cū sit relatiuū est eñ
coniūctio maris ⁊ femine vt dixi i
descripcōe mrīonij. ̄s. ti. px. ̄s. mrio
moniū q̄ꝫuis pubes forcꝰ obliget
q̄ꝫ ipubes i hoc scȝ vt si ipubes factꝰ
pubes ꝯsenciat pubes cogit cōsen
tire vt dictū ē. Sȝ q̄rit pone q̄ꝫ
iuraui vel pmisi ducē i vxorē vnā
de filiabꝰ tuis nūquid dicemꝰ spō
salia fore ꝯcta. R̄ñō nō sicut ei mrī
moniū sic nec spōsalia in vno cōsis
tūt. sed duos reqrit. Nec obstat
si dicas pr̄ pt cogē filiū vel filiam i
ptāte ꝯstitutā vel ꝯstitutū ad spō
salia vel mrīom ꝯhend vt. ff. de ritu
nup. l. si prē cogēte. Intelligo eñ
q̄ꝫ pr̄ filiū cogere pt modica coacti
one scȝ increpacōe p̄na precise āt
cogere nō pt. vt. C. de nup. l. nec fi
liū. ff. de ritu nup. l. nec cogit. Filie
vero pr̄ spōsū querē dȝ. vt xxxij. q.
ij. honorātur nec extra volūtatē pa
tris filia nubere dȝ. vt. xxxij. q. ij.
hoc scīm ⁊ idē in auo. ut xxxij. q. iij.
prēȝ. Sȝ nūquid filia coget inui
ta illū in virū ducere cum quo pat
ipsius nomine spōsalia ꝯtraxit vel
verꝰ iurauit seu ꝓmissiōȝ fecit scri
bit h. q̄ꝫ sic. quia filia in hoc pr̄i con
tradicere nō pōt. nisi pater dederit
ei turpem spōsum vel moribꝰ suis
indignum. vt. ff. de spōsa. l. si que
patris. Sȝ certe puto ꝯtrarium ⁊
iura canonica nō ex necessitate sed
honestate loquūtur. Ad. l. autem
R̄ñō verū est q̄ꝫ filia pr̄i danti sibi
virū contradicere nō pōt subaudio
sine vicio igratitudinis. In autēt
eñ ingratitudinē ⁊ poterit exhe
redari vt i autn̄ vt cū de app. cog.
̄s. aliqui coll. viij. Sȝ mrīmonia l
spōsalia nō tenebūt nisi ꝯsēsus fi
lij vel filie accedat. vt ̄q. e. c. i. dico
igit i qōe premissa q̄ꝫ illa erit spō
sa siue vxoꝛ que factū approbabit
q̄si suo noie gestū ⁊ ꝯsēciet in illū
cui pr̄ iurauit vel pmisit. Sȝ cuiꝰ
erit electio spōsi vel pr̄is R̄ñō pro
missoris hoc ei ē eq̄le i pmissiōibꝰ
gn̄alibꝰ l alterꝰ vt isti. de ac. ̄s. pre
tea ⁊. ff. de iur. do. l. plerūqȝ ⁊. ff. de

l·neqꝫ ſine nup· ſicut nec ꝓbat̃ ꝑ
inſtrã poſſeſſio·vt·ſ̃·de ſi·il tru· in
ter dilcõs·nec violẽcia·vt ſ̃·d̃ reſ
ti·ſpo·Cũ ad ſcd̃· Dꝫ q̃ ad ẽẽnciã
mr̃onij ⁊ q̃ ad veritatẽ ſufficiat ſo
lꝰ ꝯſẽſus eoꝝ de q̃ꝝ ꝯiũctione aga
tur q̃ ſolus ſi defuerit cetera etiã cũ
ipõ coitu celebrata fruſtrantur· vt
xxvij·q·ij·ſufficiat· Dꝫ q̃rit̃ pone
ꝙ aliq̃s ita dicat mulieri iuro tibi
vel pmitto ꝙ hẽbo te ꝑ legittima
vxore mea nũquid ẽ mr̃oᵐ videt̃
ꝙ non·qꝛ hꝰ v̇bũ habebo futuri tẽ
poris ẽ·⁊ iõ contractũ hꝫ ⁊ ſic ꝯ̃ctꝰ
de futuro habẽdꝰ eſt nõ de pñti ⁊
ſi verbũ iuro vel ꝓmitto qḋ ibi po
nitur ſit tẽpis pñtis·vt ẽ·de ꝯdi·
appo·ſup eo· ſed ꝯ̃riũ veꝝ ẽ·nam
mr̃oᵐ veꝝ cenſet̃·vt xxx·q·v·ſi di
uinis qꝛ lꝫ verbũ illḋ hẽbo futuruꝫ
deſignet pñs tñ nõ excludit Vñ i
verb̃ illis ſubaudiendḋ vel ſubintel
ligendḋ ẽ ab hodie in antea vel ab
hac die ſiue ab hꝰ tpe ⁊ talit̃ ꝯ̃ctũ
mr̃omũ legitimũ ẽ vt·ſ̃·de ſpon·
ex pte Dꝫ pone ꝙ illi q̃ clã ꝯtrax
erũt nũc palã in facie ecc̃e ꝯfitean
tur ſe mr̃omũ ꝯtraxiſſe nũquid eo
rũ ꝯfeſſioni ſtabit̃ Rñ o granꝰ ap
te dicat ꝙ ſic·vt xxx·q·v·hꝯs ita·⁊
ſic pt intelligi finis illius dec·xxx·
q·v·alit̃·vbi dicat̃ ñ volũtas ꝓꝓa
ſuffragauerit ⁊ vota ꝓꝓa ſi cucurre
rint ꝙ de plano ẽ admittent̃ ſi per
ꝯfeſſionẽ illã alti mr̃omo ꝑiudi
ciũ nõ fiat tũc enĩ nõ ſtaret̃ ꝯfeſſi
oni in ꝑiudiciũ alienũ·vt ẽ·de eo q̃

cog· ꝯſãg·vx·ſue·c· ſuper eo· Dꝫ
cõtra ẽ·de rapto·Cũ cã· vbi ſtatur
ꝯfeſſioni mulieris in ꝑiudiciũ mõ
ſterij ⁊ mr̃onij ſpũal̃· Dꝫ ibi ex=
ponit̃ vel ꝓ ⁊ ⁊ ſᵐ hꝰ idẽ eſt in mat̃
monio carnali ⁊ ſpũali ar·ad hoc
ſ̃·de regu·trãſe·ad re·vidua·⁊ xx
vij·di·ꝙ int̃rogaſti·cur enĩ inferi
or erit lex diuina·vt xij·q·ij·cũ deuo
tiſſima·vel dic aliud eſſe in matri
monio carnali ⁊ aliud in ſpũali·
Nã in carnali ſiue alter ꝯiugũ ſiue
vt̃qꝫ ꝯfiteat̃ in ꝑiudiciũ matrimo
nij non ſtatur eoꝝ ꝯfeſſioni tamen
dũ enĩ eſt ne colludãt·vt ẽ·de eo q̃
cogno·ꝯſang·vxo·ſue·c·ſuper eo·
Dꝫ vbi alt̃ ꝯiugũ vel vterqꝫ ꝯfite
tur i preiudiciũ ſpũalis matrimo=
nij ꝑ carnali admittitur cõfeſſio
vt in illa cũ cauſa·cũ vero agit̃ ad
diſſoluendũ matrimoniũ racione
cõſanguinitatis vel affinitatis non
ſtatur ꝯfeſſioni ꝯiugũ niſi ⁊ famã
concurrat· vt xxxv·q·vi·ſi duo xxx
iij·q·i·requiſiſti· ſed ſi agatur ad
ſeparacõeꝫ mutue ſuitutis adult̃ij
racõe tũc ſtat̃ ꝯfeſſioni alterꝰ con
tra ſe ꝯfitẽti· vt ẽ·de diuor·Ex lr̃is
nec obſtat in hoc caſu turpitudo
ꝓpria ꝯfitẽtis ꝓpt̃ piculũ aie· vt ſ̃
de ſpõſa·ptẽa·ſ̃·de ſen·⁊ re iudica
lator· Dꝫ q̃ritur que ſit rõ q̃re ſi
vir vel vxor ꝯfiteat̃ ſe adulteriũ ꝯ
miſiſſe ſtat̃ ipſiꝰ ꝯfeſſioni nõ aũt
ſtat̃ ſi ꝯfiteatur ꝯſanguinitatẽ vel
affinitatẽ·vt ꝓbãt̃ hꝰ·xxxi·q·ij· lo
tharꝰ ẽ·de adul·itellexīmꝰ·xxxv·

q·vi·ſi duo·Rn̄o cū agit̄ de cōſāg
uitate ł affinitate ſeu alio legittīo
īpedimēto ſi ſepacō fiat lʒ ſepatis
cū alijs ꝯhē vt i·c·ſi duo ī fi·ꝛ xxx
v·q·vi·ab iſto Et iō timēdū ē ne ob
hāc cām colludāt vt ꝰ· de eo q̄ cog·
cōſang·vxo·ſue ſup eo ꝰ de diuor·
ex lr̄is·Cū vō rōe adult'ij fit diuor
cū nu̇t̄ alt̄o viuēte ꝯhē p̄t·vt xxx
ij·q·i·dix̄ iō mi̇n⁹ h̄ timet̄ ꝛ ꝓptea
magis credit̄ Itē q̄rit̄ pone ꝙ pe
tā diuorcīū ab vxore dicēs me aliā
vxorē hr̄e cū q̄ p⁹us legittīe ꝯxi non
ꝓbo·nūq̄d vxoē ꝯ quā egi mortua
poſſum cū t'cia ꝯhē ł pone ꝙ vendi
cē aliq̄ꝫ ī vxorē nō ꝓbo ł iure aliq̄ꝫ
m̄ fore legittiaꝫ nichilomin⁹ ab=
ſolut̄ illa a mea peticōe·nūq̄d ea
viuēte poſſuꝫ cū alia cōtrahē Rn̄o
In hiis oib⁹ dic ꝓpe mee cōſcie r̄li
q̄nō·vt·ſ̄·d iure iurā·mulieri·Per
h̄ āt q̄ ſup̄i⁹ dcā ſūt ſatis appar t
q' maifeſtū cōiugiū p̄iudicꝫ clam
deſtic cū de clādeſtic ꝓbari nō poſ
ſit ꝛ cp̄treat eccāꝫ ſm̄ allegata nūci
are· vt ſup̄i⁹ dictū ē·§·iō·ꝛ h̄ eē ē
cā q̄re ꝓhib̄tur clādeſtia mr̄oia
vt xxx·q·v·§·hiis ita·ſic ꝓhibent̄
elecciōes clādeſtic·vt·ſ̄·d elec·q̄ꝛ
ꝓpt̄ diuſas·§·vlt·Pena illorū
q̄ clā mr̄ionia cōtrahūt h̄ ē q̄ꝛ ſi cō
traxerīt mr̄iom̄ q̄d de iure ſtare nō
p̄t q̄ꝛ nō noluer̄t ſuare formā ſta
tu tā ꝰ·e·cū inhibicō videt̄ ignorā
ciā affectaſſe ideo eos ignorancia
nō excuſat·ſed filij qui naſcuntur
illgittimi cenſebūtur de ignora=
cia parētū nullū ſubſidiū habitui
vt in dec̄·Cū inhibicō·nec obſtat
ꝰ·qui fi·ſūt le·Cū inter Johānē
veterē vbi filios excuſat ignoran
cia paterna ꝛ legittimos facit nā il
la loquit̄ cum non clam ſed publi
ce eſt mr̄iom̄ cōtractuꝫ·vnde ecā ue
rūt quidā dn̄tes derogatū eē hodie
illi dec̄. Cū int̄ p hāc Cū inhibicō
Sꝫ non ē verū h̄ eīn loquit̄ in clā
deſtino mr̄iomo illa in publico·

De ſpōſa duoꝝ·

Ractatū ē·ſ̄· de duabus
ſpeciēb⁹ ſpōſalium ſcꝫ de
manifeſta ꝛ clandeſtina
Nūc āt tractat̄ hic de duab⁹ ſpe=
ciēb⁹ ſpōſaliū ſcꝫ manifeſte ꝛ ſuc
ceſſiue ꝯctis vt cū duo diuerſ tem
porib⁹ ꝯtrahūt ſponſalia cū eadē
vn⁹ de futuro ꝛ ali⁹ de p̄nti·ꝛ idō
ſubicit̄ hic rubca de ſpōſa· duo ū
et idē intelligo in ſponſo dum qui
cū vna cōtraxit de futuro ꝛ alia de
p̄nti·vn̄ ſicut intitulatur rubca de
ſpōſa duoꝝ ita poſſet intitulari de
ſpōſa duaꝝ Circa q̄ꝫ materiā bre
uit̄ ē dicendū ſi cū eadē ſpōſa ꝯhāt
duo ſucceſſiue vn⁹ de futuro alius
de p̄nti ſiue cū eodē ſpōſo due ꝯtra
hāt mulieēs tenēt ſpōſalia de p̄nti
et ſi ſpōſalia de futuro vallata fue
rint iuramento ſed agetur penitē
cia de fide mentita·vt infra·e·c·i·ſ̄
de ſponſa·ſicut·ꝛ·c· de illis·Sil
autem ſponſalia tenēt de preſenti
ſeius ducat ſimiliter per verba

De ſpōſa duorū
De cōdicionib⁹ appoſit

de pn̄ti p̄ora ſpōſalia tenēt· ut ꝗ̄·e·
c·ij·etiā ſi poſteriora fuerīt carna-
li copula ɔſūmata·ut ꝗ̄·e·c·lȝ·non
obſtāte ɔ̄ria ɔſuetudine alicuius
loci·ut ꝗ̄·e·t·c·vl·n̄ obſtāte qḋ op
tinet ī pignore ɔuētionali in q̊ is
potior ē qui p̄us ypothecā accepit
et ſi poſteri⁹ de pignore ɔuenit· ut
ff·q̊ po·in pig·ha·l·potior·§·i·non
obſtāte qḋ optinet ī re vēdita vel
donata ſucceſſiue duob⁹ ī q̄ potior
eſt is cui pri⁹ fuerit aſſigͣta· vt·C·
de rei vē·l·q̊tiens·ff·de publicia·l·
ſine aū·§·ſi duob⁹·ff·ð rei vē·l·ſi a
tīo·ff·de excep·rei ven·ꝛ tradi·l·ij
Itē ſi q̊s ɔ̄hat cū vna p v̓ba de p̄
ſēti ꝛ demū cū alia ſimilit̓ p̄ma vi
ncēte p̄ora ſpōſalia valēt nō ſcḋa·
vt ꝗ̄·e·c·tua fratnitas· ¶ Sȝ q̄rit̓
quid ſi q̊s ɔ̄hat ſpōſalia de futuro
cū duab⁹ ſic dicēs· iuro vel ꝓmit-
to q̄ ɔ̄hā cum altera ex vob̓ Rn̄o h̓
qḋ ſimilis ē illi cū q̊s ɔ̄hit cū vna
de filiab⁹ titij quā nō n̄o·ſ̄·de deſ-
pō·ipu·§·ſed q̄rit̓ ¶ Itē quid ſi q̊s
ſpōſalia ſimul ɔ̄hat cum duabus
ſic dicēs iuro vel ꝓmitto q̄ ɔtrahā
cū vtraqȝ Rn̄o michil agit̓ q̄ꝛ ſi ſic
ɔ̄het aliq̊s mrīoᵐ michil agēt hoc
em̄ eſſet ɔtra ſbām mrīonij·ut ꝗ̄·de
diuorc̄·gaudem⁹·§·q̄ꝛ vero·ꝛ ideo
michil agit̓·ut xxxij·q·ij·ſolet q̄ri
et·c·Cū aliq̄n ꝗ̄·de ɔdi·appo·c·vl·
vbicūqȝ āt ꝓh̓bet̓ mrīoᵐ ꝛ ſpon
ſalia·ut·ff·de ſpōſal̓·l·oratio· Sȝ
q̄d ſi vna illaꝝ apta ſit ꝛ legittīa
ad mrīoᵐ alia illegittīa ꝛ inepta

videt̓ q̄ valeat id qḋ actuȝ eſt cū
apta nec viciat q̄ adiectū ē de inep
ta·ut·ff·de re·iuris·l· non ſolēt·ff·
de dō·l·ſcim⁹·de ɔ·di·iiij·ſi nō ſci-
ficat̓·puto tū̄ ɔtrariū q̄ꝛ q̊ ſic ɔtra
hit ſic ſupi⁹ ē exp̄ſſum nō intēdit
cōtrahē cū vna ſȝ cū vtraqȝ qḋ non
p̄t ꝛ iō michil egit· nec id qḋ vult
q̄ꝛ non p̄t nec id qḋ p̄t q̄ꝛ nō vult
vt·ſ̄·de offi·dele·cū ſup abbacia·
·C·ſi q̊s alteri vel ſibi·l·multū int̓-
eſt·ff·de arbi·l·pedi⁹ ¶ In ſūma
nōn̄ ḋ ē q̄ ſpōſalia de futuro ſequē
cia nō tollūt p̄cedēcia eiuſḋ nature
ſed ſpōſalia de pn̄ti ſeq̄ncia tollūt
ſpōſalia ð futō p̄cedēcia tāq̄ mīn⁹
vinculū·ut ꝗ̄·e·c·i·q̊ cle·l̓vo·rurſ⁹

¶ De ɔdicōib⁹ appoſitis·

Diximꝰ·ſ̄·de deſpon·q̄ ſit
pure·nūc dicendū ē de ea
q̄ ſit ſub ɔdicōe ¶ Videa
mꝰ igit̓ q̊t modis ɔdicio recipiat̓
Quot ſint ɔdicōnū ſpēs·q̄ ɔdicōes
ſuſpēdant mrīoᵐ vel ſpōſalia q̄ vi
ciēt·ꝛ q̄ hēant̓ p nō adiectis· Cō
dicō dicit̓ trib⁹ modis ſcȝ ſtat⁹ p
ſone vt cū dicitur quis ſerui̓ con
dicōnis vel libere·vt·ſ̄·de ſuis nō
orḋ·c·vlt·xxxij·q·iiij·liberi·ꝛ eoḋ
reſp cū dicitur condicio in rebus q̄
dam em̄ res dicitur ſuilis ɔdicio
nis ꝛ quedaȝ libere·vt·ff·de ſuit̓·
et·C·e·ti· Tercio modo dicit̓ ɔdicio
promiſſionis ſuſpenſio p ɔdicōis
euentū nam dōcōes ꝛ ꝓmiſſiōes

recipiũt· mod̾·ↄdicõꝫ ·cãꝫ· demõſt̾
cõeꝫ· mod̾ vt do t̾ decẽ vt facias m̃
h̾ cõdicõeꝫ dabo tibi decẽ ſi fecer̾ h̾·
cãm ut ꝓmitto t̾ decẽ qꝛ michi h̾
feciſti· demrãcõꝫ vt promitto tibi
ꝓuũ quẽ emi a ticio ꝉ cũ demõſtro
ꝓuũ p adiectiua ſic dicẽs ꝓuũ meũ
ſticũ cocũ do lego vñuerſis Datõ
ꝙ ut mod᷒ ẽ ſi ↄdicõ qꝛ cã demõ
ſtracio quẽ· ſed ⁊ adiectiã ſubacta
·i· ſubſtãtiuis adiũcta ar· ff· de ↄd̾
et demõ· l· demõſtracõ In h̾ ãt titu
lo cõdicõ ſumit̾ ꝓ t̾cia ſigficacõe
·ſ· ꝓmiſſiõis ſuſpẽcio p cõdicõnalẽ
ↄiũctõeꝫ Spẽs ↄdõnũ pluẽs ſũt
Nam alia poſſibil̾ alia impoſſibil̾·
alia ꝑtãtiua· alia cãlis ·alia honeſ
ta· alia inhoneſta· alia volũtaria·
alia nccãria Nos g̊ de hijs õibꝫ
illas que ad pñteꝫ materiã ptinẽt
ꝓſeq̃mur ¶ Eſt itaqꝫ i ſponſalib᷒
vel mrĩo° ↄdicõ honeſta ⁊ ihoneſta
honeſtaꝝ· alia volũtaria· alia nccĩa
Inhoneſtaꝝ alia repugnat natũe
ſpõſaliũ ſeu mrĩonij· alia ñ honeſ=
ta et volũtaria ẽ que p̄t apponi ⁊ ñ
apponi puta ↄhã tecũ ſi dederis m̃
centũ h̾ ſi ponat̾ ſuſpẽdit ſpõſalia
ꝙ̃ diu nõ fuerit adimpleta ñ intue
niat cõſenſus de pñti ꝉ copula car
nalis ut ꝗ̃· e· c· de illis ¶ Honeſta
nccĩa ẽ que ſi nõ apponat̾ nichi͛ agi
tur cũ xp̃ian᷒ diciẽ iudee ↄhã tecũ ſi
fcã fueris xp̃iana vt xxviii· q· i· nõ
oꝫ Inhoneſta que repũgnat natuẽ
mĩmonij ẽ illa ↄhã tecũ ad temp᷒ vꝉ
ſi procurãueris venena ſterilitat᷒

hec ſi apponitur ↄctũ viciat vt nec
ſpõſalia teneãt nec mĩm vt xxxij· q
ij· ſolꝫ queri· ⁊ idẽ eſt ſi ſic dicatur
cõtrahã tecũ ſi pro queſtu adulter
andã te tradas vt ꝗ̃· e· c· vlt· Inho
neſta q̃ ñ repũgnat natũe mĩmonij
eſt illa cõtraham tecũ ſi furtũ fecer̾
ſi homieꝫ occideris hec ſi apponat̾
pro non adiecta habetur ⁊ nichi=
hil᷒ ſponſalia vel mĩm tenet vt ꝗ̃· e·
c· i· ⁊ vlt ¶ Sꝫ opponitur nõne q̃
libꝫ inhoneſta ↄdicio eſt impoſſibi
lis ſic vt· ff· de cõdic· ⁊ inſti· l· fili᷒
ar· xxij· q· ij· faciat ſꝫ ipoſſibilis con
dico viciat ↄctũ vt· ff· de v̾bo· ob· l·
impoſſibilis· ff· de re· iuᷓ· l· impoſſibi
liũ ⁊· ff· d̾ acc· ⁊ ob· l· nõ ſolũ inſti·
de hered̾ inſti· §· impoſſibil̾ ⁊· ſ̃· de
pac· c· vlt· Et ſic videt̾ ꝙ mĩm ↄũct
ſub cõdõne illa ſi furtũ ꝉ homicidi
um feceris q̃i ſb̾ ipoſſibili condõne
ↄctũ nõ valeat Rñō mĩm ſb̾ q̃cũqꝫ
ↄdõne cõtractũ q̃ñtũcũqꝫ turpi dũ
mõ ñ ſit ↄ ſb̾ſtãciã mĩmonij vt ſupi᷒
dictũ ẽ valet ⁊ tenet vt ꝗ̃· e· c· vltio
et Rñō ad obiecta ſpeciale ẽ in ma
trimonio vt cõtractũ ſub ipoſſibili
cõdõne teneat vt ẽ i inſtitucõibꝫ le
gatis ⁊ fidei ↄmiſſ̾· i q̊bus turpis
cõdicio ꝓ nõ adiecta habet̾ ſi ap=
ponat̾ ei cui aliq̊d relinq̃tur· cetꝫ ſi
ſi ei a q̊ relinq̊tur ꝉ cui iubet̾ de dã
do vel reſtituẽdo valꝫ legatũ vt in
ſtitu· de legatis· §· vlt· ⁊ ſic notauit
dñs Azo in ſumma de ↄdic ⁊ inſti
§· ⁊ ꝙ dixi· vt igitur ex premi ſſis
apparet cõtrahitur mĩm ſub cõdic·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et maxie honeſta·vt ĩ·e·c·de illis·
et cũ ſic dicat̃ ꝯbꝰ tecũ ſi talis volu
erit·ut ĩ·e·c·ſup eo·ſicut ⁊ aliꝰ ꝯc
tus·vt·ff·de ꝯhend̃ emp·⁊ vẽ·l·h̃
vendicõ·nec obſtat·ff·de re·iuris·
l·actꝰ·actus eñ nõ ſuit ꝯctꝰ·quid
tñ dixerũt ꝙ tũc ꝯdicio i inriomio
trãſferri pt in arbitriũ alienũ cum
trãſfert in arbitriũ illoꝝ i q̊ꝝ ptã
te ſuit ꝯhentes ⁊ ſic loquit̃ ĩ·e·ſup
eo·⁊ h̊ p·l·ff·de ritu nup·l·nupác·
Sꝫ certe idẽ puto ⁊ in alijs pſoĩs
vt ĩ·e·c·p tuas· ¶ Reſtat videre
de ſc͞da pte rub̃ce ſcꝫ vel alijs ꝯcti·
bꝰ· Et eſt ſciend̃ ꝙ in alijs ꝯctibꝰ
apponi pt ꝯdicio q̃nqꝫ ꝯtractũ cõ
ſtitués q̃nqꝫ pimẽs· vñ cõdicio q̃
dã eſt ꝯſtituẽs·v̓bi grã·dono tibi
h̊ ſi tu feceris vel dederis h̊·te ei dã
te vel faciẽte ꝯſtituit̃ d̃õcio vt·ff·d̃
ꝯdi·⁊ demõ·l·q̊ hẽdi·§·vl·⁊ ẽ ꝯdi
cio adimẽs ſic·dono tibi fundũ vel
lego ſi non manumiſeris ſuũ talẽ
ſtati valet d̃õcio vel legatũ ſꝫ ſi ma
numiſerit vterqꝫ admittit̃·ff·de
cõdi·⁊ demõ·l·cũ ſub hac ꝯdicõne
Sꝫ nũquid ſi res vel poſſeſſio ecc̃e
donet̃ ſub hac ꝯdicõe ſi nõ aliene
tur eccã adimet̃ donacõ vel reuoca
bit̃ videt̃ ꝙ ſic·vt ĩ·e·veꝝ ¶ Sed
q̊d ſi res alienet̃ in caſu pmiſſo a
iure puta ob redẽpcõnez captiuoꝝ
ecc̃e repacõez ãmiterij ampliacõz
videt̃ ꝙ in hijs caſibꝰ nõ reuocet̃
d̃õcio·hij eñ caſus ſunt excepti vt
q̃uis alienacio gñalit̃ ſit phibi·
ta in illis caſibꝰ ẽ pmiſſa·ut xij·q·

ij· Aucꝫ·⁊ iõ licita videt̃ alienacio
vt·C·de rebꝰ ec·alie·l' nõ alie·l·vl·
in fi·pteã h̃ ꝯdicõ ne liceat in rem
meã alienare reprobat̃ a iure· vt
ff·de pac·l·plt·Sed expſſe ꝯdicit
auten· q̊ i h̊ caſu loq̃tur vt i autñ
de alieñ ⁊ emphit·§·ſciſſimas col·
ix·ff·de pac·int̃ ẽp·⁊ vẽ·cũ te fund̃
et·l·vlt·C·de ꝯdic·ob turpem cãm
de lega·l·ea le·dictã· Ad h̊ q̊dam
dñi legũ dixerũt ꝙ in re puata põt
opponi tale pcm ne alienet̃ ꝑpt le.
illã·ff·d̃ pac·l·plt· Sꝫ i rbꝰ d̃õt·
ecc̃e ſic ⁊ ſuãdũ ẽ vt dicat autñ·il
lud ſciſſimas·⁊ h̃ eſt cã q̃re valet
pactũ qꝛ tũc ius ecc̃e redit ad ſuũ
ſtatũ ⁊ ſuã naturã ar·ff·de pac·l·
ſi vnꝰ ex argentarijs §·ſed ſi·verꝰ
puto vt diſtinguatur An eccã cui
poſſeſſio ſub hac ꝯdicõe donata ẽ·
ne alienetur habeat alias poſſeſſi
ones vel nõ vt ſi alias hẽat pactũ
valeat ⁊ inhibeat alienacõnez rei
illius ⁊ ſic intelligi pt autñ illud
ſciſſimas ſi autem non habeat a·
lias tũc alienari poteſt res illa vel
poſſio non obſtante pacto vel con
dicõne· Nam caſus ſupiores qui·
bus alienande ſunt poſſeſſiones ec
cleſie ſicut a iure inueniũtur excepti
ſic ⁊ a pactis ⁊ condicõnibus ſpe
cialibus· Sed quid ſi in donacõe
h̃ dicatur expreſſe ne liceat aliena
re ecãm in caſibus illis puto do·
nacionem tenere ⁊ condicõnẽ tãq̃
ꝯ ꝑe ⁊ ꝓ nõ adiecta hrĩ vt ĩ·e·c·vl·

¶ Qui cle· vel vouentes

DIximus ſupra de ſponſa·
et matrimonio nūc tracte
mus de impedimētis illo
rū Impediuntur ei p ſacꝝ ordīez·
et p votū ⁊ iō ſubiūtur h̄ rubrica
qui clerici l' vo· matrimo· cōtrahē pūt
¶ Videdūz eſt igitur q̄ clerici pūt
cōtrahere mīa· ⁊ qui probibeātur·
¶ Eſt autē ſciēdum ꝙ clerici ī mi
noribꝫ ordinibꝰ cōſtituti cōtrahere
pūt ſꝫm lrāz ab aplo datā vt xxv
iij· di· ḋ bīs ⁊ xxxii· di· ſereatum
In ſacris autē ordinibꝫ conſtituti
probibētur vt xxxij· di· erubeſcant
et· c· nemo ⁊· c· ſi quis eoꝝ xxxi· di·
Ante triēnium ⁊ ſ̄· de eta· ⁊ quali·
pſi· A mltis ⁊ ꝭ· e· c· Ex lrāꝝ Sꝫ
nūq̄d clericus ī maioribꝰ ordinibꝫ
cōſtitutꝰ ⁊ tandem depoſitus pōt
contrahē ⁊ videtur ꝙ ſic nomē ei
depoſiti deletū eſt de matricula cle
ricorū vt ij· q· i· nomen clericus de
poſitus exuit̄ pulegio clericali ut
liiij· di· ex antiq̄s· xvij· q· iiii· ſi q̄s
deinceps· puto tn̄ cōtrarium qꝛ de·
poſitus nichiloīꝰ caracterē retinet
quia aīe infigit̄ ⁊ iō p depoſicōꝫ n̄
tollit̄ cuius rōe clericū depoſituꝫ cle
ricalit̄ viuē oportꝫ ut lxxxi· di· dictū·
caracteri autē annexum eſt votum
continencie vt lxxxiiij· di· Cū in pre
terito· ¶ Item q̄d ſi quis per ſy·
moniā fuerit ordinatus cum carac
terem bāt viciatum vt· i· q· i· qui
buſdā narrantibus Rn̄o nichiloīꝰ

contrahere probibetur non enim ḋ
lictum banc ei emunitatez induāt
vt· ff· de mino· l· pap ⁊ vbi no· ſ̄·
ne clericis vel monichi· ſ· t̄cio mō
¶ Nunc videndum ē de ſcḋa pte
rubrice vel vouentes ⁊ eſt ſciendūz
ꝙ omnes vouentes continenciam
ſiue ſimpliciter ſiue ſolempniter
voueant contrahere ꝓhibētur qḋ
eīn vouetur domino reddendum ē
vnde vouere conſilij eſt reddere im
perij eſt vt ſupra de voto· ⁊ vo· re·
magne· ⁊ ſi ſimpliciter vouens cō
traxerit tenꝫ m̄m ſed aget pniām
de fractōe voti vt· xxvij· di· i· ⁊· ij·
Si autem ſolenniter vouens con
traxerit non tenet m̄m vt xxvii· di
c· iii· ⁊ iiij· ⁊ ꝭ· e· c· rurſus et xxvij·
di· ſ· binc diſtiguēdum· ⁊ ſic nos
diſtinguimꝰ inter votum ſimplex
et ſolempne ſic bug̊ diſtinguit in
ter votum de futuro ⁊ de preſenti ⁊
eius diſtinctio nullo iuē iuuatur ⁊
ſi bāt ſimilitudinem contractꝰ ſpō
ſaliū de futuro ⁊ de pn̄ti vn̄ diſtinc
cōem illius in voto non ſeruamus
Sꝫ opponit̄ vtrūqꝫ votū ſimplex
et ſolēpne vtriuſqꝫ violacio indu·
cit mortale pccm̄ vtrūqꝫ ꝓhibet ꝯ
rium actū q̄d ergo fines fecerit eē
diuerſos vt p̄m ipediat mrīoniū ꝯ
tbēdū ſꝫm dirimat iā cōtctū vt ꝭ· e· c
rurſꝰ ⁊ xxvij· q· i· p totū Rn̄o ecclā
conſiderat circumſtancias vt· xl·
di· homo xpianus ⁊ de pe· di· v· c· i·
et verborum ſolempnitates atten
dit vt in voto et in iuramento vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cui de ut vo... De eo q̄ dux̄ ī mat̄ q̄ua...

xxij·q·vi· iuām̄eti· ⁊ diuſū ſtatuit
i vtroq̄ꝫ diuerſā eciā penā ſtatuit
in fractione vniꝰ ⁊ i fractione alte
riꝰ·vt xxvij·di·ſi vir·⁊ xxvij·q·i·
v̄gibꝰ·⁊·c·deuotā·⁊ ex h̄ ꝓbatur
q̄uiꝰ delinq̄ i fractiōe ſolēpnis q̄
ſimplicis voti q̄s em̄ dubitet ſcele
raciꝰ eſſe ↄmiſſum qd̄ q̄uiꝰ vidica
tur·vt xxiiij·q·i·Nō afferamꝰ ⁊ h̄
cia q̄ nōui i voto ſimplici ⁊ i ſolēp
ni·locū h̄nt i iuram̄to ⁊ ſimplici lo
q̄la·¶ Sꝫ q̄d ſi int̄ ſe ↄfligāt iuā
mentū ⁊ ſimplex votū qd̄ illorū p̄
ualebit·vbi gl̄ā Iuraui me ductu
rā tiā in vxorē poſtea voui ſimpli
cit̄ me ppetuā ↄtinēciā ſuiturum·
R̄n̄o p̄ualet iuram̄etū q̄ꝛ p̄cedit ſi
cut in duobꝰ iuram̄tis ↄ̄rijs ↄtigit
q̄ꝛ p̄mū ē obligatoriū ſc̄m vero te
merariū reputat̄ vt·s̄·de iure iurā·
veniēs·qd̄ intelligo cū vtrūq̄ꝫ iura
mentū ē licitū al's ſi p̄mū ē illicitū
p̄ualet 2m·vt·s̄·de iuē iurā·Ea te
et·c·tua·Et ad hāc r̄n̄ſionem acce
dit ī·e·c·veniēs·vbi votū nō fuit
vſq̄ꝫ q̄ꝫ obligatoriū q̄ꝛ emiſſum
pꝰ fidē datā de ↄ̄hendo ⁊ ideo p̄mo
viro m̄rimonio ↄ̄hente datur mulie
ri l̄ıia ↄ̄hendi pꝰ votū q̄uis ⁊ alio
mō intelligat̄ dec̄ illa ſcꝫ vt detur
l̄ıia ↄ̄hendi pꝰ votū ex pmiſſione
ↄ̄patua·¶ Itē q̄d dicemꝰ in caſu
ↄūſo voui ſimplicit̄ ↄtinēciam poſ
tea iuraui de ↄ̄hēdo R̄n̄o votū ſuaꝛ
bit̄ p̄na īpoſita de temerario iura-
mento·vt ī·e·c·rurſus·Quibꝰ āt
modis ꝓfiteatur quis vel ꝓfiteri
intelligatur·nō·s̄·de reg·ſ·h̄ q̄rit̄
vbi āt q̄s p̄us iuāt d̄ m̄rio ↄ̄hēdo
et poſtmod̄ ad religionē ſuſpirat
locū h̄ꝫ ↄſiliū dec̄·s̄·de ſpō·ↄſilium

¶ De eo q̄ duxit in mat̄·quā pol·

Dictū ē·s̄·i p̄xio ti·de duo
bꝰ īpedimētis m̄rionij·ſ·
de ordie ⁊ de voto·nūc āt
tractat̄ de t̄cio ſcꝫ enormitate delic
ti ⁊ ꝓſeq̄tur iſte tractatꝰ h̄ īpedim̄
tū de vna ſpē ſcꝫ i illo q̄ mortua vx
ore ſua ↄ̄hit cū illa quā illa adhuc
viuēte ↄgnouit vel econuſo in illo
q̄ vxorem alteriꝰ ↄgnoſcēs eo mor
tuo ↄtrahit cū eadē ⁊ iō ponit̄ h̄ ru
brica de eo q̄ dux·i ma·quā pol·p
adul·Eſt igit̄ ſciēd̄ q̄ q̄uis gn̄a
lit̄ ⁊ indiſtincte canō ꝓhibeat cō
trahi m̄rio m cū illa quā q̄s p adul
teriū polluit vxore ſua viuente·vt
xxxi·q·i·nullus·vel cum qua quis
adulteriū cōmiſit viuente marito
illiꝰ·vt xxxi·q·i·illud·hoc tam̄ ad
duos caſus reſtrīgitur ſcꝫ cū adul
tera machinatur in mortē legittīe
ſeu adult̄ in mortē l̄timi vel cum vi
uēte legittīa vel legittimo fides da
tur int̄ adulteros de cōtrahēdo pꝰ
mortē legittīe vel legitti·vt ī·e·c·i·
ij·⁊ iij·xxxi·q·i·relatū·Et q̄ dico ſi
adultera machinetur in morteꝫ le
gittīe idē eſt ⁊ ſi adulter·vt ī·e·c·
ſignificaſti·¶ Eſt ⁊ tercius caſus
in quo probibicō locum habet ſcꝫ
cum adulter contrahit de facto cuꝫ

aꝺultera legtīa vxore viuēte quia
plus eſt ꝺe fcō contrahē ꝙ fiꝺem
dare ꝺe cōtrahenꝺo vt ī.e.c. Cū hē
ret ⁊.c. Exlrāz cetz ſi cōiugat⁹ ali
quā polluat ꝑ adulteriū ⁊ vnū ex t̄
ho n̄ infueniat ȝ qꝛ neutrī mortē le
gitīe machinetur nec fiꝺes infue
rit ꝺe cōtrahenꝺo nec ꝺe fcō cōhibit̄
p̄t aꝺult̄ p⁹ mortē legtīe cōtrahere
m̄m cū aꝺultā ut ī.e.c. veniēs Hȝ
et ſi q̄s cōiugatus ꝺe fcō m̄m ꝯhat
cū aliq̄ hui⁹ rei inſcia mortua legi
tīa p̄t ꝯſiſtē m̄m int̄ eos ⁊ h̄ ī fauo
rē inſcie ⁊ in oꝺiū aꝺult̄i vt .s̄. ꝺe
ſpō. Cū in aplica p̄mo ſi ignorans
voluerit adult̄ ad h̄ coget̄ vt ī.e.
c.i. Et ē ꝛō qꝛ inſcia adult̄iū n̄ ꝯmi
ſit vt ī p̄ꝺcā ꝺec. Cum ī aplica xx
xiiij .q.ij. ī lcm̄.ff. ad l.iul̄. ꝺe adult̄
.l. vlt̄ ¶ Sȝ nūqꝛ mortua legitīa
cōfirmat̄ eo ipō m̄m iter adult̄m ⁊
inſciā Rn̄o non nam p̄mus conſen
ſus viri fuit illegitimus tamꝙ̄ ad
ult̄in⁹. conſenſus autem mulieris
ignorantis impeꝺimentum fuit er
roneus Error autem ille error fuit
condicōis nā quaſi ſeru⁹ eſt qui eſt
alligatus legi ⁊ ſeruituti vxor̄ vt
xxxij.q.v. apud vos vn̄ vir nō hēt
p̄tātē ſui corporis ȝ vxor ut .xxvij.
q.ij. ſunt que ꝺicunt vnꝺe iꝺem ſer
uanꝺum eſt in hoc caſu quo aꝺ hoc
vt non teneat m̄m quoꝺ obſerua
tur cum libera iſcia contrahit cum
ſeruo vnꝺe nouum requiro cōſēſuȝ
ut ī.e.c. veniens ī. ꝺe cōiugio ſeruo.
ꝺpoſuit ⁊.ff. ꝺe iure ꝺo.l. proculus

et valebit mr̄imoniū n̄ ut a tempore
contractus ſeꝺ vt a tempore noui
conſenſus. eſt igitur in poteſtate
mulieris errantis ſepari a uiro pu
tatiuo vel implorare ipm̄ conpelli
ſi ſponte noluerit ¶ Seꝺ quiꝺ ſi
aꝺult̄ nouum cōſenſum preueni=
ens cum alia contrahat puto m̄m
tenere ⁊ nota ꝙ hoꝺie non ſufficiat
fiꝺei ꝺacio vel contractus ꝺe facto n̄
aꝺulterium interueniat vt infra .e
c. vltimo ⁊ iꝺem puto in machina
cōne ꝙ̄uis ꝺe eā michi exprimat
ꝺecre. eaꝺ exprimitur tamē. infra
e.c.i. ⁊ c. ſuper hoc ⁊ c. veniens qꝺ
enim non mutatur quis ſtare pro
hibebit vt. C. ꝺe teſta.l. ſcimus Cre
ꝺenꝺum eſt enim ꝙ ꝺominus pa=
pa cōſiꝺerauit ꝙ omnia iura ꝺe hēc
materia loquēcia tractant ꝺe aꝺ=
ulterijs ⁊ iꝺeo voluit quantum aꝺ
m̄m impeꝺienꝺum ⁊ prohibenꝺuȝ
vt aꝺulterium preceꝺeret omnem
cauſam fiꝺei ꝺacōnē machinacōeȝ
contractum ꝺe facto vel ecīam ſeq
retur legitima cum ſuperſtite vt
infra .e.c. vlt̄. Et ꝑ hoc ſblata ē ho
ꝺie opīo hug̃. qui ꝺicebat vnum
ſufficere ex tribus preꝺictis ſine
aꝺulterio Et reꝺꝺebat racōnē ſui
ꝺicti ſic ¶ In hijs caſibus agitur
ꝺe re non vacante .ſ. ꝺe muliere ab
alio poſſeſſo vnꝺe iura poſſeſſa ⁊ ī vi
ro iꝺē ab alio mr̄imoniū noluerūt cō
ꝯſiſtere it̄ tales ecīaȝ ſublato ipeꝺi
m̄to per mortem legitimi vel legi=
time ſicut alias contingit ſimile in

De coniugio leproso͂

pcō ꝰ futurā ſucceſſiōe qḋ n̄ valz ec
deſūcto dn̄o de cꝰ hēditate paciſci
tur. vt. C. de pac. l. vlt. ⁊ ſimile in
pmiſſione ꝑbēde nō vacātis q̄ nō
valz eciā q̄n vacat. vt. ē. ꝯceſ. ꝑb.
nulla. ſed vt dictū eſt optinet q̄ ꝑ
miſſ Dūt alia c̄mia q̄ iṗediūt ⁊
ꝓhibēt ꝯbi mr̄imōia vt ē raptꝰ vt
xxvij. q. ij. raptoꝝ ⁊. c. ſtatutū Itē i
ceſtꝰ ut xxxij. q. vij. ſi q̄s viduā ⁊ c.
Di q̄s cū nouica. Itē violacō pub
lice hōeſtatis iuſticie. ut xxvij. q. ij
Di q̄s ſpōſū. Itē cū alt̄ ꝯiugū vel
vt̄qꝫ ꝑ induſtriā ⁊ maliciā ꝓpriū
filiū eleuat de fonte ſacro. xxx. q. i.
de eo. Itē ſi q̄s ſcimonialē cognoſ
cat. ut xxvij. q. ij. hn̄ ergo. Item ſi
quis vxorē ocīdat. ut xxxiij. q. ij. ā
monere n̄ ſit adoleſcēs ⁊ ꝰ eiꝰ incō
tinēcia timeat̄. ut xxxiij. q. ij. i. ado
leſcēcia Itē q̄ ꝑbꝛm ocīderit. ut ē.
de peni. ⁊ remiſ. q̄ ꝑbꝛm. Itē dicūt
quiḋ ꝙ ſolēpnit̄ penitētes ꝯhē ꝓ
hibent̄. ut xxiij. q. ij. de hijs. ⁊. c. ā
tiq̄. Et in hijs delictis dicūt quidā
ita ꝓhiben ꝯbi mr̄iom̄ vt ⁊ ꝯctum
nō teneat q̄ſi ſufficiat legiſlatorē ꝓ
hibuiſſe ⁊ ſi nō adiecerit factū ꝯriū
non valē. ut. C. de leg. ⁊ cō. l. nō du
biū. q̄s eīn ꝑtoꝝ ꝓhibꝫ oīo ꝓhibꝫ
ut. ff. de poſtul. l. q̄s ꝓhibꝫ. ⁊ ꝙ ꝯ
leges vel canones ſit reſcindi optꝫ
ut. x. di. vides. veriꝰ tn̄ puto ꝙ te
neat mr̄iom̄ ⁊ ſi ꝯbi ꝓhibeat̄. nā
inuenio qḋ cū inceſtuoſus ꝯbat mr̄i
moniū tꝫ. ut ē. de eo q̄ ꝯgno. ꝯſāg.
vxo. ſue tn̄ſmiſſo ¶ Excipiūtur tn̄

trā c̄mina q̄ ꝑmiſſi adulteriū cū ſi
dei datōe cū machinacōe vel cū ꝯc
tu de fcō qḋ āt de ſolēpnit̄ penitēti
bꝰ dixi. iō vez ē hm̄ q̄ſdā q̄ꝛ vouere
itelligūtur penitētes eīn ſb̄ regula
eccēviuē dn̄t. ut ꝙ pe. di. v. ꝯtrariū
Itē itelligūtur eccaſtice pſone. ut
xi. q. i. aliud. hug. vero dixit ꝙ q̄li
bꝫ peītēs mr̄iom̄ ꝯhē ꝑt n̄ ſit aliciū
iniūctū noīe pn̄ie ne cōtrahat h̄ tn̄
fallit in tribꝰ caſibꝰ vt dicebat in
vxoricīdio in raptu ſpōſe alteriꝰ cū
inceſtu. Iō āt in hijs mr̄iom̄ ꝓhi
bet̄ q̄ꝛ i hijs mr̄iom̄ ꝯtaminat̄ Dꝫ
⁊ ab hijs caſibꝰ excipiebat adoleſ
cētes q̄s dicebat de iure ꝯhē poſſe
n̄ obſtāte aliq̄ ex c̄minibꝰ ſupradcīs

¶ De ꝯiugio leproſoꝝ.

In p̄nti rubica tractatur ꝰ
alio iṗedimēto mr̄imonii. ſ.
de iṗedimēto lepre morbo
eīn lepre ſpōſalia de futuro diſſol
uit. ut ē. e. c. lrās. ē. de iuē iurā. quē
admoḋ. vn̄ iṗedit mr̄imoniū ꝯhenḋ
et iō ponitur h̄ rubica de cōiugio le
proſoꝝ. ¶ Eſt igit̄ ſcienḋ ꝙ neqꝫ
lepra ſupueniēs neqꝫ ifirmitas vel
affinitas diſſoluit mr̄iom̄ legitīe
contractū. ut ē. e. c. i. ⁊ ij. xxxij. q. v.
horrendus. ⁊. c. ſi vxorem. ⁊. q. vij
illi qui. ⁊. c. neqꝫ furioſus. ut ē. de
eo qui cogno. conſang. vxo. ſue diſ
ercōni ⁊. c. tue. vnū ſolum caſū in
uenio i quo mr̄imoniū nō ꝯſūmatū
diſſoluit̄ ſcꝫ ꝑ igreſſum religiōis

tū diſſoluit·ſ·p īgreſſuz religiōis vt ē·de cōuerſi coniuga verum ⁊·c· Ex publico Sꝫ nūq̄d ſanus tenet cohitare infirmo·dixit Alanus ꝙ nō q2 de cōſuetudīe a ꝓbata p canones obtinet vt leproſi ſepentur a ſanis vt ī·e·c·i·ē·de·ec·edi· Cuz apl'ꝰ xxxiii·q·ii h' ipꝫ ⁊ idē ſtatuit in veteri teſtamēto Sed erit ſanꝰ ita viciāꝰ īfirmo vt poſſit ei miſtrare ⁊ debitū reddē cōiugale· Sꝫ certe q̄uis leproſi ſepādi ſint a ſanis vt ſupius dcm̄ eſt n̄ tn̄ vxores a viris vel viri ab vxoribꝰ ſūt ſepandi vel eciam dimittendi vt ī·e·c qm̄ vnde cum ſanus tenetur infirmo reddē debitū cōiugale ⁊ cohabitare·tenet·nec obſtat dec·ī·e·c·i q̄ dicit vxores ſollicitis exhortacōibus inducendas vt viris leproſis ɔiugali affectōe miſtrēt iō illa monitorie loq̄tur nō p̄ceptiue vt lepſi iducātur ad ɔtinēdū ⁊ nō fiant improbi ad exactionem debiti al's dec·illa corrigētur p ſequētē Sꝫ quid ſi q̄s ingrediatur domū lepſoꝝ in q̄ multi lep̄oſi ī ſub mgrō viuūt vt·ē·de ec·edi·Cū dicat nūq̄d vxor ſana tenetur ſeq̄·nō credo cū i cōi dormiāt ⁊ i cōi veſcātur ſed ſi cella aliqua daretur vel domꝰ ꝓxima in qua poſſent cohabitare vir et vxor tūc videretur ɔrīū cē dicēdū Quid de filiis puto ꝙ cū ſano debeāt remanē ne inficiātur cum ſit morbꝰ cōtagioſus·ſeq̄tur rubrica de coniugio ſeruorum·

De coniugio ſeruorum

Sequitur de alio impedimēto matrimonij·ſ·de impedimēto cōdicōis ſeruilis ⁊ iō ponit hic rubrica de cōiugio ſuoꝝ Videamꝰ igitur an ſeruꝰ poſſit cōtrhē m̄m ⁊ cum qua Item an cōſēſus dn̄i ſit req̄rendus·Et q̄d iuris ſit de matrimonio ɔcto int libm ⁊ ancillam ⁊ int ſuū ⁊ libram Poteſt ſuus ɔhē cū ancilla vt ī·e·c·i· ⁊·xxix·q·ij·c·vlt·pt ⁊ eciā cū igenua dūmō nō ignoret cōdicōem ipiꝰ vt·xxix·q·i·c·i·ij·⁊ iii ⁊ c·ſi quis ingenuꝰ·non eni videtur celatus qui ſciuit nec certiorari debuit q̄ non ignorauit vt·ff·de ac·emp·⁊ ven·l·i·in fi· Sꝫ ſi dn̄s videat ſuū ſuū cū libā ɔhentē ⁊ diſſimulet ſuꝰ eripitur i libertatē vt·C·de·lati·lib·tol·l·vna ⁋·ſꝫ ⁊ ſi q̄s ⁊ in auc̄ ibi ſignata ⁊ in auc̄ de nup·⁋·ſi vō ab īicio coll·iiij in autū vt lib de cetero ·⁋·ſꝫ ⁊ ſi q̄s coll·vi Pōt ſuꝰ cōtrhē cū āalla inuito dn̄o ⁊ ſi dn̄s cōtradicentibꝰ it ſeruos ⁊ āallas ɔcta ſint m̄ria nō ſunt ꝓpterea diſſoluenda vt ī·e·c· i·⁊ ſi diuerſi ſint domini non debet debitis ſeruicijs defraudari vt ī· e·c·i·⁊ xxix·q·ij·dictum·nec ſunt ita diſtrahendi vt viri ⁊ vxoris ſepacio fiat vt·C coia vtꝰſqꝫ iudicij l·poſſeſſionū Sed queritur q̄d ſi dominꝰ exigat ſeruicium a ſeruo et eodem tempore vxor petat debitum dicā pt ꝙ ſe impedient i occurſū ut·ff·de vſufruc·l·q̄cēs l' veriꝰ

eſt dño obediēdū q2 vir cū bono ē
tñſit ad vxorē ⁊ q2 h̄ decre. dicāt
ꝯſueta ſuicia ñ nū9 deñt dñis exhi
beri qđ intelligo verū niſi piculū for
nicacōis timēdū ſit i vxore. ſed q̇d
ſi diuerſi dñi diuerſaꝝ ſint regio
num ita vt vir. ⁊ vxor mutuo coue
nire ñ poſſint ad coniugale officiū
exercenduz R̄ño vt euitet̄ maxia for
nicacōis matia cōgatur p eccleſiaz
alter dñoꝝ vendere alteri volēti e=
mere vt. C. de cōi ſeruo manumiſ.
l. vna §. ⁊ generalit̄. ſed q̇d ſi neut̄
dñoꝝ emē velit cogat̄ alter dñoꝝ
cuilibꝫ ex̄neo vendē in ꝑuicia ſui l̄
venalem exponat ⁊ ſi nullus appa
reat emptor emat eccā vt ar. liiij.
di. frñitatē. viri eñi ⁊ vxores ſepa
randi nō ſunt ut xxxiij. q. ij. q̄s de9
xxix. q. vij. c. vlt̄ ⁊ ff. ḋ edil̄ edic.
l. plerūqꝫ. ¶ Si lib̄ ꝯbat cū ācilla
ignorans ei9 cōdicōem nullū ē mīm
ꝓpter condicōis errorē ñ ꝯpta con
dicōe in eā conſēciat verbo ul̄ fcō ut
ē. e. c. propoſuit ⁊. c. vlt̄. ⁊ xxix. q.
ij. ſi quis ingenuus. errant̄ eñi con
ſēſus nullus ē ut xxix. q. i. §. i. ⁊ ff.
de iuriſdic. om. iudi. l. ſi p errorem
. C. de iur̄ ⁊ fac. ig. l. non idcirco et
qđ dixi de errore condicōis intelli=
go deterioris. ſ. ſuilis ¶ Nam ſi ſu9
ꝯbat cū libera errans in eius ꝯdicō
ne cum eam putaret ancillaz q̄uis
erret q2 error nichil aliud ē ꝗ alid
pro alio putare ut xxij. q. ij. in q̇bꝫ
xxxviij. di. q̄uis hic tñ errans non
decipitur cū ei9 ꝯdicō melioretur
vnde pretextu talis erroris non
poſſꝫ diuorcium poſtulare vxore in
mīm conſenciente ⁊ ſi nouerit virū
condicōis eſſe ſeruilis ¶ Item q̇d
ſi ſeruus credit ⁊ intendit cōtrahē
cum lib̄a ⁊ contrahit cum ancilla
nūquid quia errauit in condicōe ⁊
detiori. credidit eñi eam cum qua
ꝯxit melioris condicōis ⁊ repit de
terioris dirimetur mīm R̄ño non q2
conſenſit in hominem ſue condicio
nis vnde qđ dix̄ pretextu condicī
onis detioris poſſe dirimi mrīomū
itellige r̄ſpectu errātis tūc ei neut̄
alteri cōdōm opponere ꝑt hec fuit
oppinio hug̃ ⁊ michi placet. Alij
tamen dixerunt ꝙ ſiue erret in con
dicione meliori ſiue deteriori non
tenet mrīomū ut ar. ff. de arbi. l. ſꝫ
et ſi in ſeruuz. vnđ ſ̄m eos ſi ſeru9
credat contrahere cum ancilla et
cōtrahit cum libera vel ſi liber cum
libera ⁊ cōtrahit cum ācilla non tꝫ
mrīo^m. Tercij dicūt ꝙ error diſpa
ris condicōis dirimit mrīo^m nō āt
paris vñ ſ̄m illos ſi ſeruus credat
cōtrahere cū ācilla ⁊ contrahit cum
meliori h̄ eſt cū lib̄a nō tenꝫ mrīo^m
Itē ſi lib̄ credat ꝯtrahere cū libeā
et ꝯbat cū detiori ſimilit̄ ñ tꝫ mīm
Sꝫ in hoc vltimo exemplo oñs cō
ueniunt vbi autem error interue=
nit ipari ꝯdicōe ñ dirimit̄ vt ſi ſer
u9 credat ꝯbē cū libera ⁊ ꝯbat cū
ācilla l̄ liber credit ꝯñbē cū ācilla
et ꝯñbit cū lib̄a ¶ Itē qđ ſi aliq̄s
ꝯbit cū ancilla ignoranter et tandē

dn̄s manumittit āāllā. nūquid ꝺ h̄
ipō mrioᵐ ꝯfirmat̄ maxīe ſi p⁹ ma
numiſſionē inuenīat copula car=
nal̄ viro tn̄ ignorāte mutacōez ſta
tus mulieris Rn̄o nō. qꝛ ad h̄ in=
telligūtur ꝯmiſceri ex ꝯſeq̄nciā po
ris ꝯſēſus q̄ nullus fuit ar. ad h̄. C
ad velleian̄. l. q̄uis. ꝛ. l. ſi mlier. et
ff. de mino. l. iij. ℥. ſcdo. Sꝫ pone ꝙ
ſu⁹ ꝯbit cū āalla ignorās ei⁹ ꝯdi
cōez deinde detecta ꝯdicōe ali⁹ ꝯſē
tit i mrioᵐ v̄bo vel fcō. ut ꝗ. e. c. vl.
illa tn̄ non ꝯſētit. nūquid ē mrioᵐ
int̄ eos dicūt quid ꝙ mrioᵐ eſt ex
vna pte. ſcꝫ ex pte illi⁹ q̄ ꝯſentit ſꝫ
h̄ nō placꝫ qꝛ mrioᵐ nō claudicat
nec ex vna pte tm̄ ꝯſiſtit. ē em̄ duo
rū ꝯiūctio ſcꝫ maris ꝛ femīe. ut. xx
vij. q. ij. ℥. i. i pn̄. ꝛ vt nō. ꝯ. de ſpō.
i pn̄. Dꝫ fateoꝛ ꝙ mulier cōpellet̄
ad cōſēſū mrīmonialē rōe fidei da
te. ut dixi. ꝯ. de deſpō. ipu. ſcꝫ cum
maioꝛ ꝯbit cū minore ꝛ qꝛ mulier
malicōſe diſſentire videt̄ ar. ad h̄
ꝯ de eo q̄ dux. in ma. quā pol. per
adul. c. i. Itē quid ſi int̄ aliq̄s ꝯiu
gatos moueat̄ qō ſup alteri⁹ con
dicōne ꝓuili. nūquid is q̄ mriomū
accuſat pendente lite exiget debitū
vel ſaltē reddat. Videt̄ qō ſaltē rd
dē dꝫ exact⁹ alī cū interim poſſeſ
ſione maritali deſtitui nō dꝫ. vt. ꝯ.
vt lite pē. laudabilē. xvi. q. iiij. vo
lum⁹. ix. q. iiij. nōne. dixerūt quid
ꝙ is q̄ ad diuorciū agit exigere nō
dꝫ ne ſibi p̄iudiciū paret. ſed exac
t⁹ ſoluat qꝛ exigē ē i eo. ſoluē nō ē

in ipō ſꝫ i alt̄o. ut. ꝯ. de ꝯiū. ꝯiuga.
quid itraūit. in āt videt̄ ꝙ nec exi=
gē dꝫ nec r̄ddē exigēti al̄s qō cuiqꝫ
iſtoꝝ fecerit p̄iudicabit̄ ſibi. ut ꝗ. e
c. ꝓpoſuit. ꝛ ſi ob h̄ excaret̄ qꝛ nō
reddēt debēt excacōez patiēter tol
lerarē ꝓuſq̄ꝫ obedire qꝛ ſi maritali af
fectiōe ꝯgnoſcēt īducētur mrioᵐ
ſi fornicario pctm̄ moꝛtale. ꝛ iō i tali
caſu expedit nō parē. ut. ꝯ. de reſti.
ſpo. lr̄as ꝗ. de ſen. ex. In quiſicōni.

De natis ex libo ventre.

TRactatū ē. ꝯ. de ꝯdicōe cō
iugatoꝝ. nunc tractat̄ de
ꝯdicōe natoꝝ. ꝛ iō ſuppo
nit̄ h̄ rubr̄a de natis ex libero vētre
Videnō ē igit̄ q̄ ſint libi. cui⁹ cō
dicōi pr̄is an mris fili⁹ ſeq̄ deat. ꝛ
in q̄bꝫ. Itē in q̄bꝫ caſibꝫ nati ex li
bero vētre deducātur i ſuitutē. Li
beri dicūtur a libtate libtas aūt ē
natural̄ facultas ei⁹ qō cuiqꝫ facē li
bet. ut iſti. d iure pſo. in pn̄. Libe
ri ſūt q̄ ex ingenuis naſcūtur ſunt
aūt libi q̄ manumittūtur. ut inſti.
de inge. Part⁹ q̄ ad libtatē ꝛ ſ=
uitutē ſequit̄ cōdicōez mris. vt C
de rei. vē. pt⁹. ff. de ſta. ho. l. lex natu
re. ꝛ. l. cū legittie. ꝯ. de ſuis ꝛ ordi.
re. ꝛ. l. cū legitīe. ꝯ. de ſuis ꝛ ordi.
c. vlt. xxxij. q. iiij. liberi. ꝛ i tm̄ hoc
verum eſt vt ſufficiat aliquo mo=
mento fuiſſe in libero ventre vt q̄s
liber naſcatur. vt. ff. de ſta. ho. l. ſ
uorum. In honoribꝫ autē muneri
bꝫ ꝛ municipijs partus ſeq̄t̄ pr̄eꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

l. nullus ſolius ꝛ. ff. de ſtatu. ho. l. li
beros ꝛ in tm̄ h' verꝝ ē vt ſufficiat ꝯ
ceptū eē ex decurione qn̄tū ad h' ut
pris ꝯdicōez ſeq̄tur q̄uis āte ipi⁹
natiuitatē pat' deſinat eē decurio vt
ff. de decurio. l. ij. §. in. filijs Et ſi q̄
ratur i quib' fili⁹ patris iā a ſena
tu remoti ſeq̄tur cōdicōem Rn̄o in
multis ut ff. de ſenat. l. ij. §. in filijs
ff. de penis. l. moris. §. iſte forte. C. de
decur. l. decurionem ꝛ. l. decurionuꝫ
filij. ¶ Caſualit' uo cōtigit vt lib'
natus efficiat' ſeruus vt ſi ſac'dos
de fcō ingenuā mulierē ſibi copulꝫ
in vxorē filij nati ex tali ꝯtub'nio ſi
unt ſerui illi⁹ eccē in c⁹ iniuriaꝫ ſa
cerdos ꝯ̄rit vt xv. q. vlt. Cū muliē
¶ Item illi q̄ ſarracenis arma ferꝝ
lignamia ſubmiſtrant ut ꝭ̄. de iude
is ita q̄runđ Itē illi q̄ ſarracenis
galeas vendunt vel naues que in
piratic' ſarracenorum nauib' curaꝫ
gub'nacōis exercent vel machinis
aut quibuſđ alijs aliquod eis im
pendūt cōſiliū vel auxilium i diſpē
dium terre ſcē vt. e. c. de iudeis ꝛ. c.
ad libandam Itē ſi lib' homo ma
ior. xx. ānis ſciens permittat ſe vēdi
ad ꝑticipanđ preciū ꝛ in veritate
ꝑticipꝫ ſeruus efficiatur vt inſti. de
iuē. pſo. §. plt. ꝛ. ff. de liba. cā. l. li-
beris p⁹ Rn̄o ꝛ. §. ſi quis ſciens ꝭ ꝛ
liberi facti ex ingratitudine reuocā
tur i ſeruitutē ꝛ ex oib' alijs cau
ſis ex quib' reuocat' donacio vt in
autē vt lib' decetēo. §. illud coll'. vi
vt de hē materia no. ꝭ̄. de ſeruis n̄
ordi. §. nūc videdū. ¶ In ſumma
nōndū ē q̄ ecclā libtates tuei dꝫ ut
ꝭ̄. e. c. vno Sꝫ ſi dubitetur đ filia
cōe poterit probare quis ſe filiū vt
ꝭ̄. de filiis pſ. Michael. ff. de lib' ꝛ
poſtu. l. poſtum⁹. §. vlt' licet ſit con̄
ar. ff. de ꝯdic. ꝛ demō. l. luci⁹. ꝓba
bit inq̄ eum natum ex hijs q̄ mat'
moinaliter iūcti ſunt nā filius eſt
is quē nupcie demōſtrāt vt ff. de in
ius vo. l. quia mater. vel ꝑ ꝯfeſſio
nem patris ꝛ matris vt ꝭ̄. q̄ ſi. ſūt
legi tiiſmiſſe vel per affcm̄ vt. ꝭ̄. de
ꝓbīp. afferte. ij. q. vi. ad romanaꝫ
. C. de inoffi. teſta. l. Si mat' ꝛ ſta
tur hijs dicturis donec probetur
con̄rium vt. C. de ꝓba. l. non nudis
. C. de teſtibus. l. neqꝫ ꝯfeſſio. ff. de
inoffi. teſta. l. ſi inſtituta. §. i ꝛ. C. de
heredi. inſti. l. ſi pater.

## ¶ De Cognacōe ſpūali

TRactauim⁹ ꝭ̄. de quibuſđ
ipedimētis imim̄ij nūc au-
tem tractaturi đ ꝯgnacōe
legali. Item de conſanguinitate ꝛ
affinitate ꝑmittamus de digniori
. ſ. de ꝯgnacione ſpūali ꝛ ideo poni
tur hic rubrica de cognacōe ſpūali
¶ Videdū eſt igitur quid ſit ꝯg
cio ſpūalis. quot ſint ei⁹ ſpecies. i
quib' ſacramentis hec cognacio ꝯ̄
hatur ꝛ an filij ante ꝯp̄nitatē vel
poſt geniti poſſint im̄o copulari.
¶ Cognacio ſpiritualis eſt pro-
pinquitas ſeu attinēcia ꝓueniēs

ex ſacr̃meti dacõe. Ex ꝯgñãõe ſpũ
ali q̃ ꝯtrahiť in baptiſmo noue ꝓ
pinq̇tates naſcũtur. Prima inť ſa
cerdoté baptiſãté ⁊ baptiſatũ q̃ ẽ
filiacõ. Scd̃a inť ſacdoté ⁊ prẽm
baptiſati ⁊ h̃ ẽ ꝯpr̃nitas. Tercia in
ter eũdẽ ⁊ mrẽʒ pueri ⁊ h̃ ẽ ꝯmater
nitas. Quarta inť filios ſacdotis
et baptiſatũ ⁊ h̃ eſt fratꝛnitas. vt
xxx. q. i. oẽs. ⁊ q. iiij. ita. Quinta in
ter baptiſatũ ⁊ ſuſcipienté de bap
tiſmo ⁊ h̃ ẽ filiacõ. Sexta inť bap
tiſatũ ⁊ vxoreʒ ſuſcipiẽtis ⁊ h̃ ſimi
liť ẽ filiacõ Septia inť baptiſa-
tũ ⁊ filios ſuſcipiẽtis ⁊ h̃ ẽ fratꝛni
tas. Octaua inť ſuſcipienté ⁊ prẽʒ
ſuſcepti ⁊ h̃ ẽ ꝯpr̃nitas. Nona inť
ſuſcipienteʒ ⁊ mrẽʒ ſuſcepti ⁊ h̃ eſt
cõmatꝛnitas. vt h̃ oia ꝓbanť xxx.
q. iij. p totũ. ⁊ q. iiij. ſi q̃s vnus ⁊
c. qui ſpũalẽ. ⁊ c. pꝰ vxoris. ⁊ ī. e.
c. i. ⁊ c. martinꝰ. ⁊ c. veniẽs. ⁊ c.
tua. Circa hãc materiã q̃ri cõſue
uit An vir ⁊ vxor ſibi cõmunicent
actionẽ ⁊ paſſionẽ. In actione di-
co ꝙ ſic vt ſi ſuſcipiã filiũ tuum de
ſacro fonte ꝯpr̃nitas ꝯtracta inter
te ⁊ me mediãte actu meo ꝯicatur
vxori mee. vt ī. e. c. martinꝰ. ⁊ xxx
q. iiij. ſi q̃s vnꝰ. Sʒ nũquid ꝯmu
nicãt ſibi paſſiões. vbi grã. h̃eo fi
liũ ex pr̃ma vxore hũc ſuſcipis d̃ ſa
cro fonte ⁊ p h̃ ꝙ pater te agẽte
cõtrahiť inť te ⁊ me ꝯpr̃nitas que
vt videť me mediãte ꝯmuni̇catur
vxori mee ſecũde. vñ efficeris mihi
et vxori mee ꝯpr̃ cũ q̃ pri̇ꝰ ꝯtraxerã
et conſũmauerim matrimonium.
Nam ſi anteq̃ꝫ cum ſecunda con
traham vel ſi poſt contractũ ⁊ ãte-
q̃ꝫ cõſumerem filius meus genitus
ex prima vxore de ſacro fonte leue
tur ſi poſtea cõtraham vel ſaltẽ poſ
tea conſumem hec paternitas non
cõmunicatur vxori neqʒ eñ ꝯgna
cio carnis ꝯgnacioni ſpũs ꝯpať
vt xxx. q. iiii. pꝰ vxoris vt ſic oẽs cõ
ſãguinei mei efficiũť affines vxois
mee ſic oẽs ꝯprẽs ⁊ cõmatres mee
efficiũtur cõpatres ⁊ cõmãtres vx
ori mee quã poſtea duco vel cũ qua
poſtea ſaltim matrimoniũ ꝯſũmo
quia per vnionem carnis ſequẽté
ad vnionem ſpũs precedenté id ẽ
ad cognacionem ſpũalem hoc eſt ad
ꝯpaternitaté vel cõmaternitatem
tranſitur vt in preallegato. c. poſt
vxoris. ⁊ ſm̃ hoc intellige. c. q̃ ſpũ
alem. vel dicas cum hug. lau. ⁊ io.
ꝙ vir ⁊ vxor cõmunicãt ſibi actio
nem conſũmato matrimonio per
carnis copulam vt cum alter cõiu
gum ſuſcepit filiũ extranei de ſacro
fonte ſed non cõmunicant ſibi paſ
ſionem vt cum filius alterꝰ tantũ
coniugũ ſuſcipiť de ſacro fonte nec
refert ſiue ãte ſiue pꝰ mr̃imoniũ
conſũmatũ ⁊ eſt diuerſitatis racio
qꝛ qd̃ agit ps corpois equũ eſt vt
alteri pti cõmunicetur ſed non ſic
cõmunicabiť alteri ꝙ i pſona filij
vnįꝰ tm̃ agitur qui alteri ꝯiugum
nec carnalis nec ſpũalis filiꝰ inueni
tur ⁊ ſi ſit filiaſter i primo gradu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

affinitatis iux̄ poſteriorē ſniāz locū hn̄t vſus. ¶ Que michi uł cuius natū mea fōte leuauit Hec michi ↄmr̄ fieri mea n̄ valꝫ vxor Si qua mee natā nō ex me fōte leuauit hāc pꝰ fata mee nō inde vetabor habē. Ambos ↄprēs facit actō paſſio nū q̄. reſpōdeo q̄ nr̄m eꝰ ue leuat mea natū. vt mea dicat̄ q̄ carne m̄ ſocia tur. Contrahitur ↄpr̄nitas ī bapō ut ſupiꝰ dictū ē ſed numq̄d ī hijs q̄ p̄ cedunt bapm̄ videt̄ ꝙ nō qꝛ bap tiſmus ē ianua oīꝫ ſac̄mentorū vt xxxij. di. §. verū ⁊ ſ̄. d̄ pbro nō bap. mi. veniēs vn̄ anteꝗ̄ ponatur fun damētū ſac̄mētoꝝ nō videtur ꝙ ↄ̄ bi poſſit cognacō ſpiritual̄ ar. i. q. i. cū paulꝰ ⁊ ad h̄ accedit dec. ꝗ̄. e. c. cōſ̄cto ſ̄m vnā lecturā ſed ſ̄m hoc ſignatur cōtrarium xxx. q. i. puenit ⁊ de ↄ. di. iiij. in catheciſmo. ē ca h̄ di cit hug ꝙ ī oībꝫ pludijs bapitiſmi cōtrahit̄ ↄpr̄nitas ⁊ talis q̄ impen dit ⁊ dirimit mr̄iō ⁊ reſpōdebāt ad dec. illam cōtracto ꝙ puer in ca thecíſmo retētus nō fuit filius coīs ↄcubinarij ⁊ ↄcubinarie ſ; tm̄mō ↄcubine ⁊ iō ↄcubinarius p̄t cōn hēm̄ cū illa que pueꝝ illuꝫ tenu erat in cathecíſmo nā h̄ nec eē cont̄ hendū mr̄iō impediret vt. xxx. q. iiij. q̄ ſpūalē ⁊ ꝙ dicit hā illiꝰ dec. cōſ̄cto q̄ res uix cōtrahēdo mr̄iō im pedimētum afferret exponebat ipē vix. i. nullo mō. hacían ꝰāt dicebat in tribꝫ cōtrahi ↄpr̄nitatē q̄ ipedit et dirimit in bapō cathecíſmo et ī

confirmacōe vt de ↄ. di. iiij. In ca thecíſmo ⁊ in confirmacōne vt de ↄ. di. iiij. in cathecíſmo ſed verior videtur ſniā lauꝛ ⁊ aliorum dicen cium ꝙ in preludijs bapi contra hatur ↄpaternitas ſed n̄ adeo va lida ut mr̄iōnia cōſ̄cta diſſoluat ſ; impediat cōtrahenda ⁊ h̄ innuit ver bū dec. uix contrahendo matrimo nio impedimētū afferret qꝛ ꝙ uix fit tn̄ fit vt. ff. de iudic. l. uix ctis ex cāis. ff. ad vell. l. vlt. i. Rn̄o. Inſti. de vſu. ⁊ ha. ē ca pn̄. ꝗ̄uis ſit ar. ↄ̄ ff. ad vell. l. tutor in. i. Rn̄o Et ſ̄m hāc ſniām determinanda ſunt illa capl̄a peruenit ⁊. c. in cathecíſmo ¶ Reſtat vidē an filij duoꝝ ↄmr̄m vel ↄpatꝝ int̄ ſe cōtrahē poſſunt. Et eſt ſciēdum ꝙ ē ca hoc canones diuerſimode loquūt̄ Quidā dicūt ꝙ pꝰ cōpat̄nitatē contractam filij q̄ naſcūt̄ int̄ ſe ↄ̄hē nō pūt vt. xxx. q. iiij pꝰ ſuſceptū Sꝫ aliꝰ canō poſ terꝰ editus ſ̄m corrigēs dicit ꝙ fi lij duoꝝ ↄpr̄m ſiue ante ſiue poſt ↄpr̄nitatē geniti ↄ̄hē pūt excepta il la pſōa dūtaxat p quā ventū ē ad cō pr̄nitatē ut xxx. q. iiij ſup q̄bꝫ ⁊ h̄ ca nō cōfirmat̄ ꝗ̄. e. c. i ¶ Sꝫ videtur ꝙ in hijs ↄſuetudo ſit obſ̄uanda ut ꝗ̄. e. c. i. ſup eo q̄d ſatis admitto ē ca mr̄iōnia ↄ̄hēda nā eciā illos fi lios per q̄s nō eſt puētū ad ↄpr̄ni tatē p̄t impedie ↄſuetudo cōtra. ſ. i ↄtrahēdo ⁊ ſic intelligo illas dec. ſ; nō poſſꝫ diſſoluē iā contracta ut. ſ̄. de ſpon. duo. licet ⁊. c. tuas dudū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ In ſūma nōnō eſt ꝙ ꝯgn̄acō ſpi
ritual' ſic̄ ⁊ legalis ſicut ⁊ publice
honeſtatis iuſticia ramos non hn̄t
vn̄ ꝑſonas cū q̈b' ꝯ̄cta ſūt n̄ egre
diuntur h̄ vincula vn̄ cū filia filij
mei ſpūal' ꝯ̄hē poſſum q2 h̄ nuſꝗ̄
probibet' ⁊ edictū de m̄rīonio ꝓhi
bitoriū ē. vt. ſ̄. de ſpōſa. ¶ Cū apud
Itē ⁊ cū filia ꝯmris mee n̄ tn̄ mea
ſpūali filia. vt xxx. q. iij. illud.

¶ De ꝯgnacōe legali.

Dictū ē. ſ̄. de ꝯgn̄acōe ſpūali
ſequit' de ꝯgn̄acone legali.
Videndū ē ig' q̄d ſit ꝯgn̄acō
legal'. q̄t ſūt ei' ſpēs. q̄lit' diſſolua
tur. ⁊ q̄lit' ip̄ediat m̄rīom. ¶ Cogn̄
acō legal' ē q̄ ꝓuenit ex adopcōne
Adopcō āt ē legittim' act' ꝑ quē
qui fili' non ē ꝓ filio habet' vel ne
pote vel vlteriore ſc̄dm voluntatē adop
tātis. Adopcōis due ſūt ſpēs. vna
q̄ ſtat in ſuo noīe ⁊ dicitur adopcō
Alia q̄ trāſit in aliud nomē ⁊ dicī
tur arrogacō Adopcō fit imꝑio
magiſtrāt' Arrogacō auctē ꝑncipis
Dicit' āt arroga° q2 is q̄ arrogat
rogat' h̄ ē īt'rogatur an velit eum
quē arrogat iuſtū filiū ſibi eſſe et
is q̄ arrogatur int'rogatur an id
fieri paciatur. Adoptatur is q̄ eſt
in ꝑtāte aliena. Arrogatur is qui
ſui iuris exiſtit Vn̄'. Arrogo qui
ſui' ē ⁊ h2 me' ēē nc ēē. Ꝑris adop
to ſuū nec ꝑris definit ēē. vt ꝓban
tur h̄. ff. de adop. l. gn̄al' Adoptiu'
em̄ nō trāſit ī ꝑtātē adoptātis. ſ3 h2
ius ſuccedēdi ab iteſtato. vt inſti.
de adop. §. i. ¶ Triplex ē legal' ꝯgn̄
acō. Vna ſupioris ⁊ iferioris linee
int' adoptātē ⁊ adoptatū ⁊ h̄ ꝑpetu
a3 h2 ꝓhibicōez vt. ff. de ritu nup.
l. qn̄ecīā. Et alia collateral' q̄ tā diu
impedit q̄diu durat. vt. ff. de ritu
nup. l. ꝑ adopcōnez ⁊ h̄ in. c. vno.
Tercia etiā ꝓhibicio ſurgit ex ꝯgn̄
cōe legali ⁊ illa ꝑpetua ē īt' adopta
tū ⁊ vxorē adoptātis. vt. ff. de ritu.
nup. l. Adoptiu'. i. Rn̄°. dicunt tn̄
q̄ nō ꝙ hodie collateral' ꝯgn̄acō locū
non h2 cū hodie adoptat' nō trāſe
at ī ꝑtātez adoptātis. vt. C. de adop.
l. vlt. S3 puto ꝯ̄ q2 e c̄ hodie acq̄ri
tur ꝑ adopcōez ius ſuccedēdi vt i. l.
ꝓcīa. Hec cogn̄acō legal' nedū ipe
dit m̄rīom ꝯ̄hendū ſ3 etiā dirimit iā
ꝯ̄ctuz. vt xxx. q. iij. ita diligere.

¶ De eo q̄ cogno. cōſang. vx. ſue.

Vpi' dixim' de cogn̄acōe
ſpūali ⁊ legali. nūc dicat'
de cōſangn̄itate ⁊ affinita
te carnali. S3 q2 plerūq3 p' m̄rīm ꝯ̄c
tū ſupuenit affinitas iniq̄ ꝯ̄cta vt
ex̄. e. c. diſcrecōi tā ſi. Ideo plus d ip
ſa videndū ē. Et ꝓptea poitur h̄ rub
ca d eo q̄ cog. cōſang. vxo. ſue. Eſt
igitur ſciendu3 ꝙ ſi q̄s poſt ꝯ̄ctum
m̄rīom cognoſcat cōſanguineā vxo
ris ſue oritur int' ipſū ⁊ vxorez que
dam affinitas vel publice honeſ
tatis iuſticia per fornicariū coitum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contracta. Dz q2 inchoatis ſuperueniēs
p̄ret īgreſſū religiōis reſcindē p̄t
m̄m ītime cōtractū vt no. s̄. de cōiu
gio lep. i p̄n. idcirco nō ſufficit ad
m̄m dirimēdū et ſi exactōez ↄiuga
lis debiti īpdicat vt ꝭ. e. c. diſcrecōz
et. c. tue ⁊. c. iordane. ſi v̓o m̄m p̄ce
dat q̄uis ſeq̄ntur ſpōſalia d̓ futu
ro ipedit m̄m cōnbēdū vt ꝭ. e. c. i. ⁊
ij. ¶ Dz q̄rit̄ an p coytū inceſtuo
ſū vel fornicariū cōnbat̄ affinitas
R̃ñō ſicut ꝭ. e. c diſcrecōz ⁊. c. tue ⁊
xxxv. q. iiij. nec eā Quid tū abſur=
dū reputant ꝙ affinitas que ē legi
timū vinculū oriat̄ ex dāpnato coi=
tu vn̄ ſi velles ꝓbabilit̄ dicē poſſes
ꝙ ſi ex hm̄oi coitu nō oriatur affi=
nitas nam affinitas ē q̄ued ꝓximi
tas ex nupcijs prouenīēs vt. ff. de
ḡdib. l. nō facile. §. affines ⁊. §. ſci
endū. oritur tū publice honeſtatis
iuſticia Dz q̄d ſi q̄s aliquā exordi
naria pollucōe polluat nūquid cum
conſanguinea ipius poterit cōnbē
R̃ñō ſi cū maritalē affectōez ipſā
polluit nō ipedit cōnbē cū ↄgnata
vt xxxv. q. iiij. exordinaria ſꝫ ſi ma
rital̄ affectio intuenit vt pote cum
ſpōſalia de futuro p̄cedūt ⁊ poſt=
modū ſeq̄tur exordinaria pollucō
ex hᷓ orit̄ publice honeſtatis iuſti
cia q̄ ꝓhibet m̄m cōnbi cū ↄḡta pol
lute ⁊ cōnctū diſſoluit ut ꝭ. e. c. frm̄i
tati ⁊ eſt duplex cā diuorcij publi
ce honeſtatis iuſticia que ſurgit ex
ſpōſalib ⁊ eadē ſū affinitas de q̄z
altera dubitat̄ an nata ſit ex pollu

cōe vel pollucōis teptacōe q̄ cōpelli
nō potuit etatis ipediēte defcū ut. s̄.
de ſpon. iuuenis q̄uis cū p̄ma nec
vez fuerit m̄m ex for̄ cōnct⁹ nec p̄
ſumptū cum conat⁹ nō habuiſſet
effcūz vt s̄. de ſpon. c. vltio ¶ In ſū
ma nōndum eſt ꝙ iſtud ꝙ hic dicā
tur in pleriſqz dec̄. vt ſi q̄s aliquā
cōſanguineā vxoris ſue ↄgnouerit
p̄dat ius exigēdi. hᷓ cū habet in cō
ſanguineā vſqz ad q̄rtum graduz
et idē eſt ſi querat̄ an is qui ↄgno
uit aliq̄ꝫ fornicario coitu poſſit cōn
bere cū cognata ipſius q2 dicēdū ē
ꝙ nō vſqz ad q̄rtū gradum. hodie
enī conſāguinitas affinitas ⁊ pub
lice honeſtatis iuſticia ꝓhibicōem
ſuam ꝓducūt vſqz ad q̄rtum gra
dum vt ꝭ. t. prox nō dz.

¶ De ↄſāguinitate ⁊ affinitate

Dictū eſt s̄. de cogna. ſpi. ⁊ le
gali nūc agēdū ē d̓ carnali q̄
m ↄſāginitate ⁊ affinitate cōſiſtit
vn̄ ponitur hᷓ rubrica de cōſāgui=
nitate ⁊ affinitate. ¶ Videndū ē igit̄
de p̄ma p̄te rubrice q̄d ſit ↄſāgui=
nitas q̄d linea q̄d ḡd⁹ q̄t ſint linee
q̄t ḡdus ⁊ qualit̄ ↄputādi. ¶ De
ſcd̓a parte rubrice videndum eſt
videlicet quid ſit affinitas quot
ſint affinitatis genera q̄t ḡd⁹ i ſin
gulis generacōib ⁊ q̄lit̄ ſint ↄpu=
tādi Dz qm̄ q̄dāſūt q̄ īſpectōi ſb
icīēda ſūt oculoꝝ ut agroꝝ dimeſ
ſio vt. C. ſinium regūdo. l. ij. ff. e. t. l. ſi
irrupcōi. xvi. q. iiij. it̄ memoratos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ventris inſpectio vt videatꝰ an mu
lier ſit pregnans vel nō. vt. ff. de vē.
inſpi. l. i. in pn. locoꝝ pudicicie oc
culta iueſtigacio dū qritꝰ an mulier
vgo ſit vel corrupta. vt. ē. de pba.
ꝓpoſuiſti. xxvij. q. i. nec aliq. Itē
cū qritꝰ an mulier arta ſit vel nō ar
ta. vt. ī. de frigi. et male. fraternita
tis. Idē ē et ſi qratꝰ de alia inſtrum
ti iſirmitate a natura ꝯcta. vt. ī. e. c.
ex his. Et idē credere ſi qratꝰ an vir
ſit ſectꝰ vel eunuchꝰ. Itē inſpiatꝰ
qs in ptibꝰ inferioribꝰ dū querit
de etate. vt. ē. de deſpō. ipu. pubēs
ff. de minoribꝰ. l. minor. ex aſpectu
nec obſtat hijs. C. qn tutor vel cu.
eſſe deſinat. l. iii. de coꝝ. Nā verū eſt
q illa inſpectio reprobatꝰ cū agitꝰ
de tutela vel cura. Item nō obſtat
qd dicitꝰ q oculus fallitꝰ. vt xxvij.
q. i. nec aliq qꝛ et ſi plerūqꝫ fallatꝰ
ſepiꝰ tn̄ non fallitꝰ et ꝓptea vtile eſ
timaui ponē vtraqꝫ arborē et ocu
la fide inſtruere de vtraqꝫ ſicut in
ſubſequenti apparebit.

LEctioni arboris vacaturū p
us noſce oportꝫ qre arbor fu
it ſic depicta. Et certe iō qꝛ vtile vi
ſū ē et expediēs gradꝰ et attinēcias
cōſanguinitatis oculorū inſpectio
ni ſubicī qꝛ ſegniꝰ irritāt aīos di
miſſa p aures q̄ q̄ ſūt oculis ſub
iecta fidelibꝰ vt ī. de gdibꝰ. §. vltī
buꝰ arboris pictura autētica ē. vt
xxxvi. q. i. ad ſedē circa finē tercie co
lūpne. et lꝫ h̄ pictura aſcripta ſit in
decretis non tn̄ h̄ eēt ſupflua vt cū
ibi et hic de cōſanguinitate tractetꝰ
neuter libroꝝ picture doctrina deeſ
ſet cū nemini in dubiū veniat q re
petita lectio probat h̄ ſatis validū
ſatiſqꝫ eē formoſū vt. C. de emenda
cōe iuſtiniani. C. l. vna. Dꝫ qꝛ o
culus plerūqꝫ fallitur vt xxvij. q. i.
nec aliqua. et ff. de vētre inſpi. l. i.
iº Rnº. Ideo ſup ipſiꝰ arboris ex
poſicōe doctores invigilāt et ſcola
res circa intellectū eoꝝ que videt et
audiūt aliquantulū elaborēt. Et
qꝛ in qualibet arbore fructifera et
naturali. quatuor attēdūtur. trū
cus ramifructꝰ et frondes et in hac
arbore ſcripta eadē cōſiderari opor
tet. Appellamꝰ ergo truncū ioac
chim ſicut eni arbor naturalꝰ ꝓdu
cit palmites ſurſū ex lateribꝰ Ra
mos extēdit deorſū āt cōtinꝫ reda
mēta ſic et ioachim ſurſū lineā eri
git aſcendentē ex vtroqꝫ latere ra
mos collaterales emittit deorſum
vero ſubdit lineā deſcendentē ioac
chim itaqꝫ truncū lineas collatera
les ramos fructꝰ attinencias fron
des q̄ſdā diciūꝰ qōes ꝉ auriculas
q̄ i ātiq̄ arbore ponebātur. Hac
itaqꝫ ſimilitudie denotata q̄ eciā
auctoritate canonis cōprobatur.
vt xxxiii. q. v. tūc ſaluabitur in pn
ad lectionem ipſiꝰ arboris acceda
mꝰ in qua doctrina talꝰ eſt obſuā
da. Primo aſſignētur regule q̄
rū breui inſtructione genelogia to
ciꝰ arboris explanatur. Scdo ar
bor ipſa legenda eſt et gdus ſunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ẜm regulas ꝯputand̄. Tercō quē
obiectiōes diſcuciēt. Q̄rto nōbi
lia aſſignēt ⁊ ſic q̄tnaio numero
arboris expoſicō t̄miet. Q̄nqꝫ ſūt
r̄gule ⁊ p̄ma tal̄ ē pſona adiecta p
ſone p carnis ꝓpagacōēꝫ ḡdū adi
ciat ⁊ h̄ regula locū hꝫ in linea aſcē
dēti ⁊ deſcēdēti. Secūda tal̄ q̄t ſūt
pſone d̄ q̄bꝰ q̄rit̄ ꝯputatis int̄ me
dijs vna mīn⁹ tot ſunt ḡdus vbi
g̃a. ſi ſūt q̄tuor pſone dicas ibi t̄
cium ēē ḡdū int̄ extremos ſi ſunt q̄n
qꝫ dic q̄rtū ēē ḡdū vt ſp vna pſo
na ſbducat̄ ⁊ h̄ regula locū hꝫ in
hijs pſonis q̄ꝝ vna deſcēdit ab al
tera vt ē vidē ī linea aſcēdēti ⁊ deſ
cendēti. Tercia regula tal̄ ē ſi pſo=
ne de q̄bꝰ q̄rit̄ nō deſcēdāt vna ab
altera. ſed collateralit̄ a ꝯi ſtipite
ꝓcedāt ⁊ ſint in linea eq̄li q̄to ḡ=
du q̄uis iſtarū diſtat a ꝯi ſtipite
toto ḡdu differūt in ſe. Quarta re
gula ē tal̄ ſi pſone de q̄bꝰ q̄rit̄ non
deſcēdāt vna ab altera. ſed colla=
teralit̄ a ſtipite ꝯi ꝓcedāt ⁊ ſint ī li
nea ineq̄li q̄to ḡdu diſtat pſona
remocior ab ipō trūco toto gradu
diſtāt inter ſe vt ſp ꝯputacio fiat
ab eo qui magis ē remot⁹ ab ipſo
trunco ad ipſū trūcū ⁊ hec due re
gule locū hn̄t in collateralibꝰ. Q̄n
ta regula ē tal̄ q̄to ḡdu diſtat ali
q̄ pſona a ꝯi ſtipite toto ḡdu diſ=
tat a q̄libet deſcendēciū ab eo ⁊ hec
regula locū hꝫ vſqꝫ ad lineā eq̄lis
tatis ⁊ d̄ hac facit mencōēꝫ dec̄ ꝗ. e.
c. vlt. Premiſſis itaqꝫ regul̄ iſtis
faciēda ē ꝯputacio ḡduū ⁊ vidēdū
q̄lit̄ ⁊ q̄to ḡdu diſtēt int̄ ſe oēs p
ſone in arbore ꝯſtitute hijs ita diſ
poſitis ⁊ ḡdibꝰ in ipſa arbore tam
aīo q̄ᵽ oculo ac digito ꝯputatis vi
dendū ē de obiectiunculis ⁊ rn̄ſis
ad eas ¶ Querit̄ igit̄ q̄re cellula
in qua eſt ioachim dicat̄ vacua ⁊
reddit̄ illa rō q2 ꝓ trūco ponit̄ a
q̄ trūco ceteri ramuſculi ꝓducuntur
et iō vacua appellat̄ Inde ē q̄ ī il
la cellula non ponūtur due pſone
ſicut in alijs cellul̄ cum eīn reſpcū
diuerſoꝝ diuerſa noīa ſorciat̄ Nā
q̄nqꝫ vocatur pr̄ q̄nqꝫ filius q̄nqꝫ
nepos q̄nqꝫ au⁹ non potuit ei con=
gruū nomen ipoīn ꝫ dicit̄ cellula
vacua. dicitur trūc⁹ vt xxxv. q. v.
ſeries dicitur eciā ꝑthe⁹ ꝓpt̄ diuiſi
tatē nominū ⁊ ꝓprietatū q̄ illi att̄
buūtur. vñ illō q̄ teneā nodo mutā
te ꝑthea vultū ¶ Itē q̄ritur quaē
Joachim non poſſit contrahere
cum filia abaui ex linea tranſuer=
ſali ſcōm regulam illam perſona
addita perſone per carnis pro=
pagacionem mutat vel adiciat gra
dum ad hoc dicā conſueuit. Que=
rit equos agitat mundi laborat
michi ſemper. Tu quecumqꝫ mo
ues tam crebros cauſa meatus vt
ſuperuoluere late. poſſet tamē di
ci quia hoc ideo contingit quia ḡ
d⁹ canōic⁹ ꝯpoſit⁹ ē vñ ꝯtiūꝫ plu-
res ſint diſtācie in perſonis eadꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamē videtur attinēcia inter Joa
chim ⁊ ſobolem abaui ex p̄te trāſ
uerſali que eſt inter ioachim ⁊ ip
ſum abauū conſiderato gradu in q̄
attinet Joachim ipſi abauo ſicut
eſt videri in banca. Si enī plures
ſedeamꝰ in vna banca licet vnꝰ al
cꝰ ⁊ alter planꝰ in vna tñ banca
ſedemꝰ vel planiꝰ dicere p̄t cum q̄
ritur de attinēcia inferioris ad ſu
periorē non ↄputatur aſcendendo
ab inferiore vſqȝ ad ſūmum vt ſic
poſtea a ſūmo fiat diſſenſus ad in
feriores qꝛ ſcđm hoc fieret multi
plicacō graduū ſed aſcendit vſqȝ
ad collateralem ipſiꝰ de quo que
ritur vnū in qōne premiſſa cōputā
dum eſt a Joachim vſqȝ ad pro
auū ⁊ pauiā ⁊ ſic puemendū ē ad
colł'aterales qui gradum adiciunt
¶ Item queritur an matrimoniuȝ
olim in ſeptimo gradu contractuȝ
legittimet hodie p iura concilij ge
neralis ſcđm que licet cōtrahere i
quartu gradu. vt ꝗ. e. c. non debet
Ita tamen ſi non per tm̄ tempus
āte noua iura durauerat ꝙ p noua
iura inducta ſit quedā diſſimulata
diſpenſacō. vt ꝗ qui ma. accu. poſ
per tuas. Rn̄o matrimoniū iſtud
iudicādū eſt ſcđm antiqua iura ⁊
per hoc dirimendū vt probatur in
auc̄ vt cum de app. cognoſ. in p̄n.
colł. viij. leges enī ⁊ cōſtitucōes fu
turis dant formā negocijs nō ad
preterita reuocātur. vt. ſ. de cōſti.
cognoſcētes ⁊ C. de legi. ⁊ ↄſti. l. le
ges ¶ Item queritur an iſti de qui
bꝰ proxime queſitum eſt ſeparati
poſſint inter ſe cōtrahere matrimo
niū. Et videtur ꝙ non vt ꝓbatur
xxxv. q. vi. ab iſto poſſȝ tñ ſane tol
lerari vt ſi denuo ⁊ de nouo cōſen
ciāt valeat matrimoniū vt ex nūc
non vt ex tunc. ut ꝗ. de eo qui dux.
in ma. quā pol. p adul. c. i. ⁊ c. ve
niens. ¶ Item querit̄ an hodie in
quinto gradu vi. ⁊ vii. ſit ↄſangui
nitas Rn̄o eſt quātum ad ius ſuc
cedendi non quātum ad ius matri
monij cōtrahendi ymo eſt ius ſuc
cedendi vſqȝ ad decimū gradum le
galem. ut xxxv. q. v. Ad ſedē circa
pri. Nec obſtat ꝙ in e. c. dicitur i
fine vltra ſeptimū non eſt gradus
ſic ⁊ hodie dici p̄t vltra quartum
gradū non eſt gradꝰ. ut ꝗ. e. c. non
debet. ſed ad vtrumqȝ ſimul. Rn̄o
non eſt gradꝰ impediens matri
moniū ſed eſt gradꝰ inducens ſuc
ceſſionem vt ſupiꝰ dictū eſt ¶ Itē
queritur pone qđ diſtem a ↄmuni
ſtipite qnto ğdu aliq̄ diſtat ab eo
dem ex alio latere p lineam trāſuer
ſalem tercio nūquid poſſum cum il
la contrahere Rn̄o hec qō videtur
expedita p quintā regulam ſuperiꝰ
poſitam nā q̄to ğdu ego remocior
diſto a cōi ſtipite toto ğdu ab illa
minꝰ remota. nec obſtat hec ꝗ. e.
t. ꝙ dilectio vbi exigitur ꝙ vtqȝ
cōtrahencium diſtat a cōmuni ſti
pite pari gradu quia ibi circa diſpē
ſacōeȝ interpretacio artatur vł ibi

ꝑpa multitudini ⁊ obſuatõe ꝯſue-
tudi illi⁹ ꝓuicie ꝯ̄ſulā⁹ deſert ꝙ
aliud idiſſen ꝯ̄z ⁊ ſcādalū ꝑpli ſta
tuat q̄dā adhibita nouitate vt ibi
in fi. ¶ Itē q̄rit̄ an ꝯ̄mitat̄ iceſt⁹
in q̄rto ḡdu ⁊ ēe nō q̄z ꝙ iceſt⁹ ꝯ̄
mitat̄ ħ ñ ꝓcedit ex natura coit⁹
ſʒ ꝓcē ex ꝯ̄ſtitucōe ecc̄e q̄ ſtatuit c̄
tos ḡo⁹ ⁊ ꝯ̄ſtituit i eis fore coituʒ
inceſtuoſū ſic ⁊ ꝓhibicio mr̄ionij
nō ex natura mr̄ionij ſʒ ex ꝯſtitucō
ne ꝓcedit ecc̄e. ut xxx v. q. i. cū igit̄
¶ Itē q̄ritur cū ꝓau⁹ ꝓauūcul⁹ vt
ꝓpatru⁹ ſint in eadē linea ⁊ i eodē
ḡdu q̄re Ioachim magis diſtet
a ꝓpatruo ⁊ ꝓauūculo ꝙ a ꝓauo
Rn̄ illi dicūtur ēe in eodē ḡdu rſ
pectu ſupioris. nō inferioris. Itēʒ
q̄ritur q̄ntū ꝓtendatur ꝯ̄ſanguī
nitas i linea aſcēdēti ⁊ deſcendenti
Et videt̄ ꝙ in īfinitū. vt. ff. de ritu
nup. l. nupcie. xxx v. q. i. ꝓgenie. ⁊
c. de affinitate. ⁊. c. in copulacōe ho
die āt indiſtincte tā in aſcēdentib⁹
et deſcēdētib⁹ ꝙ i collaralib⁹ q̄rtū
ḡdū ꝓhibicō non excedit. vt ī. e. c
non dʒ. ¶ Hec nōbilia nōbilit̄ ſūt
nōnda q̄z Ioachim cū nulla pſo-
na poſita in arbore ꝯ̄hē ꝑt. ¶ Item
poſiti i vna ꝑte arboris int̄ ſe ꝯ̄hē
non p̄nt q̄z ſibi adīuicē attinent
et ħ ver̄ ē vſqz ad vltimā lineam
eq̄litatis q̄ p filiū ꝯiungit̄ Ioachi
Nā ſex vltie cellule ex vna ꝑte ar
boris nō attinēt oib⁹ ſupiorib⁹ ſic̄
cauſata ſibi videri ꝑt. Itē illi qui
ſūt poſiti in vna ꝑte arboris p̄nt ꝯ̄

hēe cū illis q̄ ſunt ex alia ꝑte excep
tis trib⁹ lineis deſcēdentib⁹ ex illa
cellula in q̄ ꝯ̄tinet̄ pr̄ mr̄. Nā illi ī
ter ſe ꝯ̄hē nō p̄nt. pret̄ abnepoteʒ
q̄ cū illis q̄ ſunt in linea ſororis ⁊
fr̄is ioachi ꝯ̄hē ꝑt ¶ Itē nō ꝙ nō
fuit nec̄ariū arborē ex vtraqz ꝑte d
pigi. ſʒ ex vna ad mod̄ vexilli ſʒ for
te factū ē ex cā venuſtatis vel vt ſci
am⁹ noīa gn̄is vtriuſqz ſex⁹ q̄z ex
vna ꝑte arboris ponūtur noīa deſ-
cēdētiū p maſculinū ſexū ⁊ ex alia
deſcendētiū p femininū ¶ Iteʒ nō
ꝙ q̄dā ſūt linee ligate filio p trāſu
ſū vt denotet̄ vt ille ſunt linee eq̄li
tatis ¶ Item nō q̄ ſʒ ioachi ſic̄ et
q̄libet ali⁹ hēat q̄tuor auos ⁊ duos
pr̄nos ⁊ duos mr̄nos ⁊ ſic ſi aſcen
deris in q̄libet ḡdu duplicab̄ nūm
ta ſupioꝝ non tn̄ oēs ille pſone ħ
ponūt̄ ¶ Itē nō ꝙ pſone q̄ diſtāt
eq̄lit̄ a ꝯi ſtipite dicūtur ēe in gra
du ⁊ facē ḡdū q̄ āt ineq̄lit̄ dicunt̄
diſtare ḡdu. vt xxx v. q. v. porro ⁊
c. parētele Itē nō q̄d ſit linea. q̄d
ſit ḡdus linea ē ordinata collectio
pſonaꝝ ꝯſanguinitate ꝯiūctaꝝ di
ūſos gradus ꝯtinēs ⁊ eos a ſtipite
ſc̄m numeros diſtiguēs Grad⁹ ē q̄
dā habitudo ſiue diſtācia perſona
rū adīuicē facta collacōe ad ꝯ̄em
parentē Item nō ꝙ pūcta rubea
deſignāt gradus canonicos ꝓpter
excellenciam quandam nigra vero
gradus legales de quib⁹ breuiter
eſt nōnd̄ quia in aſcendentibus ⁊
deſcendentib⁹ gradib⁹ legalibus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

locum habent due prime regule ſuperius poſite. In collateralibus vero talis eſt regula quot ſunt perſone collateraliter a comuni ſtipite deſcendentes preter ipſum ſtipitem tot ſunt gradus inter extremos de quorum attinencia queritur computacionem graduum hic non pono quia ſic a principio primi melius ſecundum regulas fit computacio ad oculum et ad digitum quam ad intellectum.

Sequitur videre de ſecunda parte rubrice ſcilicet de affinitate. Et eſt ſciendum quod affinitas eſt attinencia unius perſone ad aliam proveniens ex copula carnali quando enim vir coniungitur carnaliter uxori omnes conſanguinei uxoris efficiuntur affines et econverſo omnes conſanguinei viri efficiuntur affines uxori et in eiſdem gradibus affinitatis in quibus gradibus conſanguinitatis alteri attinent. Sed inter cognatos viri et cognatos uxoris nulla ex illo matrimonio naſcitur attinencia. ut extra e. c. quod ſuper hiis. dicuntur autem affines quaſi ad alterius fines accedentes et ut melius ac utilius ea que ad inſtructionem huiuſmodi arboris pertinent ad oculum oſtendantur arborem ipſam depictam inſerui ipſam per regulas artificioſe dividens ac diſtinguens gradibus ſecundum regulas computandis.

In arbore affinitatis doctrina iſta ſervetur. prius ponantur regule quarum artificio genera et gradus affinitatis inveniantur. ſecundo arbor conponenda eſt ut tam gradus quam genera ſecundum regulas computentur. Tercio queſtiones quedam notentur et ſoluciones adhibeantur. Quarto quedam nobilia aſſignantur et ſic quaternario numero huiuſmodi arboris inſtructio terminetur. quatuor regule in hac arbore ſunt ponende quarum prima talis eſt. Perſona de qua queritur matrimonium contrahente ac conſummante oritur primum genus et gradus affinitatis iuxta gradum conſanguinitatis inter virum et conſanguineos uxoris et inter uxorem et conſanguineos viri hec regula comprobatur. extra e. titu. quod ſuper hiis. Secunda regula talis eſt quoto gradu conſanguinitatis diſtat quis a conſanguineo ſuo vel conſanguinea toto gradu affinitatis diſtat ab eius uxore vel marito ipſius et hec regula comprobatur. xxxv. q. iii. de propinquis. et c. equaliter. Tercia regula talis eſt perſona addita perſone per carnis copulam mutat genus et non gradus et hec regula comprobatur. xxxv. q. iii. ſ. auctoritate. et c. ſequenti. Quarta regula talis eſt perſona addita perſone per carnis propagacionem mutat gradum et genus et hec regula comprobatur. xxxv. q. v. porro. has duas poſteriores regulas breviculo complectere mutat nupta genus ſed generata gradum. Poſitis regulis et iure probatis conponenda eſt arbor et exponenda et ſecundum artificium regularum gradus affinitatis ſunt ex utroque latere arboris computandi ut per eorum brevem inſtructionem ſciatur quoto gradu affinitatis viri

ſororis ꝛ ſuaꝝ deſcēdēciū attineāt
ꝯſāguineis ſuaꝝ vxoꝝ .ſ. frī ꝛ ſue
poſteritati vſq3 ad q̈rtū g̃dū ꝛ ecō
uſo q̈to g̃du affinitatis attineant
vxores frīs ꝛ deſcēdenciū ab eo vſ=
q3 ad q̈rtū g̃dū ꝯſāguineis ſuorū
viroꝝ ſc3 ſorori ꝛ deſcēdētibꝰ ab ea
CArborē ſic ꝯponas .in medio ar
boris ponat̃ linea ꝯtinēs q̈tuor cel
lulas. In cellul̃ illis ſꝫ ſcripta ſūt.
Primꝰ g̃dꝰ. Secūs g̃dꝰ. Terciꝰ g̃
dꝰ. Quartꝰ g̃dꝰ. Ponit̃ āt in me
dio ſc3 int̃ frēz ꝛ ſororē ꝓpt̃ triavt
det̃ intelligi ꝙ a ꝯſanguinitate o2
tibꝫ affinitas. ꝛ ꝙ ex vtroq3 ſexu
virili ꝛ feminneo affinitas ꝯ̄hat̃ . ꝛ
ꝙ g̃dꝰ affinitatis ꝯ̄hant̃ ſm̃ gra
dꝰ ꝯſāguinitatis ſicut iferiꝰ expla
nabo ab vno latē ipſiꝰ linee ponit̃
alia linea ꝯtinens q̈tuor cellulas.
In p̃ma ſcribit̃ frat̃. In ſcd̃a fra
tris filius. In tercia frīs nepos. in
q̈rta frīs ꝓnepos. ex alt̃o ponetur
alia linea ꝯtinēs quatuor cellulas
In p̃ma ſcribit̃ ſoror. in ſcd̃a ſo=
roris filia. i tercia ſororis neptis. i
quarta ſororis ꝓneptis. frē igitur
vxorē ducēte ꝯtrahit̃ p̃mū genus
affinitatis ꝛ p̃mꝰ g̃dꝰ int̃ vxorem
frīs ꝛ ſororē det̃ ſorori filia oritur.
Secūs g̃dꝰ addatur filia filie erit
terciꝰ g̃dus naſcat̃ filie ſororis fi=
lia gradꝰ. q̈rtꝰ addet̃ ꝛ qd̊ dico i
filiabꝰ idē eſt ꝛ in filijs ſꝫ ex vno la
tere arboris ponūtur ꝯſāguinei fe
minei ſexꝰ ꝛ ex altero viril̃. Itē fi=
lio frīs mrīoᵐ ꝯtrahēte oritur int̃

eius vxorē ꝛ ſororē frīs cū ſuis poſ
teris p̃mū genꝰ affinitas ꝛ tal̃ g̈=
dus in q̈li g̃du ꝯſanguinitatis in
uenit̃ maritꝰ cū illis pſonis ꝛ idē
oio ſi nepos frīs vxorē duxerit Itē
in ꝓnepte loꝝ igit̃ vxores ꝯtinen
tur i linea illa que ē iuxta frat̃ q̄ li
nea quatuor hꝫ cellulas i p̃ma ſcri
bit̃ vxor frīs olim relicta In ſcd̃a
vxor filij frīs. In tercia vxor nep=
tis frīs. In q̈rta vxor nepotis frīs.
Nec mireris ſi in tot narracōibus
graduū non dicā mutari genꝰ affi
nitatis ſꝫ gradus q2 genꝰ non mu
tat̃ p carnis ꝓpagacōez ſꝫ gradꝰ.
vt .ſ̈. in regul̃ eſt premiſſum ꝛ eo
dem mō ex alio latere arborē expla
nabis. Nā ſorore mrīoᵐ ꝯtrahēte
oritur p̃mū genꝰ affinitatis int̃ vi
rū vxoris ꝛ frēm cū poſteris ſuis ſi
militer ſororis filia ꝯ̄hēte oritur pri
mū genꝰ affinitatis int̃ viꝝ vxoris
ꝛ frēm ſororis cū deſcendētibꝰ ſuis
idē in ſororis nepte id̊ in ſororis ꝓ
nepte affinitatis gn̄e non mutato
in variacōe ſucceſſionis ſꝫ gradibꝰ
variatis variat̃ gradus cōſangui
nitatis cū illa pſona qua mediāte
affinitas eſt ꝯtracta viros iſtaruꝫ
cōtinet illa linea que eſt iuxta ſoro
rē que quatuor hꝫ cellulas. In pri
ma ſcribitur vir ſororis olim relic
tus. In ſcd̃a vir filie ſororis. In t̃
cia vir neptis ſororis. In q̈rta vir
ꝓneptis ſororis ſūt ꝛ due auricule
ſiue cellule ex vtroq3 latē arbois po
ſite in vna ꝯtinetur relictꝰ relicte

et ponitur cū venuſtatis l' ornat⁹
vt in ſequentibus dicā. ¶ Expoſita
arbore ⁊ affinitatis gradib⁹ aſſig
natis reſtat diſcuti q̄ōes ⁊ ſolui.
¶ Pone ꝙ hodie inueniat̄ aliquod
mrīm olim ꝯtctū āte cōſtitucōem illā
.i.e.c. nō dꝫ i 2° gn̄e affinitatis nū
q̄d ſtare vel ſeparari deberet Ad qd̄
Rn̄o mrīonīū iſtud iudicari debēt
ſꝫm iura tēpis illi⁹ in q̄ ꝯtctū ē vt in
autn̄ ut cū de ap. cog. ſ. i. coll' viij ce
tera in hᵉ q̄ōe dicas ſic dixi i cōſili
q̄ōe quā no. ſ. i arbore cōſāg̃nitat̄
¶ Itē q̄rit̄ an iſti de q̄b⁹ ꝓx. q̄ſitū
ē ſepati poſſunt iteꝝ mr̄imōialit̄ co
pulari ⁊ videt̄ ꝙ nō vt xxxv. q. vi
ab iſto Ad qd̄ Rn̄o Canō iſte lo
q̄tur i impedimēto qd̄ fuit ⁊ durāt
Sꝫ nos loq̄m̄ in impedimēto q̄d
fuit ſed eē deſiit p ꝯſtōem illā nō
dꝫ q̄ tollit 2ᵐ ⁊ terciū gen⁹ affini-
tis ⁊ iō cōnubi denuo pōt vt. ſ. de eo
q̄ dux. in ma. ꝑ pol. p adul. c. i. ⁊ c.
veniēs Itē q̄ritur duo olim ipedi
mēta ex ſcd̄o gn̄e affinitatis ſurge
bāt affinitat̄ ⁊ publice honeſtatis
vt xxxv. q. iij porro ſꝫ affinitas eſt
ſblata ut ſupi⁹ dcm̄ ē nūq̄d ⁊ pub
lice honeſtatis iuſticia videt̄ ꝙ n̄
qꝛ d ea n̄ fit mēcio i ꝯſtitucōe illa n̄
dꝫ ſed tm̄ de illa pblice honeſtatis
iuſticia que olim ex ſcd̄is nupcijs
naſcebat̄ qd̄ ergo nō mutatur q̄s
ſtare ꝓhibet̄ vt. C. d teſta. l. ſcim⁹
Sꝫ dico ꝙ illa publice honeſtatis
iuſticia q̄ oli ex ſcd̄o gn̄e affinitat̄
oriebat̄ ſublata ē p ꝯſtitucōꝫ eādē

non dꝫ nam ibi dicit ꝓhibicōm de
ꝯiugio i 2° ⁊ t'cio affinitat̄ gn̄e mi
me ꝯhēdo ſaci ap ꝓbacōe ꝯcilij ruo
cātes vn̄ reuocata ē q̄lib; ꝓhibicō
q̄ oli ex 2° gn̄e procedebat ꝓptea
in ꝯſtitucōe ſeq̄tur ut ſic ꝯhētes ſꝫ
ē in 2° affinitat̄ gn̄e decetero libere
copulēt̄. Patꝫ igitur hodie i p̄miſſ
ꝙ hodie vxores duoꝝ l' duoꝝ ꝯſo
brinoꝝ nō ſūt affines vn̄ mortuis
ipſaꝝ maritis pōt aliq̄s vt̄ mqꝫ du
cere ſucceſſiue n̄ obſtāte canōe cui
ē hodie derogatū xxxv. q. iij. porro.
¶ Itē reuocata ē ꝓhibicō de ſobole
ſuſcepta ex ſcd̄is nupcijs ꝯg̃nōi vi
ri n̄ copulāda p̄oris vt i dicta ꝯſtō
ne nō dꝫ ¶ Itē q̄ritur An hodie ſo
la publice honeſtatis iuſticia locū
habet q̄ orit̄ de ſpōſalib⁹ de futuro
vel de p̄nti dūmō n̄ ꝯſūmat̄ qꝛ illa
eciā ex diuina pagina ortū habuit
vt ibi n̄ licꝫ tibi ſpōſa fr̄is tui vel ⁊
alie michi ſol'i⁹ locū hn̄t q̄ p illā cō
ſtitucōem nō dꝫ. n̄ iueniūt̄ ſublate
hāc q̄ōm no. ſ. de ſpōſa. ſ. ex ſpōſa
lib⁹. ¶ Vltio nōbilia videam⁹ Et
p̄° videdū ē q̄lit̄ affinitat̄ gn̄a ꝯhā
tur. Et ē ſciēdū ꝙ aliq̄ ꝯhēte mrīm ⁊
ꝯſūmāte p carnis copulā orit̄ p̄ᵐ
genus affinitatis int̄ viꝝ ⁊ ꝯſg̃tos
vxoris ⁊ it̄ vxorē ⁊ ꝯſg̃tos viri .i.e
c. ꝙ ſup hijs ſcd̄m gen⁹ fit fr̄e mrīm
ꝯhēte ut dcꝫ ē ⁊ moriēte demū relic
ta ipſius cū alio ꝯhente oritur ſcd̄ꝫ
gen⁹ affinitatis iter ſcd̄ꝫ viꝝ ⁊ ꝯſg̃
tos prioris ⁊ econuerſo. aliq̄ mrīm ꝯ
hen̄. ⁊ ꝯſūmante demū moriente ⁊

relicto ipſiꝰ cū alia ɔ̄bente oriť 2m genꝰ affinitatis inť ſcđam vxorez et ɔgnatos prioris vxoris ꝛ ad h̄ deno͞ı̄ato pom̄ in q̄buſđ cellul̄ olim relictꝰ olim relicta q̄ſi dicat in arbore antiq̄ ponebātur h̄ v͛ba relictus relicta q̄bꝫ ɔ̄bētibꝫ oriebatur ſcđm genꝰ affinitatis qđ hodie locū nō hꝫ vel forte locū hꝫ qꝛ ɔ̄bunturꝛm ꝛ tercīū genꝰ affinitatis ·ħ pħibicio ē ſublata· vt ī·e·c·nō dꝫ Itē frē ɔ̄bente oriť p̄mū genꝰ affinitatis inť eius vxorē ꝛ ſororē fr̄is cū ſua poſteritate frē morīēte ꝛ vxore fr̄is olim relicta cū alio ɔ̄bente oriť 2m genꝰ affinitatis inť 2m virū ꝛ ſororē cū poſteris ſuis mortua vxore ꝛ relicto illius cū alia ɔ̄bēte oriť inť illā ꝛ ſororē cū ſua ꝓle tercīū genꝰ affinitatis ꝛ h̄ deſig͞t au͞caula illa relicta relicte fr̄is · Iđeȝ dicas in alio latē arboris· nā ſorore ɔ̄bente oriť p̄mū genꝰ affinitatis inť virꝫ ſororis ꝛ frēȝ cū ſua poſteritate mortua ſorore ꝛ relicto ipſiꝰ cū alia ɔ̄bente oriť inť illam et frēȝ cū ſuis deſcēđētibꝫ 2m genꝰ affinitatis· mortuo relicto ſororis et relicta ipſiꝰ cū alio ɔ̄bente oriť inter illū ꝛ frēȝ cū ſua ꝓle tercīū genꝰ affinitatis ꝛ h̄ ſigͥficat illa auicula in q̄ ſcribiť relicta relicti ſororis. ❡ Sc͞đo notab̄ ꝙ ſup cellula illa in q̄ ſcribiť vxor fr̄is olim relicta ꝓđitur filiū·ſ·in q̄ ſcriptū ē p̄mū genꝰ affinitatis ꝛ reflectiť ad cellulā illā in qua ſcribiť ſoror ꝛ ab illa cellula ſoror producitur filium cum eiſdem v͛bis ꝛ reducitur ad eanđē cellulā vxor fratris vt denotetur ꝙ iſti inter ſe ſunt affines et eođē modo ſup cellulam illā frater erigitur aliud filiū hn̄s eađē v͛ba ſcȝ p̄m genꝰ affinitatis ꝛ retorq̄tur ad illā cellulā vir ſororis· Itē ab illa cellula vir ſororis ſumiť filium cū v͛bis eiſdem et reuoluitur ad illam cellulam frater ad oſtēđēdum ꝙ iter ſe ſint affines· Tercio notabis ꝙ affinitas ē proximitas perſonarū ex carnali cōmixtiōe ꝓueniēs oī carens parentela· Quarto notabis ꝙ affinitas ñ oritur ex nupcijs īterdictis· vt·ff· de gͣdibꝰ l·non facile· ſ·ſciendꝫ eſt ꝛ ita q͞ꝛ oꝛ regul̄ quatuor queſtionibꝫ ꝛ q̄tuor notabilibꝫ expoſita ē arbor iſta

❡ De frigidis ꝛ maleficiatis·

TRactatꝰ·ſ·đ q̄buſđ īpedimētis mr̄ionij ſed q͞ꝛ īpoſſibilitas coeūdi īpedit mr̄iom·iō ſubiciť h̄ rubca de frigidis ꝛ maleficiatis ꝛ īpotēcia coeundi· ❡ Videaꝰ igiť q̄t ſūt ſpecies impoſſibilitatis ꝛ que impediāt mr̄ionīū· ꝛ que non· Itē que ſint impedimēta ex pte viri ꝛ q̄ ex pte mulieris· ꝛ qualiter probeť impoſſibilitas coeundi· ❡ Spēs impoſſibilitatis due ſunt Impoſſibilitas coeundi· Alia naturał Alia accidētał ħ ꝛ hec ſubdiſtīguiť· Nā īpotēcia

ſed et hoc ſubdiſtiguitur nam im-
potencia ſiue ſit naturalis ſiue acci-
dental. Aut ē ꝑpetua. Aut tēporal.
naturalis impotēcia coeūdi triplex
ē in viro frigiditas Artacō ī muliē
vel aliud inſtrumēti impedimētū a
natura ꝯtractū vt ī. e. c. Ex lr̄is de-
fectus etatis in vtroqȝ vt ē in pue-
ris Accidentalis ipotencia ꝓuenit
ꝓpt duo ꝓpt maleficiū Itē ꝓpter
ſectōēȝ ſeu caſtracōem que impedi-
mēta in viris nō in femis locū hn̄t
¶ Perpetua ipedimēta ſūt frigidi-
tas Item artacio cui ope medicorū
ſubueniri nō pt vt ī. e. c. Ex lr̄is et
c. frr̄nitat ſeccio ſeu caſtracio male
ficiū q̄d deleri n̄ pt ¶ Tēporale ipe-
dimētū pſtant pueicia vt ī. e. c. qd
ſedem ꝛ. ſ. d. deſpon. impu. q̄i p to
et xxx. q. ij. c. i. Itē artacio cui ſub-
ueniri pt ope medicoꝝ Itē malefi-
ciū temporale. ¶ Impediūt ꝛ diri-
mūt m̄m̄ impedimēta ꝑpetua frigi-
dus ei naturalis ꝯhē nō pt ꝛ ſi con-
traxit nō tȝ m̄m̄ ut ī. e. c. i. c. lauda-
bilē ꝛ c. lrē ꝛ xxxiij. q. i. c. i. ꝛ ij. ꝛ i
hoc caſu nō dicet m̄m̄ ꝯtcū diſſol-
ui ſȝ a pn̄cipio nullū fuiſſe vt ī autn̄
de nup. ſ. ſi vero coll. iiii. Cū ei due
ſunt cauſe mrionij ꝓpt q̄s extitit
inſtitutū vt no. ſ. de ſpōſa. ſ. fuit.
et nulla illaꝝ ſubſit ī frigido mito
m̄m̄ eſt nullū ꝛ p h̄ videt q̄ ſenex
non poſſit ꝯhere m̄m̄ Sȝ con̄. C. de
nup. l. ſcimus. xxvij. q. i. nupciarū
bonū ī pn̄. nec obſtat ī. e. c. qd ſedē
ibi eñ loquitur de hijs impotētibꝯ.

qui perpetuo impedimēto laborāt
ſenex autem ſi naturali calore deſti-
tuatur ope tamē medicorum ꝛ vir-
tute medicinarum poterit eius de-
bilitas ſubleuari ꝛ ad coitum robo-
rari. ¶ De maleficio autem ſic te-
neas q̄ ſi mrio^m preueniat et ſit ꝑ-
petuum impedit contrahēdū ꝛ diri-
mit iā ꝯtractū vt. xxxiij. q. i. in pn̄ ꝛ
c. ſi p ſorciarias quidā tn̄ dicūt il-
lud. c. non tenē quaſi nō ſit aliqd
maleficiū ꝑpetuū qd ſaltim per euȝ
qui fecit deleri non poſſit ꝛ ita cum
per opus humanū ſubueniri poſſit
non dirimit m̄m̄ eo q̄ non ſit ꝑpe-
tuum vt infra. e. c. fraternitatis
quidq̄ꝫ eñ ligatur ſolubile eſt vt
ī autn̄ de nup. ſ. nupcias Sed con̄
rium ē verum poteſt ei aliquod ma-
leficium eē ꝑpetuum vt deleri non
poſſit puta aliqꝫ dandum ē ad edē-
dum vel bibendū vel mortuꝰ eſt ma-
leficus vel ꝑditū eſt maleficiūȝ vel
maleficus neſcit delē In hijs igit
pōt locū hrē. c. ſi p ſorciarias vnde
ſtabunt ſimul vir ꝛ mulier p triēni-
um ꝛ opam dabūt ad carnalem
copulā q̄ ſi interueniē nō poſſit ſep-
ari debebūt vt ī. e. c. laudabilē ꝛ ī
autn̄ de nup ſ. p occaſiōȝ Sȝ ſi vir
pꝰ diuorciū ꝯgnoſcat carn̄lit aliā
n̄ recōciliat̄ p̄ora ꝯnubia ut ī p̄dic-
to. c. ſi p ſorciarias ī ſi. nā pt q̄s eē
maleficiatꝰ q̄ ad vnā nō tn̄ q̄ ad a-
lias ſecꝰ ī frigido naturali ꝛ h̄ oia
hn̄t locū cū maleficia p̄cedūt m̄m̄.
ceteꝝ ſi ſbſequāt n̄ rſcidūt m̄m̄ ſu

ãn maleficiũ fuit ↄſũmatũ ſiue po
tuerit ↄſũmai nulla em̄ īfirmitate
vel malefico vel ipedimēto ſupue=
niēte reſcindit mrĩoᵐ qḋ ſemel te
nuit ut xxxiij·q·vij·illi qui·ꝛ·q·v·
torred⁹·ꝛ·c·ſi qs vxorē·ñ religio
ne puenīete copulã carnalē·vt·ꝫ
de ↄuḃ·cõiuga·Ex publico· ¶ De
caſtratis ãt dicũt q̃daꝫ ꝙ caſtrati
ḃē caſtenati·i·frigidi ↄhē nō pñt
ꝛ ſi ↄxerint non tꝫ mrĩoᵐ vt ſupi⁹
dcm̄ ē· Si v̓o fuerint ſpadones·i·
ſpata ſecti pñt ↄhē·in q̃buſdã em̄
mrĩoᵐ ē hũanitatis ſolaciuꝫ·ut xx
vij·q·i·nupciaꝝ·ꝛ ar·ad idē xxxiij
q·v·ꝙ deo ſꝫ veri⁹ eſt ꝙ ſecti mrĩo
niũ ↄhē non pñt·nec valet ↄctum
ꝙꝛ ꝗ ↄgnoſcē vxores nō pñt pu
eis aſſimulãt·vt ꝗ·e·qḋ ſede· Pre
terea t'a ſũt bõ mrĩmonij·ꝓles·fi
des·ꝛ ſacm̄eti q̃ in mrĩonij caſtra
ti locũ nō hñt·ut xxvij·q·i·oē· Itē
due ſũt cauſe p̄ncipales mrĩonij·ut
nō·ꝫ·de ſpō·§·cauſe·q̄ꝝ neutra in
caſtratis iuenit̄ ꝛ ꝙ caſtrati mrĩo
niũ nullũ ſit ꝓbat̄·ff·de iure do·l·
ſi ſua·§·ſi ſpadoni·ſec⁹ vbi aliq̊s
hꝫ vnũ teſticulũ hmōi mrĩoᵐ tꝫ ꝛ
ſic videt̄ poſſe itelligi lex·ff·de lib·
et poſtu·l·ſed ē q̃ſitũ·§·ſpadonē·ꝛ
ff·de edilic·edic·l·ediles §·offili⁹·
nã ꝛ ḃ militat·ff·de reb⁹ mili·l·q̊
cũ vno·ꝛ ꝓptea dicit lex·ſpadonũ
multa ſũt gña·ut·ff·de v̓bo·ſigni·
l·ſpadonũ· ¶ De arctacōe vero tene
as ꝛ obſerues qḋ legit̄ ꝗ·e·c·frat
nitatis·quiḋ tñ dicũt ꝙ arctacō ma
trimoᵐ ñ diſſoluit·ut ꝗ·e·c·Cõſul
tacōi· Sꝫ ꝙ ibi dt rõna eccã tñ cõ
ſueuit i ſimilib⁹ iudicare ut q̃s tñ
vxores hrē nō pñt hēant ut ſoro=
res ſḃaudi ↄſueuit iudicare ↄſulē
do ꝛ monendo non diffiniendo vel
ſentenciando· Quid ſi vir genera
re nō poſſit vel mulier ↄcipē nũq̃d
mrĩmoniũ ↄhē pñt· Rñō ſic nã ꝙ
uis in mrĩonio taliũ vtraqꝫ cã mri
moniũ locũ ñ hēat de q̃b⁹ no·ꝫ·d
ſponſ·§·cē·ſufficit tñ alterã nō de
eē· ¶ Nũc videnḋ ē de mō ꝓbacō
nis·q̃lit̄ ꝓbet̄ ipotēcia coeũdi· Et
ē ſcienḋ ꝙ ſi mulier dixerit viꝝ ſuũ
frigide nature eē ut coire nō poſſit ꝛ
ſe mrēm fieri velle adiecerit ſtabit
cũ illo vſqꝫ ad trieniũ·ut in auc̈ de
nupc·§·ſi p occaſionē ꝗ·e·c·lauda
bilē·ꝛ ſi p tm̄ tpis data ad ḃ opa
coire nō poſſit fiet diuorciũ·ſi tñ vt
qꝫ iurauerit cũ ſeptia manu ꝓpin
q̊ꝝ·ut xxxiij·q·i·req̊ſiuit· ꝛ ḃ ap=
pellat̄ veꝝ ꝛ iuſtũ iudiciũ·ut ꝗ·e·c
i·ꝛ·c·laudabilē·ſed ſi p⁹ diuorciũ
ↄtingeret cum alia ↄhē reintegrã
da eſſent p̄ora cõnubia·ut i·c·req̊
ſiuit·cõuicto de piurio viro per con
trariũ factũ·ut ꝗ·e·c·i·ꝛ idem tēp⁹
ſeruabit̄ in maleficiato ad probã
dũ impotēciã coeũdi niſi p minus
tēporis cõſtare poſſit·ut ꝗ·e·c·lau
dabilem eo ſaluo ꝙ ſi ꝓpt̄ malefi
ciũ ſepet̄ mrĩoniũ ſi ſepat⁹ cũ alia
cõtraxerit nō reparet̄ p̄mũ mrĩo
niũ·ut in·c·ſi p ſorciarias in fine·
Sꝫ ſi mulier dicat virum coire ñ

posse vir ãt dicat contrarium viri
standum ẽ veritati vt xxxiij ·q·i·si
quis accepit nisi mulier velit se ꝓ=
bare virgiem p aspectũ corporis vt
s̃·de proba· ꝓposuisti ¶Sed quid
si dubitet̃ an precedat maleficiũ ł
subsequatur ĩmm ꝑsumetur subse
cutum esse ut ar· s̃ de edil· acc·l·iii
¶De artacõe ⁊ seccõe probabitur
p aspectũ ¶Pꝫ pone ꝙ vir ꝓcla=
met ad iudiciũ dicat se frigidum ł
maleficiatũ mulier ecõuso dicat eũ
potentem ⁊ se ab eo cognitã nũqͣ
in hoc casu stãdũ est iuramẽto viri
eo ꝙ capud ẽ mulieris Rñõ nõ qꝛ
actor ẽ ⁊ actore nõ probãte ⁊c̃ vt
vi·q·v· Actor s̃·de cã poss Cũ ec=
clesia s̃·de iure iur·c· vltio ⁊ ei qui
dicit incũbit ꝓbaº·ff·de ꝓba·Ei q̃
Item timedũ ẽ ne multi sic dicẽnt
si ad ꝓprium iuramẽtũ se credẽnt
ab vxoib sepãdos Itẽ fauor ĩmm
r̃pugnat ¶Itẽ muliere ad iudiciũ
ꝓclamãte ⁊ dicente viꝝ frigidum
et maleficiatũ ⁊ sic ĩpotẽtem et vi
ro h̃ ꝯsitẽte tiet̃ de collusio·vt s̃·d
eo q̃ ꝯgno ꝯsãg·vx·siue sup eo ⁊ iõ
eis tñ ñ cdit̃ ꝫ adiciat̃ septia ma
nꝰ ꝓpinq̃oꝝ ut s̃·deñ ẽ multo mĩꝰ
gº credit̃ soli viro ĩ qõe ꝑmissa ꝫ
dicẽte vxore Itẽ qd si ꝓpt artacõ
nẽ sepatũ sit ĩmm ⁊ tãd mulier nu
bat alti qui reserat seras eiꝰ nũqͣ
reitegbit ĩmm·pm Ad qd breuit
Rñõ si mulier nõ erat cognoscibił
ꝑmo sic 2º puta qꝛ diuerse natũe
et ꝯdicõis hoies erãt tũc ñ itegrat

sed si cognoscibilis erat ꝑmo fiat
2º puta qꝛ diũse natũe ⁊ ꝯdicõis
homies erãt tũc nõ reintegrat̃ sed
si cognoscibilis erat ꝑmo cꝰ simili
ꝯmiscetur appet smãꝫ diuorcij p
errorẽ latã ⁊ iõ reintegbit̃ ĩmm pm
vt ꝗ·e·c·fr̃itat·

¶De mrionio ꝯtcto ꝯt ĩt·eccẽ

Post impedimenta mamtiõij
que ⁊ ꝯtrahend impediũt ⁊
dirimunt iam ꝯctum agitur h̃ de
quod impedimẽto qd ⁊ si ipediat
contrahendum non tamen dirimit
iã ꝯtractũ ⁊ iõ subiciatur h̃ rubrica
de mrionio cõtcto cõn ĩtdic·eccẽ
¶Videndũ est igitur qͣd sit ĩtdic
tum eccẽ·quis illud facẽ possit ·q̃
bus modis fiat ⁊ quis sit interdic
ti effcꝰ ¶Intdictũ eccẽ ĩ h̃ casu ẽ
prohibicõ cõtctus mrionialis tale
ãt ĩtdictũ ꝑt epꝰ facẽ ad quẽ spec
tat ꝯgnicõ causaꝝ mrionialiũ ut i
ꝗ·de excel· ꝑla· accedentes qꝛ aim
mriom sit magnũ sacramentum in
ecclesia dei ut s̃·de biga·c·debituꝫ
qões q̃ sup mrionijs mouẽtur sit
ad epm defẽnde ut xxv·di·perlec
tis si tñ de ꝯsuetudine approbata
archdiaconi ꝯgnoscatn de cãis ĩmm
alibus vt s̃·de resti spo·lrãs ł Ar
chipbri ut s̃·de cõsang·⁊ affi· Ex
lr̃is possunt ⁊ ipi ꝓhibẽ aliquibꝰ
ne simł mrionialit̃ copulẽtur Ali
qñ interdicat ecclesia generaliter
mrioniũ ꝯbi ex cã tale interdictuꝫ

De mat° [illegible] clandeſt[illegible]
Qui filij ſint legitti

impedit ꝯtrahēdū ⁊ dirimit iā ꝯtractū· vt xxxv· q· iij· ꝯdiciam⁹· Aliquā intervenit eccē ꝓhibicō ſimpliciť ⁊ ſine cōſtitucōe ⁊ illud interdictū nō ſufficit ad irritacōez mrionij ⁊ ſi ꝯtra interdictū facientibꝫ pēna iponať· vt ex· e· c· i· ⁊· ij· niſi ſubſit cā ꝑpetua et tūc mrīoᵐ irritabiť· non ꝓpť interdictū ſed ꝓpť cām q̄ ſi nō ſubſit et ſi ꝯ interdictuꝫ ꝯtrahi non debeat non tn̄ ē ꝯueniēs vt ob id ſolū ſacramētū ꝯiugij diſſoluať· vt ex· e· c· ex lrīs in fi· ¶ In ſūma nō̄n̄d ē ꝙ tēpore feriaꝝ non interdiciť ꝯtractus mrionij qḋ ſolo ꝯſēſu cōtrahitur· vt xxvij· q· ij· ſufficiat· q̊aiqꝫ ei tēpore pōt mrioᵐ ꝯhi· ut· ſ· de ferijs capellan⁹ ſꝫ interdiciť ſolēnitas nupciaꝝ· vt ibideꝫ· ⁊ xxiij· q· iiij· non oꝫ cū ſeqntibꝫ· c· interdiciť ⁊ traductio ſolēpnis· ut· e· ti· ⁊· q· e· nec vxorē ducē· addit frať Raymū· in ſūma ſua de copula carnali forte ihęrēs canonibꝫ dicētibꝫ ꝙ tēpe oracōis non dꝫ q̄s cognoſcē vxorē ſuā· vt xxxiij· q· iiij· ꝑ totū· Sed tu dicas ꝙ illud qn̄qꝫ ē ꝓceptū qn̄qꝫ ꝯſiliū preceptū ē ꝙ illis diebꝫ non cognoſcat vxoreꝫ ſuā cā exercende libidis nā cū ꝓuatis diebꝫ venialiť peccaret vir ſḃᵐ nos taliť ꝯgnoſcēdo diebꝫ ſolēpnibꝫ peccaret mortaliť Cōſiliū vero ē vbi vult ꝯgnoſcere cā plis vel cā vitāde fornicacōis et h̄ oia intelligas in exigēde nam exact⁹ q̊aiqꝫ tpe rēddē dꝫ vt xxviij q ij· ſi tu abſtines· xxxiij· q· i· c· i·

Interdiciť ⁊ mrioᵐ clandeſtinū ſꝫ contractū tenꝫ ſaluis penis que imponūtur cōtrahentibꝫ ⁊ pli· vt· ſ· de clandeſti· deſpon· Cum inhibicio· Sed nunquid peccant viri vel vxores exigendo debitum vel reddendo in dieb⁹ ſolempnib⁹ vel in locis ſacris· Ad qḋ rn̄o ꝙ exact⁹ ſemp reddere debet niſi caute ⁊ ſine periculo adulterij poſſit differre· exigere autē nō debet· Vn̄ dicit apl's· Nolite fraudari inuicēz niſi forte ex ꝯſenſu ad temp⁹ vt vacetis oracōni ⁊ iterum reuertimini i id ipſū ne temptat vos ſathanas ꝓpter incōtinēciam veſtram hec autē dico ſḃᵐ indulgenciā non ſḃᵐ imperium· ⁊ Aug⁹· xpiano cum vxore ſua aliquādo licet cōuenire aliqn̄ non licet ꝓpter dies ꝓceſſionis et ieiuniorum· aliquādo cōuenire nō licet quia eciam a licitis abſtinendum eſt vt facili⁹ impetrari poſſit qḋ poſtulatur· Itē quocienſcumqꝫ aut dies natalis dn̄i aut reliq̄ feſtiuitates aduenerīt n̄ ſolū cōcubinarum cōſorcio ſed a ꝓprijs vxorib⁹ abſtinete vt probātur hec· xxxiij· q· iiij· apl's xpiano· ⁊· c· q̊ciēſcūqꝫ·

## ¶ Qui filij ſūt legitti



Ractauimus· ſ· de matrimonio ⁊ eius impedimētis ſed quia ples eſt vnū de bonis matrimonij vt xxvij· q· i· omne· ⁊ vna de cauſis ꝓpter quas

mrīomium eſt inſtitutū vt no·ī·de
ſpon·c·cauſe vnde ſubſequenter ꝛ
de filijs tractatur ꝛ iō ponitur hic
rubrica qui fili ſunt legitti ¶ Vide
amus itaqꝫ quot ſunt genera filio
rum · qui filii ſunt legitimi et qui
non· et qualiter illegitimi legiti=
mentur ſcḋm ius canonicum ꝛ cile
¶ Filiorum quinqꝫ ſunt gña · Alij
legitimi·alij legitimati· Alij adop
tiui· Alij· arrogati· Alij naturales
¶ Legitimi filii ſunt qui ex lītimis
matrimonijs procreantur ut inſti
de patria po·in pri · ff·de his qui
ſui vel alie· iuris ſunt · l ¶ Item
in ptāte ꝛ·l·filiū hij ecīā dicitur li
beri vt xxxij·q·iiii· libi ꝛ hō puto ve
rū ſiue mīm ſit verꝫ ſiue putatiuū dū
mō cōſībentes ſolēpnit̄ ꝯtrahant
et ipedimentū ignorēt vt ī·e·c·Cū
inter iohēm Legitimati ſūt illi q̄
illegitimi naſcunt̄ ſed aliq̄ ſuper
ueniente bñficio ꝓ legitīs reputāt̄
vt ī·e·c·tanta ꝛ ut i ſequētibꝫ dicā
¶ De adoptiuis ꝛ errogatis dixi ī·
de cog̃·legali· Naturales ſūt q̄ ex
cocubinis naſcunt̄ vt xxxij·q·iiij·li
beri ¶ Subdiſtinue meli⁹ filiorꝫ
Alii ſunt legitimi nō naturales vt
Adoptiui ꝛ arrogati · Alij ſunt le
gitimi ꝛ natur̄les ut ex legitīs ma
trimonijs procreati ſiue veris ſiue
putatiuis ut ſupi⁹ dictū ē· Alij ſūt
naturales ꝛ nō legitimi vt nati·ex
cōcubinis īdubitato affectu retēt̄
hii ab iteſtato ſuccedūt parentibꝫ
vna cū mrib⁹ in duab⁹ vnciis vt

·C·d natura li·in autū licꝫ pri· Alij
ſpurij vt nati ex dampnato coitu
hij i nullo ſuccedūt ymo nec paſci
a parentibus debent vt in autū q̄
bus mo·na·effi ſui·§·antepl̄t ī·e·c
ꝑ uenerabilem in fine xxxij·q·iiij·
dicat Sūt ꝛ alia genera filiorum
nam ſunt alij ſpūales vt xxx·q·i·
oīs ꝛ·q·iij·c·i·ꝛ ij·dicunt̄ ecīam
filij ſcḋm legem veteris teſtamenti q̄
ex āćillis ꝛ pr̄onis de volūtate vxo
ris naſcātur vt lvi·di·ꝑſma hel·ꝛ
xxxij·q·iiij·recurrat ꝛ qđ dixi ī·ꝙ
filii nati ex legitimis mrīonijs di=
cuntur libēi fallit qꝛ natus ex an=
cilla l̄ ſeruo l̄ ex ancilla ꝛ libero ꝙ
uis matrimonialiter ꝯiūctus non
tamē eſt liber ut xxxii·q·iiij liberi ꝛ
nichilominꝰ verꝫ eſt mrīoᵐ inter
ſeruos vt ī·de coniugio ſeruo·c·i·
¶ Item contingit ꝙ nati ex iuſtis
nupcijs liberi nō ſunt vt cū aliqui
caſualiter i ſeruitutē redigūtur ut
no·ī·de natis ex libo ventre·§·ca=
ſualiter ¶ Octo modis legtiant̄
filij naturales· Primo ſi q̄s cōcubi
nā ſuā duxerit in vxorē legitimat̄
fili⁹ natural̄ non ſpuri⁹ vt ī·e·c·
tanta ꝛ c·gaude⁹ ¶ Scđo ſi pat̄
tradat filiuꝫ naturalē ſeruicio curie
ciuitatis de q̄ ipe oriūd⁹ exiſtit l̄ cu
rie ciuitatis metropolitañ vt inſti
de nup·§·vlt ¶ Tercio ſi pr̄ natu
ralis filiā ſuaꝫ copulauit i mrīomio
officiali curiē ciuitat̄ de qua ipē oriū
dus ē vel ciuitat̄ metropolitane vt
·C·de naturali·li·l·iii Quarto ſi ip

ſe natural' ſeipm offerat cū nō ſup
eſt legitīa ꝓles nā alˀs nō licēt ei ſe
offerre ꝛ ſi licēt pn̄ ſeipſū offerre
vt i autn̄ quibꝰ mo·na·effi·ſui §·ꝛ
iſte modꝰ coll' vij Quitō ſi prē defi
ciente ltīma ꝓle ꝛ īmō q̄ impedi=
to cū ꝯcubia offerat pces pn̄cipi et
pn̄ceps eas admittit vt in autn̄ q̄
bus mod̄ na·effi·ſui·§·illō coll' vij
Sexto ſi pr̄ i ſuo teſtō dixeit na
turales legitīos ut i autn̄ q̄bꝰ mo·
na·effi·ſui·§·ſi uo nͤ coll' vij Dcp
tio ſi patˀ i inſtrō pbl̄ico l' ꝑpa ma
nu ꝯfecto hn̄te ſbſcpcōz triū vel ac
uꝫ teſtiū dixeit nāles legitīos Oc
tauo ſi vni ex filijs pbibueit h' teſti
moᵐ nā h' ſuffiat alijs ad legitīa=
cōz ut i autn̄ ut liceat mr̄i ꝛ auie §·
ad h' coll' viij·Eſt ꝛ nonꝰ caꝰ legi=
tiandi cū ꝑp legitiat aliquē ſꝫ cū ꝑ
ſupiores mōs legitiati admittant
ad actꝰ legitīos ꝛ ſucceſſiōeꝫ nūqꝫ
legitiatꝰ a ꝑp admittet ad pdicta
Ad h' dixeit q̄d ꝙ ꝑp n̄ hēt ptātē le
gitiandi q̄ ad actꝰ ſeculares ꝛ ſuc
ceſſiōꝫ ſꝫ eo ipō ꝙ q̄s legitiat ab eo ī
ſpūalibꝰ legitiari videt ī tēpalibꝰ
ne ſit abſurdū ꝙ legitiatꝰ ad ſpū
alia illegitiatꝰ ad tēpalia cenſeat
ar·ad h'·ff·d inſ dic·ꝛ relegat·l·re
legatoꝝ·§·vlt·ff·de ſenato·l·q̄ in
dignꝰ·ff·de ꝓ·expoꝛ·l·cui pacto is
igit quē ꝑp legitiat itelligit·ltīma
ad tēpalia p ꝯſeq̄ncīā q̄ndā ut ī·e
c·p venerabilē q̄d ei p ꝯſequēciam
optinemus ut ff·d pe·l·moꝛis i pn̄·
C·ſi aduſus trn̄ſac·l·ij·C·de dilat·l·

ſi qn̄·C·de tēpo·ī inte·reſti·l·petēde
nec mirer nā q̄uis ꝑp nō exceat iu
riſdictōꝫ ꝯtenciosā i tēpoꝛalibꝰ pt
ꝙ in caſibꝰ vt s̄·de iud̄·nouit ī·e·c
Cauſāqꝫ·legitimare tn̄ nō eſt ꝯten
cōſe iuriſdictōis ſed voluntarie ſic
manumittere adoptare emācipare
vt·ff·de offi·ꝓcō·l·ij ꝛ iij·Sed
querit an videat legitiatꝰ ad dig
tates is quē ꝑp ſimplicit ltīmat ꝛ i
forma cōi Rn̄o nō Itē quid ſi ad
dignitatē legitiet nūquid de epāli
intelligitur videt ꝙ nō h' ei indul
gēcia ad epatꝰ l' archiepatꝰ n̄ ſo
let extēdi ſꝫ ad pſonatus alios ꝛ
dignitates mioꝛes vt ar·s̄·de cō·p
bē·vel ec·dilcꝰ filiꝰ nam ꝛ cit epa
tum ſūt alique dignitates ut s̄·de
filijs pſbi·nimis ad quas itelligo
p indulgēciā hmōi diſpēſatū qꝛ h'
indulgēcia odioſa ē cū deroget iuri
cōi ꝛ iō reſtrigēda vt·ff·de·libis ꝛ
poſtu·l·cum quid ꝛ·s̄ de conſang·
et affi·ꝙ dilco ꝛ ſup·de tranſlac·
prela·licet In ſumma nōndum
eſt ꝙ ad probandam filiacōeꝫ ꝓ
deſt parentū pꝛofeſſio vt·ff de pꝛo
ba·l·eciam matris·ff·de liberis
agnoſ·l·i·§·iul'·infra·e·c·p tuas·
ff·de pꝛoba·l·vlt·Item affectio·
vt·ſupra·de pſum·afferte·C de rei
vxo·ac·l·i·§·ſi vero·xxiij·queſti·
iiij ea vindicta·C de moffi·teſta·l·
ſi mr̄·ff·de ritu·nup·l·nō ſolū·hāc
preſūpcōnē induciīt pro filio nec
tamen ad ſucceſſionē ſuffiāūt ut·C
de teſta·l·neqꝫ pꝛofeſſio ꝛ l·ſi pr̄

et ·C·de ꝓba·l·nõ nud⁹·ſic ⁊ econũ
ſo ſi pr̄ filiũ negat·p̄ris negatio p̄
ſi pꝛoẽz induat ꝯ filiũ nõ ꝓbacoẽz
Vñ negacõi nõ ſtat·ut·ff·ad car-
boñ·l·i·§·ſi q̃s·ff·de libe·agnoſ·l·
iiij·ff·de inof·teſta·l·ſi inſtituta·§·i·
¶ Jtē nõ ꝙ q̄ntũ ad h̄ vt filij le-
gitti naſcūtur ſufficiat bõ fides vtri
uſq3 cõiugũ vel ſalti alteri⁹· vt ſcz
credat mrioᵐ fore legittimũ·vt ī·
e·c·Ex tenore·Quidā tñ dixerit ꝙ
ſi alr̄ parētũ ſciat ipedimētũ mrio
nij ⁊ alr̄ ignoret fili⁹ natus ex hijs
legittim⁹ erit q̃ ad ignorantē·ille
gittim⁹ q̃ ad ſucceſſionē ſciētis ipe
dimētũ ar·ad h̄·xxxij·q·ij·ſolet q̃
ri·⁊·c·aliq̄n·C ſoluto mrimonio·l
ſi ignorās·C·de inceſti·nup·l·qui ꝯ
ff·de tributo·l·iij·Sz h̄ nõ placz·
Nā h̄ mõſtruoſũ eſſet aliquē ꝑ p
te fore legittimũ ꝑ pte legittimum
ut ī·e·t·p·veneabile ſic alibi lex dt
abſurdũ eē ſi aliq̃s dicat pti liber
et pti ſuu⁹·vt·ff·de libe·cā·l·ſi duo
h⁹·¶ Sz veri⁹ ē vt dicat ꝙ ſi ābo
parētes ignorāt viciũ vel alr̄ locũ
hz qd̄ p̄mo dixi ꝟ ſi ābo ſciret ipe
dimentũ mrionij vel ignoraret ⁊
clam ꝯheret non facta denũciacõe
in eccā tunc affectatores ignoran
cie vident ⁊ eoꝝ ignorācia filios ñ
excuſat·vt·s̄·de clandeſti·deſpon·
Cũ inhibicõ·qd̄ intelligas eē veꝝ
cũ mrioᵐ eſt ipedimētũ ꝯgnacõis
vel alicui⁹ p̄ximitas eo ꝙ illa cum
inhibicio dicit ſi q̃s vero hmõi clā
deſtina vel interdicta cõiugia inis

re p̄ſumpſeit in gradu ꝓhibito
eciā ignorāter ꝓles de tali ꝯiūctio
ne ſuſcepta prorſus illegittia cēſe
af·ceteꝝ ſi alr̄ ꝯhēciũ ſciat ipedimē
tũ alteri⁹ quo ad mrioᵐ ꝯhēdũ ⁊
nichilominꝰ cũ eo ſolēpnit̄ ꝯhat
ſolēnitas viciũ abolet vñ īmm eit
legitimũ ⁊ ꝓles legittia ⁊ liba dũ
mõ mr̄ nõ ſit ācilla·vt·s̄·d̄ ꝯiugio
ſuuo·ꝓpoſuit·vt·s̄·de natis ex libo
ven·c·vno·⁊·s̄·de ſuuis nõ ordi·di
lect⁹·ꝟ ſi alr̄ ꝯdicõnē alteri⁹ igno
raret et clā ꝯhēt adhuc puto ꝓlē
naſci legittimā ar·ff·ſoluto ma·l·
ſi cũ dote·§·vlt·nõ obſtāte p̄dicta
conſtitucõe Cũ inhibicõ·q̃ loq̄nt̄ in
impedimēto ꝯgnacõis vt dictũ eſt

¶ Qui mrioniũ acuſare poſ-

H Atten⁹ tractau⁹ de mrio
nijs ⁊ eoꝝ ipedimētis·nūc
de diuorcijs tractaturi q2
diuorciũ acuſacõ ſolet p̄cedē de ac
cuſacõe mrionij p̄mittam⁹·⁊ ideo
ſubiacit h̄ rubica q̃ mrioniũ acu-
poſ·vel in ipſũ teſtificari·¶ Viden
dũ ē igr̄ q̃ mrioniũ acuſaē poſſint
et qui i ipſũ teſtificari valeāt·⁊ q̃
lit acuſacio ſit faciēda·Vnũ tñ p
mitto ꝙ p̄ᵐ iura canonica ⁊ i foro
eccāſtico iꝓprie dicit̄ acuſacõ qm̄
huius peticio vel actio ⁊ ſi de cri-
mine fiat nõ tñ ē c̄minal̄ ꝟ q̃i mix
ta int̄ cīlē ⁊ c̄minalē·vt·s̄·de pai-
tue·ſic ⁊ q̄rela ioffiõſi teſtamēti
dicit̄ mixta int̄ ciuilē ⁊ c̄iale·vñ
plerũq3 vocat̄ q̄rela·vt·ff·de ioffi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

testa·l·i·eo ꝙ qui querelã ꝓponit
peticõ3 hẽditat̃ excꝫt ut·ff·de inoffi
ciosó testa·l·q̃ de ioffiĉoso · Aliũ di
citur accusacõ ut·C·e·t·l·eũ q̃·sic et
cũ ꝯ cõsecñõ expiapitur ⁊ si de crĩie
expiatur non ẽ tñ qõ crimial̃ vñ
i hijs casibꝫ infuerit ꝑcuratoꝛ ⁊ si
ꝑ pricipales securiꝰ ꝓcedat̃ ut s̃·
de ꝓcu·tue ĩ·de accuſ sup hijs ⁊ õ
hẽ materia pleniꝰ t̃ctaui·s̃·de ꝓcu·
ꝯdant̃ Possunt accusare ĩmĩ soli
viri ⁊ ñ alij ut cũ agit̃ de aliq̃ ꝑpe
tuo ipediẽto ꝙ peccato sbiectũ ñ ẽ
puta de frigiditate naturali de ma
leficõ l̃ artacõe nõ ei int̃est alioꝝ h̃
agẽ ñ eoꝝ q̃ cũ aliq̃ ex ipedimẽtis
supioribꝫ sũt ꝯiũcti ⁊ i tali ꝯiũctõe
ꝯstituti ñ peccãt ut ñ p̃t habẽ ꝯiu
gẽ ut vxorem salti hẽat ut sororẽ ut
xxxiij·q·ij·rq̃sisti·s̃·de frigiõ ⁊ ma
le·ꝯsultacõi· Et idẽ puto vbi erroꝛ
ꝯdicõis alti̅ꝰ effẽcit mrioniũ ipedi
mt Nã ⁊ tũc nulliꝰ ipetẽ p̃t ĩmĩ tale
ñ is q̃ deceptꝰ existit l̃ aliꝰ ipiꝰ noĩe
q̃ si sciẽs ꝯdicõez altiꝰ semel ꝯsẽsit
tollit̃ acció ut s̃·de ꝯiugio ſuoꝝ ꝓ
posuit Itẽ vbi agit̃ ad sepacõez
mutue ſuitut̃ ꝓpt̃ adulteriũ ab al
tero cõmissũ solꝰ mariꝰ l̃ sola vx
oꝛ agẽ põt nulliꝰ altiꝰ int̃est ñ illiꝰ
cꝰ thoꝛꝰ maculatus ẽ nã viri adul
teriũ eciã vxorẽ cõmq̃nat ⁊ eꝰ ut
xxxij·q·i·i cõiugio·p̃t ⁊ dissimulaẽ
si velit dũmõ ꝯiũx i adultio nõ per
sistat qꝛ tũc secus ut xxxij·q·i·si q̃s
et i alio si q̃s vxorẽ·p̃t ⁊ remittere
adulteriũ iã cõmissum ut·s̃·de iure
iur̃ queãdmoõ ẏmo ⁊ pꝰ diuorciũ

p̃t sibi adulteriũ recõciliare ut xxx
ij·q·i·ꝙ ãt s̃·de ꝯiuſ cõiuga·gaude
mꝰ·C·ad le·iul̃·de adul·i autñ ẜ ho
die· Sꝫ si agat̃ de cõsãguinitate l̃
affinitate seu de cog̃cõe spũali vel
publice honestat̃ iusticia qꝛ huiõi
cõiũctões nephare sũt ⁊ coitũ icel
tuosũ iducũt licꝫ viro l̃ vxori ĩmĩ
accusare·licꝫ ⁊ parẽtibꝫ q̃ si defue
rint ꝓximioẽs admittũt̃ Et ẽ racõ
q̃re isti extneis p̃ferãtur qm̃ paren
tes ⁊ ꝓximi suã genealogiã cũ tes
tibꝫ ⁊ cartis·tñ ex recitacõe maioꝝ
sciẽ laborãt·vt ĩ·e·c·videtur·et ꝙ
parẽtes p̃ferãtur extneis i h̃ casu ꝓ
bãt leges·ff·ad le·iul̃·de adult·l·i·
ꝯ·ult̃ ⁊ l·si mariꝰ·q̃bꝫ cessãtibꝫ ac
cusare extnei admittũt̃ alꝭ ñ vt·C·
ad·le·iul̃ de adul·l·q̃uis licꝫ eñ
h̃ accio l̃ accusacio sit ꝑplar̃ vt ĩ·
e·c·Cũ i tua tñ repellit̃ q̃s ab accu
sãdo ꝓpt̃ turpitudiẽm q̃stus ut ĩ·
e·c·significante Itẽ ⁊ si suspectus
hẽat̃ eo ꝙ p̃ñs fuit tp̃e denũciacõ-
nis ⁊ cũ sciret ipedimẽtũ tacuit vt
ĩ·e·c·cũ i tua·oli p̃scp̃cõ·xx l̃ xviij
ãnoꝝ repellebat accusatoẽs ĩmĩ
hodie uõ ꝯiũcti talit̃ nulla lõgiq̃ta
te defẽdũtur ãnoꝝ ut s̃·de ꝯsãg·⁊
affi·nõ dꝫ i fi· Sꝫ nũq̃d is q̃ rpel
lit̃ ab accusãdo mriõ admittet̃ ad
denũciãõ Rñõ videt̃ ꝙ sic ad õnũcia
cõez canonicã q̃ attẽdit̃ cca peccĩ
ꝯitẽdũ nã ad illam quilibꝫ tenet̃
vt·s̃·de cog̃·spiri·tua ad q̃ aditti
tur eciam is qui accusare non põt
vt·s̃·de iure iur̃ queãdmodũ i fine
In q̃ qualiscũqꝫ noticia suffiat vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xxij. q. v. ſ. videt. i. q̄ turpitudo ꝑ
pna nō obſtſtit ut. ſ. de ſpōſa. p̄te
rea. quā iuramētū pcedēs n̄ ipedit
vt xij. di. mrionū. Ad pꝫ ſi qs ſe
iuramēto aſtrixerit nō faciēdā iura=
mēti temerariū reputat ut i p̄dcā
dec. queadmodū ſ. i denūciacōe euā
gelica q̄ ē ca pctm̄ cōmiſſum attēdi
tur nō ɔtigit ut nō ob de ea. ꝗ. ꝺ ac
cuſa. inqſicōi. puto tn̄ ꝙ ſi is q̄ ab
accuſācō repellit ad denūciand nō
admittat ne p vnā viā expulſus i
grediatur p aliā ꝙ eē nō dꝫ. ut. ſ.
de pcu. tue. ff. p ſocio. l. ideoqꝫ. ff.
de ɔdic. inſti. l. q̄ ſub ɔdicōe. Itē q̄
ritur an in qōe mrioniali admittā
tur parētes ad teſtificand. Rn̄o ſi
q̄rat an mrionū ɔctū ſtare poſſit
vel nō rōe cōſāguinitatis vel affini
tatis admittātur. ut ꝗ. e. c. videtur
xxxv. q. vi. c. i. idē ſi agat de ɔhēdo
ɾ ad ipediend ne ɔhat oppōnatur
cognacio in caſu quē hēs ꝗ. e. c. Cū in
tua. ſi vō agat an mrionū ſit ɔc=
tū an n̄. tūc locū hꝫ diſtictio decre.
ſ. de teſtibꝫ ſup eo. pbacio āt eoꝝ
q̄ ſup ɔſanguinitate vel affinitate
teſtificātur fieri dꝫ cū iuramēto du
os articulos ɔtinēte vt dicāt ita ſe
a maiorib accepiſſe ɾ credē ita eē
vt. ſ. de teſtibꝫ q̄dcs. hodie eī ne
ceſſariū ē ꝙ is q̄ teſtificatur ſup ḡ
dib pentele vident aliqs i aliq̄ ḡ
duū ɔſtitutos. vt. ſ. de teſt. l. ꝫ ex q̄
dam in fi. ¶ Cū agitur ad diuor=
ciū ꝓpter adulteriū ɾ ſi forſan
oporteat agentem inſcribere vt de

ſignet in ſcriptis nomen locum et
tempꝰ ɾ oia que cōprehenduntur
ij. q. vlt. libellorum ad talionez tn̄
non debet ſe aliquatenꝰ obligare
ne forte cum in probacōne defecerit
intencōis ſue conſequatur effectuz
vt. ſ. de procu. Tue. poteſt tamen
maritus accuſare vxorem de adul
terio iure tn̄ mariti ꝗ. lx. dies cōpu
tandos a tempore diuorcij. vt. ff. ꝺ
adult. Is cuiꝰ. Sed iure extranei
eciam pꝰ hos dies dum tn̄ non ex=
ceſſent quinquēnium. vt. ff. ad le.
iul. de adul. l. mariti. §. preterea. ſꝫ
ad thori ſepacōez eciam poſt illud
tempꝰ auditur. vt xxxiij. q. ij. Ad=
monere. Ius autem mariti ſeu pri
uilegium ꝗ. lx. dies in quatuor con
ſiſtit. Primo quia ex ſola ſuſpicio
ne adulterij ream facit vxorem. vt
iiij. q. iiij. §. aliqn̄do. C. de adul. l. ꝙ
uis ꝗ. de adult. maritus. ꝙ itelligo
in ſuſpicōne vel preſūpcione violē
ta. vt xxxij. q. i. dixit. ſ. de preſūp.
lr̄is. Scdo qꝛ p̄fertur alijs volen
tibꝰ accuſare. vt in. l. predicta q̄ꝛ
uis. ɾ. ff. e. ti. l. ſi maritus. Tercio
quia non iſcribit ſaluo eo ꝙ dicāt
illa dec. tue. ſ. de pcu. Nouo tamē
iure cum maritꝰ agit ad penā lega
lem in foro ſeculari contra vxorem
inſcribere tenetur vt in auc. vt lice
at matri ɾ auie. §. cās. Quarto qꝛ
de calumpnia non punitur niſi eui
dens ſit calumpnia. vt. C. de adul.
l. iure mariti. ff. e. t. l. is cuiꝰ. §. vl.
ſed ſꝫm canones non videt ꝙ pena

taliõis locũ hẽat ſiue crimialit̃ aga
tur ut· xxxiij· q· v· ħ ymago· ſiu ciui
lit̃ vt· ſ̃· de ꝑa· tue· vbi ãt de ꝑpe
tuo ipedimẽto agit̃ ſiue a ꝯiugibꝫ
ſiue ab extneis ſimpliciť petiõ for=
mãda ẽ vel petiõ faciẽda ut denũcie
tur mrio^m nullũ ⁊ ꝯiũcti nephare
ſepẽtur ꝑ ſcpturã aũt abñs mrio^m
accũare ñ pt ut ĩ· c· A nob̃ ñ· q· vlt·
ꝑ ſcpta· nec denũciare ut ĩ· de ac· in
quiſicõi ¶ Repellit̃ ãt ab accuſacõe
q pñs fuit tpe denũciacõis ⁊ ſciẽs
ĩpedimẽtũ tacuit· pt̃ qꝫ ſi ex legitia
cã ad eũ non potuit denũciacõ ꝑue
nĩe ut ĩ· e· c aũ i tua l' ſitmẽs ꝓbacõ
ne deſtitui ñ accuſauit vt· ij· q· vij
plenqꝫ vel ñ iõ tacuit qꝛ vidit aliũ
accuſãtẽ quẽ vult docẽ ꝑuaricatum
fuiſſe vt· ff· de preuari· l· iij Sũt ⁊
alie cẽ ꝓpter q̃s repellit̃ q̃s ab accu
ſacõe mrionij q̃ ſunt gñales ⁊ ꝯẽs
in oidus accuſatoribꝫ ⁊ ꝓſeq̃ntur
ħ ĩ· de accuſa· ¶ In ſũma nõndũ
ẽ qꝫ in mrionio ꝯtẽcto nõ hꝫ locum
accũcio nõ ei accuſari pt qꝺ nonꝺ
exiſtit ut· ſ̃· ꝺ deſpõ· impu· Ad diſ
ſoluẽꝺ ſꝫ habet locũ denũciacio Itẽ
ſpõſalia de futuro cõtrẽcta leuiter
ipediũtur vt ſi dicat̃ illã de c' ſpõ
ſalibꝫ agitur a ꝯ gẽto futuri ſponſi
fuiſſe ꝑcognitã nã ſtabitur in hoc
ſimplici aſſcõi ſic dñt̃ Sed poſt
ſpõſalia ꝯtcta ꝑ hoc ñ ĩpeditur mĩn
cõtrahendum niſi probetur ſaltum
per famã loci vt· ſ̃· de ꝯſãg· ⁊ affi·
ſup eo ſed ad ſepandum mrionĩũ
iam contractum nccẽm eſſet hoc ltie

probari vt· ſ̃· de eo qui ꝯg· ꝯſang·
vxoris ſue de illo·

¶ De diuorcijs

Dictum eſt ſ̃· de accuſacõe
mrionij ſed quia accuſa=
cione precedente ⁊ legitia
cauſa probata ſolet fieri diuorciũ
Idcirco poſt tractatũ de accuſa=
cõe mrionij ſubiciatur hic rubrica
de diuorcijs· ¶ Videamus igitur
quid ſit diuorcium· vñ dicatur· ex
q̃bꝫ cãis fiat diuorcium· q̃s poſſit
ferre ſñiãm diuorcij· Diuorcium
eſt viri a muliere vel mulieris a vi
ro legitima ſepacõ· legitima iõ di=
co qꝛ quos de' ꝯiũxit hõ nõ ſepet
·ſ· violenter ſine lege abſqꝫ rõne
Non ei homo ſepat q̃s pẽ dampt
quos reatus accuſat quos malefi
cium coartat ut xxxiij· q· ij· q̃s deus
¶ Dicitur aũt diuorcium a diuer=
ſitate mẽciũ qꝛ hij q̃ mrio^m diſtra
hunt in diuerſas ptes eunt̃ vt· ff·
de diuor· l· i ¶ Plures ſũt cẽ diuor
cij ſ^m iura ciuilia vt i autñ de nup·
§· ꝑ occaſionem vt in autñ vt lice
at ma· ⁊ auie §· quia vero· ſed dici
mus iura illa nõ tenere ⁊ idẽ dico
in oĩbꝫ aliis legibus ex quibꝫ ha=
bentur diuorcia ſeu repudia fieri
poſſe pret̃ cãs canonicas q̃s inferi'
ꝓſequemur Nã mrionia iure poli
nõ iuẽ fori regũt̃ vt ij· q· iij· §· hinc
diſtinguẽdũ· ¶ Que vero ſũt cauſe
legitie ꝓpt̃ q̃s ſit diuorciũ quo ad
thoꝝ ⁊ mutuã ſuitutem non quo

ad ſed? ſeu vinculū mr̄ioniale q̄ ſi ſemel teneat ⁊ mr̄io^m fuit ɔſūmatū non dimmit̄ n̄ morte vt xxxij·q·vij·in fuenicte diuorcō·⁊·c·licite i aut̄·de nup·§·deinceps·ſcz religio et fornicacō·de r̄ligione diximꝰ ſatis·ſ̄·de ɔuꝯ·ɔiuga· Fornicacio āt ꝓpt̄ quā p̄t fieri diuorciū duplex ē·corpalis ⁊ ſpūal·. Ob fornicacōez corpalē licite dimittit̄ vxor vel vir·vt xxxij·q·i·dixit dn̄s·⁊·q·vij licite· Hoc tn̄ fallit in ſeptē caſibꝫ Primꝰ eſt ſi ⁊ is q̄ agit de fornicacōe ɔuincit̄ vt xxxij·q·vi·p totū ⁊̄·e·c·ſignificaſti·tūc eīm mutua crimina pari ɔpēſacōe delent̄·vt in p̄allegatis iuribꝫ·vt ⁊̄·de adulte·intellexīmꝰ·vt·ff·ſoluto mr̄imonio·l·viro atqz vxore·ff·ď adult̄·l·ſi vxor·§·ſi iudex· Secūdꝰ ſi vir vxorez ꝓſtituat vt·ſ̄·de eo q̄ ɔgno·ɔſāg·vxo·ſue diſcrecōi· Terciꝰ ſi mulier credēs maritū mortuū nubat alteri quā maritꝰ redieꝰ tenet̄ recipe ſine fornicacōis excepcōe·vt xxxiiij·q·ij· Cū p bellicā· Quartꝰ ſi q̄s falſo ſimulās ſe maritū lectū alt̄iꝰ intrauit et ɔgnouit vxorē·vt xxxiiij·q·ij·in lectū· Quintꝰ ſi mulier fuerit vi oppſſa·vt xxxii·q·v·ꝓpoſito· qď itelligo in vi abſoluta nō in cōdicōnali oēs eīm cauſacōes apl̄s āputant vt xxxii·q·vij·oēs cauſacōes Sextus qn̄ maritꝰ recōciliat ſibi vxorē adulterā vel eā publice adulterātē retinet nichilominꝰ in ɔſorcio maritali·vt xxxii·q·i·c·i·ij·et·iij·⁊ C ad le·iul̄·de adul·l·crimē adult̄ij· Septimꝰ lꝫ raro occurrat ē ille quē poit ſinis dec̄ ⁊̄·e·gaudeꝰ· Sꝫ q̄rit̄ ſi maritꝰ accuſat vxorē de adulterio durāte accuſacōe vxor petit debitū nūqd vir tenet̄ reddē ⁊ ſi volūtarius reddat·nūqd ſibi p̄iudiciūz parat ⁊ irregularis efficiat̄ Ad qď r̄nō ſi notoriū ē mulierē adulteriū ɔmiſiſſe vir nec exigē dꝫ debitū nec reddere nec mulieri reſtitui·vt ⁊̄·e·ſignificaſti·n̄ vir fuerit fornicatꝰ vt ibi de·⁊ vt ſupiꝰ dictū ē·§·p̄mus· Si āt volūtariꝰ exigat vel reddat debitū ⁊ ſibi p̄iudiciū parat·vt ar·ſ̄·ď cōiugio·ſuo·ꝓpoſitū·⁊ irregularitatē incurrit·vt xxxiiij·di·ſi cꝰ vxorē ⁊ xxxii·q·i·c·i·⁊·e·ſi q̄s vxorē· Si vō adulteriū mulieris nō ſit notoriū vir nō exiget ſꝫ reddet exactus qꝛ an̄ ſn̄iaz nō dꝫ vir p̄uare vxorē ſuā iure ſuo·vt ⁊̄·e·c·porro·⁊·ſ̄·vt lite pen̄ laudabilez·⁊ viij·q·iiij·nōne Item q̄ritur an maritꝰ pꝰ ſn̄iaz diuorcij poſſit adulterā ſibi recōciliare inuitā videtur q̄ ſic·ar·C·de legibꝫ ⁊ ɔſti·l·q̄ fauoē· Itē innocēs nō p̄uatur iure qď hꝫ in pſona nocētis ſꝫ ecōuꝰ vt·C·ad le·iul̄·ď adul·l·i auc̄·ſꝫ hodie nec ſn̄ia pꝺerit mulieri ɔ̄ quā lata ē·vt·ff·de excep·rei iud̄·l·euident̄·nec pena p̄ſtabit immunitatē·vt·ff·de int̄dictis ⁊ r̄legat·l·relegatoꝝ·§·vlt̄· Contigit ⁊ alſ q̄ vnꝰ ɔiugū hꝫ ſeruitutē i alto alto amittēte·vt·ſ̄·de ɔuꝯ·ɔiuga·qď itrauit·xxvij·q·ij·q̄ dormicit· Itē

ſepate a viris nūq̄ͥ cohabitaret eiſ
dem ſed tollēda ē matēia fornicādi
vt ꝭ.e.c.q̄nto in fine ꝑ muliē faciat
ſnīā cui ſtādū ē niſi p ſupiorē fuerit
reuocata vt vi.q.iiij. qd ſemel. ꝯti
git āt caſualiter ꝙ ſnīā quodāmō
ꝓeſt ei ꝯ quē lata eſt vt ſi pluēs
ſint rei debēdi in ſolidum ferꝰ ſnīā
ꝯn oīs iā ex re iudicata nō pt in
ſolidū agi adūſus ſingulos vn̄ ſi
vn⁹ partē ſoluit libat vt.ff.de re.
iud.l.paulus ij.puto i qōne ꝑmiſ
ſa virū poſſe ſibi recōciliare vxorē
eciā inuitā ¶ Eſt ꝗ fornicacō ſpūalꝭ
qꝫ nō ſolū mechacō ē illi⁹ qui car
nē ſuā coīquinat ſꝫ eciā q̄ ſimulacrū
facit ut xxviij.q.i nō ſolū. differt āt
fornicacō ſpūalꝭ a carnali in q̄tuor
Pā carnalis ſemel ꝯmiſſa. ſufficiat
ad diuorciū inducēdū ſpūalis nō
niſi is qui fornicatꝰ i fornicacōe ꝑ
ſiſtat ꝗ nō peniteat vt in predcō.c.
nō ſolū Itē ꝓpter fornicacōꝫ ſpūa
lem aliqn̄ ſoluitꝰ mīm ipſo iure vt
cum ꝯctū eſt mīm inter duos infide
les vn⁹ ꝯuertitur alter ꝑſiſtit i for
nicacōe ſpūali nec vult cohabitare
vel vult ſed cū contumelia creato
ris vel ſaluatoris ꝉ vt ꝯiugem tra
hat ad mortale pccm̄ vt ꝭ.e.c.q̄n
to.xxviii.q.ii.ſi infidelis Item cō
ſulitur innocēti cohabitare fornicā
ti ſpūaliter vt xxviij.q.i iam nunc
et.c.ſic enim ſed in fornicacōe car
nali prohibetꝰ vt xxxij.q.i.c.i.ii. ꝗ
iiij. Item ſi is qui ſpūaliter forni
catur ad fidem redeat alter ꝯpelli
tur conuerſum recipere ꝗ ſibi recō
ciliare in caū quē hēs ꝭ.e.c.gaude⁹
in fi. qd in fornicacōe carnali n̄ con
tingit pt ei innocēs ſi vult ſibi re
conciliare fornicātem carnalitꝰ ſꝫ nō
cogitur vt.xxxii.q.i.de bn̄dicto. ꝗ
qd ꝑrie dixi. fidelē cogi reconciliare
ꝯūſū intellige verū eē ſi fidelꝭ ab in
fideli receſſit iudicō eccꝰnā alioqn̄
ſecus vt ꝭ.e.c.de illa ſm quam in
telligi pt finis illi⁹ decꝭ.gaudemus
vel dicas indiſtincte cōpelli.vt di
cit illa gaudemus ad quam trahi
tur hodie decꝭ.de illa. ꝗ intelligo ꝙ
mīm recōciliatum erit nouū mīm ut
probatur ꝭ.e.gaudemus.§.ꝙ ſi cō
uerſum.nec mireris ꝙ quis ad no
uū mīm ꝯpellatꝰ hoc enī ꝯtingit fa
uore religionis ꝯtingit hoc idem ꝗ
alꝭ.ꝭ de eo qui dux.in ma. ꝙ pol.
per adul.ꝓpoſitum ꝭ. de adultꝭ.c.i
xxxvi.q.ij.tria.ꝗ in caſu premiſſo
is qui reconciliat ſibi conuerſum
non contrahet bygamiam quia ꝗ
ſi ſecundo contrahat nō tn̄ ꝯtrahat
cum duabꝰ nec diuidet carnem ſu
am in plures ¶ Fit igitur diuorciū
per contumeliam creatoris quia
cōtumelia creatoris ſoluit ius ma
trimonij in eo qd relinquitur vt
infra.e.c.q̄nto ꝗ xxviij.q.ij.ſi infi
delis Sed et nichol⁹ in eo qui re
linquid.mīm enim quo ad ſubſtā
ciam claudicare non poteſt nam
ſi eſt mīm oportet vt ſit inter duos
vt ex diffinicōe mīmij probatur vt
no.ſupra.d ſpon.§.ſequitur ꝙuis

videatur q̄ tal' reſpectib⁹ claudi
care q2 quāq3 vn⁹ tenetur ad ſuiꝫ
tutē alt' nō. vt. ē. de ↄuīſ. ↄiu. quiꝫ
dā intrauit. ē. de eo q̄ ↄgno. ↄſāg.
vx. ſue trāſmiſſe Itē ꝛ alio reſpcū
dicitur mrīoᵐ claudicare q2 vnus
tenetur ad mrīoᵐ ↄſuēd' alt' non.
vt. ē. de eo q̄ duxit i ma. quā pol. p
adulte. ꝓpoſitū. ē. de deſpō. ipube.
cōtinebat. ꝛ. c. de ill'. ꝛ ꝗ. de adul.
c. i. xxxvi. q. ij. tria. ſ3 q̄ ad eſſenciā
ſicut dixi claudicare nō pt. Dicitur
āt mrīoᵐ ſolui ē ca eū c̄ re inq̄tur lȝ
ē ē ca fidelem q2 ille ſolus ↄſuit ſine
pctō in tribꝫ caſibꝫ ſc3 cū infidelis
q̄ in infidel'itate remāſit ꝛ nō vult co
bitare ↄuſo ad fidem vel vult nō tū
ſine ↄtumelia creatoris vel vt tra
bat fidelē ad mortale pctm̄ alt' aūt q̄
i mrīo peccat odio nois xpiai ſine
pctō n̄ ↄſuat l'ecca n̄ cuāuit dr̄e de i
fideli q̄d eū ad nos de hijs q̄ fois
ſunt. vt. ij. q. i. multi. ꝛ iō dixit tm̄
mō de fideli. Sꝫ q̄lit' de lȝ fiet ſiꝫ
ꝙ infidel' nolit cohitare fideli vl' co
habitās baſphemet vel trahat fid
lem ad mortale pctm̄ R̄n̄o p teſtes ꝛ
ꝓpterea vt de ſcd̄o mrīonio dubiꝫ
tari nō poſſit laudo fideli vt teſtes
adhibeāt cū infidel' req̄ſit⁹ cohita
re cauſat vel cū cohabitās blaſphe
mat vel trahit ad mortale pctm̄. Ali
oq̄n ſi de ſcd̄o mrīonio ↄtingēt du
bitari deficēt non ius ſ3 ꝓbacō vt
ff. de teſta. tu. l. duo ſūt ticiī ꝛ pba
cō: deficiēte ecca miliтās q̄ qn̄ fallit
et fall'it vt ꝗ. de ſnīa excō. A nobis

iudicaret ſᵐ ꝓbata. vt no. ſimile
ē. de clandeſti. deſpon. §. ideo autē
¶ Qd̄ autem dixi matrimonium
ſolui cōtumelia ſaluatoris locum
hꝫ in matrimonio cōtracto int' du
os infideles qd̄ ꝛ ſi ſit verū non tn̄
eſt ratum verū ideo eſt q2 mrīomū
eſt apud oēs gentes in xpo enim
ihu neq3 liber neq3 ſeru⁹ eſt a ſac
mentis eccē remouendus. vt. ē. de
cōiugio ſuoꝝ. c. i. ratū. Ideo non
eſt q2 diſſolubile i tribꝫ ſupioribꝫ
caſibꝫ vn̄ matrimoniū aliud inicia
tū aliud ratū aliud ↄſūmatū Inicia
atū p ↄſēſū ratū hoc reſpcū quia in
diſſ lubile q2 ↄtractū inter fideles
qd̄ nō ſoluitur niſi i caſu religiōis
vt. ē. de ↄuīſ. ↄiuga. ex publico. ꝛ
dicitur ratū ad drām illi⁹ mrīonij
qd̄ inter infideles contrahitur vt
ſupi⁹ dictū ē. Aliud ↄſūmatū. i. p
carnis copulam dicitur āt ↄſūma
tū. i. pfectū ꝛ cōpletum quibuſdā
reſpectibꝫ quia nō licet alteri itra
re religionem altero inuito ꝛ ꝓpt'
quaſdam ſignificacōes mrīonij ↄ
ſūmati. vt no. de hoc. ē. de bygā. §.
quatuor. ¶ Sꝫ q̄ritur pone ꝙ vx
or ſepet' p ſnīam a viro ꝓpt' forni
cacōꝫ ſpūalē vel carnalē poſtea vir
ſimilit' fornicatur. nūq̄d mulier pōt
vir repetē cū effcū ſnīa non obſtā
te videtur ꝙ ſic ar. ē. de iure iuran.
tua nos in ſcd̄a tua ꝗ. de adul. itel
lexim⁹ ꝛ quia mutua crimina ꝛc.
vt no. ē. e. §. p̄m⁹. ſ3 ↄ. ſentēcia hn̄
lata nō retractetur vt vi. q. iiij. qd̄

bene ſemel diffinitū eſt Itē mulier ꝑ
ſniām ſuitutē amittit quā habebat
in viro vnde ſuit? amiſſa non renaſ
citur vt. ff. de ſoluc. l. ſtichū. §. areaꝫ
Item et ſi excepcō ċmis tollatur ꝑ re
plicacōem ċmis ut ī. e. ſignificaſti et
in predcā dec intelleximus ⁊ xxxij. q.
vi. ꝑ totum excepcō tamē rei iudicate
per ſubſequēs ċmē nō tollitur. in hēc
qōe ſcṗſit frater raymūi. in ſūma ſua
ſe credē ꝙ eccleſia ex officio ſuo cō=
pellē debeat viꝝ ad vxorē redire ar. ī.
e. c. Ex lrīs. puto tñ contrariū ut ī. e. c
de illa. ō. de ꝯuꝰ ꝯiuga. c. vlt. nec ob
ſtat illa ex lrīs. nam ibi nō fuit facta
ſegregacio ꝑ ſniām ſed per prouidē
ciam ad tempus vt int'im epc inueſ
tigaret an ex colludio mulier cōfitere
tur adulterium vn̄ poſteā detecto col
ludio ſegregacō reuocatur ſeu finit'.
Sed pone ꝙ vnus ꝯiugum fornica
tur carnaliter alter ſpūaliter ⁊ ante
ſniāꝫ nunquid fiet ꝯpenſacō ſpūalis
et carnalis fornicacōis videtur ꝙ ſic
nam iſte fornicacōes ſimiles ſūt ⁊ idē
opant' q̊ ad diuorcīū vt. xxviij. q. i.
ydolatria ⁊. c. iam nūc ⁊ multo forcī
us idē opari debent quo ad recōcilīā
dū qꝛ promiores debemus eſſe ad con
iungend̄ ꝙ̄ ad ſepandum ar. ō. vt li
te non ꝯt. c. i. in fi. Sꝫ ō iſte fornica
cōes diuerſarum ſpecierum ſūt ⁊ res
diuerſaꝝ ſpēꝝ in cōpenſacōem nō ve
niunt qꝛ ſpēs cum q̄ītitate non ꝯpē
ſatur ut. ff. ď pigno. acc. l. ſi ꝯuenit.
puto ꝙ ꝯpenſacio fiat ¶ Item pone
ꝙ vir adulteretur occulte vxor aūt

manifeſtē nūquid vir p̄t eāꝫ accuſa
re de adulterio ac dimittere ſine pec
cato R̄n̄o n̄ qꝛ vxori nō deficiat ius ex
cipiēdi ſꝫ ꝓbacō vt. ff. de teſta. tu. l.
duo ſūt ticij ar. ad h̄ xxxij. q. v. ꝑ to
tū Si tñ vir egiſſꝫ pniāꝫ vxor at in
penitēs in adulterio pſeueraret ſec⁹
eēt vt xxxij. q. i. ci. ij. ⁊. iiij ¶ Sed po
ne ꝙ ꝯdulter l' adultā digne ď adul
terio penituit nūquid ex h̄ potent re
repellē accuſātē videt' ꝙ ſic qꝛ vt ait
g̊g̊ iam non debet in eo vl' ea deſpic
qď fuit qď incipit eē qď nō fuit vt. l.
di. ferrū ymmo poſt xp̄i cōſorcīū ad
ult'a nō vocetur ut xxxij. q. i. nō erit.
puto tñ contrariū eo ꝙ penitēcia nō
tollit accuſacōem vt xxxiij. q. ij. āmo
nere. ⁊ multominus excepcōeꝫ qꝛ ſa
cīl⁹ tollitur accio q̄ꝫ excepcō ar. ff. de
ſupficie. l. i. §. ꝙ autem ⁊. ff. de re iud̄
l. ⁊ in uito. §. cū dam⁹. Pretēa ꝙ vir
dimittat vxorem adult'am lex eſt ut
ij. q. i dicit dn̄s ⁊ qď legis eſt in pniā
non deletur ſicut nec in baptiſmo
vt xxvi. di. vna tm̄ Nō eīm pecꝫ non
eſt ſolui it' pecā credi nō dꝫ vt xxvi.
di. deīn̄ i fi. Item ep̄s ferre dꝫ ſniāꝫ
diuorcij cū m̄m̄ ſit magnum ſacmen
tum i xp̄ō ⁊ eccā vt. ō. de byga. debi
tum ⁊ ad ep̄m maiores cauſe ſūt re
ferēde vt xxv. di. ꝑplectis. ad eū ſpec=
tat ꝯgnoſcē de m̄m̄o ⁊ iudicare ut dic
tum eſt Si tñ archidiacōi vel archi
pbrī h̄ habeāt ex ꝯſuetudie l' p̄uileᵒ
poterunt ⁊ epi vel alij de m̄m̄ iudica
re vt. ō. de reſti. ſpo. lrās. ō. ď ꝯſang.
et. affi. Ex lrīs

¶ De dōnacō intˀ vi. ⁊ vxorē

DIctū ē .ſ. de mr̄onijs ⁊ de ipe
dimētis eorū ⁊ diuorcijs. ſꝫ qꝛ
poſt diuorcium ſequitur dotis ⁊ dō
nacōis reſtitucō vł amiſſio ideo poſt
tractatū d̄ diuorcijs ſeqˀt hic rubca
de dō. inter vi. ⁊ vx. ⁊ de dote pꝰ di
uor. reſti. ¶ Videamꝰ igitur q̄d ſit
donacio ꝓpt nupcias. q̄d dōnacio ātē
nupcias. q̄d dōnacio pꝰ nupcias. q̄d
dos. q̄t ſint ſpēs dotis. i quibus caſi
bꝰ. vir dotē ⁊ vxor lucretur donacō
nem ꝓpt nupcias ⁊ qñ dos cōſtātē
mr̄omō repetatˀ. cui ⁊ qñ dos ſit re
ſtituēda ¶ Eſt āt ſciēdum ꝙ olim
dicebatˀ dōnacō añ nupcias eo ꝙ āte
nupcias fiebat. hodie v̄o dicitˀ ꝓpt
nupcias qꝛ fit hodie āte nupcias ⁊
pꝰ. ⁊ idō merito ꝓpter nupcias nūcu
patˀ vt nomē cōſonet rei. vt inſti. de
dō. §. ē ⁊ aliud vocatˀ ⁊ antiferna id
eſt dōnacio cōtra donacōnē ab antiq̄ꝯ
ē ꝫ ⁊ fōria ꝙ ē dōnacio. Mulier ei facˀ
primo donacōnē ꝓpt nupcias id eſt
dotē ꝯſtituit. Vir āt facit aliā dona-
cionē vxori. vt. C. de dō. añ nup. l. cū
multe. vocatˀ ⁊ ſponſalicia largitas
vt in autˀ vt ſpō. larg. i rubca. ⁊. C.
de dona. ante nup. in autñ eo decur
ſum vōtur ⁊ donaliciū. ut .ꝭ. e. c. plerū
qꝫ. hō donacō q̄ fit vxori a marito nō
indiget īſinuacōe q̄uis excedat qui
gētos aureōs. vt. C. de dō. āte nup.
in autñ eū decurſuꝫ q̄d proderit mu
lieri nō viro quia ſi pactum factum
ſit de dote ⁊ dōnacione lucrādis mulier
in donacione lucrabitur vltra qīgē
tos aureos. vir aūt nō lucrabitur in
dote vltra q̄ngētos vt i ꝑōcō autˀ eo
decurſum in autñ vt ſpōſal. larg.
Rño p̄mo. ⁊ i autñ vt fratrum filij.
§. illud quoqꝫ ¶ Donacō ꝓpter nup
cias fit a ſponſo vel alio eius nomīe
ſpōſe vel alij ꝓ ea. ff. de iure dotis. l.
perfectiſſimi. rñº primo. ⁊. §. ꝙ ſi q̄s
pr̄i. ⁊. §. ꝙ ſi quis curator. ⁊. §. ſed ſi
pr̄i. ⁊ ſic intelligo .ꝭ. e. c. ⁊ ſi ncōe et.
c. nuper ¶ Inducta eſt donacio ꝓpt
nupcias vt per eam in dote conſultū
ſit mulieri quia ſoluto mr̄omō per
donacōem. i. p res donatas que aliēa
ri nō poſſunt ꝓuidebitur mulieri vt
ſalua ſit ei dos qꝛ de ea poterit ſatiſfi
eri mulieri ſoluto aūt mr̄omō ſicut
dos ad mulierem ſic ⁊ donacio ꝓpter
nupcias redit ad viꝝ. vt .ꝭ. e. c. dona
cio. §. ſane in autñ de equalitate dotˀ.
Et nota ꝙ licet dixerī idem eſſe dona-
cōnem añ nupcias ⁊ poſt nupcias ē
tñ intˀ vtrāqꝫ dr̄a qꝛ ſi dacio fiat añ
nupcias poteſt excedere quantitateꝫ
dotis ⁊ .ꝭ. ſubſiſtere. vt. C. de pac. con
uen. ſup dote. l. ex morte. ſed vbi iā
ꝯtracto mr̄omō fit donacō nō debet
excedere quātitatē dotis. vt. C. de do-
na. ante nup. l. cū multe. §. ſi igitur
dote iam preſtita. Illd̄ autˀ nō omit
to ꝙ ſi mulieri tradatur donacio et
ipa in poſſeſſionē inducatur eiuſdem
non tamen fructus ipſa ꝑcipiet. ſed
vir ad ſuſtentacionem ſue vxoris et
familie alˀs ſi maritus ꝑcipe̅ret fruc
tus dotis ⁊ vxor fructus donacionis

iam nón diceretur q̄ marit⁹ dotē recipiat ad ſuſtētenda onera m̄rio uij cū tñ ei abeſſz iuramtū deſſz vt ꝗ.e.c.p vraſ.⁊ ꝗ.de vſu.ſalubrit.

Alie āt donacōes pret̄ iſtas de q̄bus ſupi⁹ dictum ē ꝓhibite ſunt inter virum et vxorem ne mutuo amore ſe ſpolient. vt.ff.de do.int̄ vi.⁊ vxo.l.i.ſed hoc in ea donacōe optinet ex qua donatari⁹ locuple‐cior ⁊ donator effiĉitur paupior. vt ꝗ.e.c.donacō. Hꝫ ſi donator nō ſiat paupior donatari⁹ vero ↄſtituatur locupleĉior vt ſi marit⁹ heres ab aliquo inſtitut⁹ non adeat vt vxori ſubſtitute locū faĉiat ⁊ idē in legato relicto marito poſtmoduꝫ reſtituendo vxori. Nā ſi marit⁹ ſtatim vxori reſtituat animo donādi valet donacō. vt.ff.de dona.inter vi.⁊ ux.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus et.§.ſimilit̄. Itē ⁊ ſi marit⁹ rogatus ſit reſtituere hereditatē vxori certa quātitate deducta ſi reſtituat nulla facta deductione ⁊ hoc aīo donādi valet donacō.ut.e.l.§.ſi quis rogat⁹. Itē ſi maritus vxori donet rem alienā non effiĉiatur paupior ſed vxor effiĉiatur locupleĉior q̄ꝛ incipit vſucape ualet donacō. ut.ff.e.ti.l.ſi ↄſtante.⁊ ecōuerſo ſi donator effiĉiatur paupior donatarius aūt non fiat locupleĉior valet donacō.ut habes de hꝰ multa exēpla. ff.e.ti.l.ſi ſpōſus.§.cōceſſa.⁊.l.q̄d aūt.§.ſi marit⁹. Quāuis āt donacio int̄ viꝝ ⁊ vxorē facta cōſtante matrimonio non valeat.tñ ſi talis donacio maneat in uita donatoris eius obitu cōfirmatur.ut ꝗ.e.c.donacio.⁊.C.e.t.l.i.⁊ iij. ſiue fiat donacio cauſa mortis eo aīo ⁊ nō ſtatim effiĉiatur donatarij ſed demū mortuo donatoꝛe ſiuc eo aīo fiat ei⁹ cui donatur.ut.ff.e.ti.l.ſi interim §.i.⁊.ij.⁊.l.ſi is ſeru⁹. Hec donacio que fit inter virum ⁊ vxorē tribus modis reuocatur. taĉite ⁊ expreſſe ⁊ ſi p̄moriatur is qui donatum recepit.ut ꝗ.e.c.donacio.taĉite reuocatur donacio ſi diuorĉium fiat.ut.ff.e.t.l.cum hꝰ ſtatus.§.ſi diuorĉium.⁊ cum ſocer nunĉiū repudij mittit nurui cui donaueāt ut in.e.l.cū hic ſtatus.§.ſi ſocer. Expreſſe reuocatur donacio p pn̄iam quā ſup̄mā accipe debem⁹ ut in.l.cū hic ſtatus.§.i. Itē ſi res donata alienetur.ut.C.e.t.l.ſi marit⁹ tu⁹.

Nūc videndū eſt de ſecūda p̄te rubrice. Dos eſt quedam donacio facta a p̄te mulieris p̄ti uiri ꝓ oneribus m̄rionij ſuſtinēdis ⁊ quaſi eſt patrimoniū mulieris.vt.ff.de minoribꝫ.l.demq̄ꝫ.§.ꝓinde. Speĉies dotis ſūt due. Alia ꝓfectiĉia. alia aduētiĉia. Profectiĉia eſt q̄ a p̄te pro filia ab auo ꝓnepte vel de bonis eoꝝ ꝓficiſcitur vel q̄ alius de mandato ipſorū conſtituit.ut.ff.e.ti.l.ꝓfectiĉia. Aduentiĉia ē quā mulier dat pro ſe ipſa vel alius a patre vel aliquo aſcēdenĉium.ſ.uꝫ frater ſiue auūculus vel q̄uis alius

profecticia redit ad prem mortua in mrīonio filia. vt. C. soluto ma. l. dos quā legē intellexit Martin? scz libis nō ex tātibȝ qui se extarēt in dote succederēt. Nā dos ē ꝓpriū patrimoniū mulieris vt dictū ē p. l. illā deniqȝ ꝗ libeꝝ pma successio vt insti. de hed. ꝗ ab intes. defe. §. finaūt. sed bul intellexit legē illaȝ dotē idistincte siue extēt libi siue n̄ sileat ex ob libos dotis retēcio vt. C. de rei vxo. acc. l. vna. §. sileat facit pipso. ff. de iure dot. l. iure succes. Jtez alia. C. de bonis q̄ li. l. ij. Jtē ꝗ aliā. ff. de pact. dota. l. si pīo. Rȝ. Nā ibi dos retinet ex pctō libis extātibȝ ꝗ sup vacuū esset si vera esset sīa Mar. vt. ff. mand. l. ij. Rūso. i. ad. l. illā q̄ dicit pmaȝ esse cām successionis liboꝝ taliter rn̄det pr̄ nō repetit dotē iure successionis qꝛ tūc filij pferētur s̄ȝ petit iure ptātis vel ex pacto fingit eni stipulatū esse vt ꝓbatur h̄. C. de rei vxo. ac. l. vna ꝗ in autn̄. ibi sigto sed lȝ s̄m iura optineat sīa bul. tn̄ s̄m ꝯsuetudinem pualet sīa mar. ¶ Sit ꝗ alia distinctio dotis dos alia estimata. Alia inestimata si estiata det tā lucꝝ ꝗ dāpnū ptinȝ ad maritū sic ad rei eptorē. Nam estiacio vēdicōeȝ facit. vt. ff. de iur. dot. l. plerūqȝ. ꝗ. l. se. ff. ꝓ epto. l. litis. ꝗ hꝯꝝ ē estiacio vēdicōeȝ faciet n̄ estiacio fiat vt sciat tpe repeticōis in q̄ntū res fuerit diminute vt. C. de iure dot. l. si int. Si auteȝ inestiata detur tūc dāpnū ꝗ emolumentū reruȝ ad mulierē spectāt pret fruct? qui cedūt maito ꝓ oneribȝ mrīonij sustinēdis. vt. C. de iure do. l. ꝓ oneribȝ. ¶ Lucrat maritus dotē ꝗ vxor donacōeȝ ꝓpt nupcias ex pacto ꝯuento vt. C. de pac. ꝯuent. l. ex morte. ꝗ i autn̄ ibi sigto qō icipit equitas de equalitate dotis. §. hoc igitur coll. vij. ꝗ. C. de donac. an̄ nup. l. vlt. §. pactis. Jtē ex consuetudine vt. ī. e. titu. §. sane. ꝗ nō ꝗ vbi pctm̄ infueit de lucrādo locū obtinet pactū siue alter moriat siue monasteriū ingrediatur. vt. C. de epis. ꝗ cle. l. deo nobis Jteȝ de delicto adulterij. vt. ī. e. c. plerūqȝ i autn̄ vt liceat mr̄i ꝗ auie. §. qꝛ vero. coll. viij. salno eo q̄ i ca su vn? succedit alij. C. vn̄ vir ꝗ vx. l. i. Diximꝰ. s̄. quid sit dos. nunc dicam? quid sit paferna. ꝗ vn̄ dicatur. ¶ Paraferna est id qō bȝ mulier pret doteȝ dcā a para ꝗ est iuxta ꝗ ferna qō est dos. Vn̄ dicit paferna hoc est iuxta dotem hȝ eni paferna pⁱuilegium sicut dos quia sicut bona mariti obligata sūt mulieri ꝓ dote sic ꝗ ꝓ rebȝ paffernalibus. vt. C. de pac. ꝯuen. super dote l. vlt. ¶ Dos ꝯstante mrīonio in casu repetitur scȝ cum marit? ad inopiam vergit s̄m quosdam. vt. C. de iure dotis. l. vbi. ꝗ in autn̄ de eq̄li do. §. vl. coll. vij. vel ē seqstrāda cum vir suspectus habetur ꝗ sit eā dissipaturus. vt. ff. soluto ma.

l·ſi cū dotē·§·ſi marit⁹ in ſi·ꝗ·e·c·ꝑ
vrās ē de ſeqſtra·poſſ·c·vlt·ff·d
app·l·impator in ſi·ſꝫ h̄ ſiīa non
placꝫ nā ꝛ vxor tenet alē viꝝ egētē
vt·ff·de iure dot·l·mut⁹·§·manē=
te·¶ Nec obſtāt leges ſupi⁹ allega
te que dn̄t vxorē poſſe repetere do
tem viro ad inopiam vergēte qꝛ
vel ſūt correcte ꝑ autn̄ de eq̄li·dot·
§·illud·colla·vij·vel oportet illas
intelligi ꝛ determinari ꝑ illud vt di
cim⁹ vxorem poſſe repetere dotē cō=
ſtāte mrīonio viro vergente ad in
opiaꝫ vt dicūt leges veteres ꝛ ma
le gubernāte res ſuas ac male vtē
te ſb̄a ſua vt dicit autn̄ vt ſic non
ſufficiat viꝝ ad inopiam vergere
quo ad dotem repetēdam ꝯſtante
mrīonio·ſed requirit̄ ꝛ aliud ſcꝫ
ꝙ ꝛ dilapidet bona ſua h̄ ſūt ſiīa
alb̄ ꝛ Azo ꝛ hanc ſequi videtur
dec̄ ꝗ·e·c·ꝑ vrās·¶ Nam ꝛ ſi mari
tus ille ad inopiam vergeret non
tn̄ bona ſua dilapidabat vn̄ ſi do=
tē habuiſſet repeti non debuiſſet ꝛ
agēs ꝑ dote non debuit excepcōne
repelli ꝛ ꝓpterea ſiīa ꝯſulum reuo
catur ¶ Nec obſtat qd̄ dicit̄ in eadē
dec̄ ꝑ vrās·de caucōe preſtāda vt
dos ſalua eſſꝫ·qꝛ hoc fiebat ex pro
uidencia ſupioris non ſ̄m legem q̄
dicit ſatis poſſe credi marito dotē
cui credit ꝛ ꝯmittit̄ corp⁹ vxoris
vt·C·de pac·ꝯuē·l·hac lege·Vn̄ ꝓ
dote ſoluēda fideiuſſores vel man=
datores dari non dn̄t·vt·C·ne fid
iuſſ·vel mand·l·i·ꝛ ij·¶ Si vxor
viro premoriatur dos reſtituenda
eſt patri ſcꝫ ꝓfecticia vel a liberis
eſt retinēda·vt no·ē·e·ti·§·aduē
ticia·¶ Si vero diuorcium fiat viuē
te patre ꝛ filia dos reſtituenda eſt
patri ꝛ filie·vt·ff·ſoluto ma·l·ij·
et·l·poſt dotem·vel ſaltim filie·vt
ꝗ·e·c·i·ꝛ·ē·de ꝯiug·ſuo·ꝓpoſuit
et·ē·de pigno·Ex lr̄is·¶ Si vō dos
eſſet aduēticia eſſet tn̄ mulieri rō
denda·vt·ff·ſoluto ma·l·quociēs
§·i·ꝛ in tali dote pn̄t intelligi dec̄ ꝑ
allegate·¶ Nūc reſtat videre qn̄
dos reſtituenda ſit·ꝛ eſt ſciendꝫ
ꝙ ſi dos in poſſeſſionib⁹ hoc eſt i re
bus immobilib⁹ conſiſtat ſtatim
debet reſtitui mrīonio ſoluto·ſi vō
in rebus mobilibus puta pecunia
veſtibus vel animalib⁹ tunc infra
annū·vt·C·de rei vxo·acc̄·l·vna·§·
cum autem·fructus autem ſi ante
matrimoniꝫ ſunt ꝑcepti augent
dotem ſi poſt viro cedūt·vt·ff·de
iure dot·l·dotis fructus·ꝛ ſi mari=
tus impenſas fecerit in rebus dota
libus neceſſarias inputabit ꝛ do=
tem minuent vtiles repetet actione
mādati vel negociorū geſtoꝝ volū
tarias tollet abſqꝫ inmutacione pri
oris ſtatus rerum·vt·ff·de impenſ
in re dota·fac·l·i·ꝛ iij·cū alijs ſe·
¶ In ſūma notandum eſt ꝙ ma
ritus in dote reddenda non condē=
natur niſi in quantum facere pt·i·
habita racione ne egeat·vt·ff·de
re·iuris·l·in condemnacōe·ꝛ·ff·de
re·iud·l·ſunt qui·ꝛ legib⁹ ſequē·

¶ Item inter dotem ⁊ donacõez ꝓp
ter nupcias eq̄litas in q̄tuor obſ
uatur in ↄſtituendo in pctõ lucrando
in augendo ⁊ in q̄ntitate ſed i hoc
vltimo mēbro eq̄litas ſcḋm ↄſuetu-
dinē non ſeruat͛ hec ꝓbantur ī·e·
c· vlt· §·ſane· C· de pac· ↄuēt· ſuper
dot· l· ex morte ⁊ in autn̄ ſup ea ſig
tis quarū vna īcipit eq̄litas altera
augmentum·

¶ De ſecundis nupcijs·

Tractatū ē· ſ· in gn̄e de ma
trimonio· nūc tractat͛ in
ſpē ſcȝ ḋ ſcḋo mr̄imonio· ⁊
iõ ſubiciat͛ h̄ rub̄ca de ſecūdis nup
cijs· ¶ Videa⁹ igit͛ an ſecūde nup
cie ꝑ mittātur· Et an ſcḋo nubētes
bn̄dicēdi ſint· Et an nubētib⁹ īfra
tēp⁹ luctus pena vel īfamia irroge
tur· ¶ Eſt āt ſciendū ꝙ ſecūde nup
cie ⁊ tercie ⁊ vlteri⁹ ꝑmittūtur dū
mō nullū legitimū ſubſit īpedimē
tū· Vn̄ Jo⁹· Nō dāpno bygamos
nec trigamos ⁊ ſi dici ꝑt octoga-
mos· ut xxxi· q· i· apiāt Et dn̄s ſep
tenariam nō dāpnauit· ut xxxi· q· i·
ꝙ ſi dormierit· vnde ſecūde nupcie
vtroqȝ teſtamēto ꝑmittūtur· ut· ſ·
e· c· ⁊· q· i· de⁹· ¶ Secūdo nubētes n̄
ſūt bn̄dicēdi· vt ī· e· c· i· ⁊· c· vir āt
ꝙ iõ ꝓhibitū ē ne ſacmentū iteret͛
vt in dec͛ vir āt· ⁊· i· q· i· ꝙ quid· ḋ
cõ· di· iiij· ondit· ⁊ xxxij· q· vij· quē
admodū· Vel forte h̄ ſtatutū ē ad
exhortacõez ↄtinēcie alr̄ q̄re nō poſ
ſit iterari bn̄dictio nupcialis cum

alia ſacramēta iterētur ſcȝ p̄ma ex
trema vnctio· manu⁹ īpoſicio ordia
toria vel recõciliatoia· vt· i· q· i· ma
nu⁹· ¶ Infamie ⁊ alie pene legales
q̄ inferūtur nubētibꝫ infra tēp⁹ luc
tus ⁊ q̄ ↄtinētur· C· de ſecūdis nup·
l· i· ⁊ in autn̄ ibi poſitus q̄ꝝ vna īci-
pit ijſdē penis ⁊ alia incipit· Itez
ea· locū ſcḋm iura canonica n̄ hn̄t· li
cēcia ei apl̄i ī diſtincta ē ⁊ abſolu
ta q̄ dic͛· mulier mortuo viro ſolu
ta ē a lege viri· Nubat cui vult tm̄
in dn̄o· ut ī· e· c· ſup illa ⁊· c· cū ſcḋm
apl̄m· i· nubat ſcḋm dn̄i voluntatem
hoc ſcȝ ſidei xp̄iane· ut xxviij· q· i· ca
ne· ⁊· c· non optȝ· nubat ſcḋm ſtatu
ta ecce cui dn̄s locum dedit ſtatuen
di de hijs· ut xxviij· q· ij· ſit em̄ ne-
qȝ· vn̄ per lrāz apl̄i infamia abo
letur· ut ī· e· c· ſup illa· ↄtrahens
ei⁹ auctoritate penā non meret͛ vt
· C· ad le· iul· de adul· l· grat⁹· qui ei
peccat non peccat legis auctoritate
vt xxiij· q· iiij· q̄ peccat· xxxiij· q· v·
noluit· ⁊ xxvi· di· deinde· leges aūt
contrarie preſertim in hijs q̄ ē ma
trimonijs nō dedignāt͛ ſacros ca
nōes imitari· ut ī· e· c· vlt· ſ· de iud·
clericū in auc͛ vt clericū apud pro-
prios· §· plt· coll· vi· matrimonia
em̄ regūtur iure poli non iure fori·
vt ii· q· iij· §· hinc diſtinguendū· ⁊
ꝓpterea dici ꝑt ꝙ oēs ꝓhibicõnes
que ſiūt ex aliq̄ cauſa ſpāli preter
cauſas canonicas de mr̄imonio non
cõtrahēdo infra temp⁹ luct⁹ ꝓpter
ſanguinis turbacõez· ut· ff· de hijs

q̄ no· iſta l· libor· §· i· vel ne malig̃
ſuſpicō p̄ſtet ex feſtinācia nubēdi
vt i aut̄ ꝺ reſti· ꝛ ea q̄ pa· §· vnū ſi
q̄ꝺ coll· iiij· vel ne dubitet̄ de ꝓle
An ſit p̄mi vel ſecūdi mariti· vt· C·
de diuor· ꝛ repuꝺ· l· i ꝯſēſu· §· ſi vō
Itē de mr̄i° nō ꝯ̄trāhēdo int̄ tutorē ꝛ
pupillā ꝓpt̄ admiſtracōis ſubuſī
onē· C· de int̄dic· ma· int̄ tu· ꝛ pu·
ꝑ totū· Itē de mr̄io° int̄ rectorē ꝓ
uincie ꝓuīcialē ꝓpt̄ timorē ipſi
omīs· vt· C· ſi rector ꝓuin· l· vna· ꝑ
canones corrigunt̄· vel dicā p̄t q̄ ſi
ꝓhibeant̄ mr̄imōia i caſibꝫ ill̄ ꝯ̄hi
ex cauſis ſupi᷒ aſſig̃tis ꝯ̄cta tn̄ te
nēt cū l̄tiꝰ īuenit ꝯſēſus ł nullū
canonicū ꝓ̄hit īpedimētū· Dꝫ oppo
nit̄· dcm̄ eſt· ſ̄· q̄ ex ſcd̄is nupcijs
nulla pena ł infamia irrogat̄ ſꝫ nō
ne ꝯ̄hit̄ bygamia q̄ hōiēꝫ ad ordi
nes ꝛ eccl̄ſticas dig̃tates reddit i
dignū· R̄ñ̄o ſic· Dꝫ c̄te bygamia
nō ē pcc̄m· vt xxxi· q· i· aperiāt ꝛ· c·
ſeq̄ntibꝫ· ꝛ xxvi· di· dcm̄· nec ex pe
na ꝓueit aliquē ꝓmoueri nō poſ
ſeꝫ ex defectu ꝛ ex alijs cauſis q̄s
no· ſ̄· de tēpo· orꝺ· §· monogamus
Itē nō ē pena nō ordiari q2 nō in
ſublimitate g̃duū ſꝫ i āplitudie cari
tatis acq̄rit̄ r̄gnū dei· vt· ſ̄· de tēpo·
orꝺ· Ad aūēs i ſi· ¶ In ſūma rō̄n
duꝫ ē q̄n̄ dꝫ aliq̄s ł aliq̄ ſcd̄o ꝯ̄hē
niſi c̄tū ſit de morte p̄mi mariti vel
p̄me vxoris· vt· ſ̄· de ſpō· i p̄n̄ca ꝗ·
e· c· dn̄s i aut̄ vt liceat ma· ꝛ auie
§ q̄ꝺ āt· coll· viij· c· ꝺ ſi g̃tur· C· ꝺ re
pu· ꝺ· l· vxor· vel n̄ ꝯſtet veri ſimilit̄
vt· ſ̄· vt lite non ꝯt̄· qm̄ ſreq̄nt̄· §·
ſi vero· vnde ſi mulier credēs viruꝫ
mortuū cū alio ꝯtrahat ab adulte
rio excuſatur dūmōviro redeūte cō
feſti ad ipſū redeat· vt xxxiiij· q· i·
cū ꝑ bellicā· lex āt q̄ dicāt vir i q̄n
quēnio exſpectanꝺ vt· ff· de diuor·
l· vxores· ſꝫm iura canonica non tꝫ·

¶ Finit̄ liber quart᷒·

¶ Incipit liber quintus.

PRoxime tractaui-
mus de accuſacōe
matrimonij et de diuor
cijs que frequent
fiūt adulterij rōe
et ex hoc nacta optima occaſiōe de
accuſacōibus in gñe nūc tractemus
ideo ſubiciť hic rubrica de accuſacōi
bus inquiſicōibus et denūciacōibus Vñ vi
dendū ē. qd ſit accuſacō. qs poſſit ac
cuſaē qs poſſit accuſari. q ſit forma
accuſādi. An accuſator inſcribē te
neatur An ſine accuſacōe quis va
leat condēpnari. Et an ſemel abſo
lutus poſſit iterū accuſari. ¶ Accuſa
cio ē alicui⁹ criminis delacō ¶ Po
teſt āt accuſare quicūqȝ non ꝓhi-
betur ſicut dicim⁹ in teſtibus. vt. ff.
de teſtibus. l. i. in ꝓcuratoribus. vt. ff
de ꝓcu. l. mutus. et in matrimonijs. vt
ſ. de ſponſa. Cū apud. ¶ Prohi-
bentur accuſare aliq ꝓpť ſexū vt mu
lieres. vt. ii. q. i. ꝓhibētur. et. ff. e.
ti. l. vlť. Hoc fallit i quibuſdā caſi
bus. ff. e. t. l. ij. ff. ad le. iul. ma. l. in
quibus inſti. de ſuſpectu. §. cōſeqns.
Item cum ꝓſequūtur iniuriā ſuā
vel ſuorū ſemp admittūtur q āūt
ſuorū noie intelligātur hēs. ff. e. t.
l. i. et. ij. Item admittiť mulier ſm
iura canonica. vt ij. q. i. ꝓhibētur.
§. mulierem ſcȝ in crimine frauda
te ānone. Item in crimine ſymo-
nie. vt ī. e. c. tanta. et idem dici po-
teſt in alijs criminibus exceptis. et
idem in crimine dilapidacōis. Et
qr exceptū eſt vt videtur. vt ij. q.
vij. quapropter. et quia equipa-
tur cri. ie fraudate ānone ad cuius
accuſacōem admittitur femina. vt
ſupi⁹ dictū eſt. et in hijs caſibus in
quibus admittitur mulier ad accu
ſādū nec inſcribit ad penā nec in cā
dit in turpilľ. vt. ff. ad turpilľ. l. i
§. accuſacōni. et. l. mulier. nec ob-
ſtat lex. C. e. t. ſi femina. Nā ibi lo
quitur de femina que deſtitit ab ac
cuſacione pacto corrupta. Item ꝓ
hibetur accuſare pupill⁹ ꝓpť eta-
tem. vt ii. q. i. prohibentur. et. ff. e.
ti. l. qui accuſare in fine. in quibuſ
dam caſibus. vt. ff. e. ti. l. ij. §. pu-
pillus adultus autem poteſt accu
ſare curatorem. vt. ff. de auctē pſti.
l. datur. Itē alij ꝓpť ingrātitu vt
cōſules. vt ij. q. i. ꝓhibenť. ff. e. ti.
l. qui accuſare qr nec ipſi in ius vo
cari pñt. vt. ff. ad le. iul. de adulte
rijs. l. ſi maritus. quod de hijs ma
giſtratibus intelligo qui merū ha
bent imperium ſecus in modicis.
vt. ff. de iniurijs. l. nec magiſtratibus
Alij ꝓpter ſacramētum vt milites
qui iurant non ſe euitaturos ꝓpter
mortem ꝓpter rem publicam. vt ij
q. i. ꝓhibentur niſi ſuam vel ſuorū
iniuriam proſequentur. vt. C. qui
accu. non poſ. l. non prohibentur.
et. l. ſi crimen. Alij ꝓpť delictū vt cri
minoſi et infames qui tñ admittū
tur in exceptis criminib⁹ cōtra infa
mes. vt. ij. q. i. in primis circa ſi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad accuſand̄o non ad teſtificandū
ñ illa adminicula intueniāt de q̄s
b9 ꝗ̄ de ſimo·licet helẏ·ꝛ·c·ꝑ tuas
¶ Alij ꝓpt̄ ſuſpicōez turpis queſt9
vt qui duos reos i diūſis iudicijs
bz iudicio non d̄ finito vt·C·q̄ accu
ſa·non poſ·l·cū rōibꝫ·tercū ei accu
ſare non p̄t niſi ſuā vel ſuoꝝ iniuri
am pſeq̄t̄ vt·ff·ad le·iul̄·de adul·
l·int̄ libos·§·vlt̄·ꝛ·ff·e·t·l·hos ac
cuſare·§·le·iul̄·Itē qui ob accuſā
dū vel non accuſand̄ nūmos acce=
pit q̄ incipit in legē iul̄·repetunda
rū·vt·ff·ad le·iul̄·repe·l·eadez·§·
vlt̄·ꝛ in·l·cornel̄·vt·i·q·i·cōcuſſio
nis·¶ Alij ꝓpt̄ ↄdicōm ſuā vt libi
cōtra pronos·Alij ꝓpt̄ paupertatez
vt qui min9 quā·l·aureos hn̄t in
bonis·vt·ii·q·i·ꝓhibent̄·ꝛ·ff·e·
ti·l·q̄ accuſare·ꝛ·l·alij·ꝛ·l·nōnulli
Itē illi non admittūtur ad accu=
ſādū q̄ ad ſortilegos magoſq3 cō
curūt·ꝛ·ij·q·viij·q̄ſquis·hij tam̄
oēs ſi ſuā vel ſuorū iniuriā pſeq̄nt̄
admittūtur vt in·l·multociēs alle
gata ꝓhibētur vt·ff·e·t·l·hij tn̄·ꝛ
iiij·q·vlt̄·oibꝫ·ꝛ i c̄minibꝫ excep=
tis vt in c̄mine leſe maieſtatis hē
ſis ſimonie fraudati ceſus frauda=
cōnone dilapidacōis·vt in·l·ꝓhi
bētur·xv·q·iij·ſane·ꝛ·c·nemini ꝗ̄·
de ſimo·Tāta·ꝛ in hijs admittun
tur ↄ clericos infamatos·vt·ii·q·
i·In p̄mis c̄ca fi·vel ſi ſuā aut ſuo
rū iniuriā pſeq̄ntur·vt·s̄·d̄ teſtibꝫ
de cetero alś non admitterent̄ ꝛ in
exceptis c̄minibꝫ cū ḡnalit̄ ꝓhibe
antur laẏci etiam bone fame ꝛ cle
ricī infames clericos accuſarē·vt ij·
q·vij·per totum·ꝛ maxime in·c·
ipſi apli·ꝛ·c·teſtes·ſed inſtab' in
quo ergo ſunt c̄mina excepta R̄n̄o
quia infames de quibꝫ ſupi9 dictū
eſt admittūtur contra laẏcos infa
mes ꝛ contra clericos infamatos·
vt dixi per·c·in p̄imis ꝛ hoc in
accuſacione·Item quia admittū=
tur i teſtiomū ↄ clericos interueniēti
b9 illis adminicul̄ de q̄bꝫ ponūt
dec̄ ille ꝗ̄·de ſimo·licet helẏ·ꝛ·c·per
tuas ſi ergo legittimus non fuerit
accuſator nō fatiget̄ reus·vt ꝗ̄·e·c·
i·niſi forte vt ei purgacio indicat̄
ꝓpter infamiā·vt ꝗ̄·e·c·veniens·i
fine·s̄·de conceſſ̄·c·i·in ſi·ii·q·vi·
preſbit̄ vel ſaltem ſupior ex officio
ſuo inquirat·ut ꝗ̄·de colluſionē·cri
mina ꝗ̄·e·c·qualiter ¶ Item ſūt ꝛ
alij qui ob reuerēciā pſonaꝝ illos
quibꝫ reuerenciā dn̄t non accuſāt
vt libi liberti beneficiati ſui fami
liares quibꝫ ſi hec fecerint inpo=
nūtur varie pene·ut ff·e·t·l·qui ac
cuſare in fine·ꝛ·l·hij tn̄·§·i·C·e·ti·
l·iiii quū·ꝛ·l·ſi q̄s ex familiaribꝫ ꝛ·l·
et·l·ſi quis ex familiaribꝫ ſis·cō
tra eccleſiam·ut xij·q·ij·liberti·et
c·viij·Item in clerico beneficiato
vt·s̄·de poſtu·c·vlt̄·Item ſocij ꝛ
pticipes criminum non admittun
tur·ut·s̄·de teſtibꝫ·veniens·C·de li
bali cā·l·ſi filiū·niſi forte denūciati
ue vel exceptiue agat̄·ut·s̄·de teſti
quū ꝗ̄·de adulte·ſignificaſti·Item

ab alio delatus alium acuſare nō
poterit. ut. ii. q. i. prohibentur. §. de
teſtib9. c. vlt. ita vt nec etiā ſuū ac
cuſatorē acuſet de pari vel minorē
ſec9 in crimine maiori. vt iij. q. xi. ne
ganda. ¶ Condēpnat9 autē in crimie
cū ſit infamis aliū acuſare nō po
terit niſi ſuā iniuriā pſequatur. vt. ff.
e. l. q iudicio. qd verū ē ꝙ acuſare
non pt ſi nouā velit acuſacōez in
extraneū inchoare ſec9 ſi in ſuū ac
cuſatorē nā pt ſi p ſniaz nō amiſe
rit libtatē ꝛ ciuitatē. vt. ff. de pub.
iud. l. is q. pcendū ē enī ei qui pro
cat9 nolunt ſe vlciſci. vt. ff. de bonis
lib. l. q cū maior. §. ſi libt9 ¶ Ac
cuſari aūt non pnt aliq ppt excellē
ciā dignitat. vt ppa ꝛ ipator ipſi
ei ſ iuris ſūt ꝛ legib9 ſoluti ſūt vt ſ
de cōceſ. p. ppoſuit. C. de le. ꝛ cōſti. l.
digna vox. ppa enī ſupiorē nō hʒ n
ſolū deū ꝛ ix. q. iij. nemo aliorꝫ. n in
crimine heresis. vt xl. di. ſi ppa. Itē
ingrat9 non acuſatur. vt no. ſ. e. t.
§. Itē alij ppt ingratū. ¶ Forma
acuſacōis hec ꝯcipiet libell9 acu
ſacōis ꝯtinēs ea q leguntur. ij. q. vlt.
libellorꝫ i pn. ꝛ in autē de exhibē
reis. §. ſuſcepto. ꝛ de hoc no. ſ. de li
belli ob. in ſi. Debet aūt acuſator i
ſcribē ꝛ ſe ad penā talionis obli=
gare. i. ad talē penā qlē acuſando
inferri intēdit ꝗz calūpniātes ad
vindictā poſſit ſimilitudo ſupplicij.
vt ij. q. vlt. qſquis. ꝛ. q. iij. calūp=
niator. ꝛ. c. q non pbat. quid erā
piūt qſdā caſus ſcʒ cū qs acuſat

de leui crie. vt. ff. e. t. l. leuia. Itē
cū mulier acuſat. vt dixi ſ. e. ti. §.
iij. Item in crie apoſtaſie vt. C. de
apoſta. l. Apoſtatū. Item cū acu
ſat xpian9 ꝙ iudeā duxit in vxorē
vt. C. de iudeis. l. ne qs. Itē cū mari
t9 acuſat mulierē de adulterio iu
re mariti vt iij. q. iij. iure. §. aliqn
. C. ad le. iul. de adul. l. q̄uis. ꝛ. l. iu
re mariti. Itē i acuſacōe falſe mo
nete vt. C. de fal. mo. l. i. Itē ſi tutor
acuſat vt. C. q acu. n poſ. l. ij. Itē
cū qs ex neccitate acuſat vt heres vo
les vindicare necē defuncti vt ff. qui
b9 vt indignis. l. tutor. Itē in crie
abigeatus vt. C. de abigeis. l. vna.
Itē cū p officiales crimina nūciant
vt. C. q acu. non poſ. l. Ea q. Pʒ ē
ſciendū ꝙ ſi acuſator nō inſcribat
ex natura tn̄ acuſacōis pena calū=
nie venit vt. C. e. t. l. vlt. Itē ē ſcien
dū ꝙ in acuſacōib9 nō ſp neccāria
ē libelli ꝯcepcio vt in leui crie vt
ff. de acuſa. l. leuia. Itē in notorio
vt. C. e. t. Ea q. iiij. q. iiij. §. aliqn. in
notorijs enī nec acuſator reqritur
nec ordo iudiciari9 obſuat. vt. ſ.
de filijs pſbi. Qm̄ ꝗ. e. t. Euidencia
ꝗ. de purga. ca. Cū dilectus. ii. q. i
ſcelus. ꝛ. c. q lothari9. Nā i talib9
ordo ē ordinē nō ſuare vt ſ de iure
iurā. Admām. ſec9 in manifeſtis
ꝛ nō notorijs vt xi. q. iij. Corꝫ. ſ. de
diuorc. porro. Itē pleruqʒ de crie
agit nec ē neccāria libelli ꝯcepcō ſʒ
ſine acuſatore ad penā pcedit vt
ff. ad le. iul. d adul. l. i. §. ſi publico

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ff· de pba·l·plś· C· de testib· l·nullū
insti·de suspec·tu·in·§·ptea· Jdez
in calūpniatoē tpe sme postea nō
vt·C·de calūp·l·i·ij·q·iiij·§·nōndū
ff·de bonis lib·l·q cū maior §·si lib
tus ⁊ idē dicit quod in falso vt·C·
ad le·cornel·d fal·l·vbi·ꝫ nos in-
telligim⁹ legē illā cū pncipalit de
falso agit nō videtur al's āt gna
lit ad penā ordinariā de cimine agi
non pt sine acusatore ⁊ sine libel-
lo vt ff·de mune·⁊ hono·l·rescpto
§·si qs acusatorē ij·q·i·nichil· or
dinariā iō dixi qz plerūqz agitur
sm iura canoica d cimine ciuilit nō
ad penā ordinariā· Et tunc nec ac
cusator nec libellus ē necāri⁹ ¶ Vn
nōnd est q in foro ecce ǭtuor mo-
dis agit de cimie p accusacōez inq
sicōez denūciacōez ⁊ excepcōnez nec
obstat ext·e·c·sup hijs· Nā verū est
q crimē trib⁹ modis valet oppoi
vt ibi dicat ꝫ ǭtuor modis agit vt
dictū est nā p inqsicōnem agit de
crimine nec tn̄ tūc crimē opponit
In pmo ergo modo ⁊ accusator ⁊
libellus ē necāri⁹ nisi in casib⁹ vt su
pri⁹ dictū ē in trib⁹ seqntib⁹ non
vn̄ accusacōez pcedē dz nī scripcio
vt ext·e·c·sup hijs· Q d fallit casua
lit vt supi⁹ dictuz est· Jnquisicio
nē clamosa insinuacō vt ext·e·c·qli
ter ext·de symo·licz heli·⁊·c·p tuas
denūciacōez caritatiua monicō· vt
ext·e·c·ij·⁊ in dec lz heli·⁊·c·p tuas
ij·q·vij·accusacio·⁊·c·si qs erga
excepcōez·ad extraordiariā penam

obligacio ꝫ z electū ɔfirmatū ex-
cipiat vt ext·e·c·sup hijs ¶ Effect⁹
accusacōis ē dposicio·inqsicōis ab
administracōe remocio·denūciacō
nis pnīa vel correpcio·excepcōnis
cōsecrādi exclusio vt ext·e·c·sup hijs
In casib⁹ tn̄ ex denūciacōe sequit
a nocio vt cū qs agē non pt pnīaz
eo retēto q viciose qsiuit ⁊ sup q
denūciat⁹ ē vt in symonia in ordie
vt·i·q·i·si qs·⁊·q·vij·requiris·
Jtē in dignitate ⁊ bn̄ficio simoia
co·vt xiij·di·nerui· Jn re furtiua l'
violēta vt xiiij·q· vi· si res aliena·
Jdē i re p dolū qsita quā reddē qs
tenet vt violēta·vt·s·de resti·spo·
sepe ɔtigit· Si qs accusat⁹ de cri
mine fuerit absolut⁹ nō pt sup eo
dē iterū accusari·vt ext·e·c·de hijs si
ue eni crimē remissum sit apte recō
diuo dolore iterari non dz·xxiij·q·
iiij·si illic·siue p abolicōez nomen
rei deletū sit ali⁹ accusacōez repete
re non pt·vt·ij·q·vlt·in fine· siue
crimen remissum sit p inte· resti·
vt ij·q·iij·§·nōnd· siue accusatore
probante re⁹ sit absolutus non pt
accusacio refricari·vt·ff·nauti cau
po·sta·l·licet·§·vlt· nisi in duob⁹
casibus cū posterior accusator docē
paratus est priorem accusatorem
preuaricatum fuisse· vt·ff·de pua·
l·iij·vel cū posterior primā accusa-
cionem se docet ignorasse· vt·ff·de
accusa·l·si cui·§·hijsdem ¶ Jn su
ma sciēdū q i causis criminalib⁹
pncipales requirūtur psone nec



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interuenit ꝓcurator·vt·v·q·iij·in
criminalibꝰ·ꝛ·ff·de publicis iud·
l·pſt·§·ad crimen·Fallit hͦ in qbꝰ
dā caſibꝰ·In cīmine iuriaꝝ·vt iij·
q·ix·§·niſi Itē admittit̄ ꝓcurator
ad excuſand·vt ꝫ·e·c·veniēs·ꝛ xx
iij·q·v·reos·Itē cū de crimine agi
tur nō cīminalis·vt·ſ·de ꝓcu·tue
ꝫ·e·c·ſup hijs·ſ·de ſen·ꝛ re·iud·
Cū I ꝛ A·Itē in leuibꝰ criminibꝰ
vt·ff·e·l·leuia·Itē ſi crimen nō ex
cedit penā relegacōis·vt·ff·an per
aliū cā ap·exce·v a·l·vna·Item in
crimine ſuſpecti tutoris·vt·ff·de
ꝓcura·l·nō ſolū·§·vlt·Item cū qs
accuſat aliū de ingratitudīe·vt·ff·
de ꝓcura·l·ſed hec pſone·§·pronꝰ
Item in ꝑplaribꝰ accōibꝰ intuenit
ꝓcurator ad agēdū·vt·ff·de ꝓcu·
l·licet in ꝑplaribꝰ ſed nō ad defen
dendū·vt·ff·de ꝑpla·actio·l·q po
pulari·Item dn̄s defendit ſuū in
crimine·vt·ff·de accuſa·l·Si cui·
§·vlt·Quidā tn̄ dixerūt ꝙ ſemper
in cīmine pōt interuenire ꝓcurator
ex pte rei pꝰ litem ꝯteſtatem vt v·
q·iij·reos·ſed illud locū hꝫ in ꝓcu
ratore dato ad allegandas cās ab
ſencie non cās cauſe·vt·ff·de ꝓcu·
l·ſeruū·§·publice·¶ Videamꝰ de
ſecūda pte rubce ſcꝫ de natura inq̄
ſicōis·ꝛ q̄lit ꝓcedatur in ea·In p̄
mis nōndū ē differēcia int̄ inqſicō
nē q fit ꝯ ſingularē pſonā ꝛ illam
q fit tā in capite ꝙ in mēbris qꝛ i
p̄ma r̄qrit̄ ordo ille quē hꝫ ꝫ·e·c·q
lit̄ In ſecūdo caſu de plano ꝛ ſine

ſtrepitu fieri hꝫ·vt ꝫ·e·c·olim·vbi
aūt agit̄ de ſtatu ecc̄e reqrūtur teſ
tes tales q̄les in eccā iueniūtur·Et
eſt racio qꝛ ea que domi fiūt per do
meſticos ꝓbari oportet vt·C·de re
pud·l·ꝯſenſu ſ de teſtibꝰ·veniens
vbi vͦ ꝯ ſingularē pſonā tunc lti
mi adhibent̄·vt ſ de ſen·ꝛ re·iud·
Cū I ꝛ A·Itē nōbis dꝛaꝫ an iu
dex ex officō ſuo deſcēdat ad inqui
rendū An aliq ꝓcurāte inqſicōi
Nā in p̄mo caſu inqſitor faciet iu
rare illū cōtra quē inqrit vt ſup eo
de q inqrit ad interrogata r̄ſpōdeat
vt ꝫ·e·c Cū dilectꝰ·In ſecūdo caſu
non faciet illū iurare ſꝫ ꝓmotor in
qſicōis ꝓbabit illud ſup q lrē ſūt
obtēte ſi ex delegacōe inqritur vel
corā ordīario ſi ordinarꝰ inquirit
et ſi nō ꝓbauerit tūc ꝓmotor vel
adiutor inqſicōis punietur vt ꝫ·c·
ꝓx·Cū dilcūs·Item ꝛ aliā drām
nōb qꝛ cū inqſitor ex officio ſuo ꝓ
cedit publicatis atteſtacōibꝰ de
nuo ab aliis teſtibꝰ inqret vt ij·q·
i·notū·ij·q·v·hꝫ hͦ ꝓxiū·ꝛ·c·men
nā·Cū āt aliq admittēte inqſicōi
nō fit·timet̄ eīn de ſubornacōe Si
eñ āt dꝫ inqſicio i loco in q pſona
de q inqrendū eſt ꝯuſat̄ vt xxiij·q·
i·patꝰ·xxiiii·q·i·pudēda·ſ·d elec·
poſt q̄·ſ·de p̄hip·qſdā·Citabit̄ is
ꝯ quē inqrendū ē ꝛ ſignificabūtur
ei cīmina de qbꝰ ē inqrendū vt v·q
ij·ſi p̄mates·ꝛ ꝫ·e·c·q̄lit·§·dꝫ·Is
āt ꝯ quē inqrit̄ poterit opponere ꝯ
inqſitorē de ſuſpecto·vt ꝫ·e·c·ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

petičoēz Itē poterit oppone꞉ ꝙ ſit c̄
minoſus vt ij·q·vij Judicz·poteit
oppone꞉ ↄ̄ teſtes vt ⁊̄·e·c·cū̄ opteat
et·c·q̄lit ⁊̄·de ſimo·lz bely·⁊·c·per
tuas·nā vbi cū̄ ꝺ̄ c̄imie excepto inq̄
rit̄ e̅ ſpāle vt c̄iminoſi admittātur
Si ergo inq̄rat̄ de nō̄ excepto non
admittet̄ vt ij·q·i·de⁊·ↄ̄ de teſtib⁊
cogē·ꝑtea xxxv·q·vi·epō̄ poterit
obicē in dcā̄ teſtiū̄ vt ⁊̄·e·c·q̄liter·
§·oz·poterit excuſacōnes ſuas ꝓpo
nere vt ⁊̄·e·c·Cū̄ dilcūs· Poterit
oppone꞉ in pſonā̄ denūciātis ⁊ lrās
impetrātis vt ⁊̄·e·c·Cū̄ opteat·et
e·Cū̄ dilcūs· Inq̄ſitoꝛ faciet iurāe
illos q̄ denūciauerūt·vt in dec̄· licz
bely·ſec⁊ eſt cū̄ agit̄ p modū̄ accuſa
cōis q2 q̄ ſemel apparuit int̄ accu
ſatores teſtis ee̅ nō̄ ꝑt vt ⁊̄·e·c·Cū̄
p· ¶ Forma iuramēti teſtiū̄ in cā̄ in
q̄ſicōis diuiſa e̅ a forma illa que in
cauſ aliis obſuat̄ Nā̄ ī alijs cauſ
teſtis iurāt dicē veritatez de hijs q̄
vidit ⁊ q̄ in pn̄cia ei⁊ dcā̄ ſūt·vt iij
q·ix·teſtes·§·de hijs q̄·⁊·c·hortam̄
ſed in cā̄ mrīoniali cū̄ de ↄſāguini
tate agit̄ forma iurāmēti teſtis eſt
q2 iurābit teſtis ꝺ̄ hijs q̄ nouit c̄ca
pentelā̄ vel credit ⁊ qō̄ a maioribꝫ
accepit vt ↄ̄ de teſti· lz ⁊ in hijs ca
ſib⁊ in q̄b⁊ agit̄ in figura iudicij ⁊
ſūt partes teſtis dicet tam pro
vna parte ꝙ̄ pro altera nam cōmu
nis eſt·vt xiiii·q·vi·non ſane· In
inquiſicōne vero forma iuramenti
teſtis eſt vt ſup crimine dicat ple
nam veritatem·vt in decreta· licet
bely· Si verō ſupēr ſtatu eccleſie ī
quiratur tunc forma iuramenti teſ
tium duplex eſt nam aut iurat di=
cere veritatem de hijs que ſcit vel
credit in eccleſia reformā̄da excep
tis occultis· vt infra·e·c· olim·vel
ꝙ reſpondebit ad interrogata·vt
⁊̄·e·c·Cum dilectus· ¶ Sed ſi is
contra quem inquiritur conuinca
tur qualiter puniendus ſit a non
nullis in dubium reuocatur eo ꝙ
circa hoc iura diuerſimode loqui vi
dentur· Ad hoc dico qō̄ ſi contra ꝑ
latum inquiritur adminiſtracōēz
habentem certa eſt pena ſcz ab ad
miniſtracōne remocō̄ exemplo vil
lici· vt ⁊̄·e·c·qualit̄· tūc ergo non
erit arbitraria· Nā̄ facti quid̄ qō̄ ī
arbitrio eſt iudicantis pene vero ꝑ
ſecucio non eius voluntati mādat̄
ſed legis arbitrio reſeruat̄ vt ij·q
iij·§·nōndum· ⁊ accedūt ad idem
ff·de verbo·ſigni·l·ſi qua pena·⁊·ff
ad turpill̄·l·i·§·i· Si vero fiat in=
quiſicio contra priuatum nō̄ habē
tem adminiſtracōnem tunc eſt ar
bitrāria pena· Nam tunc ſm̄ meri
ta perſone ⁊ qualitatem exceſſus pe
nam poterit iudicātis diſcrecō̄ mo
derari·vt ⁊̄·e·c·Inquiſicionis in ſi·
i·Ry·⁊ ar ⁊̄·de ſymo· de regularibꝫ
⁊·c·dilectus·ſed hec fallunt in cri
minibus enormibus que ordinis
execucionem ſuſcepti aut retencio=
nem beneficii eciam poſt per ac=
tam penitenciam impediunt vt ē
videre in homicidio ⁊ ſymonia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ordīe ⁊ bn̄ficio vt ꝯ̄.e.inq̄ſicōni
In hijs em̄ ⁊ ꝯſimilib⁹ ſic eēt ſic
ĩn accuſacōis iudicio ꝓcedendū vt
dicit illa decre. inq̄ſicōi q̄ autē ſint
enormia delicta ⁊ de eſſcā ipoꝝ no-
ā.ō tēpo.or.⁊ q̄li.or.§.cca. Dz q̄d
ſi michil ꝓbatuꝫ ſit adūſus eū ꝯ
quē inq̄rit̄ n̄ de ſola fama ſi crimē
de q̄ inq̄ſitū ē pſeuerācīā hꝫ ſcā ad-
moneat eū ordiari⁹ p̄mo ſeorſuꝫ
poſtea corā teſtib⁹ ⁊ ſi infamia p-
duret ſuſpēdat eū vſqꝫ ad ſatiſfac
tionē ꝯdignā vt ꝯ̄.de purga.cano.
ſi q̄s p̄ſbit. Et in eo caſu intelligo
ꝙ p̄ſbit̄ infamat⁹ dꝫ ſuſpēdi nō ei
dico ꝙ ſtati ꝓpt̄ infamiā dꝫ ſuſpē
di niſi enormitas delicti vel ſcāda
lū h̄ expoſcat vt ꝯ̄.de purga.ca.int̄
ſollicitudies. Ceteruꝫ ſi oēs teſtes
dicūt eū innocētē non ſuſpendetur
nec onerabitur purgacōe n̄ ex ha
būdāti h̄ fiat ad tollendā infamia
cionē facti vt ij.q.v.hꝫ.⁊.c. mēnā.
Itē q̄d ſi ſupior velit inq̄rē Re⁹ āt
dicat nolo vt inq̄ras ſed p̄ſigas t̄
minū accuſare volentib⁹ ⁊ accuſa
tore deficiēte parat⁹ ſū me purga
re nūquid audief re⁹ an iudex. vid̄
tur ꝙ re⁹ qꝛ qd̄ re⁹ petit ordinariū
ē qd̄ dicit iudex extraordinariū ⁊
iudex poci⁹ ordiario ꝙ̄ extraordia
rio iure ꝓcedere dꝫ. vt ij.q.i. multi
in fi.⁊ ff.de mino.l.i cauſe. puto po
ci⁹ inq̄rendū qꝛ purgacio ſequit̄
inq̄ſicōi ar ꝯ̄.de purga.ca.int̄ ſolli
citudines. Dꝫ q̄rit̄ an re⁹ poſſit ꝓ
bare innocēcīā ſuā ⁊ excuſacōneꝫ ꝑ

familiares ⁊ cubicularios R̄n̄o ſic
vt xi.q.ij.manifeſte.⁊ ij.q.vij.cū
paſtoris. Item quid ſi alienus q̄
non eſt de dyoc̄ impetret inquiſi-
cionē h̄ ſupprimens in impetrando
poteſt preſumi ipſū non caritatiue
moueri cū non interſit ipſius. Itē
quid ſi repellat̄ adiutor inquiſicio
nis nūquid alius admittetur vel
iudex ex officiō ſuo procedꝫ R̄n̄o ad
mittetur alius vt ꝯ̄.e.c. Cum opor
teat.⁊ ar.ff.de ioffi.teſ.l.poſcim⁹
§.i. Crimina enim ſemel audita in
diſcuſſa preteriri non debent. vt ꝯ̄.
de collu.dete.c̄ nīa.nec refert vn̄ cū
qꝫ clarueriit. vt xxiiij.q.iij.ecce.
Item inquiſicio nititur ex officio
ſuperioris ⁊ ideo iterari poteſt. vt
ij.q.v.habeat hoc proprium ⁊.c.
mēnā. Item quid ſi infamia ortuꝫ
habeat ab inimicis n unquid indu
cet inquiſicionem R̄n̄o non .vt ꝯ̄.
e.c.qualiter.⁊.c.inquiſicionem i
fine xi.q.i iij. In cunctis.⁊.ij.q.x.
omnibus ꝯ̄.de purga.ca. Cum in
iuuentute. ſed cum difficile ſit pro
bare ortum infamie cum fama a
certo auctore procedat vt de con-
ſi.iiij.ſanctum eſt. Patꝫ dicit p̄t
ꝙ ⁊ ſi eſſet inq̄ſicio non tamen ceſ
ſabit purgacionis iudicium. vt ꝯ̄.
e.c.inq̄ſicōeꝫ in fine. Debet aūt
deſcendere ſupior ad iquirendum
cū canonicis eccleſie ſue. vt lxxxvi.
c.i.ſi quid vō xv.q.vij.ſi quid igi
tur intelligo hic eccleſiam ſuā ſcꝫ
maiorē hoc eſt cathedralem vt ꝯ̄ d

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xxlo·ſig·c·Cum clerici·Sȝ ſi ab
bas vel ali⁹ p̄lat⁹ inferior ab ep̄o
ſit iſamat⁹·puto ī inq̇ſicōe ⁊ alios
p̄latos dyoc̄ canonicis adiūgēdos
vt xviij·q·ij·ſi quis abbas·¶ In
ſūma nōnd̄ eſt ꝙ infamia orta ad
denūciacōeȝ paucoꝝ nō inducit in
q̇ſicōeȝ vt ·ē·c·inq̇ſicōni in ſi·vn̄
is ꝯ quē mandat̃ inq̇ſicō fieri pote
nt exāpe vt dicat inimicos eſſe de
nūciatores·Itē ipſū denūciaſſe ſu
per eo de q̊ an̄ nō fuerat infamatus
vt ·ē·c·cū oportreat·multa eīn fal
ſa pnāpi referūtur vt ij·q·v·bidu
um ī ſi·ſub tali eīn ꝯdicōe cōmiſſio
fcā videt̃ vt ſi infamia ⁊ clamor p̄
ceſſerit vn̄ de h̄ ē p̄mit⁹ inqrendū
vt ī illa dec̄·Cum optreat·nec ob=
ſtat ·ē·c·vlt̃·vbi ad denūciacōeȝ
q̇nqȝ mādant̃ inq̇ri q̇ ⁊ ſi ſupior
mādat inq̇ri excepcio p̄dcā nichil
omnin⁹ ſalua manȝ·¶ Nūc reſtat
vidē de tercia ⁊ vltīa pte rubce ſcȝ
de denūciacōibꝯ·Eſt igit̃ ſciēduȝ ꝙ
ad denūciand̄ tenetur oēs ſcd̄m q̊ſdā·
vt·ij·q·i·ſi peccauerit·⁊·q·vij·q̄
apt̃·xi·q·iij·p̄cipue·xxxiiii·q·iii·tā
ſacdos·xlv·di·ſȝ illd̄·ꝙ ⁊ huḡ·cō=
cedit ſȝ dura ē h̄ opio ⁊ multos cō
ſtituit tranſgreſſores·⁊ ꝑptea Alij
benigni⁹ dicūt ꝙ illud mādatum
euāgeliciū ſi peccauerit ⁊c̄·nō exten
dit̃ ñ ad illos q̇ in ingrātu ſūt poſi
ti ſiue ſint clerici ſiue laici ar·ad h̄
xxiij q·iij·duo iſta noīa xvij·q·iiij
p̄ſbiteroꝝ q̊ ad alios ā ē ꝯſiliū et

h̄ verꝝ ē in pctō ꝯmiſſo ſecus in cō
mittēdo nā q̊ ad illud oib⁹ ē p̄cep
tū vt xxij·q·v·h̄ videt̃·q̇cūqȝ ergo
hȝ familiarē tenet̃ corrigē vt xxxiij
q·iiij·duo iſta noia·xxiij·q·v·non
putes ⁊ ꝙ itelligat̃ p̄ceptiue quo
ad p̄latos ꝯſultiue q̊ ad p̄uatos ē
ar·xxiij·q·iiij·c·i·¶ Sȝ dubitat̃
an infames ⁊ c̄minoſi admittātur
ad denūciand̄ ⁊ videt̃ ꝙ ſic q̇ oēs
ad h̄ ex p̄cepto tenētur ſcd̄m vnā opi
nionē ⁊ ꝙ infames admittātur ar
guit̃ ex multis iurib⁹ xxiij·q·i·q̇ſ
q̇s·ſ̄·de ſpōſa·p̄tea·⁊ vbi ad cor=
rectionē agit̃ nō req̇rit̃ tāt⁹ rigor
vt in p̄dcō·c·h̄ videt̃·q̇ vbi de bo
na fide agitur nō ꝯuenit de iur̄ api
cib⁹ diſputare vt·ff·mand̄·l·ſi fid̄
iuſſor·§·q̇dā·ſȝ econtra videtur q̇
tn̄ honeſtiores pſone admittant̃
vt xxxv·q·vi·ep̄o in ſynodo ⁊ non
infames·vt·ſ̄ de teſti·co·preterea
Nam ⁊ ad ꝑplares accuſacōes nō
admittūtur ñ pſone integri ſtat⁹
vt·ff·d̄ ꝑpl'a·ac·l·ꝑpl'aris·ſcripſe
rūt Jo·⁊ Tan·ꝙ quilibet admit
titur ad denūciandum dūmō bono
zelo denūciet·vt ſ̄ de ſen·⁊ re·iud̄·
Cum J ⁊ A·Sed licet admittan
tur infames ⁊ irregulares non tn̄
criminoſi cum eīn criminoſi nō cor
rexerit ſua crimina preſumitur ꝙ
malo zelo denūcient aliena·Has
ſīnas approbo vt cum inter denun
ciacionem ⁊ denūciacionem diſtin
guas quia denunciacio que fit de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de pctō ɔmiſſa ē euāgelica ꝫ illo q̄ ſit de ɔmittēdo ē canonica ad hāc canonicā quilibet admittit. ut. ꝟ. de ɔgnac. ſpi. Tua. ad hāc ɑ̄liſcū qꝫ noticia ſufficit ut in. c. ꝟ vixet i qua turpitudo ꝑpa non abſiſtit vt ꝟ. de ſpōſa. pterea quā nō impedit iuramētū ꝑcedens. ut xiij. di. nerui ad quā nō faciēdā ſi q̄s ſe iuramē to aſtrinxerit iuramētū nō tꝫ. ꝟ. de iure iurā. queadmōd. q̄ oīa i denū ciacōe euangelica non ɔtingerit ut ſupi᷒ dictum eſt. Quāuis āt poſſit quilibet dūmō non ēminoſus vt ſupi᷒ notatū eſt pcm̄ denūciare cō m̄ ſum ut in auc̄ qūo op. epiſ. ꝟ. li cētiā coll. i. ꝛ i autn̄ de nō alie. aut pmu. ꝟ. vlt. coll. ij. ꝛ cēa accuſacio nū ſolēpnia. ut iiij. q. iiij. ꝟ. aliqn̄ ꝛ. C. de accu. ꝛ inſcrip. l. Ea q̄ tn̄ nūci atores hijs q̄ nūciant aſſiſtē dn̄t. vt. ff. ad turpil. l. Ab accuſacōne ꝟ. nūciatores. ꝛ. C. de accu. ꝛ iſcrip. l. ſingl. ꝛ ſi n̄ ꝓbauerit ꝙ dnūciāt punieť. ut ꝟ. ti. ꝓx. c. Cū dilcīs.

De calūpniatoribꝰ.

Dictū ē. ꝟ. de accuſa. ꝛ accu ſatoribꝫ ꝫ qꝫ plerūqꝫ ac cuſatores calūpniātur id ēco ſubiaꝫ h̄ rubrica de calūpniato ribꝰ. Videa᷒ igiť. q̄d ſit calūnia ꝛ. ɑ̄liť q̄s de calūpnia ɔuicaꝫ. ꝛ q̄ liť pumaꝫ. Eſt āt ſciend ꝙ ac cuſatorꝫ temeritas tribꝰ modis de tegiť ꝛ tribꝰ penis ſubiaꝫ. Aut ei calūpniātur. aut ꝑuaricātur. ā ter giuſanť. Calūniari ē falſa cīmia i tendē. Priuaricari vera cīmia abſcō dere. Tergiuſari in vniūſū ab ac cuſacōe deſiſtē. ut ij. q. iij. ꝟ. nōnd ff ad ſenatus ɔſultu. l. i. ꝟ. i. Et q̄d dixi calūniai ē flā cīmia itēdē ſbau di ſciēť ꝛ aīo calūniādi ut ꝟ. e t c. ij Calūpniatoribꝰ pena lege remia ir rogaꝫ ut. ff. e. t. l. i. ꝟ. i. ꝑſā calūpni antes ad vidictā poſcit ſimilitu do ſupplicij. ut no. ꝟ. ti. ꝓx. ꝟ. dꝫ āt accuſator iſcribē. Cōuiať q̄s de calūpnia ꝫm̄ q̄d eo ipſo ꝙ non ꝓ bat q̄d intēdit. ut ij. q. iij. calūpni ator. ꝛ. c. q nō ꝓbat. C. de aduo. di uſo. iud. l. i. ff. de teſtibꝰ. l. iij. ꝟ. idē diu᷒ adrianus. C. de famo. libel. l. i. in fi. C. ad le. iul. de vi. pub. l. ſi q̄s ad ſe. ꝛ. C. de ſiuc. ꝛ liti. ex. l. non ig noret. ꝫ non ē ita qꝫ nō ꝓtin᷒ calū niari videť q̄ nō ꝓbat q̄d intendit vn̄ ei᷒ rei inq̄ſicio ſpectat ad iudi cem q̄ reo abſoluto aī deſtinacōe ar. ff. de vbo. ſigni. l. fugitiu᷒ quia p᷒ ſmaꝫ abſolucōnis ꝫ nō licēt. vt. C. de calump. l. i. de accuſatoris in cipit conſilio querere qua mente ductus ad accuſacionem proceſ ſit ꝛ tunc condempnabit eum vel abſoluet quorum alterum ex for ma ſentencie apparebit. vt. ij. q. iij. ꝟ. notandum. ff. e. titu. l. i. ꝟ. i. po teſt enim eſſe ꝙ accuſator qui non probat iuſtam habuit cauſam re mendi ad crimen. vt. C. e. titu. l. qui non probaſſe. ſi vero iudex.

De calūpniatoribꝰ
De ſymonia

iudex de hoc non inq̄ſierit durante adhuc p̄mo iudicio poſtea non p̄t vt C·e·t·l·i· ñ noua ꝯ̄ accuſatorem eūdēqꝫ calūpniatorē accuſacō inſtituat vt C·ꝺ aduo·diuꝰ iuꝺ·l·i·vel p̄t incōtinēti reo abſoluto ꝯdēnaē calūpniātē ꝓhibita tñ inq̄ſicōe qꝫ que in ꝯ̄danēta ſūt ineſſe videntur vt C de pac·l·petēs·ff·ſi certū pe·l·lecta· Et nō qꝫ vbi certa ē pena iponēda accuſato ſi ꝯuicatꝰ·certa ē ꝗ iponenda accuſatori calūpnioſo qꝫ eadē ſꝫ vbi incerta eſſet illa q̄ imponēda eſſet accuſato tūc accuſatori in calūpnia ꝯpzehēſo imponetꝰ tanta ꝗ talis pena· qūta ꝗ q̄lis ꝓ c̄rimine obiecto ab accuſatore ſolet iponi·vt C·e·t·l·vlt·ff·ad ſenatus cōſul·turpil·l·ꝗ in p̄uatis· Priuaricator autē dicitur quaſi varicator qui diuerſā ptē adiuuat ꝓdita cā ſua ꝙ nomen labeo ꝗ varia concertacōe tractū ait nā qui p̄uaricatur ex vtraqꝫ pte cōſiſtit quin ymo ex altera h̄ āt extra ordinē ſolet puniri·vt ij·q·iij·ꝰ·nōnꝺ·in verbo p̄uaricator·ꝗ·ff·de pruaricac·l·i·ꝗ ij·
Hic aūt tgiuerſatur q̄ tga vertit accuſato ꝗ ctra abolicōnē ꝗ ab accuſacōe deſiſtit h̄ incidit in turpilꝰ et extra ordinē punitꝰ vt ij·q·iij·ꝰ·notandum in verbo ſi quis ꝗ ff·ad turpilꝰ l·i·ꝰ·ſi quis autem·

## De ſymonia·

Inter cetera c̄rimina eccāſtica ſimonia p̄mū obtinet locum· Nā ſimoniaci velud p̄mi ꝗ p̄cipui heētici ab oībꝰ fidelibꝰ ſūt reſpuendi ꝗ oīa c̄rīa ad ꝯpacōēꝫ ſymoniace heēſis q̄ſi ꝓ nichilo reputātur vt i·q·vlt·pꝫ ꝗ qꝫ vſitatum ē tm̄ malū vt i·q i·repiūtꝰ ꝗ iō exaggandū vt·ff·de penis·l·aut fcā·ꝰ·vlt·
Ideo p̄miſſo de accuſatōe ꝗ eiꝰ calūpnia ſtati añ alia c̄rīa ponit de ſymonia· vñ ſubicitꝰ h̄ rubca de ſymo·ꝗ ne aliq̄d ꝓ ſpi·exigatur vel ꝓmittatꝰ· Videnꝺ ē igitꝰ· q̄d ſit ſymonia· vñ dicatꝰ· q̄bꝰ modis ꝯ̄batꝰ·q̄ pena ſymoniacꝰ puniatur et q̄ coñ eū poſſit diſpēſacio adhiberi· Symonia ē ſtudioſa cupiditas lꝰ volūtas emēdi·lꝰ vēdēdi ſpūale vel ſpuali ānexū qꝺ ſpūale cēſetur·ius eñ p̄ſēdi puētꝰ p̄bēdales ſpūale nō ē ſꝫ dicatꝰ ānexū ſpūali h̄ ē canonie ꝓptꝰ res tēpales q̄ ex illo iurē puenīūt ſcꝫ fructꝰ ſic ꝗ ius p̄ſēdi puētꝰ rōe platuræ ſpūale nō ē ſꝫ dicatꝰ ānexū ſpūali ꝓptꝰ tēpalitatē q̄ inē ipſi p̄cepcōni ꝗ iō ſi q̄s emat lꝰ vēdat ſpūale ꝓptꝰ ānexum ſpūali neutrū inēptū vel inēditūꝫ derelinquid·vt i·q·ij· ſi quis obiecerit·ſic ꝗ ius p̄ronatus vendi nō p̄t vt ꝯ̄ de iure pa·ꝗ iuē·ꝗ·c·quia clericꝗ tñ dicitur ſpirituali ānexū vt in dec de iure·ꝗ ꝯ̄ de iuꝺ· Quanto ꝓpter quandam conſideracionē quia cadit in laycuꝫ ꝗ a layco poſſidetur vel quaſi cū nullum ius ſpirituale a layco poſſideatur preter illud et preter ius funerandi·vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ff·de mortuo iſte·l·i·⁊ preť ius eli
gēdi ſi ex puilegio ↄpetat·vt·ſ̄·de
iure pa·nob·⁊ ꝓpťea nō diať mē
ſpūale ꝫ ānexū ſpūali accedit ad iſ
ta·ſ̄·de rerū pmu·q̄ſitū· Premiſ
ſa āt diffinicō vel deſcripcio ſymo
nie ꝓbať·i·q·i·q̄ ſtudet· Dicitur
ſymonia ā ſymone mago pmo in
nouo teſtamēto ſceleis hui⁹ aucto
re·ipē eīn voluit emē grām ſci ſpūs
a btō petro ſic̄ ⁊ gyeſi in veteri teſ
tamēto voluit vendē grām ſcitatis
naamā ſyro vn̄ ꝓpe loqndo ēptor
ſpūaliū diciť ſymoniac⁹ venditor
gyziac⁹ vel gyezic⁹ ꝫ vſus hoim
hꝫ vt vťqꝫ ſymoniac⁹ appelleť et
de vtroqꝫ legiť·i·q·i·q̄ ſtudꝫ. Cō
mittať āt ſymonia trib⁹ ſpēb⁹ mu
neris· Vn̄ btūs q̄ excutit man⁹ ſu
as ab oī munē·n̄ dix̄ ſolūmō a mu
nē·ꝫ ab oī munē qꝛ munus·aliud
ab obſeq̄o·aliud a mañ·aliud a li
gua·Mun⁹ ab obſeq̄o ē ſuit⁹ īde
bite īpēſa·mun⁹ a manu pecunia ē
mun⁹ a lingua fauor eſt·vt·i·q·i·
ſūt nōnulli· Itē ↄmittiť ſymoia
ſola volūtate vel ī tēcōe ſic̄ ⁊ vſu
ra·vt ꝫ·de vſu·Cōſuluit xiiij·q·iij·
ſi feneraueris· In h̄ tn̄ diſtinguen
dū ē ſicut diſtinxerūt doctores ātiq̄
q̄ quedā ſūt ꝓhibita qꝛ ſymoniaca
vt vendere vel emere ſacrāmēta h̄ enī
iō hodie ꝓhibētur qꝛ ⁊ in veteri teſ
tamēto erāt ꝓhibita ⁊ ſymoniaca
emi vel vendi dona ſci ſpūs· vt·i·
q·i·qui ſtudet·vn̄ venditores colū
barꝫ eiecti ſūt a dn̄o de tēplo·vt·i·
q·iii·Ex multis· q̄dā aūt ſūt q̄ i ve
teri teſtamēto nec erāt ꝓhibita nec
ſymoniaca·ꝫ hodie ſūt ꝓhibita ⁊
ſymoniaca qꝛ ꝓhibita p cōſtitucō
nes vt vēdē vicariā caſtaldyaona
tū yconomatū Aduocaciā ⁊ h̄ ui
iuſmodi·vt ꝫ c·c·ad nrām·i·q·i·ſi
q̄s eps·⁊·q·iij·ſaluator·h̄ enī vel
vendi eſt ſymoniacū qꝛ ꝓhibitū i
hijs non ſufficit ſola volūtas ꝫ re
q̄ritur vt interueniat act⁹· ⁊ nō q̄
in hijs in quib⁹ ſymonia ↄmittis
tur ſola voluntate nullo pacto ꝫ ef
fectu aī pcedēte nō ē necāria reſig
nacio ſpūaliū q̄ ↄferūtur ⁊ tpalium
que pſtātur ſed ſufficit delinquē
tib⁹ p ſolam pniāꝫ ſuo ſatiſfacere
creatori ⁊ eos ꝓ ſymonia hmōi n̄
teneri vt ꝫ·e·ti·c·vlť·⁊ ſm̄ h̄ intel
ligo decꝫ ꝫ·e·c·tua nos ¶ Sūt aūt
caſus in quib⁹ mun⁹ a manu licīe
te intercedit in ſpūalib⁹·Prim⁹ ē
cum quid ſpōte datur ⁊ gratis o
fertur·vt·i·q·i·quicquid inuiſibi
lis·⁊·c·ꝑpio in ſi·⁊·c·placuit· et
ꝫ·e·c·dilect⁹ fili⁹ A in ſi·Secūn
d⁹ cum oīa illa ↄcurrūt q̄ diſtiguū
tur ꝫ·e·⁊ ſi q̄nes Terci⁹ ꝓ opib⁹
ſpūalib⁹ ab eo collatis qui ad hec
ex officio non tenetur·vt·xij·q·ij·
caritatem· Quartus ꝓ operib⁹ ſpi
ritualib⁹ ad quas qui cōfert ex of
ficio tenetur vt cum eps conſecrat
eccāꝫ vel viſitat quia tūc poteſt ex
igere moderatam pcuracōeꝫ·vt ꝫ·e·
cum ſit romana·ſ̄·de pſcrip·c·
Cum ex officij·x·q·iij·Relatū·n·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sȝ q̄uis ſic dixerit antiq̄ ⁊ ſcrip
ſerit frat' Raymū· in ſūma ſua tñ
nō audeo dicē ꝙ ꝓ actu viſitādi ꝉ
cōſecr̄ndi eps exigat ⁊ h' ꝑpt' cano
nē·i·q·i·ſtatuimus·ſȝ ꝓ labore vie
xij·q·ij·caritatē· Sȝ oppones canō
ille loquit' cū eps nō ꝑ ſue ciuitatis
prochias fatigat' ſi ergo ī ſua ciui
tate viſitat vel ↄſecr̄t videt' ꝙ nō de
beat exigē ꝓcuracōez cū nō laboret ⁊
tñ ↄ̄rīū ē·ut·ꝭ·de cenſib' exac·⁊ ꝓ
cu·venerabili· Ad qḋ r̄n̄o ⁊ ſi mi'
laboret eūdo ad ecc̃az ciuitatis ca vi
ſitādi vel ↄſecr̄ndi q̄ꝛ eūdo ad eccām
in dyoc̄ ↄſtitutā laborat tñ ⁊ iō ceſ
ſat obiectio· Quītus cū elemoſina
dat' ꝓ vita eterna ⁊ pctōꝝ remiſſi
one vñ pctā tua elemoſinis redie
Sextus ꝓ redimēda vexacōe que
in reb' ſpūalib' iniuſte īfert'· ut ꝭ
e·c·dilect'·⁊ ↄcordat apl's redimē
tes temp' ħmī qm̄ dies mali ſunt
Sȝ videt' obſtare ꝭ·e·c· q̃relā·ibi
eñ vtrūqȝ ꝓhibetur emi ⁊ redimi
ecc̃az· Sȝ ibi exponit' redimi·i·pro
pecunia reſigni· Itē non obſtat ꝭ
e·c·nemo·qꝛ ibi nō redimit' vexa=
cio ſȝ emit' abſolucio·vel pt ſic dici
ꝙ redēpcō rei ſpūalis ꝑmittit' vex
ato iniuſte ⁊ redimēti ꝓhibet' vexā
ti ⁊ ꝓ ſue vexacōis ceſſacōne recipienti
¶ In munē ab obſeq̄o diſtinguit'
qꝛ ā obſequiū ē corpale aut ſpūa
le Si corpale ſit obſequiū ⁊ hones
tū viciū nō īducāt vt cū q̄s ſuit ſuo
epō corpalit' in reb' liciis ⁊ hones
tis puta eūdo romā ꝓ ipō aduoca
do ꝉ ꝓcuratoris officiū gerēdo ꝓ nego
ciis ei' ꝉ ecc̃e ſue· vbi gº dign' dig
nū ⁊ honeſtū ꝑſtat obſequiū ꝓ bñ
ficio vel ordīe ceſſat viciū ſimoīe et
h' innuit a ↄ̄rio textu canō ille·i·q·i·
ſiūt non nōnulli in verbo mun' ab
obſequio eſt ſeruitus indebite im
penſa· ¶ Si vero indignus dignū
vel dign' indignum preſtet obſe
quium non caret vicō ſimoīe ſed
q̄uis honeſtum obſequium libera
liter preſtitum viciūm nō inducat
vt dictum eſt·in pactū tamē du ci
non poteſt·hug·tamen dixit indiſ
tincte ꝙ ſi quis directe habeat in
tencionem ſuā ad ordinem vel be=
neficium cū ſuit ſimoniacus ē ar·
ꝓ eo ꝭ·e·c·Cum eſſent· Sed nun
quid obſequiū ſpirituale pōt ſine
vicio preſtari ex pacto Rn̄o nō ni
ſi bñficio vel ꝑſonatui ſit annexum
vt·ꝭ·de preben·ſignificatū· ¶ In
munere autem a lingᷓ ſic dico licet
ſuper hoc diuerſi diuerſa ſcribant·
porriguntur preces· Aut ab ipſo or
dinando ſeu promouendo aut ab
alio pro ipſo ⁊ in vtroqȝ caſu di=
cunt quidam preces huiuſmodi
eſſe illicitas ⁊ ſi ad eas fiat ordi=
nacio viciosa eſt et ſpeciem conti=
net ſymonie ar·viij· queſtio·i· In
ſcripturis ſupra de iure patro·per
tuas ꝙ tollerabile puto ſi pro in=
digno fiant·ſecus ſi pro digno·
vt ſupra de eta·⁊ qua·Tuā·i·q·i·
Filium ꝭ·ꝭ ſimo·tua·al's multi ho
die dampnarentur cum plures

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ordinetur et bñficientur interueniẽ ẽtibꝯ ꝓpriis precibꝯ vel alioꝝ. Sꝫ ſi aliqs ꝓ platura preces porrigat ꝓ ſe ipſo h̃ ābicioſꝰ ẽ. vt i.q.i. nullꝰ itaqꝫ. ſi vo ĩt poſitus pābꝰ alicis ad platuraꝫ aliqs aſſumat̃ tūc diſtinguo. Aut pces ſūt carles ā ſpūales ſi carles et fiāt ꝓ idigno cōmittit̃ ſymonia. vt i.q.i. de ordinacōnibꝯ nā preces loco pcij ſuccedunt vt i.q.i. ſūt nōnulli. Sꝫ ſi ſint carles et fiāt ꝓ digno liate ſūt dūmō is q̄ ordinat vel inſtituit reſpectum non hēat ad preces ſ3 ad vtilitateꝫ eccē vel meitū pmouēdi Si ſpūales āt preces vicāū non induāit. vt i.q.i. latorē. et lxiij. di. pnāpali. Queritur d exennijs an ſymoniā inducant videt̃ q non dū tñ non ꝓducātur ad muneꝝ qn̄titatē. vt. ff. de offi. pcō. l. ſolent. §. nō āt. §. vlt. licate em̄ recipit̃ eſculentū et pocūletū qd intra dies ꝓxios ꝓdigatur vt ff. de offi. pſid. l. plebiſcito ſicut et q̄ ꝓphete offerebātur ſtipites magis eſtimabant̃ tabnaculi q̄ munera ꝓphete. vt i.q.i. iudices. Sꝫ q̄d ſi corrupta intencōe dent̃ vel recipiātur exēnia. R. nō ſymonia cōmittit̃ q̄ ſine reſignacione ordis l bñficij collati pnā ſola purgat̃ vt ꝗ. e.c. vlt. et ſ̃m h̃ intelligi pt ꝗ. e. nemo. ¶ Sꝫ nūquid modica qn̄titas ꝓ re ſpūali ex pacto data ſymoniā iducit R. nō ſic. Nā inuenio q ſex ſolidi faciāt ſymoniā. vt ꝗ. e.t. tue. Itē xxx. vt ꝗ. e. veniēs. Itē q̄nqꝫ [illegible] lo li. vt i.q.i. iudices. Item trecentiſſis. vt i.q.i. placuit. vt nullus epoꝝ. i. tercia ps ſolidi. Itē ſymoniacꝰ furi cpat̃. vt i.q.i. ordiacōes et in furto non diſtiguit̃ qn̄titas vt xiiij. q. vi. c. vlt. Itē ſymonia cpat̃ crimī vſuraꝝ vtrumqꝫ em̄ ſola volūtate cmittit̃ vt dixi s̄ e. §. Itē cmittit̃ et in vſuris nō diſtinguit̃ int̃ modicū et multū. Iteꝫ cupella vini Itē vba. Itē pōa et q̄d q̄d ſit qd ſorti accedit vſurā iduāt vt xiiij. q. iij. plerıqꝫ. Ad h̃ āt dico q vbi ex pacto aliq̄d dat̃ non diſtinguo qn̄titatē et opus ē reſigcōē eius q talit̃ ē queſitū vbi āt aliq̄d qn̄tūcūqꝫ corrupta intencōe dat̃ ſine pacto ſymonia cmittit̃ q̄ abſqꝫ renūciacōe p pnāꝫ delet̃ vt ꝗ. e.c. vlt. Sꝫ ſi non cſtet de mēte corrupta tūc cſiderātur circūſtācie ille de q̄bꝯ hēs ꝗ. e.c. et ſi qōes. Sꝫ nūquid ſymonia cōmittitur ſi aliquid detur ꝓ calice ſeu veſtibꝯ bñdicēdis dixerit quid q non n̄ inueniretur hoc in iuē ꝓhibitum tunc em̄ eſſet ſymoniacum quia ꝓhibitum vt eſt videre in criſmate baptiſmo cione balſamo ſepultura baſilicis dedicandis vt i.q.i. dictum et c. placuit. vt vnuſquiſqꝫ. vt ꝗ. e.t. cum i eccē. et hijs conſentit frat̃ Raymū. in ſūma ſua. puto tamen verꝰ q in q̄libet eccāſtico miſterio exercendo ſimonia cmitti poteſt vt ꝗ. e.c. ad noſtrā. ¶ Sed nūquid añ ꝓmocōꝫ alicuiꝰ pt ab eo cauēo

exigi ſine vitio ſimonie R̃n̄o nō· ſʒ
poſtea ſic·ut ·viij·q·iij·talia·i·q·i·
q̃ppio·dūmō pactū non pcedat ut
viij·q·iij· Artald⁹·poſtea v̄o pſta
bit cauciō q̄ ex ātiq̄ ɔſuetudie ap
probat·ut lxiij·di· q̄z ſcā·ſʒ a ſupi
ori pōt exigi ⁊ recipi caucio ſiue an̄
ſiue poſt ordinacōnem ſubiecti·ut
ſupra·de elec·ſignificaſti· xxiij·di·
quamq̄ꝑ xxviij·di·de ſiracuſane·c·
di·optatū·⁊·ſ̄·de iure iurā·nullus
auctoritas eīn ſupioris vicaū tollit
vt·ſ̄·de pactis·Cū p̄de·ſ̄· de p̄be·
ri·ſ̄·de trāſacē·ſtatuim⁹·ff·d̄ hijs
qui no·iſa·l·furti accipe·§· q̄ iuſſu·
Item nō ꝙ ſicut ſimoniacū ē me
diāte pecunia vel pacto rē ſpūalem
acq̄ri ſic ⁊ reſignari·ut ī·e·c· q̄re=
lā·ſ̄·de teſti·veniēs· dare eīn intel
ligit q̄ qd̄ ſibi debetur remittit·ut
viij·q·iij·talia·ff·de caliūp·l·q̄ᵐecīā
ff·de ɔd̄·cā da·l· ſi mulier· licet ſit
ar·ɔ·ff·q̄bꝫ mo·pign⁹ vel ypo·ſol·
l·i·§·cū debitor·C ad vell̄·l·i·ff· q̄ i
frau·cred̄··ſi pign⁹·⁊ eodē mō ſi=
moniacū ē ob pecuniā recōciliare ł
non recōciliare·ut ī·e·c·nemo·⁊·c
Ad aures·nec mireris ſi duo ɔ̄ria
in idē recidūt nā h̄ ɔtigit al̄s vt cū
recipit p̄cū ad accuſand̄ vel nō ac
cuſand̄ denūciādū vel non denūciā
dū·teſtificand̄ vel non teſtificandū
eligendū vel non eligēdū· h̄ ei oīa
ead̄ lege puniūtur·ut·i·q·i·qui cū
et·l·ead̄ §·lex iul·⁊·ij·q·i·ꝓhibet
accedit ad iſta·i·q·i·§·q̄ āt pecuniā
Sʒ obſtat canō i·q·i·ſūt q̄d̄ i d̄z

ſt q̄d̄ q̄ violēcia ł fauoē n̄ pmittūt
eccās ordiari hos eciā decrnim⁹ vt
ſaclegos iudicādos· Sʒ ibi ſb̄au=
dio nichilomin⁹ ſimoniacos· Eſt
āt ſciend̄ ꝙ ſimonia ē crīē enorme
vt·ſ̄·d̄ accuſa·⁊ iq̄ſicōi crīē excep
tū·vt·C de epiſ·⁊ cle·l·ſi q̄ꝑq̄ꝑ· xv·
q·iij·ſane· ad accuſacōez ſimoiaci
quilibet admittit ad accuſand̄ vt
ī·e·c·tāta·dūmō is q̄ accuſatur ſit
male famevt ij·q·i·in p̄mis·⁊ d̄ h̄
pleni⁹ no·ſ̄·de accuſa·§· Itē illi n̄
admit·q̄libet peccator miſſam can
tare p̄t pret ſimoiacū vt ī·e·c· Tā
ta·⁊ pret alios enormit delinq̄n=
tes immediate dūmō eoꝝ crimina
notoria ſint de iure vel de facto ·vt
ſ̄·de tēpo·ord̄·c·vlt· ⁊ ſ̄ de renun·
miſi cum pridem in prin· hij enim
oēs ſūt ſuſpenſi quo ad ſe ⁊ q̄ ad
alios ·vel dic ſolum ſimoniacum
eciam occultum ſuſpenſū eſſe quo
ad ſe ⁊ quo ad alios ⁊ notorium
fornicatorem· vt xxxii· di· Nullus·
et·c·preter hec·⁊·§·verum· Et ſi q̄
ratur quare iura canonica ſic pro=
ſequātur hec duo·ſcʒ ſimoniam et
fornicacōez· reſpōdeo ſimonia eſt
morb⁹ cancroſus ⁊ ideo ferro igni
to op⁹ eſt·ē eē malū vſitatum vt
i·q·i·repeniūtur· Item fornicacō ē
cōmune vicium vt·l·di· Quia tua
ſanctitas in fi· ⁊ iō pena exacerba
ri debuit in vtroqʒ·vt·ff· de penis
l·aut facta· §·vlt· ⁊ ꝙ ꝓxime dixi
q̄libet peccator p̄t miſſam cantare
preter ſimoniacum ſic intelli ge

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quilibet non preciſus quilibet tol
leratur ⁊ ſic tollitur obiectio de ſuſ
penſis ⁊ excommunicatis qui excluduntur a prin
cipio ſacramentorum. ut .iij. q. iiij.
Engeltrudam. ſ. de excep. A nobis ꝗ.
de cle. ex. mi. ſi celebrat ¶ Item omnis pec
cator penitens ⁊ ſic non obſtat quod di
ci ſolet quod ꝯſtitutus in mortali peccato
ſuſpenſus eſt quo ad ſe. vt. i. q. i. ſacer
dotes. quod locum habet in non enormibus
etiam occultis ⁊ non mediocribus no
torijs nam enormia occulta ⁊ medio
cria notoria ⁊ poſt peractam penitenciam exe
cucionem ordinis detinent impeditam. vt
ſ. de renunc. niſi cum pridem. l. di. de hijs
ſ. de tempo. ord. c. vlt. ¶ De pena ſi
moniaci ſic dicendum eſt. Aut quis eſt
ſymoniacus in ordine. Aut in benefi
cio ſuſcepto. Si in ordine ſuſpenſus
eſt ipſo iure vt proxime dictum eſt habet
enim caracterem furtiuum. vt. i. q. i. ordi
naciones habet caracterem viciosum. vnde or
do interdum cecidit. vt. i. q. i. quibuſ
dam narrantibus ꝗ. e. c. Accuſatum ⁊. c.
queres. qualitercumque de hoc crimine con
ſtiterit ſiue per modum accuſacionis ſiue
per modum inquiſicionis ſiue denunciacio
nis ſequitur pena depoſicionis. primum
probatur. ſ. de accuſ. inquiſ. ⁊ denunc.
ſuper hijs. Secundum. ſ. de accu. inquiſi
cionum. Tercium. ſ. de accu. ſ. effect⁹
Symoniac⁹ autem in dignitate vel be
neficio conuict⁹ per accuſacionem deponi
tur per inquiſicionem amouetur. vt. ſ. de
elec. per inquiſicionem ⁊ idem per denunciacionem
Et eſt racio quia non poſſet agi penitencia
illa vel illo retento. vt xiiij. di. nerui.

et vt in pro. con. ſ. effect⁹. ¶ Et quod dixi
in ſymoniaco in ordine quod ſuſpenſus
eſt ipſo iure puto locum habere in ſymo
niaco in dignitate quia execucionem dig
nitatis retinet impeditam. vnde quicquid
facit gerendo officium dignitatis
ſuſpenſus agit ⁊ decipit animas ſub
iectorum. vt. ſ. de elec. dudum rotho
mag. ⁊ idem dico in beneficio curam
animarum habente quia de hijs duob⁹ idem
iudicium eſt habendum vt ꝯtinetur
in predicta dec. ⁊ ar. ſ. de filijs preſ.
c. vlt. ſi vero aliquis ſit ſymoniac⁹
in recepcione ſimplicis beneficij vel in col
lacione beneficij cuiuſcumque Aut eius de
lictum eſt occultum Aut notorium de
iure vel de facto ¶ In primo caſu ſy
moniacus eſt ipſo iure ſuſpenſus
ſicut ⁊ quilibet in mortali peccato
conſtitut⁹. vt. i. q. i. ſacerdotes. In
ſecundo quo ad ſe ⁊ quo ad alios vt
ſ. de tempo. ord. queſitis. ¶ Nam ⁊ accuſa
tus de ſymonia prohibetur exequi
officium ſuum accuſacione pendente. vt
ꝗ. e. c. accuſatum ¶ Item quid de hijs
qui per ſymoniam recipiunt vel recipi-
untur ad monachatum Reſponſio ſi per modum
accuſacionis conuicti fuerint deponun-
tur tam recipientes quam recepti. ſed
ſi per inquiſicionem de hijs ꝯſtiterit re
cepti amouentur a locis ⁊ in mona
ſterijs arcioribus collocantur ad pe
nitenciam peragendam. recipientib⁹
autem iniungitur penitencia ⁊ donec eam pe
egerint ab execucione ordinum ſuſpen
duntur vt ꝗ. e. c. dilect⁹ filius a ſed
iſtabis quare priores iſti vel abbates

non remouent̃ ab adminiſtracõe ecc̃
p̄ mod̃ inq̄ſicõis cũ h̃ ſit pena ordi
naria ſimoiacoꝝ p̄latoꝝ ut no. ſ.
e. t. §. de pena. Rñ o illo͛ locũ hꝫ i ſy
moia ↄ̃miſſa i dig̃tate i q̃ adminiſtrãt
ſec⁹ in ſimoĩa ↄ̃miſſa i bñficijs ↄ̃fe
rẽdis ꝉ mõchis recipiẽdis in q̊ ca
ſu locũ hꝫ dec̃ dilcĩs. vel ibi multi=
tudo erat in cã ꝛ v tale nõ eãt mõſte
rijs vetẽs ãmouen p̄latos. ut ſ. d̃
renũ. c. i. ¶ Sꝫ q̃rit̃ an is q̃ bñficiũ
ſimoniace acq̃ſiuit teneat̃ ad oẽs
fruct⁹ q̊s recepit ꝛ q̊ recipi potue
rũt Rñ o ſic. ẽ ei fur ꝛ latro. ut. i. q.
i. ordiacões. ꝛ iõ ſicut fur ſp ẽ i mo
ra ꝛ ad dãpna tenet̃. C. q̄ met⁹ cã.
l. i. C. de ↄ̃dic. furti. l. vlt. ꝛ. C. de fur
tis. l. ſbtracto. ꝛ ad oẽs fruct⁹ vt vi
olẽt⁹. ut. ſ. de reſti. ſpo. g̃uis. Gñ a
lit̃ ei ſine titulo poſſidẽs tenet̃ ꝛ ad
oĩa dãpna ꝛ luc̃ p̄ cepta ꝛ p̄cipien
da. ut. ff. de rei vẽ. l. ſi nauis. §. gñ a
lit. ꝛ iõ ẽ ſi hẽat titulũ ꝫ tale q̊ p̄ ñ
titulo ſit hñ o⁹ ut. C. d̊ ag̊ co. ꝛ cẽſi.
queãdmod̊. ff. q̄ met⁹ cã. l. ꝫ p̄t⁹.
¶ Sꝫ q̃rit̃ cui reſtituet̃ pecunia ſy
moiace data Rñ o ei in cui⁹ iniuriã
data ẽ h̊ ẽ eccẽ. ut. ꝫ. e. c. ↄ̃ſulẽ. ꝛ. c.
audiuim⁹. ꝛ. c. de h̊ ãt. ꝛ ar. ad idẽ
xvii. q. iiij. ſi q̊s in atrio. xxvij. q. i
ſi q̊s rapuerit i aut̃. d̊ ſciſ. epiſ. §. ꝫ
neqꝫ coll. ix. ei v̊o q̊ pecuniã dedit
inuenit̃ ex mia reſtitui. ut. ꝫ. e. c. ve
niẽs. ꝫ forte illo͛ locũ hꝫ cũ reddit̃
ei q̊ mõſteriũ ẽ ingreſſus p̄ ſimoni
am ↄ̃ſiderat̃ eñ ne alteri mõſterio
ad qd̊ trãſferẽd⁹ ẽ ne fiat oneroſ⁹

vt x vi. q. vi. de lapſis. xxvij. q. i. ſi
q̊s rapuerit. p̄lat⁹ ãt aliq̃d ab ec
cleſia p̄ ſimoniã extorquẽs dupli=
catũ reſtituit. vt in p̄ oca dec̃ audi
uim⁹. ſec⁹ ſi p̄ impreſſionẽ q̄ꝛ tũc
reddet q̃druplicatum vt x viij. di.
q̄m quid̊. i. q. i. ↄ̃cuſſionis. Dicitur
aũt ↄ̃cutẽ qui p̄textu officij ↄ̃m=
nãdo aliq̃d ab inuito extorquet ut
ff. de ↄ̃cuſ. l. i. ꝛ ij. ꝛ xxiij. q. i. milit=
tare. ¶ Sꝫ ſciendũ ẽ q̊ nõ omnis
pactio q̃ i re ſpũali interuenit ſimo
niã inducit ꝛ ideo penaꝫ nõ meret̃
Nã ſi poſſeſſio det̃ eccẽ vt in ea ora
toriũ cõſtituat̃ non cõmittit̃ ſimo
nia ut ſ. de reſti. ſpolia. olim q̄ꝛ in
tradicõe rei p̄p̄e licet pactũ apponẽ
vt. ff. de pac. l. in tradicõibꝫ. ſ. de
cõdic. appoſi. verũ ¶ Itẽ nõ cõmit
titur ſimonia ſi det̃ lra cõſtruẽdi
oratoriũ ſub pacto cenſus ut x viij
q. ij. eleutheri⁹. ſ. de religioſ dom.
Cõſtitut⁹ accedit ꝫ. e. t. ex inſinua
cione. talia eñ pacta ſpũalia repe
tũtur ſicut ꝛ illud. ſ. de prebẽ. ſig=
nificauit ſ. de ꝓuis nõ ord̊. nullus.
ſ. de elec. ſig̃ficaſti x. q. i. c. ij. Quid
ſi q̃d exigat̃ ſcd̃m loca cõſuetudinem
in exequijs mortuoruꝫ puta cerij ꝛ
denarij vel in bñdictione nubenciũ
puta panis ꝛ vinũ cerei ꝛ mãtile ſi
cut in pleriſqꝫ locis h̊ de more ꝓua
tur. Itẽ in ↄ̃ſecracõibꝫ epõꝝ manu
tergiũ ꝛ aqua manile Rñ o exactõ
nẽ in talibꝫ reprobũ eẽ ſed nichil
ominꝰ debitã fore ſolucõnez vñ ſu
perior ex officio ſuo cogẽ poteſt ad



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſolucōez nā ꝯpeſcēdi ſūt q̄ malicio
ſe intitūtur laudabilē cōſuetudinē
inuitaē· vt ꝫ·e·c· Ad apl̄icā· Quod
e n̄ ex debito pſtāda ſūt ad q̄ actō
nō dat᷑· vt no· ꝰ· de poſtu· ꝭ· reſtat
Hic ⁊ prādij exactio iux̄ morez re
ꝓbat᷑· vt ꝫ·e·c· Jacobꝰ· ſic ⁊ i mꝪ
tis alijs actibꝰ ſpūalibꝰ ꝯſuetudo
nō excuſat exactionē ꝓ itronizādis
epis Ꝫ abbatibꝰ ſeu abbatiſſis i ſe
de ponēdis Ꝫ ꝓ q̄buſcūqꝫ alijs pſo
nis īueſtiēdis· Itē ꝓ danda abſo
lucōe vel ꝓ q̄buſ d alijs ſic quilibꝫ
ſtudioſus p ſe nōīe p̄t· vt ·i·q·iij·
ſaluator· ſi q̄s p̄bēdas vēdētes ꝫ·e·
c· cū in ecc̄e· Ad aures ſuā intim au
diuim⁹ Ad apl̄icā· Vltio videnđ
ē an i ſimoia valeat diſpēſari in q̄
diſtiguo quid ſūt ſimoiaci q̄dā ſi
moiace ꝓmoti vel ordiati nō tn̄ ſūt
ſimoiaci Cū ſimoniacis ali⁹ a ꝑpa
diſpēſare n̄ p̄t· vt i·q·i· Erga ſimo
niacos· vt ꝫ·e·c· nob i ſi· ꝑpa vō ex
plenitudie ptātis diſpēſare p̄t· vt
ꝫ·e·c· dilcūs ſiti⁹ a· ⁊·i·q·v· q̄cūqꝫ
Cū ſimoiace ꝓmotis ⁊ nō ſimoia
cis p̄t ep̄s diſpēſare· vt ꝫ·e·c· nob
i· R̄ꝰ ⁊·c· ex iſinuacōe· ꝰ· de elec· ſi
alicui⁹ ·i·q·v· p̄ſēciū ꝫ·e·c· de ſimo
niace· ⁊·c· de regularibꝰ· ⁊ qđ dixi
poſſe diſpēſari cū ſimoiace ꝓmoto
vel ordiato verꝫ itelligo reſigto eo
qđ ſimoiace ē q̄ſitū vt i dec̄ ſi alicu
ius· ⁊ i·q·v· q̄cūqꝫ i p̄n· ⁊ qđ dicit
iura illa in bn̄ficio ⁊ dig̃tate puto
et i ordie locū hrē vt reſignet᷑ exe
cucio· caracteri eni renūciari nō p̄ōt

eo qđ aie ē infix⁹ Quidā tn̄ dix
erūt ꝑpam nō poſſe diſpēſare cū ſy
moiaco in ordie ⁊ hꝰ tali rōe q̄r ne=
ceſſaria eſt renūciacio ſed ſimonia
cus in ordie caracteri renūciare nō
p̄t· execucōi non q̄r illā non hꝫ Ad
qđ rn̄o p̄t renūciare q̄ntū in eo eſt
offerēdo ſe ꝑpetue depoſicōi vt xxi·
di· nūc āt Itē q̄ dixi poſſe ep̄m diſ
penſare intelligo ſi nō ep̄ō ſed ali=
cui de ſuis cōmitibus pecunia da
ta fuerit q̄r ſi ibi ſimonia ſua eum
indignū redderet diſpēſare nō poſ
ſet ⁊ hoc innuat canon ille ·i· q·v·
p̄ncipiū in p̄n· vbi dicit p pecuniā n̄
ep̄ō ſed cuidam p̄ncipū ei⁹ datam
Sꝫ videtur q̄ ep̄s nō cū ſimonia
ce ꝓmotis qui ſimoniaci non ſunt
diſpēſare nō poſſit· vt ꝫ·e·c· nobis
ibi eni in p̄ncipio ponitur queſtio
de ꝓmoto ſimoniace nō ſimonia=
co ⁊ in ſi· rn̄detur q̄ cū ipſo nō va
let ep̄s diſpenſare· Ad qđ rn̄o q̄ i
fine illi⁹ decre· dicitur non referas
ad p̄ncipiū ⁊ ad p̄mū caſū in quo
certuꝫ eſt poſſe ep̄m diſpenſare vt
ſupi⁹ dictum eſt ſed referas ad ca
ſum qui ponebatur in dec̄ ſcđm vete
rem cōpilacōez que eſt hodie inter
ciſa in qua tractabatur de vere ſy=
moniaco ⁊ q̄ dicitur ibi ⁊ qđ dictū
eſt p ſimoniacā prauitatē ⁊c· ſic ex
pone vt dictum eſt in p̄ncipio dec̄
ſed in pte deciſa· Eſt autem ſciē
dum q̄ is dicitur ſymoniace ordi
natus vel ꝓmotus non tamen eſt
ſymoniacus q̄ ignorāte ⁊ ratū nō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bn̄te a ↄſanguineis familiaribꝫ ⁊
amicis cōmiſſa ē ſimonia vt ꝓba
tur ꝑ iura inducta·ſ̄·e·§·vlt·vidē
dū eſt ⁊ ꝓbaꝛ ꝗ̄·e·ſicut·vbi vero pe
cunia daꝛ in diſpendiū ꝓmoti ab
hijs qui necē pociuſꝙ̄ ↄferre inten
dūt prorſus ignorāte ꝓmoto ⁊ ta
tum cū ad eiꝰ noticiā venerit peni
tus non hn̄te ꝓmocio ipſiꝰ nequa
ꝙ̄ afficiaꝛ·ut ꝗ̄·e·c·nobis· ⁊ multo
minꝰ afficiatur ſi eo ꝓhibente pecu
nia deꝛ·ut ꝗ̄·e·c·ſicut· Nichil em̄
dāpni ſentire debuit q̄ prohibuit·
ut·ff·de nego·geſ·l·ſi duobꝫ in ſi·
ff·de pau·l·pomp·§·vlt·ff·māda·
l·ſi ꝑ te·C·de nego·geſ·l·vlt ¶ In
caſibꝫ tn̄ nichil opaꝛ ꝓhibicō·ut
ff·de relig·⁊ ſūp·fune·l·At ſi quis
§·ſi me ꝓhibēte·ff·de libali cā·l·iij
ff·de appel·l·nō tm̄ Aliqn̄ plꝰ opa
tur expſſa ↄdictio ꝙ̄ tacitꝰ diſſen
ſus·Et ē racio qꝛ plerūqꝫ qui tacet
preſumitur ↄſentire ut lxxiiij·di·ſi ſꝫ
uꝰ·C·de nup·l·ſiue ꝓponis·ff·ſolu·
ma·l·ij·ſ̄·qui clericā vel vo·inſinuā
te·ſ̄·de ſpōſa·Ad id·ſ̄·de deſpon·
impu·lrās·ſ̄·q̄ ma·accu·poſ·iſup
ꝙ̄uis regula iuris ↄtrariū dicat qui ta
cet nō ↄſētit nec ⁊c̄·ff·de re·iuris·l·
q̄ tacet·Aliqn̄ plus opaꝛ abſēcia
ꝙ̄ ↄdictio ut ē vidē in ſumma·ut·ff·
de re·iud·l·duo ex tribꝫ·ff·de arbi·
l·ſi in tres·Itē in electione ut·ſ̄·d
elec·ꝙ ſic venerabilꝭ·Bone memo·
s·tremon̄·ſ̄·de poſtu·in ſcda bone
Et nō qꝛ diſpēſacio fit ſe iplene vt
cū diſpēſaꝛ cū aliq̄ vt i minoribꝫ

tm̄ vacelat miſtrare vt ſ̄ q̄ cle·ꝭ vo·
c·ij·⁊·i·q·i·ſi q̄s hētice plene vt cū
ꝑmittiꝛ ad ſacerdociū ⁊ nō vlterius
ꝓmoueri vt ſ̄ q̄ cle·vel vo·c·i·⁊·i·
q·vij· ↄuenientibus·⁊ plenius vt
cū ꝑmittiꝛ aliciu vt fiat eps ⁊ non
ꝑmas vt xij·di·nos cōſuetudinē·
pleniſſime vt cū ad oīa diſpenſaꝛ
vt xxiii·q·iiij·ipſa pietas·¶ Itē q̄
riꝛ nūquid pt eps diſpēſare i ſimo
nia ↄmiſſa in exequijs mortuoꝝ·i
bn̄dictionibꝰ nubētū in cimiterij
cōceſſiōe i cſmate recipiēdo i ſacro
rū vaſoꝝ ſeu veſtimētoꝝ bn̄dictō
ne ⁊ ↄſimilibꝰ minoribꝰ ſpēbꝰ ſi
monie crediꝛ ꝙ ſic pꝰ pactā pu̅iaꝫ
eo ꝙ nō ꝓhibeꝛ ar·ad hꝰ ꝗ̄·de ſen·
ex·nup nec obſtat i·q·i·erga qui
loquiꝛ in ſimoniaca dignitate ſic
loqtur dec̄ ꝗ̄·e·c·nob in ſi· ¶ Que
riꝛ an ſacdos peccet vel ſimoniā cō
mittat miſſam ꝑ denar celebrādo
vel alia officia exeqndo Ad qꝺ rn̄o
ſi ſacdos non teneaꝛ ad illud ꝑ q̄
pecuniā recipit ⁊ ſūptꝰ ei deſūt nec
peccat nec ſimoniā ↄmittat·ut·i·q·
i·duces vel iudices·nā ⁊ opas ſu
as locare pt ad tempꝰ·ut ꝗ̄·ti·ꝓx·
c·vlt·dum tn̄ in celebracōe miſſeꝭ
alioꝝ officioꝝ pncipalem intencō
nē ſuam ad remiſſionē dirigat op
tinendam ſcdario aut habere pōt
reſpectū ad denarios quos pcipit·
illa autē officia ad que tenetur ꝑ
pecunia celebrare non dꝫ ſine pecu
nia nō celebraturꝰ alioqn ſimoni
am ↄmittit·vt·i·q·iij·vendentes ſꝫ

et ſi nõ teneaſ ad illa h3 tñ alſ ſup
tus ſuos p denariȷs illa exeq̃ aut
ſimoniacũ eſt aut auarꝫ· Veruptñ
ſi layci ↄſueuerũt pare oblacões
et ſb̃trahãt puto laycos ↄpelli poſ
ſe laudabilẽ ↄſuetudinẽ obſuare
vt ꝫ·e·c·ad apłicã in fi· Et ſic ad=
dãdas oblacões·ut xvi·q·i·ſtatui
mꝰ·⁊ xxxij·di·pret̃ h̃ in fi· Jtẽ q̃ri
tur aliq̃s ↄfert bona ſua ecc̃e pure
ſimpliciť ſine pacto hac tñ intẽcio
ne vt p bõ tpalia q̃ offert ſpũalia
valeat adipiſci ⁊ clericã q̃ eũ in fra
trẽ admittũt nõ eẽnt eũ ñ ↄmoda
tpalia pᷓperẽt admiſſuri an ſimo
niacĩ reputẽtur ad hãc q̃õnẽ3 R̃n
det dec̃ dicẽs ꝙ tã illi q̃ iſti apud
diſtrictũ iudicẽ q̃ ſcrutator eſt cor
dium ⁊ ↄgnitor ſecretorꝫ culpabi
les iudicãtur·ut ꝫ·e·c·Tua·§·licet
ãt· vñ cũ non dicat ſimoniaci iudi
cãť·dixerũt q̃d ꝙ nõ ſũt tã q̃ ſimo
niaci puniẽdi ꝑpť volũtatem cum
ope ſubſecuto ar·ꝫ·de byga·nup
et·c·A nob·Alñ dicũt ⁊ verꝰ ſicut
puto ꝙ ſimoniacĩ ſũt q2 ſola volũ
tate ↄmittitur ſimonia ut dixi·ꝫ·e
§·cõmittitur· Datis tñ puto ꝙ ſi
eccã ſit tenuis facultatis ⁊ paupta
te depſſa aliq̃s rogat admitti clei
cĩ vel mõchi dicere pñt nos libenť
admittimus te ad ſpiritualia ſed
cum bona noſtra nobis non ſufficĩ
ant ⁊ tibi adducas vnde viuẽ poſ
ſis vel ſic prouideas tibi vnde viuẽ
poſſis· Et tũc ſi ingrediens aliq̃ tẽ
poralia cõferat non erit vicium ſy=
monie nec obſtat dec̃ ꝫ·e·Cũ vbi
dicit pauptatis pretextu volentes
hmõi vicium palliare· Naz illa lo
quitur cum non ſic caute procediť
ſicut dictum eſt ſed recipientes cõ
mitterent improuide ſimoniã ⁊ pꝰ
q̃ cõmiſerint pretextu pauptatis
palliare intũtur·pauptatis enim
pretextu non ignoſcitur delinquẽ
ti·ut·ff·de ritu nup·l·palam·§·nõ
eſt ignoſcẽdum·ꝫ·de diuor· Ex lit
teris·pociꝰ enim debent recipiẽtes
mori fame q̃ ſimoĩacis veſci·ut xxx
ij·q·iiij·ſicut ſanctiꝰ ⁊ omnia ma=
la tollare q̃ ſimonie conſentire vt
xxij·q·v·ita ne q̃uis a furto excu=
ſat nimie famis neceſſitas·ut de
conſecra·di·v·diſcipulos·hoc ideo
quia tempoꝛẽ nimie neceſſitatis om
nia ſunt cõmunia·ut·ff·ad legem
ro·de iac·l·i·§·in eadem naui·ſed
ſi nõ fuerat tanta neceſſitas nõ oĩo
excuſat·ut ꝫ·de furtis·ſi quis p ne
ceſſitatem· ¶ Jn ſumma notab ꝙ
mediatores ſimõie ſimoniaci ſũt
ut·i·q·i·ſi quis eps·⁊ nota iſamie
ꝑcelluntur·ut i·q·iii·c·vlť·vñ non
admittũtur ad teſtimoniũ eciam
contra illum qui ſimoniam illam
principaliter dicitur cõmiſiſſe q̃s
uis crimen ſimonie ſit exceptum·
vt no·ꝫ·e·ti·§·eſt autez ſciendum
q̃uis admittantur ad accuſandũ·
vt lxxi·di·ſi quis papa cum h̃ fa=
ma meruerit accuſari·ut ij·q·i·Jn
primis·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ne p̄lati vi. ſu. ſb̄ ānu. cen. ɔce.

I
N p̄xia rubca dictū ē d̄ ſi
monia in gn̄e. nūc ſubiā
tur tractat⁹ d̄ ſimonia in
ſpē ſcȝ cū p̄lat vices ſuas vel eccās
ſub ānuo cenſu ɔcedāt ¶ Eſt igiſ
ſciendū ꝙ p̄lat⁹ aliq̄s p̄lacōeȝ ſuā
iuriſdictionem officiū vices ſuas
circa ea que ſpūalia ſūt ſub p̄cio
ɔcedē non dȝ nec ad locacōeȝ ꝛ cō
ductionē deducē. Hmōi ꝓhibicō
nis triplex ē racio. p̄ma qꝛ dū iuriſ
dictio ꝛ officiū p̄lature ɔducātur i
grauamē ſubiectoꝝ ꝛ ſubūſionem
iudicōꝝ non ē dubiū redūdare vt
i̇. e. c. ij. qꝛ dū ſiiptus q̄re p̄do craſ
ſatur. vt xxiij. q. i. militare. Secū
da qꝛ q̄ vicariū ɔſtituit curam tra
dit. vt. s̄. de offi. vica. c. vlt. ꝛ ideo
ꝓ vicaria dare vel accipere pecuni
am ſimoniacum ē. vt. s̄. ti. ꝓx. ad
nrām. nec miꝝ nā vendē caſtaldio
natū vel yconomatū ſimoniacum
eſt. vt. i. q. i. ſi q̄s eps. ꝛ. q. iii. ſal
uator. Tercia eſt racō quia cū p̄la
tus gratis debeat iudicare. vt xiiij
q. v. nō ſane ꝛ mundas ſuare ma
n⁹ nullū ɔtingē lucꝝ ɔſtituit iudi
cia venalia i q̄ deū ꝛ legē offendit
vt in autū de mand. p̄ncā. §. oportȝ
coll. iij. ꝛ xi. q. iij. q̄ recte. Hȝ op
pōnit h̄ duo paria ſūt q̄ ad ſimo
niā ɔmittendā remittē ſpūale pro
pecunia vel ɔferre vt. s̄. ti. ꝓx. q̄re
lā. s̄. de teſtib⁹ veniēs. ꝛ tñ video ꝙ
eps p̄t iuriſdictionē remittē ſub ā
nuo cēſu. vt. s̄. de relig. domi. cōſt
tut⁹. Ad qd̄ rn̄o p̄latus p̄uilegiū
libtatis indulgēs cenſū ſibi retinȝ
ꝓ tpalib⁹ q̄ remittit. vt. s̄. de cēſi.
cū venerabilē. vel cenſus ipoſicio vi
cum non iducit qꝛ iponiſ vt ſit ꝓba
cio ſubiectionis antiq̄ vt. s̄. de cēſi.
ōis aīa. ꝛ ad iudiciū p̄ſtite libtatis
vt i̇. de p̄uil. recepim⁹. ¶ Poteſt
āt gn̄s vicari⁹ ɔſtitui ꝛ cōſtituto
prouidend̄ ē vn̄ viuat vt. s̄. de of.
ord̄. int̄ cetera. s̄. de appel. ꝑuenit.
nā cū vicari⁹ teneatur ad vices ali
enas gerēdas nō dȝ ſuis ſtipēdijs
militare. vt xij. q. ii. caritatē. Item
p̄t eccā vel prebēda ɔducī ꝛ locari
fructuū cā. vt i̇. e. c. q̄relā. qꝛ ꝛ fruc
tus ꝛ ſi ꝑueniūt ex ſpūalib⁹ bn̄fi
cijs non ſūt ſpūales vn̄ vendi pn̄t
vt cū in hac locacōe nichil ſpūale
admiſceaſ. vt. s̄. de rerū. pmu. ad
qōnes ¶ Hijs q̄ ſupius dcā ſunt
non obſtat dec̄ i̇. e. c. qm̄ enormis
nā illa loquiſ in regimie aīaꝝ h̄ ē
in p̄latura q̄ ſcȝ locacōeȝ ꝛ ɔductio
nē deducī non pōt vt ſupi⁹ dictū ē.
Itē non obſtat canon q̄ ꝓhibet ne
cōducticijs p̄ſbiteris eccē cōmittā
tur. vt xxi. q. i. p̄cipim⁹. qꝛ ꝛ illum
intelligo vt eccē non cōmittantur
id eſt eccāꝝ prelature ꝛ ſm̄ hoc ex
pono verba illi⁹ dec. qm̄ enormis
quia dum ſacerdociū h̄ eſt prelatu
ra ſub hmōi mercede venale diſpo
natur ad eterne retribucōnis p̄mi
um ɔſideracio non habeſ quaſi di
cat dum ꝓ precio cura cōmittiſ et

recipiť aiaꝝ non ad ipſaꝝ edifica
cõez reſpcũs habeť ꝫ ad lucꝝ ¶ Pꝫ
nũquid pt eccã prebẽda vel bñfici
um aliqđ i ppetuũ locari vel vltra
tẽp⁹ vite locatis R̄ñõ nõ qꝛ cũ bñ
ficia ſint pſonalia ↄct⁹ ẽ ca illa hi
ti pſonas ↄtẽdẽciũ non excedũt ar-
ḡ. de prebẽ. ñ in ſi. ḡ. de trãſac. de ce
tero. ⁊. c. veniẽs. ḡ. de vſu pall. ad
h̄ cleric⁹ cũ in bñficio vſufructua
rio ↄpať vt xvi. q. vi. illud. ⁊ vſu
fructuari⁹ rẽ in qua vſufructuꝫ hꝫ
vltra tẽp⁹ ſue vite locare non põt.
et ſi locauerit ſucceſſoꝛ in bñficio
frui ↄductorẽ preſtare nõ tenetur
ymo ſi cõductoꝛ expẽſas fecerit q̃ſi
vltra vitaꝫ clerici fruitur⁹ non eas
recipiet qꝛ h̄ euenire poſſe pſpicẽ
debuit vt ff. loca. ⁊ ↄduc. l. ¶ Di q̃s
domũ. ḡ. h̄ ſubiũgi põt. ñ forte dicẽ
velis ab hẽde illi⁹ q̃ ſic locauit cõ
ductori reſtituẽdas eſſe ei expẽſas
ar. ḡ. de reb⁹ ec. nõ alie. ad audiaꝫ
hijˀ aťq deca fuit non obſtãt iura il
la q̃ dicũt illũ q̃ in ppetuũ cõduxit
vel ad non modicũ tẽp⁹ ius hr̃e in
re vt reſiſtẽ poſſit ⁊ eciã ab eo vtili
ter vẽdicare. vt. ff. ſi ager vectiga.
vel ẽphi. l. i. ḡ. qđ ait. nã illa loqui
tur in p̃uatis locãtib⁹ res ꝓpas ⁊
ↄductorib⁹ q̃a dñi res ↄducũt.

¶ De magiſtris.

Iximˀ. ḡ. de ſpũalib⁹ q̃li
ter ꝓhibeãtur ↄcedi vel re
cipi pecunia mediãtẽ. nũc
tractať de hijs q̃ iſtar ſpũaliũ hñt
videlicet de mgr̃o ⁊ licẽcia docẽdi.
¶ Et idõ poniť h̄ rubrica de mgr̃is ⁊ ne
aliq̃d exigať p lĩcẽtia docẽdi. ¶ Eſt
igiť ſciendũ qꝫ ſtatutũ fuit ãtiq̃t⁹
deĩ ab alex.º ꝑpa in lat'a. ↄcil. ino
uatũ ⁊ poſtmodũ ab Inno. in ↄcil
gn̄ali qꝫ ſingule ecce cathedrales
ſingulos mgr̃os libaliũ arciũ ha-
berẽt p eũdẽ inno. ẽ adiectũ vt nõ
ſolũ in q̃libet cathedrali eccleſia ſꝫ
in alijs quaꝝ ſufficere poterunt fa
cultates conſtituatur mgr̃ ydone⁹
a prelato cum captl'o ſeu maiori ⁊
ſaniori parte captl'i eligendus qui
clericos ipſarum eccleſiarum g̃tis
in gramatica facultate ⁊ alios in-
ſtruat iuxta poſſe ¶ Parie metropol
eccleſia theologum nichilominus
habeat qui ſacerdotes ⁊ alios in ſa
cra pagina doceat ⁊ in hijs preſer
tim informet que ad curam aiarũ
ſpectare noſcũtur aſſignetur aũt
cuilibet mgr̃oꝝ a captl'o vni⁹ pre
bende prouentus ⁊ pro theologo
a metropoliť tãtũdem non qđ ꝓpť
hoc efficiatur canonicus. ſed tam
diu redditus ipſos pcipiat q̃diu
pſtiterit in docendo vt probantur
hec xxxviii. di. de quibuſdam ⁊. e.
c. i. ⁊. c. quia nõnulli. ¶ Nũc autẽ
queritur de cãcellario pariſieñ ⁊ d
Arch bonoñ ⁊ de magiſtro ſcola-
rium qui vel ex p̃uilegio l' ex iure cõ
ſuetudinario habent examinare
doctores ⁊ licenciam dare docen-
di. nunquid ſymoniam cõmittũt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi obtētu pecunie ſniaꝫ p̄ſtāt alſs n̄
datum ſnō nō neqꝫ em̄ vendit᷑ vel
emit᷑ ſpūale vel ſpūali ānexū ſꝫ cō=
mittit᷑ crimen ↄcuſſionis cū p̄textu
officij p ipreſſionē exigit᷑ qđ nō dꝫ
vt. C. q. met⁹ cā. l. ſi p ipreſſionem
xxiij. q. i. militare. ff. de ↄcuſſio. l. i.
et. ij. ⁊. i. q. i. Cōcuſſionis vn̄ q̄ exe
git dig̃tate officiō ac bn̄ficio eccāſ
tico ſpoliet᷑. ut ī. e. c. i. ⁊. c. qūto in
ſi. ⁊ lꝫ. ex pte dātis ⁊ exigētis vide
atur turpitudo vſai ⁊ ſic pocior ſit
cōdicio poſſidētis ⁊ deterior repetē
tis. vt. ff. de cōdic. ob turpē cau. l.
ij. xiiij. q. v. non ſane. tn̄ in h̄ caſu
pmittēti ſuccurrit᷑ ⁊ ſoluēti vt re
mittat᷑ pmiſſum ⁊ ſolutū reddat᷑
vt ī. e. c. puideas. non in fauorem
promittētis ſꝫ in odium petētis vel
poſſet dici q̄ non vſatur turpitudo
ex pte pmittētis cū eni ſit pdone⁹
q̄ requirtur. vt ī. c. i. ⁊ ipediatur vel
non pmittatur face qđ a iuē pmit
tatur lꝫ ei vexacōēꝫ ſuā redimere vt
ſ. de ſymo. diltus. ¶ Sꝫ q̄ritur đ
mgr̄is talibꝫ q̄bꝫ de bn̄ficijs eſt p
uiſū an ſimoniā ↄmittāt exigendo
a clericis eccāꝝ a q̄bꝫ pcipiūt bn̄=
ficia ⁊ ab alijs clericis paupibus
ſnō ſic. ¶ Nā i tēplo vendētes ſiūt q̄
h̄ q̄ q̄buſdā iure ↄpetit ad pmiūꝫ
largiūtur. vt. i. q. i. in tēplo. ¶ Itē
nō ſolū venditores ſiūt columbaꝝ
et domū dei faciūt domū negociacio
nis q̄ ſacros ordines largiēdo pcū
pecunie vel laudis vel honoris inq̄=
rūt vel bij q̄ꝫ q̄ g̃dū vel grāꝫ i eccā

ſpūalē quā dn̄o largiēte pcepcrit n̄
ſimplici intēcōe ſꝫ cuiuſlibꝫ hūane
ret bucōis cā excent vt. i. q. iij. non
ſolū. ¶ Querit᷑ āt de mgr̄is alijs r̄
gētibꝫ pariſi⁹ vel bononie vel nea=
poli vel alijs locis an licite collectā
exigāt a ſcolaribꝫ. Et videt᷑ pma fa
cie q̄ non q2 ſcia donū dei ē. ut xvi.
q. i. reuitimi eccā ſꝫ. vn̄ vēdi non dꝫ.
vt. i. q. iij. non ſolū. Itēꝫ pcicē dn̄t
pecuniā exēplo ſocētis q̄ magnū pō
d⁹ auri abiecit vidēs ſe non poſſe
v̄tutes ⁊ diuicias ſimul poſſidē vt
xij. q. ij. ſoctes. Itē pfeſſores iuris
et ſi honeſte recipiāt ſpōte oblata i
honeſte tn̄ exigūt. vt. ff. de va. ⁊ ex̄
ord. ↄgni. l. i. §. ē quid. Itē doctoēs
philoſophātes it̄ q̄s iuis cīl nuo
pfeſſores. vt. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. i.
ſi pecuniā exegerit ↄ̄ria erit pfeſſio
ni eoꝝ exactio. vt. C. de mune. prio.
l. pfeſſio. ſꝫ ↄ̄ q̄ p tpe p̄ſtat obſeq̄
um dꝫ ↄſeq̄ bn̄ficiū. vt xij. q. ij. cai
tatē. Itē p̄t mgr̄ vendē doctrinā ſi
cut ⁊ iuris ↄſult⁹ ↄſiliū. vt xiiij. q.
v. nō ſane. ⁊ xi. q. iij. nō lꝫ. Gratis
em̄ intelligit᷑ docē ⁊ ſi collectā reci
piat p expēſis ſicut eps g̃tis intel
ligitur ↄſecr̄re ac viſitare ⁊ tn̄ reci
pit pcuracōēꝫ. vt. ſ. de ſimo. cū ſit
ſ. de p̄ſcp. cū ex officio. ſic ⁊ teſtis
intelligitur g̃tis teſtificari ⁊ tn̄ hꝫ
expēſas vt iiii. q. iij. vētaris. Sco
lares eciā non q̄s nimias pn̄t ſꝫ p
facultatibꝫ ⁊ dignitate nataliū mer
cedes preceptoribꝫ ſuis conſtituāt
vt. ff. de adminiſtra. tu. l. cū plués



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. cũ tutor. ⁊ eos munificẽcijs ſu-
is ditare dñt. vt. ff. de dõ. l. aeq̃li⁹
vtilit quid ſiũt expẽſe i mercedib⁹
mgr̃oꝝ. vt. C. de nego. geſ. l. ſi pro-
no ꝓabin⁹ a ſuis ſcolarib⁹ ſuſtẽ
tat⁹ fuit. vt. ff. orig. iur. l. ij. cca fi.
Judices expẽſas recipiũt. vt ꝫ. de
vita ⁊ ho. cle. cũ ab oi eſculentum
et poculentũ vt. ff. d offi. preſ. ple
biãto vt. ff. de offi. procõſu. l. ſolet
§. vlt. ſacdotes q̃ miñt in tẽplo reci
piebãt aliq̃ ꝑ ſũptu. ut. i. q. i. iudi
ces ẽca h̃ dico ꝙ ſi doctori ſua non
ſufficiũt liciẽe ⁊ honeſte pt a ſcola-
rib⁹ exigẽ ꝑ expenſis. Si vero ſuf
ficiũt non exiget ſed ſpõte oblata
recipere pt. vt x. q. ij. pſcis. xij. q. i.
eccaſticarũ. xviij. di. de eulogijs. i.
q. i. q̃cquid inuiſibilis. ⁊. c. placuit.
et h̃ intelligo in hijs q̃ apti ſũt et
ydonei ad docendũ ceterũ ſi q̃ tẽp⁹
ꝑueniãt ⁊ ad cathedrã nimis acce
lerẽt mgr̃alẽ intẽdentes magis diſ
cere ꝙ docẽ ſuũ negociũ gerũt non
alienum. ut. ff. de nego. geſ. l. ſi pu
pilli. §. in talib⁹ ⁊ ſi ſua non ſuffici
unt non eſt ꝓuidendũ ex debito in
expẽſis imputatis ſibi qui ſuã iſir
mitatẽ vel inpiciam non aduertũt
vt. ff. ad le. acqnil. l. idem.

De iudeis ⁊ ſarracenis.

Exim⁹ de hijs q̃ ſpm̃ ſcm̃
p ſymoniã blaſphemãt.
Nũc de hijs agam⁹ q̃ deũ
male colẽdo inhonorãt vt ſũt iudei
et ſarraceni. Videa⁹ q̃ dicanť iu
dei ⁊ vñ. q̃ ſarraceni ⁊ vñ. ⁊ q̃lit ſit
inuitãdi ad fidẽ. q̃lit ſint a xp̃ianis
tractãdi. Et q̃d iuris ſit de ſuis eo
rũ. Judei dicuntur q̃ moſaycã le
gẽ ad lrãm tenẽt circũcidẽdo ⁊ alia
legalia faciẽdo. Dicti ſũt iudei a
noie digniois trib⁹ ſcꝫ a tribu iude
qui int alias tribus bellicoſior ⁊ i
bellis pmã aciẽ a regni ꝑuilegiũꝫ
obtinuit ſcꝫ vt ex ea ſola rex crea
retur ſicut ex tribu leui ſacdotes.
Ebrei vero dicũtur ab eber cui⁹ fa
milia cultuꝫ tenuit vni⁹ dei ceteris
ydolatria ſedatis. Sarraceni di
cũtur q̃ nec nouũ nec vet⁹ recipiũt
teſtm̃ qui non ab agger ancilla
abrahe de q̃ eoꝝ ſuit origo agare-
nos ſe vocari volũt ꝫ pod⁹ a ſarra
vxoẽ ei⁹ ⁊ liba ſe ſarracenos ſũt q̃
dã q̃ receperũt q̃uqꝫ libros moyſi.
ſed ꝓphetas reſpuerũt vt dicit in
euãgelio nõ coutũtur iudei ſamari
tanis. Debẽt ãt tã iudei ꝙ ſarra
ceni auctib⁹ roib⁹ ⁊ blandimẽtis
poci⁹ ꝙ aſpentatib⁹ ad fidẽ de no-
uo ſuſcipiendã ꝓuocari non ꝯpelli
vt xlv. di. qui ſincera ⁊. c. de iudeis
ꝫ. e. c. ſicut. Debet aũt hõ diligere
ꝓximũ ſicut ſeipſũ vt quẽ putauit
bõiꝫ bñficencie ꝯſolacõe. vel info-
macõne doctrine vel diſcipline cohi
cione adducat ad colendũ deũ. vt
xxiij. q. iiij. c. vlt. Si tñ aliq̃s ꝯdi
cionalit coact⁹ puta p minas p re
rũ ablacõeꝫ ł aliã ſimilẽ coactioneꝫ
baptiſmi recipet ſacramentum et

poſtmoḋ a fide receſſerit cōpelli ḋʒ redire ad fidē ꝛ ſuare ne nomē dn̄i blaſphemet᷑ ꝛ fidē ꝙ ſuſcepit vil᷑ ac ꝯtēptibilis habeat᷑. vt xlv. di. de iudeis. ꝛ. s̄. de bap. ꝛ ei⁹ eff. ma ioēs. Hic ecīa iudeos xp̄iani ſe dn̄t hr̄e non ꝯmedent cū eis neqʒ habi tabūt neqʒ recipiēt eos ad cōuiuia ſua. vt xviij. q. i. null⁹. ꝛ. c. oēs. cū ſarracenis āt poſſim⁹ manducare vt xi. q. iij. ad menſā. Homōi diuſi tatis illa ē racio qꝛ iudei ꝑ abuſio nē ſcripturaꝝ ꝛ ꝯtēptū ciboꝝ nroꝝ rū mag̃ fidē nr̄ām ipugnāt. Alij tn̄ vt lau. ꝛ Jo. dicūt ꝛ meli⁹ ꝙ ſicut xp̄ian⁹ cū iudeo non ḋʒ facē ſupra dcā. Ita nec cū ſarraceno qꝛ ꝛ ſar racem hodie iudaiſāt vn̄ eadē cā ꝓ hibicōnis ꝛ idē piculū ē in vtroqʒ. Excipit᷑ tn̄ caſus in q̊ poſſimus vti cibis appoſitis a paganis cū mo deſtia ꝛ grāꝝ actione ſuata tēpoꝛ q̄litate iux̄ canonicas ſanctiones cū ad predicandū xp̄i fidē ad eos xp̄i ani accedāt. vt ī. e. c. qm̄ ſit lauda bile ꝛ ſic intelligenḋ ē. xi. q. iij. ad mēſā. dūmō ꝙ opponit᷑ nō ſit ydo lis ỹmolatū qꝛ tūc ſancti⁹ eſt mo ri fame quā ydolatico veſci. vt xxxij q. iiij. ſicut ſancti⁹. qḋ q̄dā intellex erūt cū q̊s advenerā cōnez ydoli veſ cit᷑ alś in ſūma ncc̄itate famis cum horrore ꝛ execrācione poſſet aliquis ydolatico veſci ad vite tāttūmō ſuſ tentacōez ncc̄itas eīn non hʒ legem vt de ꝯ. di. i. ſicut ī. ḋ re. iuris ꝙ nō eſt licitū. Nā ncc̄itas ē ꝯ̄ria volūta

tivt. ff. ꝙ met⁹ cā. l. i. ꝛ nullū pcm̄ niſi voluntariū. vt xv. q. i. §. i. ꝛ. c. il la. ¶ Itē xp̄iani nō dn̄t in ſuis ne ceſſitatib⁹ vocare iudeos nec ab eis accipe medicinā. nec ſe cū eis in eiſ dē balneis balniare. vt xxviij. q. i. nullus. ꝛ. c. oēs. ¶ Itē pmitti nō dn̄t iudei vt inter xp̄ianos publi cis officijs pferāt᷑ qm̄ ſub tali ꝑ textu xp̄ianis nimiū ſūt infeſti vt ī. e. c. Cū ſit. ꝛ liiij. di. nulla. xvij. q. iiij. ꝯſtituit. ¶ Item nō pmittū tur nouas erigere ſynogogas ſʒ ſi veteres corruerint vel ruinā minēt᷑ poſſint eas reedificaē nō āt vt eas exaltēt aut āpliores vel pcioſiores faciāt vt ī. e. c. iudei. ꝛ. c. ꝯſuluit. lō ge ei aliud eſt reficē ꝛ aliud facere vt. ff. de itinere actuqʒ priua. l. iij. §. reficere. ꝛ. ff. de noui op. nunc. l. i. §. ſi quis lʒ contrariū ſit. ff. de mor. inferen. l. i. §. edificare. Item nō ꝑ mittitur iudeis oſtia vel feneſtras aptas hr̄e in die paraſceue. vt ī. e. quia eo ꝙ nōnulli ex ipſis xp̄ianis afflictis ſolent illudere illo die. vt ī. e. c. in nōnullis. §. in dieb⁹ ſic ꝛ alias abhominacōes ꝛ abuſus fa cere phibētur. vt ī. e. c. ꝛ ſi iudeos ¶ Item non pmittitur iudeis vel ſarracenis xp̄iana mancipia in do mibus ſuis habere vt ī. e. c. iudei. Item nullus xp̄ianus aliquid ī teſ tamento pagano relinquat alio quin eciaʒ poſt mortem iudicabit᷑ anathema. vt ī. de here. ſi q̊s ep̄s. ¶ Item cōpellendi ſunt vt in oīi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xp̄ianoꝝ ꝓuincia ꝛ in oĩ tp̄e q̄litꝫ
te bitˀ publice a ꝑſonis alijs diſ=
tin guātur·vt ꝫ·e·c·in non nullis·
Itē xp̄iani iudeoꝝ ſuicio ſe ꝓ mer
cede aliq̄ non exponāt vt ꝫ·e·c·Ab
oībꝰ·qḋ veꝝ ē in domibꝰ iudeorū ſ
in agris p̄nt·vt ꝫ·e·c·multoꝝ·Itē
iudei cogēdi ſūt ſoluē decimas p̄dia
les·vt·ſ·de deci·de terris·xp̄iani q̄
iudeos ḡuare non dn̄t·vt ꝫ·e·c·ſic
niſi forte ĉca p̄ſonū exactiones vt
p h̄ cōpellātur ad rectitudinē feſti
nare·vt xxiij·q·vi·iā vo·Sed ſi
iudei exceſſerit in p̄dcīs vel alijs ve
niendo ꝯ canonicas ſanctiones pu
niūtur qñqꝫ in ꝑſonis·vt ꝫ·e·c·in
nōnullˀ ꝫ·de rap·in archiep̄atu·ꝛ
xxviij·di·ſepe·qñqꝫ pecūialiť·vt
ꝫ·e·c·Cū ſit in fine·ꝛ in p̄dcā deci
archiep̄atu·Qñqꝫ p penā ſpūalē
ſcꝫ p penā excoīs idirecē qꝛ xp̄ia=
nis īhibetˀ ſub pena excoīs ne cū
eis aliqḋ ꝯmerciū audeāt excē·vt
ꝫ·e·c·ſi in iudeos in fi·ſ·de deci·in
terris ꝫ·de vſu·cū tu·¶ Sꝫ oppo=
nitˀ q̄d ad eccāꝫ de hijs q̄ foris ſūt
vt ij·q·i·multi·xlv·di·qui ſincera·
Rñõ nichil attinet eccē iudicare ḋ
hijs ſcꝫ eis religionis regulas ipo
nēdo vel eos ſpūalitˀ puniendo n̄ in
directe ſic ſupiˀ dictū ē·ſ ptinꝫ ad
eccāꝫ alˀs eos punire ꝓ exceſſibꝰ ſu
pradcīs·¶ Itē non admittit eos
ad actˀ legittīos·vt ij·q·vij·alie
ni·ſ nō ne eccā peccat dū ſinit ritus
iudaycos obſuare·vt ꝫ·e·c·ſicut·
Ad qḋ rñõ eccā nō approbat ſ ꝑ

mittit qḋ q̄ ꝑmittiˀ volētes p̄āpiˀ
qꝛ malas hoim volūtates ad ple=
nū ꝓhibē nō poſſumˀ·vt xxxi·q·i·
hac auctē·ptea ſi h̄ eccā non tolle
raret videret eos ad fidē cogē q̄ fie
ri non dꝫ·vt ſupiˀ dixi in·§·dꝫ aūt
¶ Nūc de ſuis iudeoꝝ videaˀ·Ad
qḋ nōnḋ ē q̄ ſuˀ iudei·Aut ē ver=
naculus·i·de ꝓp̄a ācilla natˀ·aut
empticiˀ·Si vnaculus ſi ſit vel ve
lit fieri xp̄ianˀ ſtati eripiť in libta
tē nullo p̄cio dato·vt·C·de epiſco·
ꝛ cle·l·deo nob·§·hijs ita ꝛ ar·liiij
di·fratˀnitatē·Si vo ēpticiˀ ſb diſ
tingue qꝛ q̄ erat xp̄ianˀ qñ ſuit ēp
tus q̄ paganˀ·Si xp̄ianˀ idiſtic
te in libtatē eripiť nullo p̄cio dato
qꝛ xp̄iani ꝯmerciū ē iudeo penitus
intdcm·vt liiij·di·mācipia·ſimili
ter ſui hēticoꝝ ipune p̄nt ꝛ dn̄os
relinq̄re ꝛ ad eccās ꝯfugē·vt·C·de
hē·ꝛ mani·l·manicheos·Si āt
ſit ēptˀ dū erat paganˀ q̄ cā ſuicij
q̄ cā ꝯmercij·In p̄mo caſu ſi vult
effici xp̄ianˀ libˀ efficiť ſine p̄cio·vt
liiij·di·fratˀnitatē·In 2° vero caſu
ſi ꝫ·tres mēſes non expoſuit eū ve=
nalē poſtea ſi vult fieri xp̄ianˀ libe
ratˀ ſine p̄cio qꝛ p̄ſumiť q̄ ad ſui
endū emerit·Si āt expoſuit eū ve
nalē ꝫ·tres menſes ꝛ iſte vult fieri
xp̄ianˀ ifra illud ſpaciū vel eciā pˀ
dū tñ non ſteterit p dn̄m q̄ minus
vēdiderit eū infra illud tēpˀ libera
tur reddito p̄cio xij·ſolitoꝝ vt liiij
di·fratˀnitatē·ꝛ ꝫ·e·ti·c·i·ꝛ·ij·ꝛ·c·
vlt·¶ Sꝫ q̄riť cˀ monete erūt ſo

ſidi illi Rn̄o dicunt q̇dā q̄ erūt au
rei·vt·ff·de nu̾o·l·ſi mulier·iſti·de
pe·te·liti·i ſi·C· de ſport·l·oib̄·C· de
falſa·mo·l·ſi q̇s nūmos·vn̄i i ſimili
caſu lex vna dicit xx·ſolid̄ dandos
ne libtas pſtita reuocet̄·vt·ff·de
manu·teſ·l·cum ex falſ·Alia dicit
xx·aureos vt·ff·de ioffi·teſta·l·pa
pinian⁹ §·vlt·dabūtur ā xx·ſolid̄
a q̇cūq3 xp̄iano ēptore·vt·liiij·di·
fraternitatē·Sʒ nūquid redept⁹
fiet ſu⁹ redimētis non ſʒ reſtituet
ei pc̄iū ⁊ erit lib̄ vt ar·iſti·de nox·a·
acc·§·dn̄s·vel ſi non pt illud dare
ſuiat ſuo redeptori aliq̇ tpe·vt·C·
de capti·⁊ poſtli·reuſis·l·vlt·xxvi
q·i·de raptoribꝫ·l· q̄rat hoſtiati p
ciū ſue redēpcōis·vt·ff·de manu·l·
iiij·Sʒ h̄ vera ſūt vbi p̄ciū datum
fuerit cū pietatis aīo non reuocādi
q̄ tūc nec p p̄cio ſuit̄ nec p̄cium
reddet̄·Rō pietate dat̄ pbibet
ius ne repetat̄·Sʒ q̇d ſi plures ēp
tores vel redēptores ſimul ad redi
mendū ꝯcurrāt·Rn̄o epūs loci eli
gat magis ydoneū ar·ad h̄·ff·de
acq·l·ſi plures·⁊·ff·de ꝑplan·ac·
l·ſi plures·vel ſi ſint pares ꝯtrafice
tur epūs cui velit ar·ſ·de iure pa·
Cum āt aduocat⁹·⁊·ff·de relig·⁊
ſūp·fu·l·ſunt plures ¶ Nūquid
xp̄ian⁹ pōt paganū mācipium vel
iudeū emere Rn̄o ſic·vt ſ·e·c· frat̄
nitatē·⁊ ſi iudeos·xxiii·q·viij·diſ
par·ſed iudeum ſecum in familia
non habebit·vt xxviii·q·i·ſepe·et
c·nullus·Sed ſi voluerit effici xp̄i
anus ſibi prohiberi non poteſt nec
debet q̇a vbi ſpirit⁹ ibi libtas vt
xix·q·ii·due·ſ·de renunc·niſi cum
pridem·§·ſed dices·Sed nūquid
iudeus vel pagan⁹ baptiſatus re·
manebit ſeruus·Rn̄o ſic·Nam ſer
uitus itroducta eſt de iure diuino
vt xxxvi·di·ſexto·Confirmata de
iure gencium·vt·i·di·ius gencium
et de iure canonica approbata·vt
xii·q·ij·c·illo ſi quos de ſeruis vſ·
q3 ad eccleſiarum ſeruos eo ſaluo
q̄ in quibuſdam caſibus ſeruitus
eſt per eccleſiam itroducta·vt xxx
ij·di·eos ⁊ lxxxi·di·quidam xv·q·
vlt·cum multe ſ·e·c·iudei·⁊·c·ad
liberandam·¶ In ſūma ſciendum
eſt q̇d quedam merces prohibite
ſunt que ad ſarracenos nullo tem
pore deferri poſſint·vt arma·ferrꝫ
et lignamina·vt ſ·e·c·Ita quorū
dam ſ·e·c·ad liberandum·Nam
et ſm̄ leges h̄ ad hoſtes transferri
nō debent·vt·C·que res exporta nō
de·l·ij·C·de cōmer·⁊ merca·l·merca
tores·ff·d̄ publi·⁊ vec·l·conf·ſed
alie merces non ſunt prohibite tē·
pore treuge·vt infra·e·c·ſignifica
uit qui autem eis galeas vendunt
vel naues·aut in piraticis ſarrace
norum nauibus curam gubernacō
nis exercent·vel machinis quibuſ·
cumq3 aliis aliq̇d eis impendunt
conſilium vel auxilium in diſpen·
dium terre ſancte qualiter puniā·
tur legitur ſ·e·c·ad liberandum·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De hereticis.

IN ſupiori rubrica dcm̄ ē de
iudeis ⁊ ſarracenis q̄ p in
fidelitatē deū inhonorant
Nūc dicēd̄ ē de hēticis q̄ deuiātes
a via fidei i deū multipliciᷣ peccāt
¶ Videa⁹ igiᷣ q̄t mōis diciᷣ hēti
cus. qua pena feriatur. qualiᷣ ab
hereſi rediens recipiatur. heretic⁹
diciᷣ ſex modis. Hētic⁹ diciᷣ q̄ fal
ſā de fide opionē vel gignit vt hēſi
archa ſic. arri⁹. ſabelli⁹. ⁊ macedo
vel ſeq̄tur. vel q̄ hēſi archā imitaᷣ
ſicut ⁊ arriani ſabelliani ⁊ macedo
niani. vt pbāᷣ h̄. xxiiij. q. iii. hēti
c⁹. ⁊. c. quid. ſ. ſabelliani. ⁊. ſ. arri
ani. ⁊. ſ. macedoniani. Secundo
mō pt hētic⁹ appellari q̄cūq3 aliᷣ
ſcripturā itelligit q̄ ſēſus ſpūs ſci
flagitat a q̄ ſcripta ē l3 ab ecca nō
receſſerit. vt xxiiii. q. iij. hēſis. Ter
cio mō diciᷣ hētic⁹ q̄ a ſacmentis
eccē ⁊ cōione fideliū ē diuiſus. vt iiij
q. i. qd āt. Quarto mō diciᷣ hēti=
c⁹ ſacmētoꝝ puſoꝝ vt ſimoniac⁹
q̄ emit ⁊ vēdit ſacmēta eccāſtica vt
i. q. vlt. p3. Quinto mō diciᷣ hē=
tic⁹ dubi⁹ in fide. vt ꝯ. e. c. i. nā fir
miᷣ dēm⁹ credē. vt s̄. de ſūma tri.
et fide ca. Firmiᷣ. xxiij. di. qn̄ eps.
xxiiij. q. i. apte. vñ leui argumēto a
fide deuiās hētic⁹ cenſeᷣ vt. C. e. ti.
l. ij. Sexto modo diciᷣ hētic⁹ qui
rōne eccē puilegiū ab ipo ſūmo ec=
cleſiaꝝ capite traditū auferre cona
tur. vt xxii. di. c. i. ¶ Eſt āt fides d̄
re nō viſa vt de peni. di. iiij. i domo

de ꝯ. di. iiii. vere. Et ē ſciend̄ q̄ oēs
hēſes ſūt hodie dāpnate. vt ꝯ. e. c.
ad abolēdā. Puniᷣ hētic⁹ ſcd̄m iu
ra canoica. Quatuor mōis excacōe
depoſicōe reꝝ oīm ablacōe militari
pſecucōe. Excacōe quia oīs hētic⁹
ſiue magn⁹ ſiue pu⁹ ſiue maifeſt⁹
ſiue ocult⁹ excat⁹ ē ipō iure maio
ri excacōe. vt ꝯ. e. c. ad abolēdā. nō
obſtāte diſtictiōe legali q̄ inᷣ ma
iores ⁊ minores hēticos videᷣ diſ
tiguē. C. e. l. qm̄. Itē depōne q2 ſiue
ſit cleric⁹ ſiue layc⁹ ꝑpa l' ipator l'
q̄libȝ iferior deponi d3 ab oi digni
tate vt xl. di. ſi ꝑpa xxiiii. q. i. qui ꝯ
pacē ꝯ. e. c. ad abolēdā. ſ. i. ⁊ ij. Cle
rici pus ab ordib⁹ degdati ſecula
ris relinq̄ntur arbitrio ptātis aiad
uſione debita puniēdi ⁊ ſic ecca tra
dit clericū depoſitū curie ſeculari. ſ.
relinq̄ndo ipſū vt ꝯ. ad abolēdā. ſ.
i. ⁊ ſic itellige. s̄. de iud. Cū ab hoie
ꝯ. d̄ crīie fal. ad falſarioꝝ ꝯ. de v̄bo.
ſigni. nouim⁹ nō āt d3 ecca tradere
depoſitū ſic quid̄ male itelligentes
dicūt q̄ ecca manualiᷣ ⁊ corpaliᷣ
tradere d3 depoſitū iudicii ſeculari
ecca eni pro dampnādis corporali
ter ſupplicat. vt xxiij. q. v. reos. C. d̄
epiſ. audi. l. adiector. ¶ Quomodo
ergo tradent puniendos quos ſup
plicando debet a pena eximere ali=
quando enim eccleſia inuocat bra
chium ſeculare contra ſuos rebel=
les. vt. xi. queſtione. iij. ſi quis ſa=
cerdotum. ⁊. c. petimus infra. e. c.
excōmunica⁹. Qui v̄o inuēti fuerit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de hereſi ſola ſuſpicione notabiles
n̄ ad arbitriū epi ſe purgauerit ſiſi
ſme ſubiacebūt. vt ext. e. c. ad abolē
dā. §. laycꝰ ext. de ſen. ex. vt fame i fi.
militari pſecucōe qꝛ ſi aliť fieri nō
pt manu armata ꝛ militari ſūt ab
eis oia bō q̄ iniuſte occupata deti-
nēt auferēda qꝛ ſicut ꝓbat yſydo
rus ꝛ alij ſci ꝛ pape. Angꝰ. Nul
lo iure pn̄t hētici poſſidē iure natu
rali nō qꝛ ſcḋm illud oīa ſunt comu
nia vt. i. di. ius natural. e nec iuē di
uino. vn̄ ipſe dn̄s. Auferet a vob̄
regnū ꝛ dabiť genti facienti fructus
eiꝰ. Itē labores impioꝝ iuſti edent
Itē oia ſūt iuſtoꝝ. vt viij. di. q̄ iu
re xxiij. q. vij. c. i. ij. ꝛ. iij. ꝛ ſ. ne cle.
vel mo. Relatū. Sz nūquid catho
lici pn̄t hēticos ꝓpa auctē ſpoliaē
videť ꝙ ſic eccā eīn gn̄alē auctēm
eis pſtitit vt eos exterminēt conce
dit eciā idē puilegiū eos exťminan-
tibꝰ qḋ eūtibꝰ in t're ſcē ſubſidiū ē
conceſſum. vt xxiij. q. v. ſi nos ext. e.
c. excamꝰ. §. catholici v̄o xxiij. q. v.
ſi audieis ꝛ. q. viij. legi ꝛ occidit ſi
nees verūptā ſatis videť tutū3 vt
ſp fiat ſpāli edicto pncipis vel eccē
ne als ex cupiditate vel vlcōe pocꝰ
ꝙ ex iuſticia vel obedīa pugn̄re vide
anť vt xxiij. q. i. q̄d culpat. ꝛ. q. ij.
c. i. ꝛ ij. ꝛ. q. iij. ſex die. Sz q̄d ſi
conuťtunť ad fidē nūquid eis abla
ta reſtituerētur. Rn̄o non n̄ de grā
vt ext. e. c. vḡetis. Sz q̄d ſi hētici
hēant filios ortodoxos nūquid iuē
hēditario capiēt bō pn̄a videť ꝙ
nō. vt ext. e. c. vḡetis. §. ſ ꝛ ɔdicunt
leges. C. e. t. l. manicheos ꝛ. l. cogno
uiꝰ ꝛ i auc̄ ibi ſigta. Itē de neſtori
anis vbi dicť ꝙ bō hēticoꝝ deuol
uūtur ad filios ortodoxos ſi hētici
hēant filios ortodoxos alioq̄n ad
agn̄tos vel cogn̄tos ortodoxos deuol
uūtur eccā hꝰ dixerīt lau. ꝛ Io. ꝙ dec̄
illa vergentis corrigit leges illas
et ius illō antiquū trahiť ad hꝰ no
uū ar. ff. de legi. ꝛ ɔſti. l. nō ē nouū
ſ. de ɔḡ. ſpi. c. i. Puto aūt veriꝰ cū
C ꝙ dec̄ pualet legibꝰ in terris q̄
ſūt rōne eccē tpali iuriſdictiōe ſb
iecte ſicut in pncipio dec̄ inuiť ma
nifeſte leges non pualēt dec̄ in ter
ris q̄ nō ſūt tpaliť eccē ſubiecte cū
maiori eq̄tate nitantur ꝙ dec̄ pmo
dec̄ rigorē ɔtinet leges āt equitatē
Equitas pferēda ē iuri ſcripto et
ſtricto. vt. C. de iud. placuit. l. diſ.
eos. ff. de penis. l. plures. ꝛ vē dec̄.
ſeueritatē ɔtinet leges eīn q̄ puni-
unt filios eoꝝ qui ɔmittūt crimen
leſe maieſtatis timuerūt ne filij eſ
ſent imitatores pn̄e iniq̄tatis vt
vi. q. i. q̄ſquis cū militibꝰ ſ ſi eccā
videat p cta indicia fidē ꝛ deuocōꝫ
filioꝝ hēticoꝝ quo puniet eos. Cū
pena ſuos auctores debeat tenere.
vt. ſ. ḋ hijs q̄ ſi. a p. c. Quesiuit cū
filiꝰ non debeat puniri ꝓ prē. vt. C.
ne filiꝰ ꝓ prē cū eccā oēs debeat iu
uare omnes amare. vt. viij. q. i.
clemens nulli volenti venire clau-
dere gremium vt. C. de ſacro ſanc.
ec. l. vl. credo ꝙ Inno. i pena filioꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſiderauit parētes nā pentes in
telligūtur puniri penis ī filiorꝝ vt
ff· ꝙ met⁹ cā· l· iſti quidē · ⁊ freqnͭ
ecclā punit tēpalit̄ filiū ꝑ delicto
prīs vt xv· q· vlt· cū multe· i· q· iiij
§· Item pctō· ⁊· i· q· i· cito· ⁊· ſ̄· de
hi· pſbi· ꝑ totū ·ꝭ· d̄ penis in qbuſ d̄
alſ āt gnalit̄ bō dāpnatorꝝ deuol
uūtur ad hēdes ut· C· d̄ bo· dāpna·
in auc̄ bō ¶ Vaſalli abſoluūt ipō
iure a fidelitate ⁊ ōni pacto q̄cūqꝫ
firmitate vallato q̄ hēticis teneba
tur aſtricti· vt ·ꝭ· e· c· vlt· ꝑmo eciā
vaſalli dn̄orꝝ tēpaliū q̄ reqſiti ⁊
moniti terrā ſuā purgare neglexe
rīt ab hētica feditate p⁹ eorꝝ exca
cionē ⁊ ꝯtēptū denūciādi ſūt abſo
luti· vt ·ꝭ· e· c· exca⁹ vꝭ ſi vero dn̄s
tpal̄· vn̄ diligent̄ attendēs ꝙ ꝑn
cipes ſeculi ⁊ dn̄i tpales non ſoluꝫ
ꝯpt ſuā hēſim ſꝫ ꝯpt hēſim aliorꝝ
q̄s dū pn̄t exīmiāē neglexerīt ſūt
excandi ab ecclā expellendi a terris
et terre eorꝝ exponi pn̄t catholicis
occupāde ⁊ idē ē ſi ꝑnceps ꝯ regm
et iuſticiā faciendā negligēs inuen
tus fuerit inſufficiēs ⁊ inept⁹· vt
xvii· q· iiij· ſi q̄s deinceps· xi· q· i· nul
lus in ꝑmo null⁹· xxxij· q· v· ꝑcep
tū· vn̄ ⁊ zacharias ꝑpa depoſuit lo
dowicū regē francorꝝ ꝑdeceſſorē pi
pini prīs karoli· vt xv· q· vi· alius
q̄libꝫ em̄ nullo excepto ꝯbit forꝫ
ecclē ex pctō· vt· ſ̄· de iud̄· nouit· h̄ ā
indubitatū ē ꝙ de⁹ ꝑponit̄ oibus
ptātibꝫ· vt viij· di· q̄ ꝯ mores in fi·
ergo ⁊ ei⁹ vicari⁹ q̄ vices ei⁹ gerit

ī terris· ut· ſ̄· vt ec· bn̄· ſine di· ꝯfe·
vt noſtrꝝ· ſ̄· de trāſla· epiſ· int̄ cor
pal̄· vn̄ dn̄s ad ieremiā· ecce ꝯſti
tui te ſup gentes ⁊ regna· ut xxxvi
di· §· ecce ⁊ h̄ maxie locum hn̄t cū
ꝑnceps de cui⁹ pena q̄rit̄ alium ſe
cularem ſupiorē non habet· ¶ De
pena credenciū receptatorꝝ defenſo
rū ⁊ fautorꝝ hēticorꝝ teneas qd̄ di
cit̄ ·ꝭ· e· c· excam⁹ §· preterea· Qui
vero ab hēſi redire nolunt recipiā
tur ſm formā que habetur ·ꝭ· e· c·
ad abolendam· §· i· ⁊· c· excam⁹· §·
ſi qui ā de predictis de ꝯ· di· ij· ego
berengari⁹· De pena vero ꝑlatorꝝ
cīca hoc negligenciū legit̄ ·ꝭ· e· c· ex
cōmunicamus in fi· Sꝫ q̄rit̄ an
cū reuſis ab herefi ad fidem catho
licā valeat diſpenſari vt promo
ueri poſſint ⁊ ꝑ quos diſpenſetur
Eſt ſciendum ꝙ tales de iure ꝯmu
ni ſuſcipiendi ſūt ad laycam com
munionem· ut· i· q· vii· c· i· adhi
betur ā circa eos quadruplicit̄ diſ
penſacio ſemiplena plena plenior
pleniſſima· ſemiplena vt recipien
tur in ordinibꝫ iam receptis ſbla
ta eis oi ſpe ꝓmocōnis· ut· i· q· i· ſi
quis heretice plena vt poſſint ſac
dotes fieri ⁊ non vltra· ut· i· q· vij·
ꝯuenientibꝫ· plenior vt poſſint eē
epi ⁊ non ꝑmates· ut xij· q· ii· nos
ꝯſuetudinē pleniſſima vt ad oēs
dignitates ⁊ ordines valeāt pro
moueri· vt xxiij· q· iiij· ipſa pietas
Et ſimilem diſtinctionem no· ſ̄· d̄
ſimo· §· ⁊ nota ꝙ plus· cetera que

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad fidē catholicā ptinet no·ſ·de ſū
ma·tri·ꝛ fide catholica·

¶ De ſciſmaticis·

Jtē ꝗ̄ e·ſ·de heꝛeticis·ꝫ qꝛ
ſciſma iduat heꝛeſim quia
oē ſciſma itēdit ſibi ꝯſti
tuē eccāꝫ ꝛ vniuſalez eccāꝫ ipugnre
ꝗ̄ vna ē·vt xxiiij·q·i·loquit̄ vn̄ ſciſ
maticī volētes eccāꝫ dei ſcindē pec
cāt in fide ꝙ ad articulū illū ꝛ vnā
ſcām eccāꝫ catholicā·ꝛ iō ſubſeqn
ter ponit̄ h̄ rubica de ſciſma ¶ Vi
deam⁹ igit̄ ꝙd ſit ſciſma·vn̄ dicat̄
in ꝙ ab heꝛ̄i differat·ꝗ̄ pena ſciſma
ticī ferant̄ deīn videam⁹ de aliena
cionib⁹ ꝛ ordīacōib⁹ ſciſmaticorū·
¶ Sciſma ē illicita diſceſſio eorū
int̄ ꝙs vnitas eē dꝫ·vel ſciſma eſt il
licit⁹ ab vnitate vel vniuſitate diſ
ceſſ⁹ ¶ Dicit̄ āt ſciſma a ſciſſura qꝛ
p ſciſma fit ab vnitate vel vniuſi-
tate ſciſſura·vt·xxiiij·q·i·ſciſma·
¶ Differt ſciſma ab heresi quia
heresis in principio ſui habet per
uerſum dogma quod non habet
ſciſma·ſed in fine contingit aliꝗ̄
heresim vt recte videatur ab ec-
cleſia receſſiſſe·vt dicit iero⁹·vt xx
iiij·q·iij·int̄ heꝛ̄im ꝛ ſciſſura vel eſt
tal̄ dīa int̄ heꝛ̄im ꝛ ſciſma·ꝗ̄lis eſt
int̄ gen⁹ ꝛ ſpēm qꝛ oīs heꝛetic⁹ eſt
ſciſmatic⁹ ꝫ nō ꝯūtit̄ n̄ ſciſma dura
uerit·nā tūc in heꝛ̄im incidit ſicut
dictum ē ¶ Puniūtur ſciſmatici a
deo ꝛ ab hoīe vn̄ vt ſcirent hoīes ꝙ̄
ꝗ̄ue ꝛ ꝙ̄ deteſtabile c̄imen ē ſciſma
oſtēdit̄ incētorē dathan ꝛ abiron
ꝙs terra viuos abſorbuit Appet
et alio exēplo· Nā cū x·trib⁹ ſciſſe
fuiſſent a trbu iuda ꝛ beniamin ꝛ
relicto regē ſuo alterū ſibi fecis cō
ſtituiſſent ꝛ tādē iret ad eos ierobo
am vt pcā̄ ſua exprobraret ꝛ vlcō
nē futurā p̄dicēt panē apud illos
edē ꝛ aquā bibē vetit⁹ ē ꝙ cū nō
cuſtodiſſet ſtati d̄ina cenſura percuſ
ſus ē ꝛ inde regrediēs ipetu ꝛ mor
ſu leonis necatus ē i itinere vt vij·
q·i·deniqꝫ·vnde indubitatuꝫ eſt
ſceleraci⁹ eſſe delictum ꝙd grauius
vindicatum eſt vt xxiiij·q·i·non af
feram⁹· Nec obſtat ꝙ alibi dicit̄
heꝛ̄im maius eſſe int̄ cetera c̄imina
eo ꝙd primū locum tenet in penis
vt xxxij·q·vij·ꝙd in omnib⁹· Naꝫ
hoc loci habet cum nouū ē ſciſma
ceteꝝ ſi fuerit radicatum ꝛ firma
tum idem eſt crimen ꝛ pena equa
lis vt ſupꝛ ri⁹ dictū eſt ¶ Quid āt
iuris ſit d̄ ordinatis a prelatis ſciſ
maticis non repeto hic quia mate
riam illam plene no·ſ·de tempo·
ord·ſ·ordines conferri poſſunt·
¶ Item alienaciones rerum eccle
ſiaſticarum facte per prelatos
ſciſmaticos non valent·vt ī·e·c·i·
ſiue enim ſciſmatici pro itruſis ha
beantur non valent alienaciones
xii·q·ij·alie·ſiue p null̄ habeant̄ ꝛ
eccē ſub talib⁹ prelatis vacare itel
liguntur·vt·ſ·de preſcrip·c·i·ꝛ·ſ·
de tranſla·pre·int̄ corpal̄ ſimilit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alienacões taliũ nulle ſũt vt xij·q·
ij·ſi q̄ de rebꝫ· ¶ In ſũma ſciendũ
ẽ q̄ ſi ſciſmaticꝰ volẽs rediẽ ad vni
tatẽ eccẽ ad mãdatũ ipſiꝰ ſatiſface
re dꝫ ⁊ recipi cũ ĩpoſicõne manꝰ vt
accipiat ſpm̃ q̄ ex eccaꝫ nõ ẽ nec eẽ
ꝑt vt xxiiij·q·i·dicꝰ pudẽda·⁊·c·
ſciſma· Itẽ q̄d ſi q̇s recõciliatꝰ di
cat ſcdm̃ ecca ordinẽ miſeicordit diſ
penſatũ ꝓbare bꝫ ⁊ ab eo qui pōt
diſpenſare·vt ꝗ·e·c·vlti·

## ¶ De apoſtatis·

Tꝯſimꝰ de hẽticis ⁊ ſciſma
ticis ſed q̄r vtꝗ cadũt in
apoſtaſiã· Iō ſubiciꝰ hic
rubca de apoſtatis· ¶ Eſt igit ſciẽ
dũ·q̄d ſit apoſtaſia·q̄ ſint eiꝰ ſpẽs
q̄ pena apoſtate feriant·⁊ q̄lit re
ũtẽtes recipiãtur ¶ Apoſtaſia eſt
temerariꝰ receſſus a ſtatu fidei·Obe
die vel religionis· Et dicit apoſta
ſia q̄ſi pꝰſtacio·i·retroſtacio vel re
trogdacio·vt xxvi·q·vij·non obſ
uetis ¶ Eſt ãt tplex apoſtaſia pfi
die iobediẽ ⁊ irregulaitatis pfidie
q̄ q̇s recedit a fide vt iulianꝰ apoſ
tata de hac habet·ij·q·vij·non pt
Inobediẽ q̄ q̇s trãſgreditur ſpōta
nea volũtate ꝓceptũ vt Adam ⁊
Eua ⁊ q̇ ſacris canonibꝫ obedire ꝯ
tẽpnũt de hac habet·ij·q·iiij·alie
ni·ſ·de maio·⁊ obe· Si q̇s· Irre
gulaitatis q̄ q̇s a ſtatu rligiõis aſ
ſũpte recedit vt cũ apoſtatat cleri
cus mõchꝰ religioſus aliq̇s vel cō
uiſꝰ ⁊ d̄ h̄ habet·l·di·c·vl·xliiij·di·q̄m
tulibꝫ xv·q·i·legi·h̄ ſit m̄l'as mõis
abiciẽdo tõſurã l' coronã·vt·xx·q·
iij·eos ꝗ·e·c·i·ꝯũtẽdo ſe ad nego
cia ſclaia·ſ·d vi·⁊ to·cle·c·ex lrís
ꝗ·de ſẽ·ex·i audia·⁊·c·ꝑpẽdiꝰ vx
orẽ ducẽdo·⁊·ſ·d cle·ꝯiug·ex pte
hitu rligiõis abiciẽdo·⁊ xx·q·iij·c
i·⁊·ij·xxvij·q·i·oẽs·⁊ ꝗ·c·t·fere p
to ¶ Impoit pẽn apoſtatis ſm̃ diũ
ſitatẽ apoſtaſiaꝝ nã apoſtata a fidẽ
hẽticꝰ ẽ ⁊ ſic hẽticꝰ puiet de pẽn hẽ
ticoꝝ dic vt·ſ·de hẽ·§· puniũtur·
¶ Pro apoſtaſia iobediẽ excõicat q̇s
et efficit infaĩs·vt iij·q·iiij·ſi q̇s a
ſuo·⁊ xi·q·iij·ſi ãt vobis·ſ· de ma·et
obe·ſi q̇s venit·⁊·c·cũ i eccl'ijs ꝓ a
poſtaſia a rligiõe efficit q̇s infaĩs
vt ij·q·vij·alieni·iij·q·iiij·deꝰ· In
terĩ ad ordinẽ l' digtatẽ ꝓmoueri
ñ dꝫ vt xvi·q·i·legi·⁊·l·di·c·vlt·
et ſi ſacꝝ ordinẽ i apoſtaſia rcepit
et ſi ſuo fuit reconciliatꝰ abbati ⁊
pmã rcepit tñ abſq; diſpẽſacõe ſũ
mi pōtificis miſtraẽ ñ potit i ordie
ſic ſuſcepto·vt ꝗ·e·c·vlt· Et ẽ iſte
vnꝰ caſꝰ i q̄ ꝓhibet epis diſpẽſaẽ
cũ reuſ ⁊ recōciliatis·aliꝰ cũ q̇s ite
rata vnctiõe fuit maculatꝰ vt·i·q·
vl·ſalubrrimi i fi· Terciꝰ cũ q̇s ſcient
i ſtato rcipit ſacꝝ baptiſma·vt de
cõ·di·iiij·q̄ bis·⁊·c·Eos· Qrtꝰ cũ
ad ſbũſiõez fidei ordiez ab hẽtico r
cepit maxie cũ p̄ns hẽtur epõs orto
doxꝰ·vt·i·q·vl·ꝯueniẽtibꝫ i fi· De
q̄ i rubca ⁊ reit antibꝫ baptiſma
ẽcca q̄d q̄rit an i reitacõe baptiſmi

caract̃ recipiat̃. Ad h̃ dicit quidã ꝙ ſic ⁊ idẽ dicit in reiteracõe ordis alsq̃lit̃ ꝑ reiteracõez fiẽt iuria ſac̃mẽto. u. ꝗ. e. c. Ex lraꝝ. i. q. i. qd̃ q̃ dã de ↄ. di. iiij. oñdit̃ Itẽ q̃lit̃ act⁹ q̃ nõ h̃z effectũ iducẽt irregularitatẽ indiſpẽſabilẽ nõ videt̃ qꝛ alibi qd̃ de iuẽ nõ ſortit̃ effcm̃ nõ iducit ĩpedimẽtũ ut ſ̃ d̃ deſpõſa. ipu. lrãs et c. acceſſerit. Puto veri⁹ ꝙ caracter nõ iteꝝ ↄfert̃. ut lxviij. di. ſ. ꝙ ergo ↄſectur lꝫ caſualit̃ qd̃ de iuẽ nõ ſortit̃ effcm̃ inducat ĩpedimẽtũ vt ſ̃ de byga. nup. ⁊. c. vltio. ſ̃. de ſpõſa. Ad audiaꝫ. Qd̃ ãt dicit̃ in iuriã fieri ſac̃mẽto ꝑ iteracõez veꝝ ẽ q̃ ad intẽcõez iteraciũ nõ q̃ ad veritatẽ. ⁋ Circa apoſtatãtes a clicatu q̃rit̃ an is q̃ ꝑmã tm̃ tonſurã accepit ⁊ dimiſit ad cã deferẽdã poſſit ↄpelli Rñº ſic. Nã ꝑ ꝑmã tonſurã iux̃ formã eccẽ datã clerical̃ ordo ↄfert̃ vt ſ̃ de eta. ⁊ q̃li. cũ cõtigat. tonſurat⁹ igit̃ ĩ clericũ ⁊ ſic ordiat⁹ cleric⁹ ẽ. ut xxi. di. cleros. ⁊ liiij. di. Ex ãtiq̃s. vñ ↄpellend⁹ ẽ ad hitũ deferendũ ut ſ̃ de vi. ⁊ ho. cle. ſi q̃s ex clericis. xx. q. iij. eos. Sꝫ q̃d ſi ducat vxorẽ dicit q̃dã ꝙ ſi vxorẽ ducat corruptã vel ſcḋaꝫ tũc qꝛ irreuocabilit̃ a clericatu receſſit vt xxxij. di. ſeriati oẽ ꝑuilegiũ amiſit vt liiij. di. q̃ſquis. ⁊ idẽ dicit ſi ad miliciã ſe ↄuẽtit q̃ſi ad vitã ↄ̃riã clericatui ⁊ ĩ milicia ſeua exauit tunc nõ ↄpellit̃ portare tonſurã. ceteꝝ ſi cleric⁹ dimiſſo hitu clericali ſimpliciẽ viuit ⁊ vxorez v̓ginẽ ducit ↄpelli poꝫ vt d̃t hug̃ ⁊ idẽ dicit frat̃ Ray. in ſũma ſua ꝑterq̃ in tribus caſibꝫ. vn⁹ ẽ ſic ipẽ dicit cũ cleric⁹ nullo mõ vult retinẽ ꝑuilegiũ clericale. Ali⁹ ſi nõ ꝑt clericalẽ ferre tõſurã ſine ſcãdalo vxoris. Terci⁹ cũ iuſta cã timoris exigit tonſurã vel hitũ trãſfor̃ri. vt ſ̃ de vi. ⁊ ho. cle. s. ꝙ met⁹ cã platũ. qd̃ m̃ nõ placꝫ Sꝫ dico gñalit̃ clericũ vxoratũ ñ teneri nec compelli deferre habitum clericalem cum enim vxoratum oporteat ſecularibus negocijs ſe immiſceri tonſura ipſius ſecularia exercentis videretur profecte in clericalis miniſterij vituperium redũdare. vt ſupra de cle. coniuga. Jo. in fine. quod verum eſt niſi beneficium habeat vt ibi dicit ſi tamen ſua ſponte tonſuraꝫ vxoratus deferat retinet priuilegium clericale. Nec obſtat ꝙ in eaſdem decreta dicitur ꝙ igitur idem tonſuratus ꝑuilegio non ꝑt clericali gaudere ſed illud verum eſt quo ad quedã de quibꝫ loquit̃ illa dec. ꝗ. e. c. ex parte. retinet autem priuilegium illi⁹ canonis. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. Nam illud priuilegium idultum eſt non tam in fauorem clericoꝝ q̃ in odium laycorum. vt ꝗ. de ſen. ex. contingit. Sꝫ quid ſi clericus in ſacris ordinib⁹ conſtitutus vxorem ducat de facto demũ ad clericatum redeat nunq̃d poteſt cum eo epiſcop⁹ diſpenſare

Rn̄o ſic·ut ſ̄ de cle· ɔiuga·ſane q̄
uis in ɔ̄riū moueat qꝛ cleric⁹ aſſu
ptꝰ ſacrꝭ ordinē votū ɔtinēcie ſolē
niſaē vid̄r ut xxxij·di·ſciatis vn̄ p⁹
ea ɔ̄hēdo mai⁹ pctm̄ ɔmittit vio=
lādo votū ſolēpne q̄ ſit adulteriū·
ut xxvij·q·i·meliore· Dꝫ eps n̄ pt
diſpēſare ſ̄ adulteriū ut·ſ̄·de iud·
At ſi cleric⁹· ver⁹ eſt q̄ p̄mo dixi·

¶ Quid de mōcho fugitiuo cui ac
q̄rit i fuga ɔſtitut⁹ Rn̄o ſuo mōſte
rio ſic̄ ſbu⁹·ut xviij·q·ij·abbates
ff·de acq̄·poſſ·l·i·§·p ſuū· ¶ Sꝫ
q̄d ſi mōch⁹ 2m igrediat̄ mōſteriū
lr̄ia abbatis ſui ꝉ iur̄ auctē q̄ſita
vacacōis tp̄e cui mōſteio cedēt p°
ꝉ ſb° Rn̄o 2°·ut xvi·q·vi· de lapſis
i autn̄ de ſciſ·epiſ·§·ſi mōch⁹ coll·
ix·xviii·q·i·c·vno· Sed q̄d ſi ſine
lr̄ia abbatis ⁊ abſqꝫ iuris auctē
mōch⁹ vagabūd⁹ 2m mōſteriū in
trauit bō q̄ſita vagacōis tp̄e cui ce
det·Rn̄o ſi mōſteriū p̄mū vidit ua
gabūdū ⁊ neglexit bō cedet mōſte
rio ſcdo ſic̄ ⁊ ſbn⁹ p delicto bit⁹ p̄
ori dn̄o nō acq̄rit·vt·C·de lati·lib·
tol·vna·§·ſꝫ ſcim⁹·ſꝫ acq̄rit a̅ꝑlē
dēti eū·vt·ff·de ſtipu·ſuo·l·q ſbu⁹
ceterꝫ ſi p̄mū mōſteriū nō neglexit
vagabund·ſꝫ repeciit ⁊ reuocauit
errātē tūc bō cedet mōſterio p̄ori
vt in autn̄ de ſciſ·epiſ·§·ſi mōch⁹·
coll·ix· ¶ Sꝫ q̄rit̄ an mōſteriū cō
pellat̄ recipe mōchū fugitiuū Rn̄o
ſic vt xxvij·q·ij·pueuit·q·c·quia·
xvi·q·i·q̄dā mōchi n̄ p̄mū mōſte
riū ſit de diſſolucōe ſuſpectū tūc ei

trudet̄ i mōſterio cautōri ⁊ ſtrictio
ri cū oib⁹ bonis q̄ obtulerat p̄mo·
vt xxvij·q·i·ſi q̄ mōcharꝫ ⁊·c·ſi q̄s
rapuit ⁊ i autn̄ de ſciſ· epiſ·§·ſi q̄s
rapuerit· Dꝫ obiicit̄ delictū pſone
nō dꝫ redūdare in dāpnū ecc̄e·vt
xvi·q·vi·ſi epm· Ad qd̄ rn̄o nō vi
det̄ redūdare qꝛ p̄mū mōſteriū li
bat̄ a mōcho nec ei tenet̄ vlteri⁹ p
uidē·vt xvi·q·vi·de lapſ·ſ̄·d̄ cle·
cōiuga· Qd̄ te nec dico res dādas
ſecūdo mōſterio n̄ q̄ ad vſufructuꝫ
in vita detruſi ut xvi·q·vi·de lapſ
q̄ mortuo ad p̄mū mōſteriū bō re
dibūt ut ar·ad idē·C de epiſ·⁊ cle·
raptores· Dꝫ q̄d ſi mōch⁹ fugiti
u⁹ in mōſterio reduct⁹ bitū adiec
tū reaſſumē nolit Rn̄o ſub ḡui cuſ
todia carceret̄· vt ī·e·c· A nobis·

¶ In ſūma nōnd̄ ē q̄ mōch⁹ vel
mōcha ⁊ ſi plures delinq̄t·abbas
ei⁹ ɔpellit̄ ipſū recipē vt xxvij·q·i
puenit qd̄ in ſeculari clerico nō cō
tigit vt xlviij·di·Quā multa·

## ¶ De hijs q̄ fi· ocā·

Oſt q̄ tractaui⁹ de hijs q̄
cca fidē ɔmittūtur in deu
vt de iudeis ⁊ ſarracenis d̄
hereticis ⁊ apoſtatis· Nūc videam⁹
de hijs q̄ i hoies delinquūt̄ ⁊ nihil
onrinus in deū ⁊ ideo de homicidio
tractem⁹· Dꝫ quia inter alia gn̄a
homicidij parricidiū grauī⁹ repu=
tatur de parricidio videam⁹ vn̄ po
nit̄ h rubica de hijs q̄ filios ocāde·

Sꝫ alit̄ itıtulat̄ ħ rubꝛca i. ff. ſ. ad
legē pōp. de parr. Et alit̄ i C. ſcꝫ de
hijs q̄ pa. l̄ fi. oc. Eſt igr̄ videndū qn̄
ħ ꝑticlare flagiciū locū hꝫ ⁊ q̄ ſit
pena ipi⁹ ⁊ q̄ ꝯtra delinq̄ntes hmōi
diſpenſacō fiat. ſecūdum ꝙ ħ intı
tulat̄ locū hꝫ cū pr̄ l̄ mr̄ occidit fi
liū ſic ei loquūtur decē poſite ſb̄ hac
rubꝛca. ſed ſꝫm rubꝛcam. C. locum hꝫ
cū q̄s aliquē de pentibꝰ l̄ aliquē de
libis occidit vt pētū noie oēs aſcē
dētes liboꝝ v̄o oēs deſcēdētes īınfi
nitū itelligūt̄. vt. ff. de iuſ. vo. l. q̄
nūqꝫ. ſ. vlt. ⁊. l. ꝫ ſi hac lege. ſ. libꝫ
tos locū cē hꝫ i collateralibꝰ. vt. ff
e. t. l. i. ⁊ i q̄buſdā ꝑſoīs alijs vt in
e. l. ⁊. l. ꝫ ſciēdū. ꝫ ⁊ q̄ opē ꝯſtiterit
ita tēt̄ q̄ſi ipē occiderit. vt. ff. e. t. l.
vtꝝ. ⁊. l. ſi ſciēte. Itē q̄ venenū emit
vt pr̄i daret q̄uis dare n̄ potuerit. l.
pōpeya tēt̄ vt. ff. e. t. l. i. i fi. Hmōi
ſceleris pena ſꝫm leges ħ ē vt parri
cida v̄gis ſāguineis v̄beratꝰ demū i
culleo īſuatur cū cane ⁊ gallo gal
linacō ⁊ vipa ⁊ ſimea demū i mare
ꝓfūd̄ iactet̄ culleꝰ l̄ i ānē. vt. ff. e. t
l. pena vt ⁊ celū ſupſtiti ⁊ t̄ra mor
tuo auferat̄. vt. C. e. t. l. i. Scd̄ꝫ ca
nōes n̄ ſic ꝫ ipoit̄ peñ itruſiōis i mō
ſterīū vt ꝗ. e. t. c. i. ⁊ ħ verꝫ ē ſi is q̄
filiū occidit ꝯiugē ⁊ filios n̄ hꝫ alſs
ſecꝰ. vt ꝗ. e. t. itellexim⁹. Cū v̄o i
lectis pētū filij iuenīūtur oꝑꝑſſi diſ
tiguit̄ vtꝝ pētibꝰ ꝓcurātibꝰ ā ne
gligētibꝰ ħ euenerit. In pᵒ caſu ſi
parētes clericī fuerīt ab officiō alta
ris debet perpetuo abſtinere ⁊ eis

grauiori ꝙ̄ laycis non tamen pub
lica niſi in publicā veniat peniten
cia debet imponi. verum ſi ex incu
ria parentum filij mortui inueni
antur i cunis ⁊ illud occultum fue
rit penitēcia eis pro arbitrio peni
tenciarij imponatur. vt ꝗ. de peni.
et remiſ. queſitum. In dubio au
tem preſumitur ꝙ ex incuria hoc
prouenerit ar. ꝫ. de preſump. Af
ferte. Unde eciam lex dicit ꝙ repē
tini caſus iniquitas per coniecturam
materni pietatis eſt emendanda
vt. C. de inoffi. teſta. l. ſi mater. Nā
quomodo mater poteſt obliuiſci
filium. vt ii. q. vi. ad romanā. Itē
omnē affectum vincit paternus.
vt. C. de procu. fu. l. i. in prin. Sꝫ
ſi dubitetur an ex incuria parentū
proceſſerit non debent inde paren
tes eſſe ſecuri nec eciam ſine pena
Sed tamen cōſideracio debet eē pi
etatis ꝗ. e. ti. c. i. aliqua enim pena
debet eis imponi ꝓpter duplicita
tis ambiguū. vt xxiij. q. v. excōmu
nicatoꝝ. In hijs enim in quibus
periculum anime vertitur in ſecuri
orem partem eſt declinandum. vt
v. di. ad eius. ꝫ. de ſpon. Iuuenis
l. di. ſi qua femina. ⁊. c. ſi quis vo
luntate. Diſpenſacio igitur adhibe
tur circa pn̄ie impoſicōnem que ar
bitraria eſt vt ꝗ. de peni. ⁊ re. queſi
tum non vt cum homicida quo ad
ordines diſpenſetur qꝛ homicidiū
enorme delictū eſt ⁊ in diſpēſabile
vt. ꝫ. de tēpo. ordi. q̄ſitū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶ De languid᷒ ⁊ expo·

IN ſupiori rubca tractauimꝰ de hijs q̄ ſi·ocā·ꝫ qꝛ
necare videt̃ q̄ filiū n̄ alit
vt·ff·de lib·agnoſ·l·necare ⁊ lxxx
vi·di·paſce ⁊ expoſiti ſāguinolen
ti dicūtur vt i rubca·C vbi ſic adici
tur ⁊ de hijs q̄ ſāguinolētos nutriē
dos acceperūt· Jō ſbicit̃ hͦ rubca de
iſātib᷒ ⁊ lang᷒ expoſitis ¶ Videaꝰ
igit̃·q̄d ſit exponē·q̄ dicātur expoi
q̄ ſit pena exponēciū ⁊ an exponēs r̄
colligē valeat quē expoit ⁊ ī·q̄t di
es ¶ Exponē ē ex̄ ſe ponē ſolēt ei ali
qui relegato pietatis officio infan
tes ſ̾ l̾ lāguidos ſ̾ an̄ eccāꝫ ponē ut eos
aliq̄ moti miſeracōe colligāt vt lx
xxvij·di·ſi expoſitꝰ Dicūt̃ āt expoi
filij ſui ⁊ libti ut ī·e·t·c·vno· Cir
ca materiā expois ſic diſtiguēdū ē
exponit̃ aliq̄s a prē l̾ dn̄o l̾ ab ex̄
neo· Si a prē l̾ dn̄o l̾ ab ex̄neo·ſi
a prē l̾ dn̄o·ā ncc̄itate ā ſpōte Si
ſpōte nūq̄ potent eū poſtea recolli
gē nec ei ſuū dicē potent quē peun
tē ɔtēpſit·C e·t·l·i·⁊ ij·ſi ncc̄itate r̄
petit qn̄cūqꝫ qꝛ īuitꝰ expoſuiſſe vi
det̃ vt·C e·t·l·i·⁊ hͦ īuuit hͦ dec·vbi
dicit relegato pietatis officō ⁊ ī ſi·
vbi dicit alimēta ipie negari ɔtigit
et ī hijs caſib᷒ vbi q̄s īuitꝰ exponi
tur locū hꝫ ɔteſtacō illa de q̄ loqui
tur canō ille lxxxvij·di·ſi expoſitꝰ
qd̄ āt dixi de ncc̄itate videt̃ male
dcm̄· Nā lex dicit q̄ ſi q̄s nō p̄t alē
ſuū dꝫ eū in zenonē hͦ ē ī hoſpitale

mittē·vt·C ō lati·lib·tol·l·vna·§
ꝫ ſcimꝰ· Dꝫ tu dicas qd̄ illud mē
bꝝ diſtictiōis ā ncc̄itate locū hꝫ cū
nullꝰ tal̾ loꝰ īuenit̃ ⁊ hͦ in filijs lo
cū hꝫ nā in ſuo videt̃ q̄ pocꝰ debeat
eū vēdē q̄ exponē·vbi āt exponit̃ ī
fans ab ex̄neo diſtiguitur vtrum
domino prē l̾ pr̄ono ignorāte l̾ ſci
ente l̾ poſtea ratū hn̄te· Jn p̄mo ca
ſu nō p̄iudicat̃ ei a iurē ſuo ꝫ repetit
infātē reſtitutis expēſ ń a fure r̄pe
tat in q̄ caſu nō reſtituūtur expēſe
·C e·t·l·i· Jtē ſi expēſe fcē fuerīt pie
tatis cā nō reſtituūtur vt·ff·de re
lig·⁊ ſūp·fune·l·⁊ ſi q̄s·§·infdū·
¶ Jn ſecūdo caſu ſui aſſcripticij et
ſiciūt̃ ſibi libti ingenui filijfamil·
ſui iuris vt·C e·t·l·ij·iij ⁊·Jnno·in
hͦ caſu pat̃ patit̃ penā ſm leges ca
pitalē qꝛ necare videtur filiū q̄ nō
alit ut i p̄n·dcm̄ ē·C e·t·l·vlti·⁊ hͦ
locū hn̄t vbi infans exponitur Si
āt maior exponatur nō eripitur in
libtatē ń lāguidꝰ exponatur vt·C
de lati·lib·tol·l·vna·§·ꝫ ſcimꝰ ⁊ i
languido attēditur autn̄ in auc̄ de
nup·§·ſi vō·⁊·§·ſeq̄nti·coll̾·iiij·lꝫ
quid̄ velit vt q̄ ibi dꝛ obtineat in
nō lāguido ꝫ in lāguido maxie Jtē
vbi infans l̾ maioꝛ nō exponitur ꝫ
ei alimēta negātur nō eripitur ī li
btatē ꝫ ꝑ delicto kētur vt ff·ꝑ dē
lic·l·vlt·⁊ iō ɔceditur occupanti
vt ibi·⁊·ff·de ſtipula·ſuo·l·qd̄ ſ
uꝰ·⁊·ff·d̄ noxa·l·ſi ſuꝰ· Dꝫ cōtē q̄
uis ſic videat̃ foꝛe dicēd̄ ſm legeꝫ
p̄allegatā·ff·ꝑ delicto ⁊ ſic notet

Azo in ſūma ſua. vt. C. e. t. dec̄ tam̄
i h̄. t. poſita. ɔ̄xiū dt̄ expſſe. Nā eri
pit̄ q̄s i libtatē cū ei alimenta dene
gant vt h̄ vn̄ vinc. ſup hac dec̄ n̄
bn̄ aduītit poſuit ei ſup ea gloſam
ſuā ꝛ pſecut᷒ ſūmaz azonis ꝛ diſtic
tionē legalē textū illi᷒ dec̄ nō atten
dit. lrā eni̅ huiꝰ dec̄ tres caſus enu
merat ꝛ eq̄pat. ſ. cū infans exponit̄
cū lāgṹdoꝰ cuiuſlib ʒ etatis ꝛ cū ali
cui illoꝝ iſanti ꝉ maiori alimēta ne
gāt̄ In hiis t̄bꝫ caſibꝫ filiꝰ famil̄.
libat̄ a pr̄ia ptāte libtꝰ eripit̄ in i
genuitatē ſuꝰ i libtatē. ¶ In ſūma
nōnd̄ ē ꝙ illi q̄ expoſitos colligunt
nihil iuris i pſōis eoꝝ q̄s ex miſe
racōe ſuſcipiūt ꝉ recipiūt acq̄rūt ut
ɔ̄e. c. vno i fi. ¶ Itē nōnd̄ ꝙ vbi
q̄s exponit̄ ignorāte eo q̄ ius hꝫ in
expoſito is q̄ eū recipit cōteſtacōis
eplaz ponet i loco publico cōtinētē
vt q̄cūz ius hꝫ i pūeo exeat ꝛ pbꝫ
et recipiat puerū alit̄ nō crederet̄
ei ar. ad h̄. v. q. i. q̄d̄ ꝫ ar. ɔ̄ s̄. q̄ fi.
ſiit le. tñſmiſſe vbi credit̄ pr̄ia mr̄
dicētibꝫ filiū nō eē ſuū pꝰ talē vero
eplaz dant̄ x. dies ei q̄ ius hꝫ i pue
ro vt in pal̄. c. lxxxvij. di. ſi expoſi
tꝰ. cedēt āt dies illi a tpe ſcie ꝛ ſi i
tali loco ſit ꝙ ſcire nō poſſit r̄ſtitu
et̄ p clauſulā gn̄alez q̄ hētur. ff. ex
q̄bꝫ cau. ma. l. i. Aliī āt dicūt ꝙ ſiic
vtiles ſcꝫ cū exivit pt. vt. ff. de edil̄
edic. l. cū ſex. ff. de diue. ꝛ tē. pſcrip
l. i. ſi q̄d āt expēdit is q̄ colligit i pu
ero erudiēdo i aliq̄ arte repetet a re
colligēte. vt. C. e. t. l. i. alimēta nō re
petet ñ fuit ꝓteſtatꝰ vt. ff. d̄ nego.
g. l. ſegmꝰ. ꝉ ñ collectꝰ nolit filiaz
recolligentis ducē i vxorē. vt. C. de
nup. l. prēm.

¶ De homicidio.

Ictū ē. s̄. de homicidio in
ſpē. nūc ſbiāt̄ i gn̄e ꝫ q̄a
homicidiū fit aliq̄n volun
tarie aliq̄n caſualit̄. Ideo intitula
tur h̄ rubca de homicidio voluntario
vel caſu. Videnđ ē igit̄ q̄d ſit ho
micidiū. vn̄ dicat̄. q̄t ſint eiꝰ ſpēs
q̄ pena. ꝛ q̄ diſpēſacio fiat circa clei
cū homicidā. Homicidiū ē hōis oc
ciſio itelligo ab hoie fcā nā homici
diū ſonat i actū hōis. Eſt āt homi
cidiū dem̄ ab hoie ꝛ cedo cedis q̄ſi
hōis cediū. Spēs homicidij ſūt due.
Aliud ſpūale. aliud corpale. Spūa
le homicidiū ſpūalit̄ ꝛ q̄dā ficiōe
iuris cōmittit̄ octo mōis. homicide
ei reputant̄ detractoēs ſr̄m ꝛ odi=
ētes eos. Itē iniq̄tatē opſſionē ꝛ
iniuſticiā faciētes. Itez ſr̄ibꝫ male
pſuadētes h̄ pbant̄ de peni. di. i.
homicidioꝝ ois iniq̄tas. ꝛ. c. noli.
et gn̄alit̄ ois iniquꝰ motꝰ ad nocē
dū ſr̄i in homicidij gn̄e deputat̄ vt
de peni. di. i. homicidiū. Itē homicida
cēſet̄ q̄ tpe neccītatis pxis alimēta
negat vt lxxxvi. di. paſce. ¶ Corpa
lis homicidiū ē hōis pemptō cū hō
corpalit̄ occidit̄ ꝛ h̄ cōmittit̄ dupli
cit̄ lingua ꝉ fcō ling̃ tribꝫ mōis p
ceptꝫ. ɔ̄ſilio. ꝛ defenſiōe. vt. l. di. ſi
quis viduā de pe. di. i. periculoſe.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sſcõ omittit̃ q̃tuoꝛ mõis. iuſticia
ncc̃itate. caſu. volũtate. Juſticia vt
cũ miles iuſto ipio ptãtis executoꝛ
vel miſter eq̃ iudicio cõdẽpnatũ occĩ
dit. ut xxiij. q. v. Miles. cũ miſter.
cũ bõ. ꝛ. c. ſi hoĩcidiũ. qđ itelligo cũ
nõ ex odio pſone. Odio eñ hẽantur
pctã nõ hoĩes ut xxxvi. di. odio. ñ
ex delectacõe ſundẽdi hũanũ ſãgui
nẽ non amore ſpoliorũ nõ ꝑ pẽcõ
ſʒ ex ſola obedĩa cũ dolore cordis hõ
fãt ꝛ cõpaſſiõe. Nã vera iuſticiã cõ
paſſionẽ hʒ ꝓbãtur hõ. xxxiij. q. v.
in pñit. iurib. ꝛ i. c. lex et na. ꝛ. c.
officia. nec ẽ crudelis q̃ malos pcu
tit. ut xlvi. di. vera iuſticia. Ncc̃ita
te hõ diſtiguendũ ẽ qꝛ ãt illa ncc̃itas
fuit euitabil̃ potuit eñ ſine occaſio
ne euadẽ tũc reꝰ ẽ hoĩcidij ꝛ tãq̃ ho
micida pñiaʒ aget. Aut fuit ineui
tabil̃ ꝛ occidit hoĩeʒ ſiñ odij medi=
tacõe ỹmo cũ dolore ut ſe ꝛ ſua libe
raret tũc nõ peccat nec ad pñiaʒ ar
tat̃ ñ ꝑpt̃ duplicitatis ãbiguũ. ut
xxiij. q. v. excatorꝫ. Interiorẽ autẽ
pñiaʒ ꝛ dolorẽ aget ꝛ pctis ſuis i=
putabit ꝙ ad tãtam ncc̃itatẽ iducĩ
meruit ꝟ ſine hoĩs pẽpcõne libari
nõ poſſet qꝛ bonaꝝ mẽtiũ ẽ ibi cul
pas agnoſcẽ vbi culpa nõ ẽ. ut ꝭ.
e. c. int̃ feciſti. ꝛ. v. di. ad eius in fi.
Caſu ut cũ q̃s lapidem ꝓiĩciat ad
aues l̃ al̃s nõ aio hoĩeʒ ledẽdi l̃ oc
cĩdendi ꝛ aliq̃s trãſiẽs ictu lapidis
pcuſſus morit̃ hõ diſtiguendũ ẽ An
q̃s det opam rei illicite l̃ licite. Si
licite vt cũ q̃s ꝓiĩciat porcos l̃ alias
beſtias de ſua ſegete vel de arborib
aues ĩ cuſpiciat ꝛ neminẽ vidẽs fun
da vel manu lapidẽ iacĩt ꝛ cũ locꝰ
nõ eſſet hoĩb ꝑuiꝰ aliq̃s caſualit̃
in ictu lapidis occurrens pcutit̃ ꝛ
morit̃ ꝛ alia exẽpla ꝑ ſe ponere pt
q̃libʒ ſtudioſus. ut ꝭ. e. c. lator di=
lectꝰ Ex lr̃is ꝛ i alia ex lr̃is ſigñcat
ti Johẽs. ꝛ. c. q̃dã ut aſſeris. l. di.
hij q̃ arborẽ ſepe cõtigit. ꝛ. c. ſi duo
In hijs igit̃ ꝛ cõſimilib caſib cũ
opa dat̃ rei licite ſic dcm̃ ẽ ꝛ adhi
betur oĩs diligẽcia q̃ pt adhibei ꝛ
dʒ inoxiꝰ ẽ is q̃ occaſionem mortis
pſtat vt ꝓbãt iura pdcã. Si ãt rei
illicite opa det̃ l̃ ſi nõ adhibeatur
diligẽcia ꝛ cautela q̃ pt ꝛ dʒ mors
iputat̃ exẽpla pone in hõ ꝭ. e. c. cõti=
nebat̃. ad audiaʒ Tua ſiĉ. l. di. cle
rico iacẽte qꝛ de cos. ꝛ. c. ſi q̃ femia
¶ De voluĩtario hoĩcidio pone exẽ
pla ꝭ. e. c. i. l. di. ſi q̃s volũtate vnũ
ãt nõ omitto nõie qꝛ frat̃ Ray. in
ſũma ſua duo ſcꝑſit q̃ ñ ad iur̃ itel
lectũ redacta fuerĩt ſimpliciũ aĩos
ſubuĩtẽ pñt. Dixit eñ ꝙ hoĩcidiũ lin
gua cõmittit̃ trib mõis. pcepto.
cõſilio. ꝛ defẽſiõe. ꝛ quolibʒ iſtorũ
mõꝛle ẽ. Hoc ſic itelligẽdũ ẽ. ſ. i pc
cepto iiuſto vel eiꝰ q̃ pcipiẽdi auc=
tẽ nõ hʒ. Itẽ in cõſilio iiuſto ꝛ cor=
rupto ꝛ in defẽſiõe vt exponemꝰ in
ferꝰ. Al̃s ſi iuſto pcepto iudicis l̃
ptãtis iuſto cõſilio aſſeſſoꝛis lrĩma
defẽſione interueniat hoĩcidiũ nullũ
pctm̃ cõmittatur. pmũ ꝓbatur xxiij
q. iiij q̃ſitũ. 2m. xxiij. q. iiij. illđ. tãu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xxiij·q·iiij·q̄ſtiuni ʒm·xxiij·q·iiij·il
lud ʒm·xxiij·q·viij·a·§·hijs ita·
vſqꝫ ad·§·i regiſtro·ꝛ·Cū vi·l·i·
·C ad le·corne·de ſicc·l·i· Itē ꝛ ali
ud ſcpſit frat̄ Ray·ꝙ hoīcidiū vo
lūtariū ſp mortale pctm̄ ē ꝛ enorme
et hͦ intelligēdū ē gnalit̄ ee verum
fallit tñ in exceptis vt p inferiora
patebit Pena hoīcidij ſpūal̄ ē pnīa
ꝛ iō videndū ē de pena hoīcidii corpa
lis ēca ꝙ talit̄ ē diſtiguendū· ¶ Cō
mittit hoīcidiū ā pmotus ā pmo
uēdꝰ· Itē ā ſpōte ā ncc̄itate ā caſu
Si pmotꝰ ꝛ ſpōte hoīcidiū ſit cō=
miſſum ɔ̄bit clericꝰ irregularitatē
indiſpēſabilē vt ee remanē nō poſ
ſit in execucōe ordinū ſuſceptoꝝ vt
l·di·Miror·ꝛ·i·q·vij·ſi q̄s oēm·ꝛ
de cō·di·i·§·i·ſed deponatur·ut·l·
di·ſi q̄s viduā· Sꝫ ſi laycꝰ fuit ad
ianuā ecc̄e ſp iaceat ꝛ ɔionē i exitu
vite ſue recipiat·ut·l·di·ſi q̄s volū
tate ſed ſm leges layci honeſtiori
loco poſiti deportari ſolēt q̄ ſcdo g̃
du ſūt capite puniūtur·ut ff·ad le·
cor·de ſicca·l·q̄ cedē·ꝛ·l·iij·§·leges
Et in hͦ caſu fateor me erraſſe i q̄dā
glo·quā poſui ꝗ̄·e·c·lator·et icipit
quis mag̃ ſit materia de hoīcidio
qͦ ei dix̄ in hoīcidio occulto diſpē
ſari poſſe pꝰ pactā pnīaꝫ in ordini
bꝰ iā ſuſceptis et ſuſcipiēdis p·c·
l·di·de hijs vͦ in mediocribꝰ cīmi
bꝰ locū hꝫ ꝛ de talibꝰ loq̄tur canō
nō āt hꝫ locū in hoīcidio ꝛ in alijs
enormibꝰ·ut ſ̄ de tēpo·ord·q̄ſitū ꝛ
hͦ locū hñt in hoīcidio volūtate cō=
miſſo· Sꝫ ſi ncc̄itate hoīcidium cō
mittatur aut euitabili aut ineuita
bili· Et tūc nullū eſt pctm̄ nec con
trahitur aliqua irregularitas quo
ad ordines iā ſuſceptos·ut ꝗ̄·e·c·i
terfeciſti·ad ſupiorē autē non po=
tent promoueri ꝙ ꝛ ſi in neceſſi
tate volūtarie tñ occidit ꝛ lex pro=
mocōnis in facto ɔ̄ſiſtit·ut xv·q·
i·c·vlt̄· Ceteꝝ ſi neceſſitate euitabi
li poſt pactā penitenciā remanet ī
execucōne ordinis iam ſuſcepti iu
re cōmuni tñ non antē ad ſupiora
ɔſcēdet vt·l·di·de hijs clericis·vbi
āt caſu ſi dabatur opa rei licite et
ōnis diligencia fuit adhibita nec
pctm̄ ɔmittitur·nec irregularitas
cōtrahitur in ſuſceptis vel ſuſcipiē
dis·vt ꝗ̄·e·c·lator·ꝛ in alijs iuribꝰ
que no·ſ̄·e·ti·§·veꝝ caſu ſi vero rei
illicite tū c non pmouetur ꝛ pmo
tus de iure non adminiſtrat·vt·l·
di·clerico·ꝛ ꝗ̄·e·c·ſicut· In promo
uendo autē dicit quidam qualiter
cūqꝫ quis homicidium cōmittat p
moueri non p̄t quia ſicut ſuperius
dixi lex promocōnis in facto ɔſiſtit
et intelligūt decr̄ illam lator de diſ
penſacōne loqui·verū autem puto
ꝙ loquatur de iure cōmuni· Aliqñ
tamen cōmittitur homicidium vo
lūtarie nec delinquitur et tñ irregu
laritas cōtrahitur·vt li·di·aliquā
tos ꝛ hͦ ſm baciariū ee ſi an bapm
hoīcidiū ſit ɔiſſuꝫ qꝛ ſm eū in bapo
delet̄ oīs irregularitas ex pctō ɔ̄cta
ſꝫ illa q̄ ſine pctō pueīt nō delet̄ qꝛ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bapꝰ tollit pctā ⁊ ſeqlas eoꝝ ⁊ ꝙ
pctm̄ nō ē int pctā ſolui nō dꝫ Itē
in baptiſmo culpa dimittit᷑ ſed nō
abolet᷑ vt xxvi·di·demū ⁊·c· vna tm̄
Alii āt dicūt ⁊ verius ſic puto ꝙ ſi
homicidiū fiat ſine pctō ꝉ cū pctō
vt cū iudex aſſeſſor vel executor occi
dit añ bapᵐ nō ipediet᷑ pꝰ bapm
et ꝓ hac ſn̄ia ſūt duo canones ii·
di·aliqn̄tos· ⁊·c·ſi qͣs pꝰ acceptū
ſ cū qͣs furez nocturnū ⁊ diurnū ſi
ſe tēlo defendit ſine pctō occidat
ſe ⁊ ſua libando·ut ꝥ·e·c·int᷑ ſecaſti
⁊·c·ſi pfodiēs·ff·ad le·acq̄·l·itaqꝫ
§·lex·⁊·ff·ad le·cor·de ſic·l·furem·

¶ Querit᷑ an ꝑmittat᷑ ꝯuenire in
ictu occidē volētē Rñō ſic lꝫ enī re-
pellē iniuriā vel ꝓpulſare·vt·ff·ad
le·acq̄·l·ſciaꝫ·C vñ vi·l·i·ff·de iuſ
ticia ⁊ iure·l·vt vi·⁊·i·di·ius nāle
in vbo violēcie ꝑ vim repulſio ſuf
ficiat āt terror armoꝝ vt·ff·de vi ⁊
vi arma·l·iii·§·ſi āt·Sꝫ nūquid ſi
me percias ⁊ fugias audeo te icō
tinēti inſeq̄ ⁊ repcutē fugiētē Rñō
non qꝛ hͦ nō fiēt ad ꝓpulſacōez ſed
ad vlcōez q̄ ad ſolū iudicē ſpectat
Nā rigor iudiciariꝰ ⁊ tutela iuris
publicā ē in medio ꝯſtituta vt nul-
lus ſibi ſumē audeat vlcōnez vt·C
de iudeis ⁊ celli·l·nullꝰ ⁊ hͦ cōmune
eſt clericis ⁊ laycis ſcꝫ iiuriā ꝓpul-
ſare reꝝ ⁊ pſonarū vt·ē·de ap·ſig
ficauerūt ꝥ·de ſen·ex·ſi vō·⁊·c·Ex
tenore·Cōtrariū āt videt᷑ ꝑ id ꝙ le
git᷑ ꝥ·e·c·ſuſcepimus xlvi·di·ſedi
cōnarios xxiii·q·viii·c·i·⁊·c·ꝯue-

nior·Ad hͦ dicūt quidͦ ꝙ lꝫ laycis
clericis vero non·Ego credo ꝙ cleri
cis ⁊ laycis lꝫ iniuriā ꝓpulſare ⁊ re
pcutē diſtinguit᷑ tn̄ ꝙ aut vis in
fert᷑ pſone aut rebꝫ·Si pſone tūc
eſt vis ꝓpellenda anteq̄ꝫ fiat·Nā
et inſidiantē vite licet occidere·ff·
ad le·acquil·l·iiij·⁊ v·⁊ vt dixi in
prox·§·ſuperiori·ſi tn̄ aliquis vim
factam repellat pociꝰ preſumi debꝫ
ꝙ cauſa defendendi fecerit q̄ꝫ vlciſ
cendi·vt·ff·ad le·acqui·l·ſi ex pla
gis·§·tabernariꝰ ⁊ hoc ſi percuſſor
noluit denuo percutere alioquin ſi
nolebat ⁊ alter nichilominꝰ rep
cuſſerit pociꝰ preſumitur ꝙ hoc fe
cit aīo vlciſcendi q̄ꝫ aīo ꝓpulſandi
Sꝫ ſi iiuria inferatur rebꝰ licitum
eſt illatam repellere ⁊ ꝓpulſare in
ferendā·Qͦd ergo dicitur vim vi
repellere licet ſic intelligendum ē·
vt ſcꝫ tria in hoc requirantur vt hͦ
fiat defendendo non vlciſcendo·vt
xxiii·q·i·quid culpatur·ff·ad legē
acquil·l·ſcienciam·⁊ cum modera
mine fiat defenſio·vt ſupra de reſ·
ſpo·olim cām i ſi·ſi quis tamē mo
deramen excedat ⁊ non ex ꝓpoſito
videtur non teneri·vt·ff·ad legem
acquil·l·ſi ex plagis·§·tabernariꝰ
Sꝫ ꝯtrariū velle videtur decre illa
olim cām ꝥ·e·c·ſignificaſti nobis
in ſi·Item incōtinēti dꝫ quis vim
repellē·vt·ē·de app·ſignificauerūt·
Et hec tria membra intelliguntur
ex·l·vna·C vnde vi·l·i·vnde ſubſe
quenter nōbis qͦd bellum ē iuſtū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quinqȝ mōis rōne pſonē vꝫ ſi fuit pſona eccaſtica cui nō ē licitū ſāg uinē fūdē · vt xxiij · q · viij · clīci · ⁊ · c · hijs a qͦbꝫ · rōe rei vt ſi nō ē ꝓ repe tēdis rebꝫ ł ꝓ defēſiōe priē vt xxiij q · ij · c · i · ⁊ · z · c · q · viij · ſi nulla · rōne cauſe vt ſi nō ꝑpt ncc̄itatē ſʒ ꝑpt vo lūtatē pugn̄tur vt xxiij · q · i · noli Itē ex aīo ē iiuſtū vt ſi fiat aīo vlciſcē di · vt ſupiꝰ dcm̄ ē · Itē ſi non fiat auctē pn̄cipis · vt xxiij · q · i · q̄d cul= paſ · ⁊ · q · ii · c · i ¶ Nobis igiſ qꝫ q̄ cūqꝫ pꝰ baptiſmū i cā ſāguis iudex fuit aſſeſſoꝛ nōꝛiꝰ executoꝛ aduo catꝰ ſiue ꝓ actore ſiue ꝓ reo lʒ aliq̄ diſtixerīt int̄ iſtos ⁊ gn̄alit̄ q̄ ali= qͦd miſteriū iudicō ſeu vidcē ſāgui nis pſtitit irregularitatē icurrit vt li · di · aliqn̄tos · ⁊ · c · ſi qͦs pꝰ accep= tū · ſ̄ · ne cle · ł mo · ſ · naz ſāguis · ī · de excel · pla · Ex lr̄is ¶ Sʒ q̄d ſi iudex ſecularis ꝯſiliū q̄rat a clerico pito ł pncepſ a plato Rn̄o pt cleicꝰ gnā lit ꝯferēdo cū iudice ſeculari dicere fures latrones icēdiarii hoīcide ſic ſūt puniēdi de iuē cīli · vt · v · q · v · de latori non deſcēdēdo ad aliqͦd ſcm̄ ł caſū aliquē ſpālē vt ſic pocꝰ ꝯſulē tis q̄ ſuggerētis opa fugat vt · ff · de qō · l · i · ſ · q̄ qōm · Si tn̄ clericus ſciat ł credat iudicē hrē corā ſe cāz criminis de q̄ q̄rit rn̄ſionē honeſte de clinet pterq̄ ſi clericꝰ poſſʒ penā cri minis reū ꝯſcia reducē ad cīlē ⁊ ſic i telligi pt · xxiij · q · vlt · peſſimā in ſi · ¶ Itē q̄rit an clericus de ſuis male fcōribꝫ ꝯq̄ri valeat iudicii ſeculari ·

Rn̄o ſic cīlit̄ petēs ſua ſibi reſtitui et dāpna reſarciri nō vt malefacto res i corpe puniātur ⁊ ſi iudex acri us in puniēdo ꝓcedat q̄ clericꝰ q̄re la req̄rat nō ē clerico iputandū vt · ī · e · c · poſtulaſtis · ⁊ · c · tua · ⁊ xxiij · q · v · c · i · ⁊ · c · vnum · ⁊ · c · pena · ⁊ · c · n nos · ff · de bo · lib · l · q̄ cū maioꝛ · ſ · i · pt tn̄ clericꝰ malefcōrē ſuiſ carcera ri petē · vt · ſ̄ · de apoſto · A nobis · ſ̄ depo · ḡuis · Itē faſtigari vt xxiij · q · vi · ſi res aliena · xij q · ii · ſrafr̄nitatis xxiij · q · v · cancellīones v · q v · illi q̄ vi · q · i · ſ · verū in ſi · iij · q · iij · ſ · Itē in cīmiali · ⁊ vꝫ ſi ea rei ꝯdicō · Item ne q̄s in ſuitutē redigat̄ vt ſ̄ de iudē · Ita quorūdā xv · q · vlt · Cū multe xxxvi · q · i · de raptoribꝰ ſ̄ de iudeis et ſarra · ad liberādā Itē vt q̄s mu tiletur ſpūali mutilacōne hͦ ē ſuſ pēdat̄ v · q · v · delatori · Itē vt deca pitet̄ ſed ſpūalit̄ i · excōet̄ ⁊ n̄ excō diat̄ mucro epi vt xvi · q · ij · viſis i ſi · decapitari eīn intelligit̄ q̄ a xpo q̄ caput ē eccē ſepat̄ vt ij · q · vij · ſ · qꝛ ergo ſ̄ de hē · vͦgētis vn̄ q̄ excat̄ mori credit̄ vt ſ̄ q̄ fili ſūt le · penne tabilē in ſi · ¶ Querit̄ de hijs q̄ ꝓ curāt aboꝛſus an reputētur hoīcide Rn̄o ſic q̄ntū ad penā legalē vt · ff de penis · l · ſi q̄s aliq̄s · ſ · q̄ aboꝛſio nibꝫ ff · ad le · coꝛ · de ſic · l · ſi mulierē Itē q̄ntū ad penā ſpūalē vt ī · e · c · ſi aliq̄s ⁊ q̄ntū ad irregularitatē q̄ cōtrahit̄ ex delicto moꝛtali vt xxv · di · ſ · nūc autem · ſed q̄ntū ad illaz enoꝛmē ⁊ idiſpēſabilē irregularitē

q̄ ꝯbit̄ ex homicidio corpali de q̄ iura
illa loquūtur. l. di. Miror. i. q. vij.
ſi q̄s oēm de ꝯ. di. i. §. i. ſecꝰ ē qꝛ il
la non ꝯbit̄ niſi cū piūnit hō gradiens
ſup terrā vel puerpiū iā formatū
vt ꝭ. e. c. ſic xxxij. q. ij. ꝙ vero. ꝛ. c.
Moyſes. Nūquid phiſici ꝛ cirurz
gici poterūt ꝓmoueri. R̄n̄o ſi i arte
phiſice ꝛ cyrurgie ſunt eruditi et
in curis ſ̄m artē ꝓceſſerit nichil ō
cōtingētibꝰ omittētes lꝫ aliq̄bꝰ in
ꝯtriū ceſſerit medicine ſi eos ꝯſcia n̄
remordꝫ poterūt ꝓmoueri vt ꝰ̄ de
eta. ꝛ q̄. Ad aures ꝛ ꝓmoti ordies
exeq̄nt̄ vt ꝭ. e. c. tua. ꝯſulo tn̄ vt ꝓ
moti ꝛ maxie ꝓmouēdi abſtineāt
ab ope pracdicali ꝛ maxie ab hiis
q̄ ſ̄m cyrurgiā aduſtionē vel inciſi
onē req̄rit vt ꝰ̄ ne cle. vel mo. ſinaꝫ
ſanguinis ꝭ. e. tua nos. cū in nullo
vacillare debeat ꝯſcia ꝓmouendi vt
xxxiij. di. laicū ¶ Quid ſi plures rix
ati fuerit ꝛ vnꝰ occiſus fuerit neſci
tur tn̄ a q̄ vel cuiꝰ vulnē nūq̄d oēs
iudicabūtur homicide vel irregulares
an nullꝰ. R̄n̄o q̄ntum ad pc̄tm̄ oēs
dicūtur homicide q̄ pcuſſerūt ꝛ q̄ voz
lūtate occidēdi venerūt lꝫ non pcuſ
ſerūt. Itē ꝛ illi q̄ nō occiderunt nec
volūtatē occidēdi habuerūt ſed ve
nerūt p̄ſtare auxiliū occidentibꝰ ſi
forte eis aliq̄d īpedimētū p̄ſtaret̄
diſcretꝰ tn̄ iudex maiorē pn̄iaꝫ daz
bit p̄mis ꝙ̄ ſecūdis ꝛ ſecūdis ꝙ̄ t̄
ciis. Illi eē nō ſūt immunes a culpa
nec dn̄t eē immunes a pena q̄ nō eri
piūt hoīeꝫ a morte cū poſſint vt xx

iij. q. vlt̄. ſi q̄tuor ꝭ. e. c. ſic dignuꝫ
xxiij. q. iiij. non inferēda. ꝛ. c. vlti.
Pꝫ ſi agētur ex lege cor. vel acq̄li.
ictus vnꝰ cuiuſqꝫ ꝯtemplari opoz
tet ut ff. ad le. cor. de ſic. l. vlt̄. is āt
l. acq̄. de occiſo tenet̄ ex cuius ictu
apparet occiſū ꝛ qui mortiferū vul
nꝰ infixit. vel q̄ hoīeꝫ interemit. Alij
q̄ nō letalit̄ pcuſſerūt de vulnerato
tenētur vt ff. ad le. acq̄. l. huic ſcrip
ture §. i. ſed ſi dubiū ſit ex cuiꝰ ictu
quis pierit ōnes de occiſo tenētur
vt ff. ad le. acq̄. l. ita vulneratꝰ ꝛ cō
cordat ꝭ. e. t. ſignificaſti. ſed ſi cle
ricꝰ feriat non letalit̄ nec aīo occi
dendi nec alios ꝓuocet alii tn̄ feri
unt ꝛ occidūt ſed diſcerni poſſit ic
tus clerici non tenetur de occiſo nec
irregularitatem cōtrahit homicidij
vt ꝭ. e. c. ſignificaſti nob. ¶ In ſū
ma nōn̄d eſt ꝙ nō ē immunis ab ho
micidij culpa qui potuit hominē a
morte ſed noluit liberare. ut ꝭ. e. c.
ſicut dignū. §. illi autem ar. lxxvi.
di. facientis. xxiij. q. iij. non inferē
da ꝛ. c. qui p̄t ꝛ q. v. reos ꝛ h̄ cum
cōſtat illum iniuſte occidi ut de pe.
di. i. piculoſe xxiij. q. iij. c. vlt̄ ꝭ. e.
c. ſicut dignū. quid tn̄ intelligunt
hoc in iudice q̄ auctoritate ordina
ria defendere p̄t ille enī ſolus ut di
cūt ex p̄cepto ad hoc tenet̄ ut xxiij
q. v. q̄ malos ꝛ. q. iiij. forte in fine
cōſulo tn̄ cuicūqꝫ p̄uato ut ſi pōt ſi
ne piculo ſui eripiat hoīeꝫ a mor
te ꝓpter iura premiſſa. ¶ Nūc vi
dendum eſt de diſpenſatione q̄ cca

homicidas hmōi adhibet̄ cū homicida iuſticie ·ſcꝫ cū iudice aſſeſſore executore ꝗ̄ iuſte homicidiū ꝯmiſerūt non diſpenſat̄ in ordībꝫ ſuſcipiendis ſꝫ ī ſuſceptis tollerātur ex cā vt li·di·aliqn̄tos· ¶ Circa hoīcidiuꝫ necītatis euitabil' non facile diſpēſat̄ ſꝫ in hoīcidio necītatis ieuitabilis dat̄ ꝯſiliū vt homicida nō miſtret ecīā ī ordībꝫ iā ſuſceptis· vt·l·di·de hijs clericis non tn̄ q̄s depomit̄ ſꝫ in ſuo ordīe tolleratur de iure ꝛ abſqꝫ diſpēſacōe ſc̄m lau· ꝛ ſic loquitur ꝗ̄·e·c·ij ¶ Circa hoīcidiū caſuale qd̄ nulla culpa ꝑceſſit nō ē neccāria diſpenſacio ¶ Circa hoīcidiū caſuale qd̄ culpa ꝑceſſit fit diſpēſacō mag̃ maior ꝛ maxia· Mag̃ vt promot' ad ſacros ordīes non in eis ſꝫ in minoribꝫ tolleretur vt ꝗ̄·e·c·ꝯtinebat̄ maior vt ecīā ī maioribꝫ tolleret̄ ut·l·di·clericos· Maxia ut ꝓmoueātur·ut ꝗ̄·e·c·lator ¶ Circa homicidiū volūtariuꝫ non iuſte non neccāriū nec vlla cogēte necītate nō diſpēſat̄ vt dixi·ſ̄·e·§·ꝯmittat

¶ De torneamētis·

Quia in torneamētis hoīcidia fiūt Jdcīco p' tractatuꝫ de hoīcidio ſeqt̄ rubrica de torneamētis ¶ Videnđ ē igit̄ q̄d ſint torneamēta· q̄re fieri ꝓhibeantur· ꝛ q̄ ſit pena pugnāciū in torneamētis ¶ Torneamēta dicitur q̄dā nūdine l' ferie ī q̄bꝫ milites ex edcō cōuenire ſolēt ꝛ ad oſtētacōeꝫ viriū ſuaꝝ ꝛ audacie temerē ꝯgredi· vt ꝗ̄·e·c·i· ¶ Cā ꝓhibicōis ſūt mortes hoīm ꝛ aīaꝝ picula q̄ inde ꝓueniūt vt ꝗ̄·e·c·i· ꝛ lꝫ aīs poſſit fieri grā oſtēdēde v'tutis ꝛ cā expiendaꝝ viriū vt ff·de poſtu·l·i·§· Jteꝫ ſenat' ꝛ ff·de p̄ſcp̄·v̄b̄·l·ſolēt· ꝛ ſi in colluctacōe dānū datū ſit nō agit̄·l·acq̄l·nā v'tutis excēde ꝛ glīe cā nō cā iniurie dāpnū datū ē·ut·ff·ad le·acq̄l·q̄ actione·§·ſi q̄s in colluctacōe Jn hꝰ tn̄ caſu ſecus ē q2 pugnātibꝫ et ꝯcītātibꝫ pena infligit̄·lud' eī ille noxi' ē ꝛ iō reprobat'·vt·ff·ad le·acq̄·l· Nā lud' q̄s āt ludos appellat ex q̄bꝫ crīa oriūt̄ vt in ꝯſi·ff·eca ſi· Pena ꝯcītāciū in torneamētis hꝰ ē· q2 ſi q̄s aliū occidat ſiue īſiſtēdo ſiue ī reſiſtēdo hoīcida ē voluntarie eīn occidit ꝛ iō puīt̄ pena volūtarij hoīcidij ſalti q̄ ad canōes et ſi non q̄ ad penā legalē excuſāte edcō· de pena volūtarij hoīcidij dixi ſ̄·c·ꝓx·§·ꝯmittat̄ ¶ Sꝫ di cēs q' reſiſtētē excuſabit defenſio ꝛ necītas· Ad qd̄ rn̄o ad hāc necītatem vltro ꝛ ex ꝓpoſito quis ſe ingerit et iō nō min' hoīcida cēſet̄ vt dixi ſ̄·ti·ꝓx·§·necītate· Divo q̄s ī torneamēto fuerit occiſus q̄uis mori ētī ꝛ poſcēti pīnā ñ neget̄ eccāſtica tn̄ careat ſepultura· vt ꝗ̄·e·c·i·ī fi· Si tn̄ ad torneamētū venerit aīo ꝯcertādi nā ſi venerit cā debita exigēdi vel alia ſua negocia excēdi· ſecus erit·vt ꝗ̄·e·c· Ad audienciā

Et nō q̄ h̄ ↄcedit̄ q̄ mai⁹ ē pn̄ia
ſcꝫ ꝛ denegat̄ q̄ min⁹ ē ſcꝫ eccl̄aſti
ca ſepultura qđ fit ad terrorē ꝛ cor
rectionis exēplū ꝛ ſimile .ꝫ. de rap.
ſup eo. leuit̄ aūt int̄dicit̄ eccl̄aſtica
ſepultura. Et ē racio q̄ ſic ipi non
ꝓdeſt ſepultura p̄ciosa ita n̄ obeſt
p̄io ſepultura vil' ꝰ nulla vt xiii. q.
ij. aīe defūctoꝝ. Sūt ꝛ alia q̄ ibi
bēt eccl̄aſticā ſepulturā morietis in
fidelitas. vt de ↄ. di. i. eccāꝫ. Itē ob
eūtis maifeſta iniq̄tas vt lxxxviij
di. c. vlt. vſurarum exactio. ut .ꝫ. de
vſu. q̄ꝛ i oib̄ p̄mo h̄ gn̄ale ē in q̄
libet decedēte in mōꝛli pc̄ō. ut .ꝫ. de
fur. c. ii. xxiij. q. v. placuit xiii. q. ij.
ꝓ obeūtib̄ xxi. q. iij. Cyprian⁹. ō. ō
ſta. mo. Mōchi. §. q̄ vero. Itē inhi
bet eccl̄aſticā ſepulturā int̄dictum
eccē. ut .ꝫ. de ſen. ex. A nob. ō. de ſe
pul. ſacs. Quid de militib̄ q̄ ad
torneamentū iuerūt aīo pugnādi
nō tn̄ occiderūt nec ꝑcuſſerūt. Itē
q̄d de hijs qui alijs bell' int̄ſūt nec
tn̄ occidūt nec mutilāt nūquid po
terūt ꝓmoueri ſi in torneamētis vl'
bellis aliq̄ ſūt occiſi. Ad p̄mū rn̄o
q̄ nō eo qđ ad rē dāpnataꝫ ꝛ ꝓhi
bitā acceſſerūt. Ad ſecūdū ſic dico
q̄ ſi q̄s interſit bello licito nec occi
dit nec mutilat nec cām mortis p̄ſ
tat ſi al's ſit ydone⁹ poterit ꝓmoue
ri nichil em̄ inteſt q̄ occidat l' cāꝫ
mortis prebeat. ut. ff. ad le. cor. de
ſic. l. nichil. Si vero i bello illicito
tūc impeditur ꝓpt̄ culpā p̄cedētem
xv. q. i. c. vlt. ꝛ de pe. di. i. ſi quis

cū telo ar. ad h̄ .ꝫ. de clerico percuſ.
pn̄ciū ꝛ. c. ↄtinebatur.

De clericis pugnātib⁹ i duello

Quia ſepe ꝓuenit homicidiū ex
duello ſb̄ſeq̄nt̄ ponit̄ h̄ rub
ca de cle. pug. i duello. Videndū ē
igit̄ q̄d ſit duellū. vn̄ dicat̄. an lai
ci liceāt faciāt duellū. Et q̄ pena ipo
nēda ſit cleicis pugnātib̄ i duello
Duelluꝫ ē ſingularis pug̃ q̄ fit
ad ꝓbacōeꝫ rei alicui⁹ ita vt qui ꝑ
hn̄c mod̄ ſe ꝓbaturꝫ offert ſi vice
rit ꝓbaſſe credat̄ ſi nō vicerit defe
ciſſe i ꝓbacōe putet̄. Dicit̄ āt duel
lū q̄ſi duoꝝ bellū dr̄ et monoma
chia q̄ſi vnica ꝛ ſingularis pug̃ a
monos q̄ ē vn⁹ ꝛ machia qđ eſt
pug̃. Duellū eē int̄ laicos ꝓhibet̄
q̄ꝛ i duell' de⁹ tēptat̄. ut ij. q. v. mo
nochiā ꝛ ſcp̄tū ē non tēptab' dn̄m
deū tuū. ut xxij. q. ij. q̄ritur. Nec ob
ſtat exēplū dauid pugnātis cū go
lia ut ij. q v. monomachiā q̄ꝛ p̄ui
legia paucoꝝ n̄ faciūt ↄēm legē. ut
xxvi. q. ij. nō exēplo. In hijs em̄ q̄
ꝑ raro ſiūt miraculū ē ut i aut de co
ſu. §. i. circa mediū coll'. iiij. Iteꝫ nō
obſtat q̄ cri̅mē maieſtatis dr̄ crimen
ꝑduellionis. ut. ff. ad le. iul'. ma.
l. vl. n̄ ei ideo vocat̄ crimē ꝑduellio
nis q̄ꝛ ꝓbari ꝑt ꝑ duellū ſic quidā
intellexert̄ ꝛ male ſꝫ dr̄ crimē ꝑduel
liōis. i. crimē hoſtis l' hoſtile. ut. ff.
de vb̄o. ſig. l. q̄s nos hoſtes. Item
dixert̄ quid licē h̄ laicis ꝑ. l. ff. ad
le. acq. l. q̄ actione. §. ſi q̄s in colluc
tacōe ſed nec illud placet ꝑ. l. i. Et

gladiato. l. vna li. xi. Jtē quidā di
cūt h̄ licē in locis in q̄bꝫ tal' viget
ↄ̄suetudo inducētes illud ꝑ se qn̄
mos erat cīnē n̄ erat vt xxxii. q. iiij
obiciūtur. Pꝫ illud fuit diuina re
uelacōe ↄcessuꝫ q̄ mos qn̄qꝫ fas ēē
ſet ꝑ quā sicut iacob a mendacio
israhelite a furto ꝛ sampson ab ho
micidio sic ꝛ patriarche ꝛ alii viri iu
sti q̄ plures simul' legūtur habuisse
vxores ab adulterio excusātur. vt
s. de diuor. gaudem⁹. §. qꝛ vero pa
gani. Alij āt distinguūt vtꝝ q̄s of
ferat an suscipiat duellū ꝛ si susci
pit vtꝝ spōte an a iudice delatum
Si ei q̄s offerat vel oblatū spōte
recipiat mortalit' peccat si vero iudice
cogēte delatū cū alit' piculū corpis
vel reꝝ non possit euadē excusatur
vt. s. de homi. in t' fecisti. veri⁹ autē
puto q̄ etiā offerēs ꝛ oblatū spon
te suscipiēs siue iudice isistēte mor
lit' peccet q̄uis is qui iudice deferē
te iuit⁹ suscipit ꝛ ↄmittit excuset'
non a toto ſꝫ a quāto. met⁹ eni͂ ille
pctm̄ attenuat non prorsus exclu
dit. vt. s. q̄ met⁹ cā sacris. pocī⁹ ei
debēt oia mala pati q̄ malo ↄsēti
re vt xxxij. q. v. ita ne. ꝛ si homicidi
um in duello ↄtingat fieri oēs irre
gularitatē puto ↄhē scꝫ offerētem
suscipientē iudicē deferētē seu auc
toritatē prestātē duelli ↄmissionēꝫ
et assessorē ad huc mod̄ ꝑbādi ↄsi
liū dantē. vt no. s. de homi. §. nob'
Pena pugnanciū in duello si sint
clerici ē deposicō si tn̄ neqꝫ mors ne

qꝫ mutilacō interuenerit potit' dispē
sari vt. ꝑ. e. c. i. ſꝫ si homicidiū interuene
rit adhuc pt i bn̄ficio dispēsari vt
ꝑ. e. c. i. ꝛ. ij. in fi. qd̄ ergo alibi dr̄
cū homicida dispēsari nō posse. vt. l.
di. Miror. i. q. vii. si q̄s oēꝫ tradicō
nē de ↄ. di. i. §. i. s. de tēpo. or. c. vlt.
in officio locū hꝫ al's etiā dispēsat'
i bn̄ficio ꝛ nō i officiō. vt xxviij. di.
ꝑsbiteꝝ. l. di. studeat. Pꝫ nūquid
tal' homicida hēbit ex dispēsacōe bn̄
fi.m vt titulū ā stipēdiū dm̄ videt' q̄
vt stipēdiū vt sic q̄si laic⁹ hēat ꝛ ex
eccāꝫ. vt xxxij. di. si q̄ nō veri⁹ puto
q̄ hēat vt cleric⁹ ꝛ hēc bn̄ficiū titu
latū eo q̄ in decē diāt' potuit tn̄ cum
eo ēta bn̄diū bn̄ficium misericordi
ter dispensari.

## De sagittariis

Ociū ē. s. de homicidiis i gn̄e ſꝫ
qꝛ sagittarij ꝛ balistarii ple
ruqꝫ homicidia ↄittūt. iō h̄ de sagitta
riis rubca sbicit' spālis. Videa⁹
igit' vtꝝ ꝛ qn̄ h̄ officiū sit ꝑhibitū
excēi ꝛ q̄ pena tales puniātur. Xpi
ani aduͤsus xpianos nō pn̄t h̄ of
ficiū excē. vt ꝑ. e. c. vno. qd̄ verū ē
si bellū fuit iniustū nā si iustū q̄libet
gn̄e armoꝝ ē vtend̄ ꝑmovt vinca
tur hol' ē ꝛ isidiis ↄsistēdū. vt xxiij.
q. ij. dn̄s. ꝛ. q. viij. vt p̄de inx illō.
Nil refert armis ↄtigat palma ho
stis ne ꝛ alibi hol⁹ an vt⁹ q̄s i hoste
r̄q̄rat ſꝫ ↄ paganos ꝛ psecutores fi
dei xpianos pt h̄ officiū exceri. Pena
āt excēciū h̄ gen⁹ armoꝝ ↄ xpiāos



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ē anathema· vt ī· e· c· vno pret͛ oēz
penā homicidij de q̄ dixi· s̄· t· px̄· §· pe
na· ⁊ s̄· de homicid· §· nobis igit̄ ꝫ an
ſit canō late ſn̄e vt ɔ̄ faciētes ſta=
ti ligētur dubitat͛· Dicūt eni quiđ
ꝙ ibi ſb̄ intiminacōe anathematis
aliq̄d ꝓhibet͛ non incurrit͛ excacō ſi
fiat ꝓhibitū· vt s̄ de iure pa· Rela
tū ſec⁹ vbi ſub diſtinctione q2 tūc
ſtatī incurrit͛· vt s̄ de emu· ec· nō eo
mi⁹ in fi· ⁊ idē dicit vbi mādat͛ ali
q̄d ſb̄ pena excacōis vt lxiii· di· ſalo
mitane· Pꝫ aliquid ē vbi a iure ſic
mandat͛ aliq̄d vel ꝓhibet͛ vt xxx·
di· p totū· ⁊ ē rō q2 ius magis iraſ
cit͛ in ɔtēptu miſtri iuris q̄ꝫ i ɔtēp
tu ſui ipſi⁹· vt· ff· de arbi· l· ſi cū di
es· §· vlt· ⁊ l· celſus· Alij āt idiſtic
te dicūt ꝙ illa v͛ba ſiue dicatur ſb̄
pena ſiue ſb̄ intiminacōe ſiue ſub diſ
tinctione nō hn̄t vi ſn̄e ꝫ ɔminacō
nis· vt· C· ɔmia· ⁊ ep̄las p totū· et
in hꝰ plures ɔcordāt vn̄ h̄ dec̄ non
ē canon late ſn̄e ſed ferēde ⁊ ſimile
s̄ de magiſtris quanto·

¶ De adulterijs ⁊ ſtupro·

QVia i decalogo ſtatī poſt
homicidiū ꝓhibet͛ mechia·
dū dicit͛ non occides non
mechaberis ideo p⁹ tractatū ð ho
micidio ſeq̄tur tractat⁹ de adulte=
rio vn̄ ponit͛ h̄ rub͛ca de adulte· et
ſtupro· ¶ Videa⁹ igit͛ q̄d ſit adul
teriū· vn̄ dicat͛· q̄d ſit ſtupꝝ· q̄ ad
mittātur ad acculacōnez adulterij

et itra q̄ tp̄a· ex q̄bꝫ cauſ· q̄s ab ac
cuſacōe adulterii repellat͛ Itē q̄ ſit
pena adulterij· ⁊ q̄ ſtupri· ¶ Adul
teriū ē alieni thori violacō vt xxxij
q· v· n̄ mechaberis· l͛ deturpacō ſui
Nā qn̄qꝫ dicit͛ ɔitti adulteriū reſ=
pcū vtriuſqꝫ ſcꝫ ɔgnoſcētis ⁊ cogni
te vt cū vtq2 ɔiugat⁹ exiſtit· qn̄qꝫ
reſpcū ɔgnoſcētis vt cū vxoratus
ad ſolutā accedit q2 tūc vxorē ſuā
coinq̄nat· vt xxxij· q· i· i ɔiugio· qn̄
qꝫ reſpcū ɔgnite vt cū ſolut⁹ ad cō
iugatā accedit· Nā ⁊ illa ſimiliter
coinq̄nat viꝝ ſuū q2 vir ⁊ vxor nō
ad ipia iudicant͛ vt s̄ ð diuor· gau
dem⁹· §· q2 vero· ⁊ xxxij· q· i· ſi q̄s
vxorē ꝓp̄e tn̄ loq̄ndo adulteriuꝫ in
nupta ɔittit͛· ut· ff· e· t· l· int͛ libas
§· lex iul͛· ¶ Stupꝝ ē illicita v͛gis
defloracō q̄uis ⁊ i vidua ſtupꝝ cō
mitti dicatur· ut in· l· predicta pro
batur ¶ Ad huiuſmodi criminis
accuſacōnem admittitur p̄mo lo=
co marit⁹ vt p̄ferat͛ eciam pr̄i adul
tē ſi ſimul ad accuſacōnez veniant
nā ⁊ ꝓp̄ēſore iure ⁊ maiore dolorē
viꝝ executuꝝ accuſacōez credendū
ē· ut· ff· e· t· l· ij· §· ſi illis· ꝙ vexꝫ eſt n̄
pr̄ maritū q̄ infamē arguat q̄ doce
at colludē magis cū vxore q̄ꝫ ex aio
accuſare· ut· ff· e· t· l· ij· p̄fert͛ mari
t⁹ oibꝫ extneis p̄mo ⁊ ſi extne⁹ p̄us
accuſacōez iſtituit p̄fert͛ marit⁹ dū
mō nō ex negligēcia ſit p̄uent⁹· ut
ff· e· t· l· ſi marit⁹· §· ſi āt ¶ Poteſt
āt agi de adulterio ſiue ſit vxor lti=
ma ſiue nō h̄ꝰ eni ad oia m̄ronia p

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tinēt nec ei ſoli af'des vxoēs amāt
et vt dt vgili9 ꝯiuge ꝑcepta nō ſo
los tāgit af'des ꝫ i ea vxore ꝑt mai
t9 adulteriū vindicare q̄ vulgaris
ſit·ut·ff·e·t·l·ſi vxor·nec obſtat·C·
e·l·ſi ea q̄·⁊·l·ſi adulteriū·leges et
ille n̄ loquūtur i vxoē ⁊ expone ibi
adulteriū·i·ſtupꝛ hijs ei ꝑmiſcue
rũn·ut·ff·e·t·l·int·§·i·Sꝫ ſi auꝫ
ſpōſa de ꝑnti adulteriū ꝯiſſum ſit·
agit ſpōſus qꝛ nec ꝗlecūqꝫ mrio^m
nec ſpēꝫ mrionij violare ꝑmittit·
vt·ff·e·t·l·ſi vxor·§·diu9·xxvij·q·
ij·q̄ deſpōſatā·In ꝑmis igit mari
tū genital' thori vidicē eē opꝫ·ut·C·
e·t·l·ꝯuis·q̄ ꝑt duplici iuē accuſa
re ſpāli ⁊ ꝯi·ſpāli·i·iure mariti ſcꝫ
ſine iſcꝑcōe·Nec obſtat ꝰ de ꝑau
Tue i ꝑn·qꝛ loq̄t cū accuſat p9 xl·
dies n̄ iuē mariti ſine metu calūnie
et ex ſola ſuſpicōne·ut iiij·q·iiij·§·
aliqn̄·C·e·t·l·ꝯuis·⁊ ꝗ·e·t·maritis
ꝗ·xl·dies a tꝑe diuorcij nūandos·
vt·ff·e·ti·l·pꝛ·§·lx·⁊ qd dixi ſine
metu calūnie verꝫ ē n̄ ſit euidēs·ut
ff·e·t·l·is c9·§·vl·Et qd dixi ex ſo
la ſuſpicōe reā vxorē facē lꝫ verꝫ ē ꝙ
ex ſola ſuſpicōe accuſabit' nō tn̄ cō
denabit'·ut ij·q·i·ꝑ°·ff·de pe·l·ab
ſētē R°·i·n̄ ſuſpicō ſit iux·ut·C·e·t
i auc̄ ſi qs ei quē ſuſpcm̄·ff·d hiis
q̄ ſui l' ali·iuris ſūt·l·Filiū·ꝰ·de ꝑ
ſump·litteris·ij·q·i·ſi peccauerit ⁊
ſic intelligo·xxxij·q·i·dicit domi-
nus·Poſt maritum admittuntur
propinqui·ut·C·e·l·ꝯuis·demum
extranei ſed h̄ locuꝫ hūt ſ'm iura ci

uilia cū agitur ad penam legalem
ſecus cum agitur ad thori ſepara-
cōnem quia tunc ſoli viro licet ac
cuſare vxorem de adulterio ⁊ econ
uerſo vt nota·ꝰ·qui ma·accu·poſ·
§·punit·⁊ nota ꝙ maritus admit
titur ad accuſacōnem adulterij eci
am ſi fuerit filiuſfa·vt·ff·e·titu·l·
inter·§·filius·Nam ⁊ inuito pa-
tre h̄ poteſt filiuſfa·ut·ff·e·ti·l·fi
lium·nec obſtat ei ſi ſit minor xxv
annis ſi mrimonij ſui iniuriā pro-
ſequatur·ut·ff·e·t·l·ſi maritus·§·
lex iul'·⁊ ar·ꝰ·de reſti·ſpoliato·Ex
parte curatore actore·ut·C·e·titu·
l·ꝓpter·In adulterii accuſacio
ne ſic proceditur quia preſente ac
cuſatore ⁊ accuſato cum ad penaꝫ
legalem agitur porrigetur libel-
lus quo porrecto ꝓponi poterunt
excepcōnes dilatorie anteꝗ accu-
ſatus accipiatur inter nomina re
orum·ut·ff·e·ti·l·marit9·§·preſcꝑ
ciones·⁊·§·i·vt ſi dicat nupta que
impetitur a ſe non eſſe incipiendū
cum nupcias non proceſſerit nūcia
cio·ut·ff·e·l·qui vxori·⁊·l·denun-
ciaſſe·Rūſo·i·⁊·§·i·⁊·ij·⁊ hoc fal
lit in crimine inceſtus quod cōtra
vtrumqꝫ ſcꝫ adulterum ⁊ adulte
ram ſimul interpretari poteſt·vt
ff·e·titu·l·vim paſſam·§·vlt·ꝑnt
opponi ⁊ peremptorie vt de lap-
ſu quinquennii·vt·ff·eodem titu·
l·adulte·poſt quinquennium et
ſex menſes·vt·ff·eodem titu·l·ſi
maritus preuenerit vel ſi dicatur

dicat accuſatorē deſtitiſſe vt ff· e·
ti·l·i·§·i·pt mulier accuſata excipē
ꝯ maritū ꝙ ⁊ ipſe ſimilit adulteriū
cōmiſit·vt ꝗ·e·c·intellexi⁹ ⁊·c· tua
q·ꝰ· de diuorc·ſignificaſti·xxxij·q·
vi·p to·ꝰ·de iure iurā·Tua·ff·ſolu
to ma·l·viro atqꝫ vxore·ff·e·t·l·ſi
vxor·§·iudex· Itē excipe pt ꝙ ac=
cuſacōeꝫ remiſit·vt xxiij·q·iiij· ſi il
lic vel ꝙ eā ſibi recōciliauit·ꝰ·de cō
uſſi·diu·gaude⁹·vt de hꝰ plenius
no·ꝰ·q̄ mri·ac poſ·§·pñt· Sed nū
q̄d vxor obicē poterit fornicacōeꝫ
ſpūalē marito accuſāti de carli·vi
det ꝙ ſic nā fornicacō carnal ⁊ ſpū
al ſimiles ſūt ⁊ idē opant quo ad
mrio^m ſepand·vt xxviij·q·i·ydo
latria ⁊ c·iā nūc·⁊ multo forcius ſi
miles ſūt ad ꝯpenſand ⁊ opandū
vt mrio^m duret·ſꝫ ꝯ iſte fornicacō
nes diuſaꝝ ſpēꝝ ſūt ⁊ res diuſaruꝫ
ſpēꝝ non veniūt in ꝯpenſacōneꝫ qꝛ
ſpēs cū q̄ntitate non ꝯpēſat·ut·ff·
de pig·acc·l·ſi ꝯuenit·veru⁹ puto ꝙ
ꝯpēſa° fiat· Itē excipit ꝯ maritū
accuſantē vxorē de adulterio ſi eaꝫ
talē ſciuit ⁊ mores ei⁹ eā vxorē du
cēdo pbauit vt in eadē·l·ſi vxor·§·
vlt· Itē pt vxor opponē marito ac
cuſanti ꝙ eā adulterādaꝫ tradidit·
vt·ꝰ·de eo q̄ cogno·ꝯſāg·vx·ſue·
diſcrecōi· Itē ꝙ lenociniū fecerit ſꝫ
hꝰ excepcio ſi an̄ liteꝯt·opponatur
accuſantē repellit ſi poſtea īſtar ac
cuſacōis hꝫ ⁊ accuſatori penā indu
cit qꝛ hꝰ excepcio a mulieꝝ ꝑpoſita vi
rū honorat non mulierē excuſat·vt
ff·e·t·l·i·§·ſꝫ publice· Eſt āt leno
qui adulterum ſubicit vel precī=
um pro comperto ſtupro accepit
vel dampnatam de adulterio ducat
vel ſciens adulterium celat vxoris
vt xxxij·q·i·c·i· Nunc reſtat vi=
dere de pena adulterij vel ſtupri·
Pena qualis pro adulterio ſcd̄m
leges imponitur pena mortis qua
ſi pro ſacrilegio nā ſacrilegos nup
ciarum gladio puniri oportet·vt
·C·e·titu·l·q̄uis·femina autem iu
re autenticorum verberata in mo=
naſteriū recluditur quā intra byē
nium viro recipere licet byennio
tranſlato vel viro mortuo anteq̄
vxoreꝫ de monaſterio educat adul
tera tonſa monaſtico habitu ſuſ=
cepto ibi dum viuit pmaneat du
abus partibus ꝑprie ſubſtācie li=
beris applicandis·tercia ei⁹ mona·
ſterio·ſi liberos non habeat parē
tibus exſtantibus huiuſmodi ini
quitati non conſencientibus tercia
pars applicatur due monaſterio
quibus predictis non exſtantibus
tota ſubſtancia monaſterio queri
tur pactis dotalium inſtrumento
rum omni caſu ſeruādis·vt ī aut·
vt nulli iud·§· manifeſta·coll·ix·
et ponitur·C· de adulte· ſed hodie
et ſi maritus in accuſacione vxo=
ris deficiat ī probando tenetur ad
talionem vt in auc̄ vt liceat mri ⁊
a·§·quia vero plurimas§·⁊ cauſas
coll·viii·in auc̄ vt nulli iud·§·adul
teram·coll·ix· ſed ſcd̄m hꝰ vir volens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſepari ab vxore idircē ɔſeq̄ poteit
ꝙ dircē nō pt accuſabit vxorem de
adulterio calūpnioſe deficiet in ꝓ
bacōe detrudet̄ in mōſterio ⁊ ſic in
dircē ſepabitur ab vxore. Ad qō
rñō nō ɔſeq̄tur qꝛ nō ſolum hō ſiet
ſm iura autꝰ. ſꝫ alš vir puniet̄ i bo
nis vel alš nō ɔſeq̄tur qꝛ erit in vo
lūtate mulieris ſibi recōciliare mai
tū initū vt dixi in hō ſm vet? teſtm̄
mulier de adulterio ɔuicta lapida
bat̄ nō āt vir ut xxxiii. q. v. hō pma
go ſꝫ ſm iura canonica i foro eccāſ
tico agit̄ ad ſepacōꝫ. vt. ſ. de ꝓai.
Tue vel ad dotis l' dōcōnis amiſ
ſionē. ut. ſ. de do. p? diuor. re. plerꝫ
qꝫ. ¶ Jn ſūma ſciendō ē ꝙ i q̄buſdō
caſibꝫ et ſi mulier uiuēte marito al
teri ɔmiſceat̄ adulteriū nō ɔmittat
vt ſi violent̄ fuit oppſſa. ut. ff. ad
le. iul. de adul. l. vim paſſam xxxij
q. v. ꝓpoſito. Jtē ſi ignorāter cog
nita ē ab alio quē virꝫ ſuū eē crede
bat. ut xxxiiij. q. ij. in lectū Jtē cum
credēs virꝫ ſuū mortuū altri nubit
vt xxxiiii. q. ij. cū p bellicā. Jtē ɔti
git ꝙ aliq̄ muliēs adulteriū cōmit
tūt ⁊ de adulterio accuſari nō pūt
vt ſūt ille q̄ in caupona miſtrāt q̄s
vite vilitas dignas legū obſuacō
ne nō credidit. ut. C. e. t. l. q̄ adulte-
riū ɔmiſit ꝙ ſm canones n̄ ꝓcedit
de īceſtu āt ſūmati ⁊ breuiter diſſe
rami? ¶ Jnceſtus ɔmittitur cum
cognata ⁊ affine aliqñ p ſe ſolus
aliqñ coniūgit̄ adulterio vt i nup
ta. ut. ff. e. t. l. ſi adulterum cum in

ceſtu. i. Rx°. ⁊. ſ. i. in q̄ gui? ɔīnē cō
mitti̇̄t ꝙ i adulterio ſm leges Di
vero iceſt? p mrīo m illicite ɔcēt? ſit
vt in. l. pallegata ſi adulteriū. ſ. i.
ſed ſm canones ſimpliciter ⁊ in-
diſticte iceſt? vincit adulteriuꝫ. ut
xxxij. q. vij. ſ. ſūt ei ⁊. c. adulteriū
malū.

¶ De Raptoribꝫ incēdi. ⁊c.

Dictū ē. ſ. de adulterijs et
ſtupro ſꝫ qꝛ raptus aliqñ
cōmittit̄ in rebꝫ. ut ꝗ. e. c.
i. ⁊. ii. ⁊. iij. aliqñ in ꝑſōibꝫ. ut ꝗ. e.
c. i archiepatu. ⁊. c. Cū cā. ⁊. c. ac
cedēs ⁊ p hō ad ſtupꝝ vel adulteriū
ꝑuenitur. Jō ſubſeq̄nt̄ ponitur hic
rubca de raptoribꝫ ⁊ adicitur incē
diarijs ⁊ violatoribꝫ eccāꝝ. ¶ Vi
dea? igitur q̄s ſit raptor. q̄s incēdi
ari?. ⁊ violator eccāꝝ. ⁊ de pena ip
ſoꝝ. Raptor dicitur duobus mo
dis rerum ⁊ hominū ⁊ maxime fe
minarum ꝓprie autem dicitur ra-
pina rerum ⁊ raptus mulierum.
Rapine cīnē ɔittit̄ cū aliq̄s p vio
lēciā ⁊ apte res capit alienas non
tamen eccāſticas nec ab eccleſia qꝛ
tunc cōmitteretur ſacrilegium de
quo inferius dicam. ¶ Fit autem
rapina cum armis aliqñ. aliqñ do
ſine armis ⁊ diuerſa eſt pena vt iā
notabo. Et eſt ſciendum ꝙ omnis
raptor eſt fur ſed non conuertitur
quia nullus improbior fur ꝙ qui
vi rapit vt inſti. vi bo. rapto in pn.
Rapt? mulieris n̄ ſolū ɔittit̄ i vgie ſꝫ

eciam in vidua ⁊ ſanctimoniali.
vt xxxvi.q.ij.Raptores. ⁊ ſi q̄ nō
dicaꝫ rapē pſidoꝛ9 tū gnālius acci
pit raptū ſcꝫ ꝓ q̄libet illicito coitu
vt xxvij.q.ij.Rapt9 ē illicitus coi
tus a corrūpēdo dict9 vn̄ qui raptu
potitꝰ ſtupro fruitꝰ ⁊ vt pleni9 intel
ligas nōbiſcū aliud ē fornicacō a
liud ſtupꝝ aliud adulteriū aliud i
ceſt9 aliud rapt9. Sꝫ boꝝ oīm peſ
ſimū ē qđ ꝯ naturā fit vſus quidā
ꝯ naturā execbilit fit in mētrice ſꝫ
execbili9 in vxore. vt xxxij. q. vij.
adulterij. Sꝫ excedit h̄ oīa cū vir
nubit in feminaꝫ. vt.C.e.t.l.cū vir
Fornicacio lꝫ videatur eē gen9 cu
iuſlibet illicit coit9 q̄ fit ex̄ vxoreꝫ
lt̄imā tū ſpālit ꝯmittn diciꝰ in v ſu
viduaꝝ ⁊ mētricū ſeu ꝯcubinaruꝫ
¶ Stupꝝ ē illicita v̄gis violacio
¶ Adulteriū ē alieni thori defloracō
vt no.ꝫ.de hijs duobꝰ.ꝫ.c.px.ꝫ.
adulteriū.⁊.ꝫ.ſtupꝝ ¶ Inceſt9 eſt
cū ꝯſāguinea vel affine. vn̄ inceſtu
oſi dicūtur q̄ affinibꝰ vel ꝯſāgui-
neis abutūtur Rapt9 admittitꝰ.
cū puella de domo pr̄is abducatur
vt corrupta in vxoreꝫ habeatꝰ ſiue
puelle ſolūmō ſiue parētibꝰ tm̄ ſiue
vtriſqꝫ vis illata ꝯſtiterit vt ꝓbantꝰ
h̄ oīa.xxxvi.q.i.ꝫ.cū ergo ¶ Puni
untꝰ raptoēs reꝝ.ī.ānū in q̄druplū
p9 ānū in ſimplū re ipſa ī q̄druplū
cōputata vt.ff.vi bo.rapto.l.i.⁊ ij
et h̄ ſi ciuilitꝰ agatꝰ Si āt c̄mialiter
tūc diſtiguitꝰ intꝰ vi illatā cum ar
mis ⁊ ſine armis p̄nā iducit depor

tacōeꝫ ſcđa tꝰ cīe ꝑtis bonoꝝ amiſſi
onē vt inſti.de public.iud.ꝫ.Iteꝫ
lex iul.de vi pub.l.ꝑua.V n̄9.Vis
p̄uata reꝝ deponit ab ordine rerū.
Sꝫ deportatꝰ ſi vis armata ꝓbatꝰ
¶ Pena vero canonica h̄ ē vt rap
tor excetur ſcꝫ ab illo epō in cuius
dyocē rapina ꝯmittitur. vt ī.e.c.i.
vi.q.iij.placuit. Nā ꝯbitꝰ foꝝ rōe
delicti. vt ꝫ.de fo.cōpe.lꝫ ī.de ſen.
ex.A nob.C vbi de c̄mie.a.o.i auc̄
q̄a i ꝓuincia nec.abſoluetꝰ niſi p̄
us eū det. vt ī.c.i ī.de verbo.ſig.
Ex pte. Sꝫ ſi ſatiſfacere nolit cum
poſſit vel emēdandi plenā ſecurita
tem preſtare. denegatur ei bn̄ficiū
p̄nē. Si vero vſqꝫ ad obitū in ob
ſtinacōe durauerit ⁊ tunc emenda
cionē vel emendādi ſecuritatem p̄ſ
titerit p̄nā ⁊ ſepultura eccāſtica cō
cedūtur. ſed ſi in morte ſatiſfacere
non poſſit concēto viaticū ꝯceditur
ſed ſepultura negetur. vt ī.e.c.ſu
per eo.ſi vero in morte conſtitutus
ſatiſfacere promiſerit ſi cōualeſce-
ret ⁊ ante ſatiſfactionem deceſſit n̄
negabitur ſed ad ſatiſfactioneꝫ cō
pellentur heredes. vt ī.e.c.in litte-
ris. Et ſi queratur quare contrito
ſepultura negatur ⁊ cum viaticuꝫ
quod maius eſt omnibus ſacrifi-
cijs concedatur. vt de conſecra.di.
ij.michil. Reſpōdeo hoc fit ad ter
rorem. ⁊ ſimile ſupra de torneamē
c.i.vel fit ad confuſionem cognato
rū vt ꝑ hoc ad ſatiſfaciendū inducā
tur Raptus mulieris ſcđm leges.

capite puniūtur ⁊ eius ſubſtancia
rapte applicat̄ ſi tñ rapiat mulieꝛ
honeſtā ſec⁹ ſi rapiat meretricē ut. C.
de raptu v̄gi. l. vna i p̄n. ⁊ ff. d̄ fur.
l. vex. nec diſtinguit̄ an volētē mu
lierē q̄s rapiat an īuitā ſpōſā ꝓpꝛ
vel alienā ꝯiugatā vel nō ꝯiugatā
q̄uis puniri opꝫteat ꝑ adulterio cū
adiectione rapt⁹ tñ nō patit̄ dimi
nucōēz ſꝫ ſi ācillā rapuerit vel lib
ꝛ̄tā vt h̄. ⁊ alia multa loquūt̄ in. l. ꝑ
all. de raptu. v̄g. hac pena puniūt̄
raptoēs ⁊ eoꝝ comites ⁊ q̄ eis auxi
liū p̄buerūt. nec p̄t rapta eligē con
ſorciū raptoꝛis ⁊ ſi h̄ fecerit ꝑdit ſb̄
ſtāciā raptoris ſibi datā a lege vt
i autē de rap. mu. q̄ rapto nubunt
coll. ix. ſꝫ ſcm canones raptoꝛ efficit̄
ſuꝰ rapte ñ velit ſe redimē. vt xxx
vi. q. i. de raptoꝛibꝫ. Itē dꝫ cū ſuis
fautoꝛibꝫ excōi vt xxxvi. q. ij. c. i.
⁊. iiij. ſꝫ ſi rapta velit cū raptoꝛe mri
moīm ꝯhē poteſt ꝗ. e. c. accedēs Sꝫ
nūquid ex h̄ icurret penā legalē ſcꝫ
vt ꝑdat dominiū rerū raptoris vt
dicūt autē puto ꝙ nō. nā legē illā
abrogatā eē dico ⁊ q̄ ad penā int̄
dcōis mrionīi ⁊ q̄ ad penā ꝯdi. vt
ſ. de ſe. nup. dn̄s ¶ Raptores aūt
pueroꝝ abuſionis cā exq̄ſitis peīs
capitalibꝫ puniūtur ſcm legeſ ut. C.
ad l. iul. de adul. l. cū iurē. ff. ad le.
coꝛ. de ſic. l. iij. §. libidis ſꝫ vbi h̄ ſce
l⁹ ꝑlato ꝯmittit̄ iudicand̄ qꝛ penā
ſāguis infligē nō p̄t ut xxiij. q. viij
q̄s a q̄bꝫ ē ne cle. vel mo. ſñaꝫ i fla
gella ꝯmittat vt ꝗ. e. i archiep̄ atu

et ſimile xiij. q. vi. c. i. xij. q. ij. frat
nitas ſ̄ d̄ iudeis poſtulaſti ¶ Vñt
quid̄ i rubrica de p̄donibꝫ Et ē ſcien
dū ꝙ p̄do dicit̄ tribꝫ modis. Pre
do ē q̄ alios p̄dat̄ ⁊ ſpoliat ut qui
itinerarijs ⁊ viatoꝛibꝫ auferūt bō
ſua dicit̄ etiā p̄do miles q̄ vltra ſti
pēdiū ſibi taxatū q̄rit ideo eīn mi
litibꝫ ſtipēdia ſūt taxata ne d̄ ſūpt⁹
q̄rit̄ p̄do craſſet ut xxiij. q. i. milita
re. Itē p̄dones dicūtur p̄lati q̄ vt
ꝓcuracōēz a ſubdit̄ aliqd̄ ipendāt
legato vel alij plus extoꝛq̄nt a ſub
ditis ꝙ ſoluāt ⁊ in eoꝝ dāpnis lu
cra ſectātes q̄rūt p̄dā p̄ocī⁹ ꝙ ſub
ſidiū in ſbiectis ut ſ̄ de cē. qꝛ plerū
qꝫ. ¶ Incendiari⁹ eſt qui domos
alienas arboꝛes vel ſegetes incen-
dit igne appoſito ex odio vel vin-
dicta. vt xij. q. ij. cum deuotiſſimā.
et xxiij. q. viij. peſſimā qui ſcm ca-
nones eſt excōmunicatus ipſo iure
ſi eccleſiam vel locum religioſum
vel cimiteriū vel ea que ſunt in ſpa
cio priuilegiato. vt. xvij. q. iiij.
ſicut antiquitus incenderit vel ef-
fregerit ⁊ de talibus incendiarijs
et effractoꝛibus loquuntur iura il
la ꝗ. de ſenten. excō. conqueſti xi. q.
iij. canonica poſtq̄ āt tales incen
diarij fuerint per eccleſie ſenten-
ciam publicati pro abſolucionis
beneficiō ad ſedē ap. ſunt mitten-
di. vt infra de ſenten. excōmu. cum.
Alij incendiarij non ſunt excom-
municati ipſo iure ſed ſunt excom
municandi ꝑ ſñaꝫ. vt xiij. q. viij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peſſimā ⁊·c·ſi qs mēbroꝝ· Nec ob
ſtat xvij·q·iiij·oēs ibi eñi luci⁹ ex
cauit incēdiarios ſui tpis· ſʒ ſᵐ le
ges incēdiari⁹ ſi dolo ignē appoſu
it ⁊ ipē igne cremat̃ a capite puni
tur ut·ff·de incē·naufra·l·q̄ edes·
et·l·vlt·⁊ plt·ff·de penis·l·capita
liū·§·q̄ ob inimicicias fortuita tñ i
cēdia ſi tñ euitari nō poſſent cū per
negligēciā eoꝝ apō q̄s orta ſūt dā
no viciās fuerūt aliſ excent vt qui
iactura affcūs ē dāni diſceptet vel
modice vidicet vt ibi·⁊·ff· ad le·
acq̄·l·ſi ſu⁹ ſuū·§·ſi q̄s inſulam cū
tribus ſequentibus·§

De furtis·

Dictū ē ſ̄ de rapto·ſed qꝛ oīs
raptor ē fur iō rōe dcm̄ ē rap
torē improbū fure eē vt iſti·vi bo·
rap·in pn̄·⁊ qꝛ dn̄s in lege ſb̄ eadē
ꝓhibicōe rapina ⁊ furtū ꝓhibuit
vt xiiij·q·v·penale Jō h̄ ꝯſeq̄nt̄ ē
furtis agit̃· Videa⁹ igit̃ q̄d ſit fur
tū vñ dicat̃·ē q̄ re fiat·q̄ furti ſpēs
⁊ q̄ pena· Furtum ē ꝯtrectatio fraudu
loſa inuito dn̄o aliene rei mobil ⁊
corpal q̄ ſit aīo lucrādi· grā rei vel
poſſeſſiōis l vſus ut·ff·e·t·l·i· Jō āt
ponit̃ i diffinicōe ꝯtrectō qꝛ ſine ea fur
tū nō ſit lʒ volūtas ul v̄bū infueri
at l ſcptura ſola ei cogitacō furti fa
ciēdi nō facit furē vt ff·e·t·l·i·neqʒ v̄
bū ſeu ſcptura ut·ff·e·t·l·ſi q̄s vxo
ri·§·i v̄bo·⁊·l·ſi ſciēdo·⁊·l·falſus §·
ſi qui ſui· Jō āt dicitur fraudulosa

nā ſi q̄uis aliquo errore duct⁹ ſuā
rem eſſe eſtimās ⁊ i prudēs iur̄ eo
aīo rapuit q̄ſi dn̄o liceat rem ſuā
eē p vim auferre a poſſeſſore furti
non tenet̃ vt inſti·vi bo·rap·§·qꝛ
tñ Jnuito dn̄o ideo dicit̃ qꝛ ſi cre
dit dn̄m pmiſſurū ⁊ ſub ē iuſta cā
credēdi eā ſi non erat ꝯceſſur⁹ nō
tenetur Si āt non ſubeſt iuſta cā
credendi h̄ tenetur vt·ff·e·t·l·ſi is
qui rē·ſi tñ putat facere dn̄o inuito
et faciat eo volēte peccat mortaliter
et facit furtū nec agitur furti vt·ff
e·ti·l·inter oēs·§·plt·rei aliene ideo
ponitur qꝛ rei que pleniſſime mea
eſt non facio furtū nec teneor fur·
ti actione ſec⁹ ſi alius hʒ rem meā
cōmunē vt·ff·e·t·l·ſi ſoci⁹· Si vo
alius i re mea ius habeat·puta qꝛ
creditor vel bone fidei emptor facio
quidē furtū ⁊ teneor actione furti·
ſed res non eſt furtiua vt·ff·e·t·l·
cum res·§·i·⁊·l·ſi is qui rem pig·
nori in pn̄·⁊·ff·de vſuca·l·ſequit̃·
§·ſi rem mobilis ⁊ corpal ideo dici
tur qꝛ in rebꝫ immobilibꝫ ⁊ in re
bꝫ incorpalibꝫ furtum cōmitti nō
pt qꝛ ꝓpter ſui imenſitatem ⁊ icor
palitatem cōtrectari non pn̄t vt in
ſti·de vſuca·§·qd āt qꝛ incorpalia
tradi vel tractari non pn̄t ⁊ iō nec
cōtractari vt·ff·de ac·re·do·l·ſeru⁹
§·incorpalis Apponitur autem lu
crandi aīo qꝛ ſi quis alienam ācil
lam meretricem rapuerit vel cela·
uerit non lucri ſed libidinis cauſa
non cōmittit furtum· vt·ff·e·t·l·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verum. Item ponitur in diffini-
cōe gracia rei poſſeſſionis vel vſus
⁊ ponit hec tria lex. ff. e. t. l. i. quia
quādoq3 non racōne rei vel poſſeſſio-
nis ſed ſolius vſus cauſa rem alie-
nam contractat quis. vt. l. di. qui
ſacꝛ. ⁊. ff. e. t. l. q̄ iuramēta. ¶ Dicit̄
aūt furtū a furno. i. nigro eo ꝙ clā
et obſcure ⁊ plerūq3 de nocte fiat vel
a fraude vel a ferēdo. i. auferēdo. vt
ff. e. t. l. i. ¶ De q̄ re fiat furtū ſatis
patet p ea q̄ in diffinicōe dicta ſūt
¶ Furtoꝝ due ſunt ſpēs nā aliud
maifeſtū aliud n̄ maifeſtū maifeſ-
tū cū q̄ depꝛehēdit̄ fur anq̄ꝫ veniat
ad locū deſtinatū nō manifeſtū cū
q̄ fur non depꝛehendit̄ vt. ff. e. l. ij. ⁊
iij. ¶ Itē furtoꝝ q̄dꝫ remanēt in no-
mine gn̄ali quedꝫ trāſeūt in nomie
ſpāli. vbi grā. Furtuꝫ rei ſacre dicī-
tur ſacilegiuꝫ furtū rei publice dicī-
tur peculatus ſcꝫ cū quis de pecuīa
ſacra religioſa publica ue aufert i-
tercipit vel in rē ſuā vtit. vt. ff. ad
le. iul. pe. l. i. ſꝫ ⁊ q̄ pecora ex paſcu-
is vel ex armētis ſubtrahūt fures
ſūt. ſꝫ abigei vocātur. vt. ff. de abi-
ge. l. i. ſ. i. Itē qui libꝫm hoīez ſciēs
vendit vel emit vel dōt furtū ɔmit-
tit vt ī. e. c. i. ⁊ tū dicit̄ ɔmittē pla-
giū. vt. ff. ad legē fauiā de plagia-
ri. ⁊. l. lege fauia. ¶ Pena furti du-
plex eſt cum ciuiliter agitur. Nam
furti manifeſti pena eſt in quadru-
plum non manifeſti in duplum vt
inſti. de obli. que ex delic. naſ. ſ. pe-
na. ſed ſi criminaliter agatur pro

furto quis non moriatur ne aliqd
abſcidatur. ſed aliter caſtigetur
vt in autn̄ vt nulli iud. ſ. vlt. coll.
ix. ⁊. C. de fur. ⁊ ſeruo. cor. in auc.
ſed nouo iure quod verum ſi occul-
te et ſine armis commiſſum ſit cri-
men. Nam violenter aggredien-
tes aut cum armis aut ſine armis
aut in domibus aut in itineribus
aut in mari legalibus penis ſubi-
cientur vt in eodem autn̄ vt nulli
iud. legales ſunt pene que haben-
tur. ff. de pe. l. capitalium. ſ. graſſa-
tores. ⁊. ſ. famoſus. ¶ Et eſt ſcien-
dum ꝙ tribus modis agitur con-
tra furem. ciuiliter ad penam pecu-
niariam. criminaliter ad penam
legalem vt dictum eſt ⁊ condictōe
furtiua ad rem ſubreptaꝫ. nam fur-
ti actio penam petit legittimaꝫ cō-
dictō rem ipſam ea res facit vt ne-
q3 furti actio per condictōem neq3
condictō per furti actionem conſu-
matur. vt. ff. de cond. fur. l. ſi pro
fure. ſ. furti. ⁊ eodem modo ſi quis
agit criminaliter pro furto pote-
rit iterum agere ciuiliter ⁊ ecōuer-
ſo. vt. C. quando ciuilis actio preiu-
di. cri. l. i. ⁊. ff. de furtis. l. vlti. Et
notandum ꝙ ſi fures occidantur
in furando vel predando non eſt p
eis orandum. vt infra eodem. c. fu-
res. Et eſt racio quia preſumitur
ꝙ decedant in peccato mortali. vt
xxiij. queſtione. v. placuit. lxxxviij
di. neq3. xiij. queſtione. ij. pro obe-
untibꝫ. ¶ Tenetur autē furti non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſolū is q̃ furat̃ ſȝ ⁊ͣis q̃ opē furi vel
cōſiliū dedit· ↄ̄ſiliū dat q̃ ꝑſuadȝ ī
pellit ⁊ īſtruit aliquē ad furtū faciē
dū opē fert q̃ miſteriū ⁊ adiutoriū
ꝓbet ad ſurripiēdas res· vt iſti· e.
ti· § īterdū ff· e· t· l· in furti actōe §·
rcē· ⁊ tenet̃ furto nō maifeſti· vt· ff
e· t· l· is q̃ opē n̄ tn̄ de ↄ̄ſilio q̃s tene
tur n̄ furtū ſecutū ſit· vt· ff· e· t· l· is
q̃· § ſi tu· Itē q̃ cū fuē partic̃ fur ē·
ſȝ ⁊ ille reꝰ ē q̃ furti ↄ̄ſciꝰ dn̄o q̃rēti
nō indicat· vt ī· e· q̃ cū fure· qḋ ve
rū intelligo q̊ ad deū ⁊ q̊ ad pctīn
nō q̊ ad legē hūanā ſᵐ quā pt q̃s
accīpe pecuniā ꝓ indicō nec turpi
ter accipit· vt· ff· de ↄ̄d· ob turpem
cām· l· iii· § vlt· ꝙ ſi debitū eēt indi
care repetētur qḋ ꝓ indicō datum
eēt vt· ff· de ↄ̄d· ob turpē cām· l· vl·
¶ Excuſat̃ āt fur ſi ꝓ ncātate fāis
furet̃ cibaria veſtē vel pecꝰ vt de ↄ̄·
di· v· diſcipulos· ſecꝰ ſi n̄ eēt ex̄ma
ncātas tūc ei attenuaret̃ delictū n̄
tn̄ excuſaret̃ oīo vt ī· e· c· ſi q̃s ꝑ ne
ceſſitatē· quiḋ tn̄ dicit ꝙ nulla ne-
ceſſitas excuſat oīo· ar· xij· q· ij· fra
ternitas· ſed puto ꝓbabiliꝰ ꝙ oī-
moda excuſacō fit n̄ ex̄ma ncātas
furari ↄ̄pellāt· q2 tpe ncātatis oīa
ſūt ↄ̄ia vt xlij· di· c· i· xij· q· ij· dilc̄ſ
ſimi· xxiij· q· vij· qḋ autēȝ· ff· ad le·
roḋ· de iac· l· i· § idē· ⁊ xlvij· di· idē
ſicut hn̄· q̃ ꝑ infamiā· q̃ āt ī tali ſta
tu furat̃ dȝ credē dn̄ȝ ꝑmiſſuȝ qn̄
furtū nō cōmittitur· vt iſti· de ob·
q̄ ex delic· naſ· § furti· ¶ Sȝ q̃ritur
q̃re q̃s excuſetur a furto rōe ncāta
tis ⁊ mulier non excuſatur a forni
cacione ꝙ famis ncātate cōmittit·
vt· ff· de ritu nup· l· palā· § non eſt
ignoſcendū· Rn̄o quia in caſu ncā
tatis res neceſſarie ad viuenḋ ſunt
cōmunes vt dictū eſt qḋ ī mulieri
bꝰ nō ↄ̄tigit ¶ Item q̃ritur quare
quis excuſet̃ ab homicidio in ncā
tate hoc ē in ſui defenſione cōmiſſo
non autēȝ mulier a fornicacōne vt
dixi· Rn̄o qui aliū aggredit̃ aio oc
cidendi ſi occiditur ipſe quodāmō
ſe occidit ⁊ ideo aliꝰ excuſatur ar·
ad hoc· ff· ſi q̃dru· pau· fe· dica· l· i
§ cum arietes· ¶ Eſt autē ſciendū
ꝙ fur ſemꝑ eſt in mora ⁊ ideo non
liberatur interitu rei ſic nec violen
tus· vt· C· de fur· ⁊ ſubtracto· C· ꝙ
metꝰ cā· l· i· ꝙ verum eſt niſi res in
tereat poſtq̈ fur eam reſtituendā
dn̄o obtulit cōgruo tempore ⁊ lo-
co· vt· C· de condic· fur· l· vlt· ⁊· ff· e·
ti· in re furtiua 2º Reſponſo· ff· de
ſolu· l· ſi ſoluturꝰ· ⁊· ff· de vſufruc·
l· mora· ¶ Reſtituat autēȝ fur rem
furtiuam cum fructibꝰ perceptis ⁊
qui percipi potuiſſent a poſſeſſore
priore· vt· ş· de reſti· ſpoli· grauis
ff· de rei ven· l· ſi nauis· § generali-
ter· Sed quid ſi fur rem furtiuaȝ
ſuis ſumptibꝰ meliorauit nūquid
expenſas repetet· Reſpondeo non
ymmo nec is qui a fure mala fide
emit· vt· ş· de rebus eccle· nō alie·
Ad audiam· xvi· q· iij· vniuerſos
x· q· ij· hoc iure porrectum in fi· niſi
ſibi de euictione proſpexerit vt tūc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ↄ ſuū actorem poſſit hr̄e regreſſum
vt· C· ď eric· l· ſi ſidū bone fidei· ą̇ re
petit expēſas· ut· ß· de ĩ inte· reſti· re
q̇ſiuit· xij· q· ij· vult̄ ane ĩ autū de n̄
alie· ą̇ pmu· rebꝫ ec· §· ſi q̇s igitur·
coll· ij· Itē fur nō liberat̄ ſi rē red
dat deterioꝛē ꝛ ſi res pĳt fiet eſtiaᵒ
eiꝰ tpis in q̊ plꝰ valuit a tpe furti
vt· ff· de ↄdic· fur· l· i re furtiua· §· ſi
ex cā· ¶ Itē hēs furis ĩſolid̄ tenet̄
n̄ qten̄ ad eū pueīt ſi ſolꝰ fuit hēs
ſi āt fueīt cohēdes q̇libet tenet̄ ꝓ
ea pte ꝓ q̄ hēs exiſtit· ut· ff· de ↄď·
fur· l· i cōdicōe· dū tn̄ intelligas ꝙ
ſi res furtia ad vnū pueīt tō tūc
nō tenebitur reſtituē ꝓ pte ſʒ totā
vt· ff· ↄmo· l· iij· §· hēs· ¶ In ſūma
nōn ď ē ꝙ vxoꝛ ꝓ rebꝫ mariti furtū
cōmittit ſʒ vir ↄ eā nō agit furti ſʒ
actōe ĩ fcm̄ q̇ tn̄ vxori opē pſtat ad
radū marito furti tenetur· vt· ff· e·
ti· l· ſi q̇s vxori· ꝛ· C· rerū amo· l· ij·
Itē ſui ꝛ filij furtū ↄmittūt in re
bꝰ dn̄oꝝ ꝛ pentū· ſʒ ↄ eos furti nō
agitur n̄ ſuꝰ pꝰ manumiſſionē rē
ↄtcet· ut· ff· e· t· l· ſui ꝛ filij· ꝛ inſti·
de obli· q̄ ex delic· naſ· §· hij āt fur
tū ą̇ nō ſolū ĩ maioꝛibꝫ ſʒ etiā ĩ mio
nbꝰ iudicatur nō em̄ ꝙ furto ſub
latū ē ſʒ mens furātis attēditur ut
xiiij· q· vi· c· vlt· Famoſa eſt actio
furti ut iſti· ď pena temere· liti· §· ſʒ
furti· ꝛ int̄m vt pſes puīcie non
poſſit facē vt dānatū furti nō ſeq̄
tur infamia· ut· ff· e· t· l· nqn̄ poteſt

De vſuris·

DIctū ē· ß· ď rapiſ ꝛ furtis
ſʒ q2 pꝝ vel michil inteſt
q̊ ad reſtitucōis legē int̄
furtū ꝛ rapinam ꝛ vſuram· vt xiiij
q· iiij· ſi quis vſurā q2 ſicut vnum
ſubiacet reſtitucōi ſic ꝛ reliquū ſic
nō multū inteſt q̊ ad piculū aīe in
iuſte detinē ac inuadē alienū· ut· ß
de reſti· ſpo· ſepe ↄtigit· Jō pꝰ trac
tatꝰ illos ſubiātur h̊ rubca de vſu
ris· ¶ Videamꝰ igitur q̇d ſit vſu
ra· vn̄ dicatur· q̄ ſint eiꝰ ſpēs· in q̇=
bꝰ caſibꝰ pmittātur vſure· q̇liter
vſurarij ꝛ hēdes eoꝝ ↄpellātur ad
reſtitucōez vſurarū· ¶ Vſura ē q̇d
q̇d ſorti accedit· vt xiiij· q· iij· pleri
q2· In hac deſcripcōe addo intēcōe
precedente vel pacto· ſola enim ſpe
vel exſpectacione viciūi contrahi
tur vſurarum· vt ī· e· c· i· ꝛ· c· con=
ſuluit xiiij q· iij· ſi feneneārꝰ quod
intelligo verum eſſe cum cauſa mu
tuādi pincipaliter ponitur in ſpe
vel expectacione lucri ſiue emolu=
menti· aliter ſi non pincipalit̄ ꝓp
ter h̊ moueatur mutuatoꝛ ad mu
tuandum ſed ob caritatem ꝛ dilec
tionem· ſecūdario autem ſperat de
aliqua retribucōne non puto hoc
viciosum ar· ad hoc· lxxviij· di· in
ſingulis· lviij· di· ſi officia· lxi· diſ·
quid prodeert cum enim quis mu
tuum dat liberaliter ſcit vel ſcire de
bet debitorem ſibi naturaliter ob
ligari ad ātidota vt· ff· de peti· hē· l·
ſʒ ꝛ ſi· l· diſſoia· §· ↄſuluit· ß ď teſta
mtis cū ĩ officijs ꝛ iō de retribucōe

ſperare pt ⁊ nō ſperare n̄ pt ⁊ ſimi
le .i. q. i. ꝙ pio. ⁊. ḡ. de ſymo. tua. ł
ſi dicat̃ ſimpliať ⁊ indiſtincte ſo-
la ſpe cōmitti viciū vſuraꝝ dico ꝙ
ad purgacōꝫ delicti n̄ ē op⁹ reſtitu
cōe ei⁹ ꝙ ſic ſorti accedit ꝫ ſufficiat
pn̄ia ſic pn̄ia ſola purgat̃ ſimoia
tm̄ aīo ꝯiſſa vt. ſ̄. de ſimo. c. vl. uł
pacto p̄cedēte. Iō in deſcripcōe ad
iecti q̄ꝛ ſi ſine pacto ḡtis ⁊ liberali
ter maxie p⁹ debitū ſolutū debitoꝛ
q̄ndā offerat creditori viciū nō in
ducit nullā em̄ oblacō̄ ſuſcipien̄ cul
pe maculā igerit q̄ nō ex ābiētis pe
ticōe p̄ceſſit. vt .i. q. ij. ſic. ſorti iō
dixi vt note ꝯctū mutui. Nā ⁊ ſi ex
re locata aliq̄d det̃ vel accipiať nō
diciť vſura nec ē vſura ꝫ merces q̄
rei locate accedit nā rī locate domi
niū retinet̃ ita ꝙ ꝯductor qōnē de
ꝓprietate referre nō pt. vt. C. de pig.
ac. l. nec creditoēs ꝫ i mutuo dn̄iū
trāſit in debitorē. Nā mutuū ē qđ
de meo ſit tuū. vt. ff. de rebꝰ cred.
⁊. ſi ctū petať. l. mutuū §. appellata
ē. ⁊ iō q̄ꝛ piculū rei locate ad loca-
torē ſpectat piculū āt mutui ad de
bitorē ptinet ꝯuenit̃ merces ⁊ exi
git̃ n̄ vſuā vt ff. de rei vē. l. ſi nauis
¶ Sꝫ q̄rit̃ q̄cq̄d ſorti accedit ē vſu
ra vt i deſcripcōe dcm̄ ē. q̄ ergo erit
dr̄a int̃ vſurā ⁊ penā cū pena ꝯuen
cional̃ pena canonica ⁊ illa q̄ veit
loco intēē poſſit exigi ſ̄m canonicas
ſanctiōes vt dicā ī. de pe. Rn̄o vſu
ra dať p mēſes vel ānos. vt. C. e. ti.
i autū ad h̄ pena ſi nō ſiat qđ ꝯue
nit. vt ī. de pe. ꝯſtitut⁹. vel aliť pe
na ſoluit. q̄ꝛ nō ſit ꝙ ꝯueit ł q̄ꝛ n̄
ſoluit̃ qđ debet̃ vſura vō p̄ſtať vt
ſors nō ſoluať. ꝫ ſortis ſolucio de
ferať vt ī. e. c. ꝯſuluit. vn̄ vſura cū
pena aliq̄n ꝯrie videť ymo aliq̄n
vſura excludit penā. vt. C. de iurē do.
ipe. l. ii. q̄nq̄ꝫ excludit ipſū debituꝫ
vt. ff. depoſiti. l. ſi hoie. §. qcēs. Di
cit̃ āt vſura q̄ſi vſus rei q̄ꝛ ob vſū
rei dať. i. pecunie vel diciť vſura q̄ſi
vſurea. i. vſus eris. i. pecuie ⁊ h̄ ex
pono ad idē recidit cū p̄ori. ¶ Pe-
cunie vō noie ꝯtinet̃ totū ꝙ hoies
hn̄t. vt. i. q. i. totū. ꝫ vſura n̄ ꝯmit
tit̃ n̄ in ꝯctu mutui de q̄ h̄ agitur.
Mutuū āt ꝯhitur i hijs rebꝰ q̄ cō
ſiſtūt in numero p̄dē ⁊ mēſura. i. i
hijs q̄ numerari ſolēt ⁊ ad numeꝝ
dātur ł moneta q̄ ſolēt ad p̄d⁹ da
ri vt es argētū ⁊ auꝝ ł q̄ ad mēſu
rā vt frumētū vinū ⁊ oleū. ꝫ nihil
omin⁹ pret̃ has res ꝯmittitur vſu
ra nā ſi tibi mutuem aliq̄d ex hiis
q̄ ꝯſiſtūt i nūo p̄dē ł mēſura ⁊ tu
m̄ ꝯueias p vſura equū veſtē vel p̄
diū ł q̄cq̄d aliud qđcūq̄ꝫ nomē ei
ipones vſura eſt vt xiiii. q. iij. pleri
q̄ꝫ vn̄ nō placꝫ ꝙ no. frať Ray. i e.
ti. q̄ dixit. nō dr̄ fieri vſura n̄ i hijs
rebꝰ i q̄bꝰ ſit mutuū ſcꝫ q̄ ꝯſiſtūt i
nūo p̄dē ł mēſura vt iſti. q̄bꝰ mo-
re ꝯ. ob. i p̄n. ¶ Due ſūt ſpēs vſure
vna ē ſpūal̃ ⁊ cē̄q. altera corpal̃ et
inīq̄ ſ̄m ſen⁹ aſpicē ⁊ excē dcm̄⁹ vt
ꝙ h̄ miſericordit̃ tribuim⁹ a dn̄o
mltpliať ⁊ i ppetuū tribuat mānuā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

recipe valeat? ut xlvi. di. ſic nō ſuo
Sed ſcda ſpēs ſbdiuidit. Eſt em̄
ſen? ſortis ⁊ ſen? ſenoris. q̄ ſcdam
ſpēm excedit ec ſm leges ipō iure no
tant infamia. ut iij. q. vij. ſ. tria. Sz
ſm iura canoica i vtraqz ſpē ipō iure
infamia irrogat cū in vtraqz committat
pctm̄ mortale. ut vi. q. i. infames. Ve
niūt vſure ex pacto ut ſupi? dixi.
veniūt ⁊ ex mora l' q̄ſi mora ſm le-
ges. Mora fit iure cōi vel ſpāli. Fit
iure cōi cū q̄s maior xiiij. ānis. ut. ff.
de vbo. ob. l. ſi pupill? int'pellat?
cōgruo loco ⁊ tēpe. ut. ff. de ſolu. l.
ſolutur? l' p diem appoſite lapſu. ut
ff. de vbo. ob. l. ſi ſiduū. C. de cōtrahē. vel
cōmit. ſti. l. magnā. ⁊. ſ. de loca. et
cōduc. potuit vl' p lit' cōt. ut. ff. de v.
ob. l. ſi ex legati cā. cū intelligat ſe
debē vel itelligē debuit. ut. ff. de re
b? cre. ⁊ ſi cētu peta. l. q̄ te. nec omiſ
ſa ſit repetēde rei iſtācia ſine cā diſ
tulit rei ſolucōez vel p̄ſtacōez. ut. ff
de vſuis. l. mora. ⁊. l. ſciend. h̄ mo
ra facit currē vſuras cōtctib? bone fidei
l' legatis ⁊ bone fidei cōmiſſis. ut. ff. d
vſu. l. mora. ſ. i bone fidei. ⁊. ff. d le.
ij. l. ſi q̄s ſuo. ⁊. l. ſolid. i. rn̄. qz lz
legata ſint ſtricti iuris in h̄ caſu eq̄
pant' bone fidei cōtctib?. ut. C. in q̄b?
cauſ nō ē necca īm te. reſti. l. minor
ſz nūquid ſm iurā canoica h̄ pcedūt
Rn̄o nō ñ vſura p int' eē petat'. ⁊ io
ſciend ē q̄ i vij. caſib? vſura ſm iu
ra canoica licite petit'. ¶ Prim? eſt
cū laico bn̄ficiū aſſigtur q̄ laic? ma
le tz p̄t em̄ eccā vel pſona eccāſtica

in pignore illō recipē nec fruct? cō
putabit in ſortē vt ſaltz h̄ mō res
eccāſtica de manu layci redimat' vt
ē. e. c. i. ⁊. c. Conqſt?. Secūd? ca
ſus cum fideiuſſor ſoluit debituz ⁊
vſuras. forte qz iurauit tūc exigēt
a debitore. vt. ſ. de fideiuſſo. cōſtitu
tus. Tercī? cū petit' vſura canonica
h̄ eſt pena a canone q̄ p̄t exigi vlt'
ſortē. ut xij. q. ij. in legib?. Quart?
cū petitur vſura non tāq̄ vſura ſed
tāq̄ int'eſſe ut in cōtctib? bone fidei
de quib? ſupi? dictū eſt ⁊ tūc ñ pe
tet' q̄i vſura ſz q̄ int'ſit morā adhi
tā non fuiſſe. ut. ff. p ſocio. l. ſociuz
ſed hoc intelligo cū int'eſſe eſt ītra
rem vel cū petitur cā dampni vitan
di non lucri captandi. ut. ff. de acti
onib? empti ⁊ venditi. l. ſi ſterilis.
ſ. cum p venditorem. Et ideo caute
dixit canon incrementa ſuſcepit. vt
xiiij. q. iiij. ſi quis oblit?. Quint?
in cōtractu locacōis in quo licite re
cipitur aliqd vltra ſortem id ē vl
tra id qd dat' ut dixi ſ. ſ. ij. Sex
tus racōe incertitudinis. ut ē. e. c.
Cū in ciuitate. Septim? cum poſ
ſeſſiones a ſocero gn̄o l' ſūt p nume
rata dote pignori obligate nā tunc
fruct? non cōputātur in ſortē. ut ē.
e. c. ſalubriter ⁊ bu? vltimi caſus
eſt racō. qz dos ad h̄ conſtituit' vt
onera mrīmonij ſuſtentētur vt. ſ.
de do. poſt diuor. reſti. p nrās vnde
cū p pecunia dotali prediū oblige
tur ſicut ex aliq̄ honeſto lucro pe
cunie ſuſtentaretur onera mrīonij



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt dᷣt illa ꝑ uraſ ſic ⁊ ex fructibꝰ ꝓ
dij qᷣ i locū pcūie ſuccedit vt. ſ. e.
c. Cū tu i fi. ⁊. ff. de leg. ij. l. ꝓpato=
rū in fi. ⁊. l. ſeqnti. Cōpellūtur vſu
rarij reſtitue vſuras. ⁊ a iure ⁊ a iu
dice a iure ſic q᷑ ſi fuerīt vſuarij ma
nifeſti ius eos excōmunicat ꝗ ad
tria. quia nec ad communionem
admittuntur altaris nec eorum ob
lacōnes debent recipi et ſi decesse=
rint eis non dabitur eccleſiaſtica
ſepultura. ut ꝭ. e. c. q᷑ in oibꝰ ⁊ de
hijs oibꝰ agit in lr̄is dn̄i ꝑpe cū di
cat eos ad reſtituendū qcqd vltra
ſortē perceperūt ꝑ penā i lata n̄ ꝯcil
ꝯ vſurarios editā ꝯpellatis. de hac
triplici pena iuris itelligendū ē de q
ſupiꝰ dixi. vn̄ iudex cū ſic ſcribit ꝯ
pellat vſurarios ad reſtitucōez vſu
rarꝝ obſuacōez ꝯſtitucōis illiꝰ pe
nas i ea editas exeqndas ꝯpellunt
et a iudice q̄ſi ħ meruerit ꝓt unitas
ꝯtumacis ad aliā penā ꝓcedet vt
ſ. vt lite non ꝯt. Qm̄ freqnt in fi.
nā excabit excacōe maiori. ut ꝭ. e. c.
qm̄ non ſolū ꝑtea ut. ſ. de iure iur.
Ad nrā; ¶ Itē ꝯpellūt ⁊ alio mō
lz indirce q᷑ ſi ipſi ab aliis vſuras
repetāt q̄s ſolūerīt repellent n̄ ⁊ ip
ſi reſtituet q̄s ab alijs exigerūt vt
ꝭ. e. c. q᷑ fruſtra. Item ꝯpellūtur ⁊
hēdes vſurarioꝝ reſtituere vſuras
q̄s exigerūt defuncti ſiue ſint filij ſi
ue extnei. ut ꝭ. e. c. tua nos. ⁊. c. mi
chael ¶ Itē qd ſi ctū ē ⁊ notoriū
aliquē fenebrez pecuniā exigiſſe et
cōſtat qᷣ debitores ꝗ ꝑſoluūt nō

remittūt ſ; repetē non audet ꝓpter
potenciā exactoꝝ. Rn̄o aliq̄ denūa
ante vel nullo eccleſia ex officō ſuo
procedet ⁊ ad reſtitucōnez ꝯpellet
vt ꝭ. e. c. cū in dyoceſi Clericꝰ autē
cōpellit ceſſare ab exactione vſura
rū ꝑ ſuſpenſionē ab officio ⁊ bn̄fi
cio. vt ꝭ. e. c. ꝑterea. ⁊ ſi ceſſauerit
poterit diſpenſari cum eo vt nō de
ponatur ⁊ ſic itelligo xlvij. di. eps
xiiij. q. iiij. c. i. Nam dᷣ rigore iuris
poterit deponi. ut xlvij. di. qm̄. xliiij
q. iiij. canonū. ſi quis oblitus. ⁊. c.
quecꝗ. Eſt autē ſciendū ꝙ quedaz
vſura vocatur centeſima illa ſcz q
infra ānum ſorti equipatur. Que
dā vocatur ſexdupla a ſex ꝙ ē to=
tum ⁊ plica ꝙ eſt pars ſiue medi
etas que eciam alio modo dicitur
emilia ab emi ꝙ eſt mediū ⁊ olon
qᷣ eſt totum ⁊ eſt illa vſura q̄ue
totum cōtinet ⁊ medietatem tociꝰ
vt. xlvij. di. qm̄. ¶ Queritur an
vſure poſſunt peti de iure ciuili. Et
videtur ꝙ ſic. ut. C. ⁊. ff. de vſuris.
Sꝫ contrarium puto verꝰ ꝑ autē
de eccle. ti. coll. viij. que lex poſteri
or eſt predictis ⁊ in eadem dicit iuſ
tinianꝰ ſe quatuor generales ſino
dos i omnibꝰ ſeruare ſcz nicenaz
et ꝯſtantinopol. ephe. ſiaṅ ⁊ cal
cedomonē In nicena ꝓhibet vſu=
ras. ut xlvij. di. qm̄ multi. ſed ad il
lum canonem ⁊ alium ſimilem. xl
vij. di. quoniam multi rn̄dent qui
dam legiſte qᷣ canones prohi=
bent vſuras clericis non laycis.

Dz cte q̄uis de cľicis loqnť aucto
ritas tñ q̄ ex ſac̄ ſcptura induciť ge
neraľ ē ⁊ locū h3 tā in laicis q̄ꝫ i cle
ricis· Jtē i iudicō aie teñ q̄lib3 vſu
rari⁹ vel ei⁹ hēs totū reſtituē q̄ꝫ ex
actū ē ꝫ ſi nō ſit ſoluēdo nichilomi
n⁹ remanet obligat⁹ ⁊ ꝓmitt3 cō
feſſori ſuo ſoluē cū ad piguiorē for
tunā deuenit· nā hͦ ɔēē in q̄lib3 de=
bitore q̄ ſoluēdo nō ē· vt· ſ̄· de ſolu·
Odard⁹· eo tñ ſaluo q̄ꝫ is q̄ ceſſit
bōis ſi poſtea aliq̄d acq̄ſierit ɔdēp
nať in iudicō corpīu i q̄ntū facē pt
vt· ff· de ceſſio· bo· l· iiij· i· hita rōne
ſui ne egeat ut· ff· de re iur· l· i ɔdēp
nacōe ꝫ in iudicō aie totū reſtituet
et ſi nichil ei remaneat q̄ꝛ nec di=
mittitur pctā ni reſtituāť abla
ta· ut xiiij· q· vi· ſi res aliena· Abla
tū dico ſiue ꝑ vſurā ſiue ꝑ rapinā
q̄ꝛ hͦ ſimilia ſūt· vt dixi ſ̄ e· t· i ꝑn
et ꝓbātur xiiij· q· iiij· ſi q̄s vſuras
¶ Qd̄ ſi fenebris pecunia ɔūſa ſit
in ēpcōm ꝑdioꝝ nūquid is a quo
vſura ē exacta poterit agē ɔ̄ vſura
riū vel ei⁹ hēdes actione reali dicit
Alan⁹ q̄ꝫ ſic ⁊ ē hͦ ſpālevt deť actio
in rē ad res ēptas de pecūia actois
ſic ⁊ alſ ſi ali⁹ de pecūia emerit res
meo noīe· ut· C· de rei vē· l· ſi de ea pe
cūia· C· de rei vē· l· ſi vt ꝓponis ⁊ ali
bi ɔtigit illō ſpāle· C· arbitriū tu·
l· ij· ꝫ hͦ nō puto veꝝ ꝑmo is q̄ vſu
ras ſoluit aget ꝑſonali actione ɔ̄
vſurariū vel hēde ei⁹ ad pecūiā ⁊
iudex ex officō ſuo ɔpellet vſurariū
vſuras ſoluē ſi hēat vn̄ ſoluat alio
quin ɔpellet vēdi poſſiones illas ⁊
ſatiſfacē creditori· vt ī̄· e· t· cum· ſ.
poſſiōes· ¶ Jtē q̄d ſi creditor de pe
cunia fenebri emat poſſiones ⁊ de
niū vendat ⁊ ex pecunia redacta ex
vendicōe illaꝝ emat alias nūquid
idē iuris erit in hijs ſecūdis rebus
q̄ꝫ in ꝑmis Rn̄o ſic q̄ſi res ſecundo
mō empte ſuccedāt i locū ꝑoꝝ ar·
ad hͦ· ſ̄· vt lite pen· eccā· ⁊· ff· de le·
ij· l· ip ator· ⁊· l· actor· Dz q̄d ſi poſ
ſeſſio ēpta ex fenebri pecunia trāſe
at in aliū· nūquid is q̄ pecuniā ſol
uit hēbit idē bn̄ficiū ɔtra aliū extra
neū poſſeſſorem qd̄ h3 ɔ̄ vſurariū vel
eius hēdē vt cogatur vendē ⁊ ſatiſ
facē agenti· Rn̄o non puto ni extra
ne⁹ poſſideat ex cā lucratiua ⁊ vſura
ri⁹ ⁊ ei⁹ hēs ɔuent⁹ ⁊ excuſſus iuē
tus ſit nō ſoluēdo ar· in ſti· de le· ſ.
aliena· ⁊· ff· de eo ꝑ quē factum ē· l·
ex hͦ edcō· i· Rꝫ°· Dz q̄d ſi res ēpta
ex fenebri pecūia ꝑueiat ex titulo
lucātio ad eū q̄ ſoluit vſuras nūq̄d
is ad quē ꝑus ex ſimili cā ꝑueneit
res eadē liberať vt ɔ̄ eū agi non poſ
ſit Rn̄o ſic· vt· ff· de acc· ⁊ ob· l· oēs
debitores· ¶ Qd̄ ſi mutuo tibi tali
pacto vt tu m̄ remuties alia vice
nūquid vſura ɔmittitur i hͦ pacto
Rn̄o ſic q̄uis eni dum tibi mutuo
obligeris m̄ ad antidotā ⁊ tene=
ris m̄ retribuē de eo q̄ꝫ tibi feci· vt
ff· de peti· hē· l· ꝫ ⁊ ſi· ⁊· l· ɔmiſſoria
ſ. ɔſuluit· ſ̄· de teſta· cū in officijs
caritatis illā tñ naturalē obligacō
nem reducē in ciuilez ſpēs lucri eſt

ꝛ nõ vſurā lʒ alr̃s licite ꝯducat̃ ī pciũ
ſpāle id ad qḋ aliquis ſine pacto
obligat̃ ·vt ·s̃ de ꝑtē·ſignificauit·s̃·
de elec·ſignificaſti· Quid ſi vſurari
us ptez fenebris pecuie reſtituat ei
a q̊ exegit aliā ꝑtē debitoꝛ ſibi re=
mittat Rñ o ſi ex pcto ſcā eſt remiſ
ſio vt p h̊ debitoꝛ ptem aliā retra
hēt ñ reputo vſurariũ libatū q̊ ad
deū et q̊ ad eccā ʒ qꝛ vicõſa ē hmõi
remiſſio et ſimile·s̃·de ſimo·veni=
ens· ſi āt debitoꝛ libalit̃ remittat
libat⁹ ē creditoꝛ hĩc ꝛ ñ tenet̃ cū de
bitoꝛ libalit̃ ꝛ ſponte aliq̊d vltra
ſortē dat creditoꝛi· vt no·s̃·e·t·§·
1· Itē q̊d ſi pena ſit adiecta ī ꝯc
tu mutui nūq̊d ꝑſumemus fraudē
vſuraꝝ adiectā Rñ o non ñ ex q̃li=
tate ꝑſone creditoꝛis vt ſi ꝯſueuit
fenerare ꝛ ſic itelligē·ff· de ac·ēp·
et vē·l·iulian⁹·§·ibidē ꝛ·s̃·de pig·
illo in fi· Quid ſi aliq̊s repetat
vſuras extorquens eum q ipſe repe
tere non ꝑt ñ reſtituat q̊s extorſit
ipſe ł is cui ſucceſſit·vt ē·e·c·mi=
chael· ipſe āt replicet pat⁹ ſuũ
reſtituē ſi ſit q̊ petat q̊d faciet iudex
eccāſtic⁹ Rñ o ꝓcomizari vel bānirī
dʒ vt quicūqʒ tali ſoluit vſuras ve
niet ꝛ probet ꝛ recipiet ꝛ ſimile ſit
alr̃s·v·q·i·quiḋ maligni ſpūs ꝛ s̃
de clādeſti·deſpō·Cū in tua· Dʒ ſi
illi negligāt aut ꝯtēpnāt venire vel
actiōes ſuas remittāt Rñ o ꝓcedʒ
iſti⁹ peticio ſine ipedimētō exceptiō
nis illi⁹ ſʒ ſi veniant ꝛ ꝓbēt ſe ſol
uiſſe vſuras fiet eis reſtitucio nec ī
h̊ caſu ſufficit ꝛ pignora dare ł cau
tiões ·s̃·de ſen·ꝛ re·iuḋ· Cū aliqui
b⁹·ff·de pig·actio·l·qḋ ſi nõ ſolue
re Dʒ q̊d ſi is a q̊ exactū ē· ł eius
hēs non ſit ſupſtes· nūquid ipedi
atur actoris peticõ an ꝓcedʒ Rñ o
iudex eccāſtic⁹ pecuniā fenebrē dʒ
paupibꝫ erogare· vt ē·e·c· cū tu=
et cum h̊ factū fuerit peticio ꝓcedʒ
alr̃s non ꝛ idē puto ſi viuat ꝛ neſcit̃
vbi ſcit vel ſcit̃ ſʒ ad eū mitti nõ ꝑt
tunc em̃ ꝓpt̃ ipoſſibilitatē vel diffi
cultatē reſtituēdi ei a q̊ exactū ē diſ
tribuetur paupibꝫ· vt·s̃·de iudeis
Cū ſit· Ceteꝝ ſi de illi⁹ aduētu ſpe
ret̃ tūc pecunia deponetur ꝛ ꝯſig=
nabitur vt alr̃s·Eꝯ de vſu·accepta· ꝛ ſic
pecuīa vſuraria int̃ paupes diſtri
buta vel diſpoſita vel ꝯſigta ſeu ei
a q̊ exacta ē reſtituta vel ei⁹ hēdi ſi
ue ꝓcuratoꝛi quē abñs dimiſit ꝓce
detur in peticõe actoris alioq̊n ea=
dē repelletur vt dictum ē· Quid
ſi lrē obtēte fuerit ꝯ aliquē vſurari
um ꝛ is reīteg̃ moriatur nūquid
poterit ei⁹ hēs p eaſdē lrās ꝯueniri
videt̃ q ſic qꝛ hēdes ea diſtrictio
ne ſūt cogēdi ad reſtituēdas vſu=
ras q̊ pentes ſi viuerēt cogerentur
vt ē·e·c·tua nos ar·ad idem·s̃·de
iudic· qꝛ v· Dʒ puto ꝯtriū p decre·
s̃·ḋ reſcriptis ſignificauit·nec obſtat
illa dec·tua qꝛ qḋ ibi dicit ī oꝛdia
rio locū hʒ nᶜ obſtat alia qꝛ v·nā
illḋ ē auctē ſecūdi reſcripti Quid
ſi debitoꝛ iurat ſe ſoluturū vſuras
ꝑt ſi vult ſoluē ꝛ ſolutuʒ repetē vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝫ. de iure iurā. debitores. p̄t ſi vult
ĩplorare ſe abſolui. vt. ꝫ. de iure iu
rā. Ex adminiſtracōe ¶ Quid ſi iura
uit non repetē nec denūciare dico iu
ramentū temerariū eē q2 ꝑ h' ꝑclu
dit via ad pn̄iaz. vt. ꝫ. de iure iur.
quēadmodū in fi. ¶ Itē q̇d ſi q̇s
noīe alieno vſuras exegit vtpote
tutor curator ꝓcurator R̄nō ſic nō
ſuo ita nec alieno noīe d3 q̇s fenꝰ
excere. xlvi. di. c. vlti. ꝫ nūquid reſ
titue tenet. R̄nō ſic ſi is ꝓ q̇ exac
tū ē ſit ñ ſoluēd. ¶ In ſūma no. ꝙ
vſuras ꝯtitit q̇s ſiue cū ex pacto re
cipit vltra ſortē ſiue ſine pacto ex i
tencōe ad h' p̄ncipali ⁊ directa ſiue
ꝑ parabola iuramenta dāda. ſiue q̇s
m̃ces ſuas maioꝛ p̄cio vēdat vt ad
ſolucōez ꝓlixi tpis dilacio det. vt
ꝫ. e. c. ꝯſuluit. ⁊. c. in ciuitate ¶ Itē
q̇d ſi q̇s eūti vel nauigāti vel eunti
ad nūdinas c̄tā mutuat pecūie qn̄
titatē recepturꝰ aliq̇d vltra ſortez
ꝓ eo ꝙ in ſe ſuſcipit ꝑiculū pecūie
q̇uis i h' caſu ꝯtrīū videat ſic video
in eo q̇ p̄diū locat. vel equū vel ali
ud ſimile q̇ mercedē recipit nec vſu
raria ꝑcepcio reputat ꝑiculi rōe. ſi
cut nec dn̄s vſuras ſue pecunie exi
gat q̇s ꝓcurator ſb' ſuo ꝑiculo mu
tuauit. ut. ff. mandati. l. ideoq3. §. ſi
mādauero. nec ſociꝰ a ſocio ſi ꝯem
pecuniaz ꝓꝓ̄o ꝑiculo mutuauit. vt
ff. ꝓ ſocio. l. ſi vnꝰ. Sz aliud eſt i
creditore mutuāte pecuniā ſb' ſuo
ꝑiculo ut ꝫ. e. c. nauigāti. i. rn̄o. Et
eſt aliud in iſto ꝙ in locatore credi
tor trāſfert dominiū. locator retinz.
res locata vſu deterior redditur ꝙ
in mutuo non ꝯtigit ñ eadē pecūia
q̄ mutuo accipitur redditur ꝫ alia
eiuſdem gn̄is. ut. ff. de reb9 cred. ⁊
iure iurā. l. cū q̇d vbi ergo pecunia
ſic nauigāti datur ꝯbitur nauticū
fenꝰ ⁊ ſic intitulatur rubrica. C. ⁊. ff.
ſi de nautico fenore ē. ⁊ alia rō q̄re
in nautica pecunia ꝯbitur vſura q2
et ſi is qui pecuniā dat recipit in ſe
ꝑiculum pecunia ſalua manēte ha
biturꝰ eſt dn̄s vltra ſortē quēcūq3
exitū ꝯmerciū habeat ſiue debitor lu
cretur in mercib9 ſiue ꝑdat. ⁊ ideo
vſurariꝰ eſt ꝯtcꝰ. is āt qui pecuni
am ſibi dat vt tot ſibi mēſure gra
ni vel olei vel vini dentur tpe meſ
ſiū collectionis oliuaꝝ vindemiaꝝ
excuſatur a fenore ſi ꝓbabilit du
bitet an merces ſint plus vel minꝰ
eo tpe valiture ⁊ idē ex pte vendi
toris cū quis p̄ncipalit vendidit m̃
ces ⁊ tradidit pecūie ſolucōne dila
ta vt in eadē decre. nauigāti. §. i. et
ij. Sz caueat ſibi q̇libet ne magis
declinet in extimacōe lucri ꝙ dā
ni ex dilacōne deꝰ cū cor iterrogat
et non manū. ut xiiij. q. v. ſi q̇d in
neniſti cogitacōnes reſpiciat magis
ꝙ actus. ut xv. q. vi. ſi ſacerdotib9
in fi. ¶ Vis autē dare pecuniā na
uigāti vel eūti ad nūdinas ſeu alij
mercatori ſine pc̄tō pone tu pecuni
am ⁊ aliꝰ operam ꝑſonalē ⁊ pecuni
am tantā minorē plerūq3 eī ꝙ pe
cunie deeſt opa ſuppletur. ut. ff. ꝓ

ſocio·l·v·§·i·ꝛ coiectis piculã luc̄
ꝛ dãpna· ¶ Quid de q̇buſdã qui
dãt pecuniã eccē ꝛ ab eis recipiunt
certas poſſiones tenēdas toto tē
pore vite ſue q̇bꝫ vtatur ꝛ fruãtur
īuita ſua ꝛ pꝰ mortē ipoꝝ ad ecclãs
redeãt pecunia apud eccãꝫ remanē
te nūquid licitꝰ ē ↄ̄ctus videt̄ ꝙ ſic
ꝓpt̄ ↄdicōis incītū·vt·C·de pac·l·i·
et dubiuꝫ mortalitatis euentū·Nã ꝛ
alit̄ ꝓpt̄ dubiū excuſat̄ vſura·vt ꝭ·
e·c·in ciuitate·ꝛ·c·nauigãti·Sed
puto ↄ̄riū eo ꝙ hoies ſperãt viuere
et ſic talit̄ ↄ̄hētes credūt ſe ampli
us percepturos de poſſionū ꝓuenti
bꝰ ꝙ̄ ſit pecunia quã dederūt·Et ſic i
ꝑncipio dcm̄ ē ſola ſpē ↄ̄bit̄ viciū
vſuraꝝ· ¶ Sꝫ ſi q̇s dederit vnam
poſſionē eccē ꝛ recepit aliã equalē
tem vſurꝰ ꝛ fruiturꝰ vtraqꝫ invita
ſua deīn pꝰ morteꝫ ſuã ambe ad ec
cleſiã cū pleno dñio reūtunt̄ ↄ̄ctus
iſte iuſtꝰ ē·ē em̄ ↄ̄ctꝰ ꝑcariaruꝫ in
h̄ caſu lꝫ recipē ab eccã poſſionē in
duplo valētē pluſꝙ̄ ſua quã ↄfert
Sꝫ ſi ſuã velit oīo in eccãꝫ a ꝑn̄ti
trãſferre vt ipſe non vtat̄ vel fruat̄
ea poterit ab eccã poſſionē in tri=
plo valentē recipē·vt·x·q·ij·ꝑcarie
Quid ſi q̇s mutuat veterē ãnonã vt
recipiat nouã Rñō ſi iō fãt vt meli
orē recipiat vſurã ↄmittit ſi ãt iōo
ne ſua ſibi peant vel forte vt recī=
pienti grãꝫ faciat mutuãdo vſurã nō
cōmittit· Quid ſi q̇s pecuniã mu=
tuat recepturꝰ in tīo auꝝ ꝛ argen=
tū vel alteriꝰ gñis monetaꝫ·Rñō ſi

ideo facit vt in eſtimacōe lucratur
vſurariꝰ ē· ¶ Quid de hĩs q̇ tēpe
vindemiaꝝ ꝛ meſſiū emūt viliꝰ fru
mēta ꝛ vina vt vēdant cariꝰ Rñō
non ↄmittūt vſurã ſꝫ turpe lucrum
nec tenetur aliq̇bꝫ ad reſtitucōneꝫ
ſed i iudicio aīe tãq̄ male queſita
q̄ ex hoc q̄ſierunt dn̄t paupibꝫ ero
gare ad qō non puto illū teneri q̇
non hac intencōe emit ſed vt do=
mui ſue ꝓuideat ꝛ tandē ex aliqua
cã ꝑtē vendit ꝛ cariꝰ· Nã q̇cquid
agãt hoies intencio iudicat oēs ſo
la volūtatis forma monetat opus
¶ Quid de ꝑlatis qui de ↄtractibꝫ
vſurarioꝝ ſubſcribūt ꝛ apponunt
ſigilla Rñō ꝑticipes ſūt cīmis vſu=
raꝝ ꝛ ſi non cōmodi· Nam ſubſcꝑ
cio in multis iuris articulꝭ ↄſenſuꝫ
et approbacōeꝫ inducit ut·ſ̄·de re·
iud·Cū int̄ vos·C·ſi certuꝫ pe·l·mu
tue·C·de ãni·tu·l·ſi n̄ ſbſcpſiſti·C·
de dō·l·non ignorãs·C·de fideiuſſ·
l·ſi pī·C·de rebꝫ alie·vel n̄·l·ij· Sꝫ
fateor ꝙ ſi quis inſtrumento ſub
ſcribat non lecto ꝛ eiꝰ tenorem ig=
noret non approbat nec ↄſentit vt
·C·plus valere ꝙ agitur·l·vlt·ꝛ·ff
de pigno·actio·l·gaiꝰ·ſigilla em̄
prelatoꝝ faciūt inſtrã auctentica·
vt·ſ̄·de fide·inſtru·ſcripta p h̄ igi
tur laycī credentes ↄtractus hmōi
p eccãm approbari ſecuriꝰ peccant
et ideo de talibꝫ dici ꝑt·laqueus iu
uenū oēs vos·vt·ij·q·vij·paulus·
¶ De nautico fenore ad doctrinaꝫ
eoꝝ maxīe qui circa leges n̄ ſtudet

aliq̄ ſub breuitate dicam⁹ pecunia
q̄ nautis dat̄ tū ſibi cedēda l' tū ſue tē
da dicit̄ nautica q2 nautis datur
vel traiecticia q2 trahicit̄ · dat̄ aūt
periculo creditoris · vt · ff · de nauti
co fenore · l · i · ꝛ · l · piculi · ſꝫ h⁹ locū hꝫ
nauigio ſuſcepto vel poſtq̄ naueꝫ
nauigare cōuenerit · ut · ff · de nau ·
fe · l · iij · qd̄ verū ē · n̄ aliq̄d poſſit ipu
tari debitori vt q2 non ꝑuauit locū
nauigij vel q2 merces probibitas
trāſportauit · tūc eīm q2 non ex ma
rītime tēpeſtatis diſcrimīe ſed ex
mag̃ auaricia vel audacia debito≠
ris piculū accidit iputatur debito
ri ut · C · de nau · fe · l · Cū ꝓponas Dꝫ
q̄ꝑ uis in h⁹ ɔ̄ctu nautico piculū pecu
nie gn̄alit̄ reſpiciat creditorem vt
dcm̄ ē a pctō tn̄ vſurarū creditor ex
hoc non excuſatur · ut dixi · ſ̄ · e · §. in
ſumma ·

¶ De crimine falſi ·

H Oſtm⁹ · ſ̄ · de crimine vſurarū q̄
ſua tollit manifeſte creditor
debitori · Nūc agen̄d ē de crimie fal≠
ſi q̄ falſari⁹ occulte diripit aliena ·
Videnđ ē igit̄ q̄d ſit falſitas · q̄≠
lit̄ ɔmittat̄ · ꝛ q̄lit̄ puniat̄ · Falſi
tas ē mutacio veritatis · ut i aucten ·
de inſtru · cau · §. ꝛ ſi in pri · colł · vi ·
ff · e · t · l · q̄d ſit falſū · vel dicit̄ imuta
cio veritatis eo q falſatores ſtudēt
imitari ea q̄ ſūt vera vt ſic falſa ve
riſimilia videātur vt in auc̄ p̄d cā
duplex ē trā imutacio ꝛ mutacō ve
ritatis · Pluribꝫ modis cōmittit̄
falſū ſcribēdo ꝛ delēdo, ſcribēdo falſū
et delendo verū · vt · ſ̄ · de fide inſtru ·
int̄ dilcōs · Nec refert vtrū h⁹ fiat i
teſtimonio vel alio inſtrō publico
vel p̄uato tabul' vel rōibꝫ · vt · ff · e ·
ti · l · i · §. qui in rōnibꝫ · ꝛ · l · nullus ·
Iteꝫ qui ſignū adulterinū fecerit
vel ſcripſerit · ut · ff · e · t · l · lege cor ·
et · l · q̄ teſtm̄ · ¶ Itē q̄ abſētes ve
luti p̄ntes ſcribit vt · ſ̄ · de hiis q̄
fi · a · p̄ · Qn̄to ꝛ · C · ad le · cor · de fal ·
l · qui veluti · ꝛ · ſ̄ · de teſti · Cū ex lr̄is
Itē qui ſup lineare ſcripturā ap≠
ponit · vt · ſ̄ · de reli · do · Cū venerabi
lis ¶ Itē alit̄ trāſcribēdo q̄ꝑ ſit i ori
ginali · vt · ſ̄ · de excep · Cū venerabi
lis · Item ſūt quiđ alij modi falſita
tis circa lr̄as dn̄i ꝑpe qui exp̄mūtur
ī · e · c · licet · de quibꝫ diſſerere non
eſt vtile ne forte magis inſtruere
q̄ꝑ deterrere videar falſatores · Item
cōmittit̄ falſū dicto vt in teſte q̄ ſci
ent̄ falſū aſſerit vel ſupprimit verū ·
vt ī · e · c · i · vt in iudice q̄ ɔtra leges
et iura ꝓnūciat · vt · ff · e · t · l · i · §. ſed
ſi iudex · Corruptor teſtiū aduoca≠
torū ꝛ iudicū · vt · ff · e · ti · l · i · ꝛ falſarū
cōſtitucōnū allegator falſū ɔmit≠
tit · vt · ff · e · ti · l · vlt̄ · Iteꝫ non oīs
qui mētitur de falſo poterit accuſa
ri ſed qui mētitur preſidi vel p̄nci≠
pi ꝑpe vel ep̄o ſeu alteri iudici · vt
ff · e · t · l · ſi quis obrexerit nā men≠
dax precator carē dꝫ penitus impe
tratis ꝛ ſi nimia mendicātis iprobi
tas intuenerit ſeueritati ſubiaceat
iudicātis · vt · ſ̄ · de reſcrīptis Sup
lr̄is · xxv · q · ij · ꝛ ſi legibꝫ · C · ſi ɔ̄ ius

vel vtilitatē publicā·l· ⁊ ſi legibꝰ·
vn̄ puniēdi ſūt iudices q̄ uetuerūt
precaī argui falſitatē·vt ·C·ſi ꝯ ius
vel vtilitatē pub·l·puniri ¶ Falſū
cōmittiť fc̄o vt cū quis vera ſigilla
corrūpit·vt·ſ·de fide inſtru·inter
dilcōs· ¶ Jte cū falſat monetā·vt·ſ
de iure iurā·qn̄to·ff·e·t·l·q̄cūq3·⁊
l·ſeqn̄ti· ¶ Jtē cū falſat pōdera vel
mēſuras·vt·ff·e·t·l·hodie·§·i·que
a ltio ſuo ſtatu dīminui vel mutai
n̄ dn̄t·vt ſ de ēpcōe ⁊ vē· vt mſuē
⁊ pōdera iuſta fiāt·p̄t āt accuſari
tlis falſariꝰ de falſo ad penā relega
cōis·vt in·l·p̄dcā hodie⁊·ff· de ex
or·crim·l·ānona·§·honerāt· Aliqn̄
pena exordinaria puniť·vt·ff· de
penis·l·in tardarios· Jn iudicō ve
ro aīe īponiť pena xxx· dierū in pa
ne ⁊ aq̄ vt dicit illa dec vt mēſure
¶ Teneť de falſo aduocatꝰ ꝓcura=
tor q̄ ſecreta cauſe aperuit aduſa=
rio vel q̄ inſtrā ꝓdidit·vt·ff·e·t·l·
i·§·is q̄ depoſita·ff· de penis·l·ſi q̄d
aliqd·§·ſi quis inſtrm̄·⁊·§· inſtrā
als ꝯdēpnať ad inteſſe·vt xij·q·ij·
ſi q̄s de clericis als teneť iniurarū·
vt·ff·depoſiti·l·i·§·ſi q̄s tabulas·⁊
ff·ad le· acquil·l· ſi q̄s teſtm̄·§· ꝫ
et ſi q̄s tabulas ⁊ talis ꝓditor dicit
p̄t·vt xlvij·di· clericꝰ ſic ⁊ falſum
cōmittit qui apit ſecretuꝫ iudicis·
vt·ſ·de offi·dele· Cū olim· falſum
cōmittitur vſu ſed i hoc diſtingui
tur·nam ſi quis falſū fabricat non
vtendo non releuatur a pena falſi·
ſecꝰ ſi aliꝰ fabricat ⁊ aliꝰ non vta
tur·vt·C·e·t·l·ſi q̄s falſos· qui aūt
deceptꝰ ſit ꝑ alium ſed ſuā innocē
ciam ꝓbet ⁊ eum a quo accepit ex
hibꝫ ſe liberat·vt·C·e·t·l·maiorem
et ꝯcordat ·ī·e·de excel·p̄la· inť di=
lectos §·preterea· Falſū eñ non cō
mittitur niſi dolo·vt·C·e·ti·l·nec ex
emplum·ff·e·ti·l·diuꝰ ſed ꝯ ·ī·e·c·
ad falſarioꝝ ¶ Ad qd̄ rn̄o ſpālr ē
in lr̄is dn̄i p̄pe vt ſi quis falſis lr̄is
vtatur ⁊ ignorāter non excuſeť vt
ibi ⁊ ē racio q2 lr̄e dn̄i p̄pe cū nimia
diligēcia ⁊ exq̄ſita curioſitate fiūt
vt·ſ·de reſcptis· Cū adeo·⁊ exp̄ſſi
ſūt in iure falſitatis modi·vt ·ī·e·c
licet·vel dic q̄ illa ad falſariorū lo
quitur cū q̄s vtitur falſis lr̄is a ſe
ipſo obtētis vbi nulla eſt excuſa=
cio vt in·l·al·ſi quis falſos q2 tūc
viciū rei p̄pe non excuſat·vt·C·de re
ſcind·ven·l·quiſquis· ¶ Jtem q̄ ſe
pro milite geſſit vel illicitis inſig=
nijs vſus eſt tāq̄ falſariꝰ punien
dus eſt·vt·ff·e·t·l·eos·§·qui ſe·⁊
idem dico in non ordinato qui ge
rit officiū ordinati·vt ·ī·de cle·non
ordi·mi·c·i·⁊ ij· Jdē in eo qui ſub
pretextu clericī cū id munꝰ nō im
pleat alijs ſe muneribꝰ ſubtrahere
conať·ut·C· de ſacro ſanc·ec·l· q̄ ſb
pretextu· Jdem in eo qui tāq̄ cleri
cus optinet bn̄ficiū cum nō ſit clei
cꝰ nec eciā tonſuratꝰ vt ſ de traſac·
Ex lr̄is ſ de Rx· Cū adeo· ¶ Qua
tuor igť modis vt ſupiꝰ dictū eſt
ꝯmittiť falſū·ſcripto·dicto·fc̄o ⁊
vſu eſt eciam q̄ſi falſuꝫ cū tutor vel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

curatoꝛ finita tutela vel cura nō eā
reſtituūnt ſed ſe ingerūt ⁊ admi-
niſtrāt vt ff. e. t. l. i. §. tutoꝛes ¶ Pena
falſi ſꝫm leges ē deportacō ⁊ oīm bo
noꝝ publicacio ⁊ hꝰ in libo hoīe in
ſuo vltimū ſuppliciū. vt ff. e. t. l. i
§. vlt. ſꝫm canones āt multiplex ē
pena falſi ſꝫm diuſitates falſitatum
vn̄ diſtinguit. Dicit̄ enī carta fal
ſa ex dicto vel facto ⁊ i tali falſō que
ſit pena legit̄. s. de reſcriptis. Dup
lr̄is ¶ Itē dicit̄ carta falſa ex ſcripto
vt cū q̄s ſcribit oīs vel maioꝛē p
tē pn̄tez fuiſſe q̄ non fuit in tali falſō
ſuſpendit̄ q̄s ab officio ⁊ bn̄ficio
vt. s. de teſti. Tā lr̄is in fi. ¶ Falſa
rii āt lr̄aꝝ dn̄i pp̄e ipō iure excōicacōēz
incurrūt cū fautoꝛibꝫ ⁊ defenſoꝛibꝫ
ſuis ſiue p ſe ſiue p alios vicium fal
ſitatis exercent q̄ ſi clericī fuerīt offi-
cijs ⁊ bn̄ficijs eccl̄ſticis perpetuo
ſūt p̄uati ita q̄ q̄ p ſe falſitatis offi
ciū exercuerit p̄ꝰ q̄ p eccl̄ſticū iudicē
fuerīt degdati ſeculari ptāti tradā
tur ſꝫm ↄſtitucōes legitimas puniēdi
p q̄s ⁊ laycī q̄ fuerīt de falſitate cō
uicti legitime puniātur. ¶ Qui autē
lr̄is falſis vtūtur ſi clericī fuerīt of
ficijs ⁊ bn̄ficijs eccl̄ſticis ſpolien
tur laycī tā diu maneāt excōicati ſb
iecti donec ſatiſfaciāt ↄpetēter. Ita
tn̄ vt in laycis ⁊ in clericis malicia
ↄuīꝰ negligēcia q̄ puniat̄ vt pro
bātur h. ⁊. de cīme fal. dura. ⁊. c. ad
falſarioꝝ. Et qd̄ dixi tradātur curie
ſeculari intelligo tradi dū capi ſi
nūtur vel dū degradacio clericī de
nūciat̄ iudicī ſeculari. vt ⁊. de v̄bo.
ſig. nouimus. ⁊ de hꝰ no. s. de bē. §.
punit̄. v̄ aūt dubitat̄ de falſitate ē
ca lr̄as dn̄i pp̄e ↄmiſſa ſuſpectꝰ ca
pit̄ ⁊ detrudit̄ ⁊ pp̄a ↄſulit̄ ſup pe
na. vt xix. di. in meoꝛiā. s. d̄ rſcp. ex
pte. Falſatoꝛes lr̄aꝝ alioꝝ p̄latoꝝ
vel publicoꝝ inſtroꝝ deponūtur ⁊
detrudūtur ſed ſeculari curie non
tradūtur vt. l. di. ſi eps. euitat eī pe
nā falſi is q̄ cū falſas lr̄as ſe hr̄e ↄg
noſcit īfra. xx. dies illas deſtruit ā
reſigīt. vt ⁊. e. c. dura cīca fi. qd̄ intel
ligo veꝝ in lr̄is q̄s q̄s p aliū impe
trauit ſecꝰ ſi p ſeipſum ⁊ ↄſciꝰ fuit
falſi vel eē debuit. vt ⁊. e. ad falſari
oꝝ. Itē euitat q̄s penā ſi dū ↄgnoſ
cit lr̄as de ſimplici iuſticia falſas eē
ſiue p ſeipſū impetrauerat vel p ali
um vſus eis nō ē. vt ⁊. e. c. accedēs
non eſt enī veriſimile q̄ falſū cōmi
ſerit in lr̄is talibꝫ q̄ in curia de facī-
li optinētur ſicut nec p̄ſumit̄ dolꝰ
in re modica. vt ff. de dolo. l. ſi oleū
§. vlt. nec preſumit̄ corrupcō in re
modica. vt ff. de offi. p̄ſi. l. plebiſi
ta. ⁊. ff. de offi. ↄcon. ⁊ le. l. ſolet. §.
plt. ⁊ vlt. vn̄ in hꝰ caſu p̄ſūpcio q̄
oꝛit̄ ex qualitate lr̄aꝝ tollit p̄ſūp-
cionē falſi que oꝛit̄ ex illa decre. ad
falſarioꝝ. ſic ⁊ alis vna preſūpcio
tollit aliā. vt ff. de in inte. reſti. mi-
noꝛ. l. diuꝰ. ⁊ lvij. di. ſi q̄s in egri-
tudine ¶ Eſt āt ſciēd̄ raſura q̄ pau
caꝝ lr̄aꝝ que nequaq̄ aīm ſapiētis
i dubitacōnē vertē d3 ſuſpicōez fal
ſitatis non inducat. vt ⁊. e. c. vlti.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia nec viciū ſillabe nocȝ vt. ff. ꝺ
manumiſ. t. l. qꝛ hēbat dūmō ra-
ſura paucarū lraꝝ vel ſillabe inmuta
ciō non inducat varietatem alꝰ ſe
cus. vt. ſ. de fide inſtru. int̄ dilcōs
raſura vero linee ſuſpicōnē falſita
tis inducāt. vt. i. de p̄uil. Cū olim
ꝑpt̄ qōnes. ⁊. ſ. de reſcptis. ¶ Cū oli
qꝺ veꝝ ē ſi inueniat̄ in narracōne
iuris ſecus in narracōe facti. vt. ſ.
de fide inſtru. Ex lris ¶ De raſura
āt paucaꝝ lraꝝ non diſtinguo aut
appareat in narracōe iuris vel fcī i
lris clauſis vel apptis vel publi-
cis inſtris vt tn̄ ſcias ꝙ in lris dn̄i
ppe nullus audet manū appone̅ ad
aliqꝺ ꝯtigendū p̄ter qſdā officia-
les alꝰ incurrit̄ excōio in curia fcā
¶ Sūt āt inſtrā de falſitate ſuſpec
ta ex qbuſꝺ alijs cauſis vt ſi iſtrm̄
non hēat ſbſcripcōes variis mani
bꝰ nōtas. vel ſi non ſit eadē manu
cōpletū. vt. i. de p̄uil. Cū olim ꝑpt̄
qōes niſi manꝰ inducat mutacōē
calami ⁊ atramti mutacō vt i autn̄
de inſtru. cau. ⁊ fi. in p̄n ¶ Itē ſuſ
pecta hētur lrā ſi fuerit alieno ſigil
lo ſigta dū is q alieno ſiguit hēat
ꝓpriū vt. ſ. de ap. ſignificauit. Itē
ſi religioſo p̄oeat̄ꝰ vel admiſtracō
cōfirmatur. vt. ſ. de ꝯfir. vti. vel i
uti. porrecto. Itē repellit̄ iſtrm̄ vt
ſuſpcm̄ ſi fuerit alteri inſtrō ab eo
dē ꝓducto ꝯrīū. vt. ſ. de fide iſtru.
iputari. vt. C. de fide inſtru. l. ſcptu
re ¶ Itē lrā dn̄i ppe ſuſpcā reddit̄
p falſā gmaticā. ut. ſ. de reſcptis.

Ad audiēciā. Itē ſi ſine mādato
dn̄i ppe ipetret̄. vt. ſ. ꝺ reſcptis. n̄
nulli. ⁊. c. ex pte. Itē ſuſpecta ſūt
inſtrā qꝝ ſimilia apparent fracta.
vt. ſ. de fide inſtru. int̄ dilcōs. Itē
ſuſpcm̄ ē inſtrm̄ publicū ſi n[illegible] ſit
in eo nomē impatoris ānus impij
vel ꝯſul̄ vel ptātis āni illiꝰ et ſi de-
ſit mēſis dies vel idcō alias inſtrā
dicūtur adulterina. vt in autn̄ vt
ppo. no impa. pu. do. §. i. ⁊ ij. ⁊. C. de
appo. pu. l. i. li. x. locus q eciā in cele
bratus ē ꝯctꝰ dȝ apponi ar. ff. de
accuſa. l. libellorū. ⁊ ij. q. vlt̄. in fi.
et. C. de ꝯhēda vel ꝯmit. ſti. l. opti-
mā in fi. ⁊ h̄ locū hn̄t in p̄uilegijs
aplicis ¶ Multis modis ꝓbātur
falſa inſtrā vt ſi ꝓbet̄ rē eſſe aliter
geſtam ꝙ ꝯtineat inſtrm̄. vt. ff. de
pac. l. iuris genciū. §. ꝙ fere agitur
. C. de ꝓba. l. cū p̄ꝺo. C. plus valere
ꝙ agitur ꝙ ꝙ ſimul ꝯcī. l. vlt̄. ſ. ꝺ
fide inſtru. Cū iohēs. Itē iprobā
tur inſtrā p indirectā negacōnē.
vt. ſ. de probac. tercio. C. de ꝯhē. ⁊
cōmit. ſti. l. optimā. p h̄ igit̄ ⁊ ſi-
milia q ſupius nōta ſūt inſtrā red
dūtur aut ſuſpecta aut falſa. Et ci
ca p̄mū articulū no. pla. ſ. de fide
inſtru. §. multa. In qōe falſi queꝺ
ſingularia ⁊ ſpecialia obſuātur nā
ſuſpicio de falſo p falcitate habet̄
niſi pro parte producente veritas
cōprobetur ⁊ proceditur ad penā
vt. C. de proba. l. iubemus. ꝙ gene
raliter non contingit. vt. ij. q. i. pri
mo. ⁊. ff. de penis. l. abſente. Item

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contēnatur qs sine accuſa. qꝛ als nō contingit. vt ij. q. i. nichil. vt. ff. de mu. ⁊ ho. l. muneꝝ. §. defenſoris et in euāgelio. Mulier vbi ſunt q̄ te accuſant. nemo dñe nec ego te con demnabo. ¶ Item ⁊ ſi crimen falſi inciderit ꝓnūciatur eo ī vt. Ce. ti. l. vbi. qꝛ aliter nō ꝓbatur ſ̄m leges vt ꝓnūcietur incidenti. vt. C. de or di. iudi. l. adire. Itez in hoc crimine deuict⁹ deponitur ⁊ ſtatim tradit̄ curie ſeculari. vt ī. e. ad falſarioꝝ qꝛ generaliter non ſeruat̄. vt. ſ̄. d iud. Cū non ab homine. ¶ In ſum ma notab. qꝛ quedā lrē dicūtur fal ſe quedam falſitate. falſe q̄ per falſi ſuggeſtionem ⁊ veri ſuppſſionem impetrātur que largo modo dicun tur falſe. vt. ff. e. t. l. ſi quis obrep erit. Item falſe ſunt lrē que ⁊ ſi ſi militudinem aliquā veram preten dant nichil tamen veritatis habēt quia nec veram bullam nec veram ſcripturam ⁊ iſte lrē que nulle ſunt falſe dicuntur ſicut ⁊ is qui nō eſt tutor dicitur falſus tutor ⁊ falſum teſtm̄ qꝛ non eſt teſtm̄ ⁊ iniquus modi⁹ qui non eſt modius. vt. ff de verbo. ſigni. l. paulus. quedam vero lrē dicūtur falſate que ⁊ ſi ali quid veritatis habent puta veram bullam vel veram ſcripturam vel ve rum vtrunqꝫ aliquid tamen muta tum eſt in p̄mordio veritatis. Lrē falſe ſ̄m p̄mā ſpecieꝫ falſitatis con ferunt iuriſdictionem ⁊ ſi cōtra eos non excipitur valet ꝗ tenet qꝛ fiat earum auctoritate vt. ſ̄. de reſcrip tis. §. colligitur. littere falſe iuxta modum falſitatis non conferūt iu riſdictionem nec valet qꝛ fit aucto ritate illarum litterarum ⁊ idem di co in falſatis de quibus vltimo dix vnde ſnīa lata auctoritate taliū lit terarum non eſt executiōni mandā da. vt ī. e. c. ſuper eo. p̄mo cōtra talem ſnīam et exceptio competit et reſtitutio datur cuilibet maio ri. vt. ff. de iud. l. ſi pretor. ⁊ idem ſi per falſos teſtes ſentētia lata ſit. vt. ff. de re. iud. l. diuus. Et lex di cit iudicati executio ſolet ſuſpendi et ſoluti dari repetitio ſi falſis in ſtrumentis circumuentam eſſe re ligionem iudicantis crimine poſ tea falſi illato manifeſtis proba tionibus fuerit oſtenſum. vt. C. ſi ex falſi. inſtrumen. l. vltima. quod verum eſt ſi iudex fuerit falſa ſecu tus. vt. Ce. titu. l. falſā. ⁊. l. i. ⁊. ſ̄. de ſenten. ⁊ re. iud. Cum. J. ⁊. A. ſed ſi executor inuenerit ſententi am latam contra ius litigatoris eam exequi debet. vt ſupra de offi. delega. Paſtoralis. §. quia vero. niſi apud delegatum poſſet effi cere vt ab hoc onere ipſum abſol uat vt ibi. hoc etiam notabis qꝛ vbi auctoritate falſarum littera rum ſententia lata reuocanda ē ſi ne temporis prefinitione vbi au tem a iudice lata eſt ſed pretextu falſi ſi ciuiliter agatur per actio nem in factum reuocatur vſque

ad xxx. āNos. vt. ff. de re. iud. l. dy
u9. Si vero agať criialiť p mod̄
accuſādi tunc reuocať vſqȝ ad xx.
annos. vt. C. e. t. l. q̄relā. Sȝ ſi per
mod̄ excepcōes ipugneť h9 licebit
ppetuo q2 excepcōes ppetue ſunt.
vt. ff. de excep. l. pure. §. vlt. inſti.
de excep. et. C. e. t. l. ſi pactū.

De ſortilegiis.

Dictuȝ ē. ſ. de crimie falſi. ȝ q2
ſortes ꝛ diuinacōes in falſi=
tate ꝯſiſtūt dū ſortilegi ꝛ dīnato=
res ꝙ dei ē ꝓpriū videlicȝ futura p̄
dicē ſibi falſo aſſumūt ꝛ cū nō ſint
ſe ꝓphetas eē oñdūt. Ideo ſubſe=
queť ponit h9 rubica de ſortilegiis
Videō ē igr q̄d ſit ſors. q̄t ſpēs
dinacōis. q̄ diuinacō ꝓhibita. q̄ p
miſſa. q̄ pena puniātur ſortilegi et
diuini Sors ē ars diuinādi. di
uinacō ꝓpe in malo accipitur ꝓ
phecia vero in bono. vñ canō dicit
nūꝙ diuinacio in bonā pte accipi
tur videbātur quiđ ſibi eē ꝓphete
ſed q2 pecuniā accipiebāt ꝓphia
eoꝝ fcā ē diuinacio. i. diuinacio do
nū q̄ videbať ꝓphia declarata ē di=
uinacio vt. i. q. i. nūꝙ. Sortilegi aūt
ſūt q̄ ſub noīe ficte religionis p q̄ſ
dā q̄s ſcōꝝ ſeu apłoꝝ vocāt ſortes
diuinacōis ſciāȝ ꝓfitetur Aut q̄=
rūcūqȝ ſcripturaꝝ inſpectiōe ſitu
ra ꝓmittūt. ut xxvi. q. i. c. i. Spe
cies dīnacōis multe ſūt q̄ enume
rātur xxvi. q. iij. igiť. ꝛ. q. v. epi. ꝛ
c. nec miꝝ Ois āt diuinacō q̄cū=
qȝ mō fiat ꝛ q̄liť cūȝ voceť ꝓhibita

ē ꝛ dānata. ut xxvi. q. v. p totuȝ. ꝛ
q̄. et. p to. Sȝ obiciť ex eo ꝙ le. xx
vi. q. ij. ſors ñ ē aliq̄d mali ȝ ē res
in hūana dubietate dinā idicans
voluūtatē. ut xxvi. q. iij. ſors. Itē
opponiť ex eo ꝙ legiť. xxvi. q. v. ñ
lȝ. vbi diciť nec in collcōibꝰ hbaꝝ
q̄ medicinales ſūt aliq̄s obſuacō
nes ā incātacōes liceat attēdē niſi
tm̄ cū ſymbolo dino ā orōne dnīca
vt tm̄ de9 creator oium ꝛ dn̄s hono
reť Item opponiť exº Mathie
apłi ut xxvi. q. ij. nō exº nā q̄uis ñ
ſtatī dea9 recurrē ad ſortes ut xxvi
q. ij. non ſtatī cū tñ non ſup ē hūa
nū auxiliū recurrē poſſum9 ad diui
nū. ut xxij. q. ij. q̄rit. ꝛ i dubijs ſm̄
le. ad ſortes recurriť. ut. ff. de iud.
l. ȝ tñ ābo. C. ꝯia dele. l. ſi duobus.
Itē obiciť ꝙ Joſue p̄cepto dn̄i
p ſortes exq̄ſiuit pctm̄ actor ꝙ cō
miſerat ſumēs furtiue regulā auri
ꝛ clamidē coccā de anathemate ihe
rico q̄ hiſtoria tāgiť. i. q. iiij. §. Itē
pctō actor. Iteȝ opponitur ꝙ ſaul
ſorte dep̄hendit Jonathā filiū ſuū
comediſſe fauum mellis cōtra edic
tum quod poſuerat. ut tangitur
hoc. xxij. queſtione. ij. §. Item op
poniť Ad q̄ reſpondeo exēpla vete
ris teſtamenti non obſtant q2 hec
et alia permittebantur ante euan
gelium que tempore pfectionis diſ
ciplīne penitus ſunt eliminata. ut
xxvi. q. ij. §. hijs ita. Exemplum đ
beato Mathia non obſtat quia
priuilegia ſingulorum non faciūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coīm legē· vt in p̄all'·c·nō exēplo
qḋ āt dicit Aug⁹· ſoꝛs nō ē aliq̄d
mali vez·ē i ſui natura· ꝓhibetur
tū qꝛ ꝓpt̄ aſſiduitatē vtēdi labun
tur hoīes in ydolatriā ſic ḋ iuramē
to dicit̄ ⁊ ḋ vini potacōe vt s̄ ḋ iuē
iurā· ⁊ ſi xp̄s· vn̄ ſi eēt tā boneſta
et ſubeſſet ncc̄itas vt ſi eſſet ɔtēcio
de electiōe aliquoꝝ et eēt paritas
vtrobiqꝫ in oīb⁹ ſcripſit Laurē·⁊
Ray· ꝙ exēplo Mathie· pn̄t fieri
ſoꝛtes·⁊ h̄ ait Beda dicēs ſi qui
aliq̄ ncc̄itate aliq̄ ɔpulſi dm̄ putāt
ſoꝛtib⁹ ex° apl'oꝝ eē ɔſulend̄ vide
ant h̄ ipſos apl'os non n̄ collcō fra
tꝝ cetu ⁊ precib⁹ ad deū fuſis egiſ
ſe·vt xxvi·q·ij·non ex° ſed ⁊ ſi ita
ſcripſerit doctores illi dec̄ tn̄ hoc re
probat q̄ dicit lꝫ nō non careat qn̄
ꝓmo iuſta rep̄hēſione fit dignuꝫ
ꝙ ſoꝛs in talib⁹ intuenit vt ī·e·c·
Eccā vrā·vn̄ in caſu p̄miſſo pociꝰ
putarē gratificand̄ p ſupiorem vel
iterꝝ eligend̄ vt nō·s̄·de elec·§·ſed
videtur ¶ Pena ſoꝛtilegoꝝ ſc̄m le
ges capitis ē vt·C·ḋ mal'·⁊ math·
l·nemo·Pena vero canonica ē mul
tiplex·Nā in talib⁹ ſi pct̄m ē noto
riū eoꝝ eucbariſtia denegat̄·vt ḋ
cō·di·ij·ꝑ dilectione·infames ſūt
non ſolū ipſi ſed ⁊ qui ad eos ɔcur
rūt vt ij·q·viij·q̄ſquis·ſunt ⁊ alie
pene q̄ ɔtinētur xxvi·q·v·i multis
capl'is ibi poſitis ⁊ maxie in·c·cō
tra ydoloꝝ·Sꝫ nūquid licite recur
ritur ad ſoꝛtes ⁊ ad inſpectionem
aſtralabij vel alias īſpectiones ꝓ
rebꝰ ꝑditis recupandis·Dicūt q̄
dā ꝙ ſi nō fiāt inſpectiones hmōi
cū inuocacōe demonū vel alicuius
ſupſticōis licite fiat alit̄ ſecus·Sꝫ
puto ɔ̄triū vt ī·e·c·Ex tuaꝝ·nō ob
ſtat xxvi·q·ij·hij qui·Nā canō il
le loquit̄ de ɔpatiua ꝑmiſſiōe Itē
non obſtat xxxvij·di·ſi q̄s ḡmati
cā·Nā lꝫ dicat̄ ibi ꝙ ariſmetrica ⁊
geometria habeāt in ſua ſcia veri
tatē ſubdit tn̄ ꝙ n̄ ſūt ſcie pietatis

¶ De colluſione detegendā·

Quia is qui colludit in falſita
te conſiſtit· nam aliud agit
et aliud ſimulat dum accuſat ⁊ cū
accuſato colludit·ideo poſt tracta
tum de falſis ⁊ ſoꝛtilegijs ſequitur
rubzica de colluſione· ¶ Videamꝰ
igitur quid ſit colluſio·⁊ que col
ludenciū pena· ¶ Colluſio eſt in
ter actoꝛem ⁊ reum latens ⁊ frau
dulenta cōuencio ¶ Fit autem col
luſio in criminali cauſa plerumqꝫ
ſcilicet quando accuſatoꝛ veras cri
minū probaciones abſcondit ſeu
diſſimulat falſas accuſaciones ve
ro admittit ⁊ per hoc incidit in
viciū p̄uaricacōis ⁊ extra oꝛdi
nem punitur· vt ij·q iii·§·Item p̄
uaricatoꝛ in verſ·ſciendum·⁊·§·
p̄uaricatoꝛem vel quando accuſa
toꝛ in vniuerſum ab accuſacione
deſiſtit ⁊ per hoc incidit in vici
um tergiuerſacionis·is in quinqꝫ
libꝛis auri punitur ⁊ infamatur·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt·ff·de puaricā·l·puaricacōis
in fi·vñ circa hō diſtinguendum ē·
Nam cauſarum tria ſunt genera·
Alia ciuilis·alia crīnal'·alia ſpū
al' Jtē a lite duobꝫ modis recedit
Per grāz ⁊ p trāſactionē· Jn cā ci
uili qñcūqꝫ·quocūqꝫ ⁊ eciā ſine iu
dicis aucte lꝫ a cā deſiſtē ꝓterꝙ in
actione famoſa ł q̄ ſine aucte iudi
cis trāſigi non pt vt·ff·de hijs qui
no·infa·l·furti·§·pact?· Jn cā ve=
ro crīali añ inchoatā accuſacōem
p grāz lꝫ deſiſtē·vt·ff·ad turpill'·
l·mulier·⁊·l·qſitū·p? inchoatā nō
lꝫ citra aucte iudicis ⁊ eciā rei ꝯſen
ſu ſi tormēta vel vincula paſſus ſit
vt·C·de abolic·l·ij·vel ꝓpt accuſa=
cōez infamat? ar·v·q·i·quid ·⁊ ſi
deſtiterit incidit in turpill'·ſi publi
cū fuerit crīe ꝙ itēdit·vt·C·ad tur
pillia·l·i· Di puatū ex ordine pui
etur·vt·ff·e·t·l·ſi qs repetē· ¶ Cū
aūt ſꝫm iura canonica ōne crīen ſit
publicū videt ꝙ in nullo poſſit in
teruenire trāſactio·poſſet tñ dici ꝙ
in oi crīne in q pt iudex eccāſtic?
diſpēſare pt ⁊ trāſactioni ⁊ ſimpli
ci renūciacōi aucte ꝑſtare ar·v·
q·ij·ſi ꝑmates· ⁊ xc·di· diſſidētes
Jn cā ſpūali lꝫ qñqꝫ per grāz a lite
diſcedē ſꝫ qui ſine iuſta cā diſcedit
punit' vt·ij·q·vij·q̄ꝓpt·§·de ſp
mo·nemo· Per trāſactionē vero a
cā ſpūali recedē ñ lꝫ·vt·§·de trāſac·
ſup eo ⁊·c·ꝑtea·vbi autē ī cā crīa
li ł ſpūali a lite qs deſiſtit ꝙ debe
at ad iudicē ptinet ex officio ſuo ī
quirere· vt ī· e·c·i·⁊ ij·⁊·C·de abo·
l·ij·⁊·l·fallacit· Sed vbi ex iuſta
cauſa vult deſiſtē iudex abolicōnem
indulgē dꝫ·vt·C·de abolic·l·i·⁊·ij·
q·iiij·§·abolicō· Jn cā vō mixta in
ter ciłē ⁊ crīnalē vt cū qs accuſat
vxorē de adulterio ī foro eccāſtico
ad thori ſeparacōez poteſt marit?
quando vult ab accuſacōne deſiſ=
tere cum eciam de adulterio con=
dempnatam ſibi reconciliare poſ=
ſit·vt·C·de adulte·in auc· ſed ho=
die·§·de cōuerſio·coniuga· Gaude
mus·⁊ de dona·inter vi·⁊ vxo·ple
rumqꝫ·⁊ xxxij· q·i·de benedicto·
Sed inquiſitor colludere dicitur cū
eo de quo inquirit· vt infra· eo·
ti·intantum clamor·vnde ſi inqui
ſitor cum de quo inquirit per col=
luſionem abſoluat talis abſolucio
non impedit quominꝰ iterum in=
quiratur·vt infra e·c·i·⁊·ij·⁊ vlt·
nec enim tenet ſentēcia per colluſi
onem lata·vt·ij·q·iij·ſi quem pe=
nitet·vt·ff·e·titu·l· cum non iuſto
et·l·colluſionem·⁊·l· ſentenciam·
vnde ſicut probata puaricacōne
denuo accuſatur abſolutus·vt·ff·
de puarica·l·tercia·ſic ⁊ proba=
ta colluſione vt dictum eſt· ¶ Pe=
na colludentis hec eſt ſi quis collu
dat in cā ſuper beneficio priuetur
beneficio· vt infra e· audiuimus·
ſi ſuper crimine punitur in·v·li=
bris aurī· vt·ff· de puarica·l·iij·
et hanc penam nemo preſtat niſi
qui deſiſtit a publico crimine· vt

ff. ad turpil. l. ſi quis. §. ſtellionatus. Dz qui deſiſtit ab accuſacōne ꝑuati cīmis ē infamis ⁊ ex ordinez puniť. ut. ff. ad turpilľ. l. in ꝑuaꝛtis. C. e. t. l. ij. ʒ ſi abſēs ē accuſator et citat⁹ noluit in accuſacōe ꝓcedē tūc gnͥ⁹ puniť ꝗ pena v. libarum auri. ut. ff. de penis. l. abſētē. §. ij. i cā ſtat⁹ is ꝗ colludit ꝑdit ius qd̄ hēbat i pſona illi⁹ de cuius ſtatu agebať ⁊ applicať illi ꝗ colluſionez detexit. ut. ff. de collu. l. i. ⁊ C. e. ti. l. vlť. ⁊ ff. de inius. vo. l. adoptiuū §. pronū. In alijs āt ciuilib⁹ cauſ puniť colludēs ꝓ motu iudicis quē delufit. ¶ In ſūma ſciendū ē ꝗ colludūt ꝑncipales colludūt aduocati ꝗ ſi in cā cīmiali colluſerit ex ordīez puniūtur. ut. ij. q. iij. §. nōndum in v. ꝑuaricator. colludūt ⁊ ꝓcurato res ꝗ ſe dolo paciūtur ſupari i lite ꝯ qs agiť de dolo ʒ ſi nō ſint ſoluē do tūc agiť ꝯ illos cū qb⁹ colluſi ē n̄ pati ſint i ſe trāſferre iudicia. ut. ff. de do. l. eleganter. §. ſi dolo

¶ De delictis pueroꝝ

Dictū ē. ṡ. de qbuſdā cīmib⁹ ʒ qꝛ dubitari poſſit an puei hmōi cīmib⁹ iuoluātur. Jō ſubiciť h rubca d̄ delic. pue

¶ Eſt igiť vidend̄ ꝗ puei teneanť ex delicto. ⁊ ꝗ nō. ⁊ ꝗ delicta in puer cadūt. ⁊ ꝗ nō. ⁊ ꝗlit pueri delinꝗntes ſūt puniēdi. ¶ Pueri ſeptēnes doli capaces obligant ex delicto. Dicit dt Aug⁹ in qdā gloſa ſup. c. de ꝯ. di. iiij. paruli. ſeptēnis etatis pueri mētiri ⁊ veꝝ loꝗ ꝯfiteri ⁊ negare iā pnt ⁊ iō cū baptiſanť ⁊ ſimbolū reddūt ⁊ ipſi p ſe ad introgata rn̄dent ſec⁹ ſi n̄ eēnt doli capaces. ut. ff. de re. iuris. l. pupill⁹. ⁊ ff. ad le. acq̄. l. ʒ ⁊ ſi qcūqz §. i. ⁊ ff. de dō. l. hēdib⁹ §. i. ʒ ꝗuis ex delictis pueri teneanť vt dcm̄ ē nec eis ſbueniať ꝑ in integrū reſti. ut. C. ſi aduſus delic. l. i. infdū tn̄ miſa cio etatis ad minorē penā iudicē ꝓduať. ut. ff. de mio. l. Auxiliū. §. i d̄ lictis. de ꝯ. di. iiij. eos. ʒ ſi ex delicto ꝯuēt⁹ minor potuit ꝯfiteri ⁊ vitare penā iſiciacōis ⁊ negauit l̄ ſi potuit trāſigē ⁊ nō fecit ʒ ſe i penaz inuoluit ſubueniť ei p bn̄ficiū reſtitucōis. ut. ff. de minori. l. ſi ex cā. §. nūc vidend̄ ʒ ꝗuis ſubueniať minorib⁹ ſic dixi tn̄ ipunitas nō pſtatur reꝝ. ut. C. de peis. l. ipunitas ꝗ tn̄ fallit vt. C. de falſa mo. l. i. i fine

¶ Pctā ꝗ mēbris genitalib⁹ ꝯſtituūtur i pueris locū nō hnt. ut ī. e. c. i. h̄ eni an pubēs ānos ꝑſumitur non ꝯmitti ſolet tn̄ in quibuſdam malicia anticipare temp⁹ pubertatis. ut. ṡ. de deſpon. impube. A nobis. ⁊ aliquādo temptant qd̄ implere non pnt. ut. ṡ. de ſpō. iuueis et. c. adoleſcens. ⁊ in h̄ ꝗ ex malicia ſupplēte defectum etatis temptant intelligo eos peccare ſi nō cuz proprijs ſponſis temptāt. femine eciam ante tempus pubertatis ꝯgnoſci ſe faciunt. vt. ṡ. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſue Jordane.

Sz q̄ritur de piurio an pu̇i deierēt et videt ꝙ ſic nā mēdacijs plena ē puerilꝰ etas vt h̄·c·i·ꝛ valet pupil li iuramētū·ut·ff·de liba·cā·l·vlt· vñ ſi pupillꝰ petit iurare ꝛ deierare ꝫ ɔ̄·ff·ꝺ iuē iurā·l·q̄ iurasse·vbi di cit q̄uis non videat deierare pupil lus q̄ ſciēs ſallē nō videt ꝫ lex illa loq̄tur iīnfante vel infāti ꝓxio qui nec ſcire nec diſcernē p̄t·ut·ff·de ac qui·here·l·pupillus·

¶ De clerico venatore·

NAc tenꝰ tractatū ē ɔiter de delictis clericoꝝ ꝛ laicoꝝ nūc āt tractat de q̄buſdā excessi·cle·vñ ſubiciat rubica de cleri co venatore· ¶ Videaꝰ ergo q̄t mo dis fit venacō·q̄bꝫ ſit licita· ꝛ q̄bꝫ non· ꝛ q̄ pena iponat clerico vena tori Triplex ē venacō oppſſiua·ſ· hoim·arenaria ꝛ ſaltuoſa· Oppſſi ua ē hoim ꝛ ē ſp illicita de q̄ dicit ce pit menbrot eē robustꝰ venator co rā dño·i·hoim extictor ꝛ oppreſſor vt vi·di·hijs itaqꝫ· Arenaia est q̄ fit in arena vt cū q̄s locat opas ſu as vt pugn̄t in arena cū aliq̄ beſtia dentata hāc q̄ exercet peccat ḡuit ñ eā exercat grā virtū expiendaꝝ·ut·ff· de poſtu·l·i·§· Itē ſenatꝰ iij·q·vij §·tria iv̇h·iſames ēēa p̄n·ꝛ de hac loquit̄ canō ille lxxxvi·di·q̄ vena toribꝫ cū duobꝫ ſeq̄ntibꝰ capitlis· ¶ Saltuoſa ē q̄ fit in ſiluis ꝛ ſalti bꝰ ꝛ h̄ ē illicita ex tp̄e ꝛ pſona In

tp̄e vt in xl·ut lxxxvi·di·an putas tis· Ex pſona vt in clerico in q̄ tñ diſtinguendū ē qm̄ epō ſp ē illicita vt xxxiiij·di·q̄uidā· Alijs clericis est licita cā ncc̄itatis vtilitatis ꝛ re creacōis cū retibꝫ ꝛ laqueis ꝛ cani bꝰ dūmō cū ſilēcio ꝛ modeſtia fiat Nā ꝛ mōchꝰ lꝫ texē lina ꝓ piſcibꝫ capiēdis·de ɔ·di·v·nūq̄·lꝫ eciam tp̄e feriato vtpote diebꝫ dn̄icis et feſtiuis p̄terq̄ in maioribꝫ ſolēpni tatibꝰ ingruēte ncc̄itate intēdē piſ ciū capcōi·ut·s̄·de ferijs lꝫ· ꝛ idem puto in capcōe feraꝝ eo tñ mō quo p̄dixi· Illa vero venacio q̄ fit cū cla more curſu vel armis clericis ē illi cita ꝛ in h̄ eciā excipio caſū ncc̄ita tis· Quid eñ ſi apri vel vrſi veirēt destruere clericoꝝ vel monachoꝝ ſegetes ꝛ vineas·ſatis credo ꝙ poſ ſent venari h̄ est feras illas exclu dere cum clamoribꝰ canibus ꝛ ar mis q̄ ꝙ nō eſt licitum neceſſitas facit licitum·ut ex̄·de re·iuris quod non eſt licitum·h̄ excuſat a furto homicidio vt i rubricis illis de fur to ꝛ homicidio notatum inuenies· hec ſaltuoſa licita eſt laicis pro car nibus ꝛ pro pellibus alꝰ nō· Sz queritur quare ꝓhibetur venari ꝛ non piſcari· Rñō quia venacio fit cum clamore piſcacio non vel quia maior delectacio eſt in venacōne q̄ in piſcacione ꝛ maior diſſolucō vel ideo quia venator diſcurrit ꝑ deuia et in via ſicut dyabolus cum ducat animam captiuam·

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ De clerico pcuſſore.

SVpi⁹ tractatū ē de q̄dam
exceſſu clericoꝝ q̄ venādo
cōmittit̃. nūc tractat̃ d̕ q̄
dā alio q̄ ↄittit̃ feriēdo. ⁊ iō ponit̃
ħ rubca de clico pcuſſo. ¶ Vided̕
ē igit̃ q̄ dicātur pcuſſores ⁊ in q̄bꝫ
caſibꝫ liceat clericis pcutere ⁊ que
ſit pena temerarij pcuſſoris. Per
cuſſor duobꝫ modis dicit̃. ſpūalis
et corpal̃. Spūal̃ q̄ inutili ſmōe
corda audienciū ferit. vt xlv. di. ſa
ne. diſcret⁹ dꝫ eē plat⁹ in p̄dicādo
vt n̄ multū taceat nec v̕ba ſupflua
dicat. vt xliij. di. ſit rector ⁊ ſic non
leue diſcrimē incurrit pōtificibꝫ ſit
uiſſe ꝙ ↄgruit ſic obſcurare dꝫ ne in
dignis ⁊ nō itelligētibꝫ ſecreta miſ
teria ſua p̄dicacōe reſerare icipiat.
Viciū em̄ aie ē idignis ſecreta vul
gare qđ vel loq̄citate incauta cū ſi
ne iudicō volat irreuocabile v̄m vel
adulacōne vt ei placeat cui ſecreta
reuelat. vel iactacōne ſcie vt plura
ſcire videat̃. vt pbātur ħ xliij. di.
diſpenſacio. ⁊. §. ſeqnti. ⁊ viij. q. i.
oꝫ. Itē non dꝫ ꝑplis ḡmaticā expo
nē. vt lxxxvi. di. cū multa. ħ ↄſiliuꝫ
deo ānūciare vt xliij. di. ep̄ heſijs po
nē āt an̄ oculos hoīm dei iudicia t̕
rē cruētas ↄſcias pſuadē p̄maꝫ vt
ij. q. i. ſi peccauerit. Et ſic dt aug⁹.
turba iniq̄ꝝ cū facultas ē in ꝑplis
p̄medi ſmone gn̄ali obiurgacōe
feriēda ē ⁊ maxie ſi occaſionē atq̄ꝫ
iportunitatē aliqđ flagellū dn̄i de
ſup q̄ eis apparꝫ p ſuis meritis va
pulat̃ vt xxiij. q. iiij. nō p̄t. nemieꝫ
āt noiabit vt viij. q. i. qđ āt in q̄bꝫ
oībꝫ pſcō dat̃ itelligi qn̄ta dꝫ eſſe
diſcrecō i p̄dicacōe ſacdotis q̄ſi for
te caruerit q̄ſi torto naſo ſacdotal̃
officij iudicat̃ idign⁹. vt xliij. di.
in fi. ¶ Eſt ⁊ pcuſſio corpal̃ ⁊ hec
ſit manu pede vel capite ł cubito ł
pectoris ⁊ humi ipulſu. Fit cū ba
culo ł alio gn̄e armoꝝ. Corpal̃ p
cuſſio ſi fiat malicia ł ex odio pcm
ē. vt xlv. di. cū btūs. Sꝫ ⁊ ſi quis
pugno pcuciat ipie ⁊ dicit ludens
feci nō excuſat̃ vt. ē. de pſūp. Dic.
nā lud⁹ noxi⁹ ē in culpa. vt. ff. ad
le. acq̄. l. nā lud⁹. q̄s em̄ ludos ap
pellat ex q̄bꝫ cmia oriūtur vt in p
hemio digeſtoꝝ. ħ ſi q̄s plane ſocia
lit̃ ⁊ ex ludo pcuciat n̄ delinq̄d vt
ff. de iniurijs. l. Illđ. ⁊ xv. q. i. illud
Si v̓o fiat cā correctionis licita ē
ei q̄ hꝫ ptātē in eū quē pcutit. vt xl
v. di. Cum btūs. xxxv. di. an̄ oīa.
Hoc tn̄ ſcias ꝙ nemini ſuis maī
b⁹ ep̄s v̕berare p̄t. vt lxxxvi. di. nō
liceat. ħ p aliū ſic vt. v. q. v. illi q̄.
et ſi clericum faciat pcuti nō faciet
hoc per laycum ſed per clericum.
vt infra de ſen. excōmu. vniuerſita
tis. niſi clericus ſit dio incorrigibi
lis nec comprehendi paciatur vt
tunc per laycum capi poſſit dum
tamen non amplius layci violen
cia ſe extendat ꝙ exigat rebel
lio vel defenſio clerici vt infra de
ſenten. excommunica. vt fame.

¶ Itē diſtinguendū ē circa q̄litatez
pſonarū q̄ corrigēde ſūt ⁊ etiā circa
criminū q̄ntitatē naȝ q̄ ſūt in minori
b⁹ ordib⁹ ꝯſtituti licite v̄berātur ec̄
ꝑ minorib⁹ criminib⁹. vt xlv. di. §. ſa
lomō. ⁊ xxxv. di. Anī oia q̄ vero ſūt
in maiorib⁹ non ſūt ꝑ leuib⁹ v̄be
randi. vt xlv. di. q̄i btūs. ſi ſunt ca
ſus ſpāles in q̄b⁹ licite pcutit̄ cleri
cus q̄s nōto ī. de ſē. ex. Abbas āt
vel p̄or p̄t licite mōchū vel ꝯ̄uſum
ſuū v̄berare cā diſcipline. vn̄ beat⁹
ḡg. ſcribit btm̄ bn̄dcm̄ q̄ndā mo
nachū v̄ga pcutiēdo ſanaſſe quem
crebra monicōe curā ē n̄ poterat ut
xlv. di. §. ſalomō. h⁹ tn̄ ſic facere dȝ
vt ſb̄ditis pietas mr̄ēz diſciplina
vero pr̄ēz exhibeat. ut xliiij. di. §. h⁹
etiā alibi. ¶ Pena pcuſſoris eſt h̄
q̄ꝛ ꝓhibet̄ p apl̄m ordiari. ut xlv.
di. in p̄n. ſi non ſuit ꝓmot⁹ ⁊ non
hn̄s reſpectū ad ſuū ordinē icaute
et temerarie pcutiat ſuſpēdit̄ ut ī.
e. c. p̄tea. ⁊ ſi ſe non emēdauerit d
ponat̄. ut ī. e. c. i. ⁊ ſaluo ꝙ ſi ex in
cauta pcuſſione mors inſueniat etiā
ſi cā diſcipline fiat irregularitas ꝯ
hit̄ ut ſ̄ de hoīc. p̄ſbiterꝝ. ⁊ de hac
materia in rubrica illa notaui.

¶ De clerico maledico.

Dictū ē. ſ. de clerico pcuſ.
⁊ ibi diſtinctuȝ extitit ꝙ
pcuſſio. alia fit manu alia
lingua in h⁹ ergo tractatu inſiſtit̄
circa illā ſpēm ſcȝ pcuſſionez lingue
et iō ſbīcit̄ h⁹ rubrica de cle. maledico
¶ Eſt āt videndū q̄s dicat̄ maledi
cus. ⁊ q̄ ſit pena maledici. Male
dic⁹ ē is q̄ oblo q̄tur de hoīe detra
hēdo ei ⁊ eū obloquijs deꝑmēdo. ut
ī. e. c. i. Summa em̄ iniq̄tas ē detra
hē. Ois em̄ q̄ detrahit frī ſuo hoīci
da ē. ut vi. q. i. ſūma. ⁊ alibi dicit̄
detractores fratꝝ hoīcide. ut de con.
di. i. hoīcidorꝝ. vn̄ nec cui ꝯmēdādi
cā aliq̄d dicas q̄ minor alius fiat
vt xi. q. iij. ſi q̄s vero. xcviij. di. nul
lus vero. ⁊ c. ecce. ſi q̄s āt v̄m iniu
ꝯſū dixerit ꝓximo delinq̄d in deum ⁊
peccat in ꝓximū. vn̄ datur ꝓximo
actio iniuriaꝝ. vt inſti. de iniu. §. i. ff
de iniu. l. ita apd̄ labionē. §. ꝯuiciū
et. C. e. t. l. Si non ꝯuicij q̄ famoſa
extitit. vt. ff. de hijs q̄ no. infa. l. Ac
letas §. vlt. ⁊. C. ex q̄b⁹ cau. infa. irro.
l. iniuriaꝝ ⁊ ſ̄ de ſen. ⁊ re. iud. Cū te.
Eſt etiā maledic⁹ blaſphemus dei ⁊
ſcōꝝ. ut ī. e. c. ſtatuim⁹. Punitur
detractor q̄ꝛ ſit infamis ⁊ ab eccā ex
torris. vt vi. q. i. deteriores. Itē pu
nitur vt hoīcida vt in pal. c. hoīci
diorꝝ nō q̄ꝛ ita ḡue ſit crimē detrahē
ſicut occidē ȝ q̄ꝛ ſicut hoīcida puni
tur pena eterna q̄ ad deum ſic ⁊ de
tractor ſicut in euāgelio dicit̄ q̄ dix
erit frī ſuo racha re⁹ erit gehenne
Itē cleric⁹ maledic⁹ ſi in iudicio d
h⁹ fuit ꝯuict⁹ degdatur vt xlvi. di.
cleric⁹ maledic⁹. ¶ Cōuiciator frīs
punitur pena pecuniaria fcā eſtiacōe
ne iniurie arbitrio iudicis ſ̄m eq̄li
tatē ⁊ q̄ntitatē iniurie. vt inſti. de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iniur·§·in ſūma ⁊ hec ſi ciuilit̄ aga
tur· Si āt criminalit̄ agat̄ exordia
ria pena officō iudicis reo irrogat̄
vt ibidē· Si q̄s āt ɔtumeliā vel cō
uicia epō itulerit mox depoſit⁹ cuie
t'dec̄·ut xi·q·i·ſi q̄s ſacdotū ⁊ maxi
me ſi in depreſſionē dn̄i ꝓpe aliq̄ ꝓ
tulerit·ut ī̄·e·c·i· Verūptū in h̄ ſcē
ac religioſe dicē poſſet ſūm⁹ ponti
fex ſicut dicit dn̄s ipator· Si quis
modeſtie neſci⁹ ⁊ pudoris ignar⁹
ipl'petulātiq3 maledico noīa nr̄ā
crediderit laſceſcenda ac temulen
cia turbulent⁹ obtractor ipſoꝝ fue
rit pene nolum⁹ ſubiugari neq3 du
rū neq3 aſpeꝝ aliq̄d ſuſtinē qm̄ ſi
ex leuitate ꝓceſſit ɔtēpnēduz ē nec
lubricū lingue ad penā facile trahē
dū ē·ut·ff· ad le·iul'· ma·l·famoſi·
Si ex inſania miſeracōe digniſſi
mū ſi ob iīuriā remittend·i·ad pn̄
cipem tranſferendum·ut ·C·ſi quis
impa·male·l·vna· Si q̄s āt ɔ deū
vel aliquē ſcōꝝ ſuoꝝ ⁊ maxie btā3
v̄ginē linguā in blaſphemiā pub
lice relaxare p̄ſūpſerit pene ſb'dat̄
ānotate ī̄·e·c·ſtatuim⁹ q̄ pena lo
cū h3 cū blaſphemia non calore ira
cūdie non ebrietate vel demēcia ꝓ
lata ē al's cū blaſphemāte benigni
us agētur·vt·ij·q·iii·ſi q̄s iratus
⁊·§·nōn d·C d rebꝰ cred·⁊ iuē iur·
l·ij·C de iur·l·ſi non ɔuicij ⁊ vt·s̄·
dixi cū q̄s maledicat impatori· Sz
q̄ritur de pena pecuniaria q̄ in ſi·il
li⁹ dec̄·ſtatuim⁹ adicit̄ q̄re ſit ad
iecta R̄ n̄o io q2 plures magis te

ment penam pecuniariā q̄ꝫ eciā cor
poralem ⁊ ꝓpterea imponitur illa
que magis timetur·ut·s̄· vt lite n̄
cont̄· Qm̄ frequenter· Sed queri
tur cui hec pena pecuniaria ſoluat̄
Et videtur q̄ꝫ poteſtati ſeculari ex
eo q̄ꝫ dicit in fine q̄ꝫ ciam int̄ alia
ciuitatum ſtatuta ponatur vel dic q̄ꝫ
h̄ crimen eccāſticum eſt ā quocūq3
cōmiſſū ⁊ ideo pena illa ſoluet̄ epō
in vſus paupm ɔuertēda·ut·s̄·d
fo·ɔpē·Cū ſit·s̄·de vſuris·cum tu
vel ſi vis diſtingue pſonas ⁊ diſtri
bue penas vt pena clerici blaſphe
mi ſoluatur epō ⁊ pena layci ſolua
tur poteſtati· Et nota q̄ꝫ h̄ pena pe
cuniaria eſt irremiſſibilis vt in ſi·
illius dec̄·ſtatuimus continet̄ vbi
dicit nullam in hoc miam habitu
rus illam enim clauſulam ad penā
pecuniariam refero non ad superi
ores ⁊ intelligo ſi blaſphemus ha
beat vnde ſoluat ·ceterum ſi paup
tas impoſſibilitatem inducat iudex
eccāſticus in flagella cōmuttet·vt
s̄·de rapto· In archiepatu ·xij·q·
ij·fraternitas·xiiij·q·vi·ſi res alie
na·s̄·de iudeis·poſtulaſti·⁊·c· ad
liberandam· Sed hec oīa ꝓ tribu
nali ſiūt ſ3 i iudi° aīe ſacdos diſcre
t⁹ molliet hunc rigorē ⁊ miā3 non
negabit quia mie dei nec meſuras
poſſum⁹ ponere nec tempora diffi
nire apud quem nullas patitur ve
nie moras conuerſio· vt ·xxvi· q·
vi·hn̄ qui·

¶ De clerico excõicato miniſtrãte.

DIctũ ē ſ. de q̃buſd̃ exceſſi
b⁹ clericoꝝ ſ; q̃n̄ clerici d̃
linq̃ntes. pleruq̃ʒ excõicant̃
pleruq̃ʒ int̃dicũtur aliq̃n̄ eẽs depo
nũtur ⁊ nichilomi⁹ claues eccẽ cõ
tẽpnẽtes irrueret̃ur ingerũt ſe di
uinis. Hoc eĩ dicit̃ h̃ rubrica de cle.
ex. int̃dcõ vel de po. mr̃. Videnđ igi
tur de pena iſtoꝝ q̃ q̃ntũ in eis eſt
miſteria ſacꝛ ꝓphanãt ⁊ an̄ cum eis
valeat diſpẽſari. ¶ Eſt ãt ſcienđ ꝙ
excõicacio Alia maior. alia minoꝛ. Ma
ior excludit a ſacꝛ̃mẽtis ⁊ a ꝯione fi
deliũ. Minoꝛ ãt tm̃ a ſacꝛ̃mẽtis ex=
cludit vt ſ. de excep. A nob̃ .ij. d̃ ſe.
ex. c. plr̃. ſ; totũ ꝯriũ dicit canon.
iij. q. iiij. engeltrudã. Ibi eñ dicit̃
ꝙ engeltruda non ſolũ fuit excõicata
minori excõicacõne q̃ a fratna ſocieta
te ſepat. ſ; eẽ maiori q̃ a corpe xp̄i
reſcindit. Sʒ exponẽda ſũt v̓ba il
la ſic vt itelliga⁹ frat̃nã ſocietatẽ
quã ꝯbim⁹ in ꝯione ſacꝛ̃mẽtoꝝ cor
p⁹ ãt xp̄i intelligas eccãʒ vt ibi dt
p eccãʒ v̓o itelligas collegiũ fide=
liũ. vt de ꝯ. di. i. eccã ¶ Itẽ ſciendũ
ē q̃đ due ſũt ſpẽs minoris excõicacõis.
vna ē q̃ excludit a ſacꝛ̃mẽtis ⁊ h̃ q̃n̄
qʒ ꝯbit̃ a iure vt pote ꝑ ꝑticipiũ ex
cõicati excõicacõe maiori. vt .ij. de ſen. ex.
nup. Q̃nqʒ ab hoĩe p ſnĩaʒ. vt. v.
q. i. c. ij. Alia ſpẽs excõicacõis minoris
ſepat a ꝯione fideliũ ⁊ non ſacꝛ̃mẽ
toꝝ. ut v. q. ij. pn̄ti. ⁊ q. iiij. i loco
xviii. di. placuit. xxxiiij. di. quorũdã.

lviij. di. ſi q̃s d̃ altĩ⁹ excõicati igr̃ ma
iori excõicacõne ⁊ minori ſ̃m ꝑmã ſpẽʒ
d̃ina officiã celebrare nõ d̃ñt ⁊ ſi h̃
fecerit alr̃ deponet̃ ut .ij. e. c. latoẽs
alr̃ ꝯuit̃ peccat nulli⁹ tñ notã irre
gularitatis incurrit. vt .ij. e. c. ſi cele
brat. q̃đ itelligo ſi ſolẽnit̃ celebrat
iux̃ ꝓcedentẽ ꝯſuetudinẽ ⁊ vt ꝑus
vt h̃ ꝓbant̃ .ij. e. c. illđ. ⁊ xi. q. iii. ſi
q̃s dãpnat̃. ⁊. c. ſeq̃nti ſi q̃s eps ſe
creto tñ nõ officiãdo eccãʒ ſ; ſol⁹ le
gẽdo nõ cantãdo ⁊ ſic plane vt a ne
mĩe audiat̃ dicẽ horas pt ⁊ dʒ miſ
ſã ãt celebrare ñ pt q̃uocũqʒ nec ſa
cramẽta eccãſtica ptractaẽ vt xxviij
di. ꝑſbiterũ. Si tu q̃ras q̃ ē rõ q̃re
excõicat⁹ teneat̃ dicẽ canoĩcas horas
Rñõ q̃ʒ oneris ē et iõ h̃ non tollit̃
al's ei ſnĩa ꝓdeſſet ꝙ eẽt iniq̃uũ. nã
euident̃ iniq̃uũ ē ei ꝓdeſſe ſnĩam ꝯ
q̃uẽ lata ē. vt. ff. de excep. rei iuđ. l.
Euidẽter ⁊ pena nõ hʒ inmunitatẽ vt
ff. d̃ int̃dic. ⁊ releg̃. l. relegatoꝝ. ſ.
vlt̃. nec aliq̃d eẽ hʒ delictũ cũ ve ia
vt. ff. de mio. l. papianus. ⁊ ꝓptea
q̃ʒ excõicat⁹ d̃ina ñ pt celebrare offi=
ciãdo eccãʒ vt ꝑus fructus bñficij nõ
ꝑcipit excõicacõe durãte. ut ſ. de app.
paſtoral' i fi. ⁊ xxxij. di. pret̃ h̃ ⁊ ſi
recõciliat⁹ fuit fruct⁹ illi⁹ tpis nõ
recupat ſic regreſſo iure poſtlimi
nij nõ reſtituũtur ſtipẽdia ei⁹ tpis
q̃ fuit apđ hoſtes. ut. C. de re. mili.
l. ſtipẽdia h̃ ē eciã cã q̃re excõicato nõ
cõfert̃ bñ̃m. ut ſ. de eta. ⁊ q̃li. ꝑfi. cũ
bone memorie. Nã bñ̃m dat̃ rõe of
ficij. ut lxxxi. di. ſi q̃s ſacerdotuʒ. ⁊. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eos· h̄ oīa q̄ dcā ſūt i excato loᵭ
hn̄t ⁊ i ītd̄cō nā vtqꝫ ingerēs ſe
diuis ē in cā depoſicōis ut ꝯ̄·e·c·cli
cā·¶Nec obſtat ꝙ ibi dt n̄ moniti ſi
ne dilacōne redierit qꝛ nichilo⁹ ⁊
ſi redierit pn̄t depōi ſꝫ ſi r̄dierit ad
ſtatū ⁊ obſuācīā ītd̄cī poterint
diſpēſacōez obtinē·nec obſtat ꝯ̄·e·
c·poſtulaſti·§·pretēa·vbi dicit̄ ꝙ
clericꝰ q̄ talia preſūpſerit bn̄ficijs
ſūt eccaſticis ſpoliādi·¶Nā ibi ſup
pleo ⁊ officijs l'ibi agit̄ d̄ clericis ce
lebrātibꝫ i locis itd̄cis n̄ d̄ clericis
itd̄cis·Et ꝙ dixi i cleico itd̄cō dico
i cleico ſuſpēſo dūmō ab officiō ſit
ſuſpēſ⁹·h̄ eñ duo eq̄pollēcia ſūt ⁊
eūdē hn̄t effcm̄ clericū ītd̄ciā ⁊ ſuſ
pēdi·vnū tn̄ n̄ omitto nōie ꝙ exca
t⁹ excacōe miori pt excē ea q̄ ſūt iu
riſdictiōis ⁊ eligē pt ⁊ non eligi ⁊
ſacm̄ēta ab eo collata nō caret vtu
tis effcū cū nō videat̄ a collacōe ſꝫ
a ꝑcepcōe ſacm̄ētoꝝ q̄ in ſola cō ſiſ
tit ꝑcepcōe remot⁹·peccat tn̄ ꝯferē
do ſacm̄ēta ſꝫ leuit̄ qꝛ vt p̄dixi non
ē excluſus a ꝯferēdo ſꝫ a ꝑcipiēdo
ſꝫ celebrādo peccat ḡuit vt h̄ oīa col
ligūtur ꝯ̄·e·ſi celebrat ¶Sꝫ mi⁊
ē ꝙ excat⁹ excacōe miori celebrādo
peccat ḡuit̄ nō tn̄ irregularitatē in
currit cū ex oī mōtli q̄s ꝯſtituat̄ ir
regularitas irregularitate canōica
vt ꝓmoueri nō poſſit·ut xxv·di·§·
nūc āt·⁊·c·pᵐ·⁊ ꝓmot⁹ ſit ſuſpē
ſus q̄ ad ſe·ut·i·q·i·ſacdotes·Ad
qd̄ rn̄o ꝙ dicit illa dec̄·ſi celebrat
nulli⁹ notā ⁊c̄·ſic itelligo q̄ntū ad

id qd̄ ibi ſeq̄t̄ ſcꝫ q̄min⁹ eligat ⁊
q̄ mi⁹ exeq̄tur ⁊ q̄ iuriſdictiōis ſūt
ſec⁹ q̄ ſūt officij·Sꝫ q̄rit̄ de depo
ſito ſeu degdato an ꝯficiat·Et vi
det̄ ꝙ ſic qꝛ ordinē nō amittit·ut
xx·q·iii·eos·i·q·i·ꝙ quid·de ꝯ·di·
iiij·oñdit·xxxij·q·vij·licite ar·ꝯ̄·l
di·Accedēs·xi·q·iii·Eps·lxxxi·di·
dcm̄ xxiii·q·viij·clericis·liiij·di·ex
antiq̄s·Ad h̄ rn̄o·puto ipſū nō cō
ficē potuit eñ eccā auferre ꝑtātem
cōficiēdi q̄ cōtulit ordinādo·ꝗ̄tis
caracter q̄ aīe infigit̄ non poſſit au
ferri ¶Cū eo q̄ excatū ſe ſciēs i ꝯtēp
tū clauiū p̄ſūpſerit celebrare dīa
non p̄t ali⁹ a ꝑpa diſpēſac̄ nec ec̄ ſi
nodus·ut xi·q·iij·ſi quis epiſcop⁹
dampnatur·⁊·c·ſi quis in cōcilio

¶De clerico non ordi·miniſtran·

In ſupiori rubca dcm̄ ē ⁊ tra
ctatū de hijs q̄ excati itd̄cī
depoſiti admiſtrāt·h̄ tractatur de
hijs q̄ nō ordiati h̄ faciūt·Et iō ſbi
cit̄ h̄ rubca de cle·nō ord·mi ¶Vi
deam⁹ igit̄ an tal' celebrādo ꝯficiat
et an cū eo valeat diſpēſari ⁊ in q̄
¶Eſt āt ſciend̄ ꝙ tal' ſi celebrat nō
cōficiat null⁹ eñ celebrat n̄ ſacdos q̄
rite fuerit ordiat⁹·ut·ſ·de ſūma·t·
et ſi·ca·c·Firmit̄·de ꝯ·di·i·c·i·⁊·c·
ſicut·lxxxi·di·dcm̄·¶Nūquid āt n̄ or
diat⁹ baptiſare p̄t Rn̄o nō ex offi
cīo ſꝫ ſic lapc⁹ in ncc̄itate abſēte ſa
cerdote p̄t·vt xxx·q·i·Ad limina
xciij·di·diacon⁹ de cō·di·iiij·Con
ſtat·talis āt abiciat̄ de eccā ⁊ nūq̄
ordinet̄·vt ꝯ̄·e·c·i·¶In exeq̄ndo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ordiēꝫ quē iā hꝫ ꝛ in bn̄ficio poteit
cū eo p epm̄ miſericordit̄ diſpēſari
ne ſuſtētacōe puat᷒ ad ſeculi nego
cia reuītat̄ ut ꝗ̄·e·c·ii· Hic pleruq̄ꝫ
diſpēſat̄ in bn̄ficio ꝛ nō officio vt
l·di·ſtudeat xxviij·di·p̄rb̄m·ꝛ hoc
iō ne i vitupiū cleri mēdicꝫ miſer
cleric᷒ i plateis ut xcij·di·diacōi

## De clerico p ſaltum ꝓmoto·

Dictū ē de clericis nō ordiatis
miſtrātib᷒ h̄ tractat̄ de ordia
tis iordiate h̄ ē ꝑpoſtē ꝛ p ſatūl et
iō ſb̄iūt̄ h̄ rubica de clerico p ſal·ꝓ
mo·de h̄ āt q̄d iuris ſit breuit̄ vi-
dea᷒· Et ē ſciēdū ꝙ ḡdati ꝛ p or
dinē ē aſcēdēdū ut·ff·de mu·ꝛ ho·l
ḡdati·ꝛ·l·honor·ꝰ·gerēdorūꝫ·Et vt
dignitatū ordo ꝭ·l·i·ꝛ ij·li·xij· Et
aſcēdēdū ē de miori ad mai᷒ nā q̄ ꝓ
uebit̄ de miori ad mai᷒ ꝓuebit̄ ut
xcij·di·legim᷒ ꝛ p c̄tas int̄ſticias
tēpm ut lxxvij·di·i ſingul̄ q̄ciq̄ꝫ ꝛ
in ſeq̄ntib᷒·c·ſi q̄s ergo p ſaltū ꝓ
motus ſit aliq̄ ordie p̄termiſſo mi
ſericordit̄ agi p̄t ut ꝯferat̄ ei ordo
p̄termiſſus ut ꝗ̄·e·ti·c·vno·lij·di·
ſollicitudo caute eīn ſupplendū ē ꝙ
omittit̄·ut ſ̄ de ſac̄·nō iterā·c·paſ
toral̄ Et ꝭm h̄ videt̄ ꝙ aliq̄s nullū
ordinē h̄ns p̄t eſſe ſacdotē ꝫ obſtāt
xl·di·ſic·ꝛ ſ ꝺ cle·nō bap·mi·veni
ens ꝫ ad canonē R̄n̄o clericat᷒ ꝛ ſa
cerdociū faciunt ſacdotiū vere ē rōe ꝛ
ordiate· Dꝫ ꝗ̄uis iordiate nichil
omin᷒ ordo ſacdotal̄ ꝭm formā ecc̄e
collat᷒ efficit ſacdotē· Ad aliud āt
r̄n̄o ſpāle ē in nō baptiſato ut nul
lū recipiat ſac̄mētū qꝛ baps ē ia-
nua oīm ſac̄mētoꝝ ut xxxij·di·ꝰ·ve
rū vbi eīn nō ſit poſitū fundamētū
nichil ſup edificari·p̄t vt·i·q·i·cū
paul᷒ ut no·ſ·de pbonō bap·mi·
Eps āt ſine ſacdocō quis eē nō p̄t
ut ꝗ̄·ti·px·Ex l̄ris·

## De eo q̄ furtiue ordi·ſuſcepit

Dictū ē ſ ꝺ hijs q̄ aſcēdūt ad
ordies p ſaltū·nūc tractem᷒
de hīis q̄ aſcēdūt p furtū·p furtū
āt itelligūtur aſcēdē q̄ clādeſtie ꝓ
mouent̄ vt ꝗ̄·e·c·inotuit h̄ ē ꝯ ꝯſci
enciā ſupioris ut lxiiij·di·ex ꝯſciaꝫ
Et iō ſb̄iūt̄ h̄ rubica de eo q̄ fur·or·
ſuſ· Videa᷒ igit̄ an q̄s poſſꝫ miſ
trare i ordie quē furtie recepit ꝛ an
cum tali valeat diſpēſari ꝛ p quē·
Eſt āt ſciend̄ ꝙ ſi q̄s ꝓmouet̄ ad
ordies eodē die miores ꝛ ad ſacꝝ i
ſacro nō potit miſtrare nec ecīā i mi
norib᷒ ñ ex pm ſſ ōe ut ꝗ̄·e·c·Cū h
lator ſi v̄o ꝓmoueat̄ ad duos ſa-
cros i neutro potit miſtrāē ut ꝗ̄·e·i
uotuit· Dꝫ oppōit̄ p̄m ordinē bn̄
recipit qꝛ de ꝯſcia ordiatoīs Decā
dū āt male qꝛ furtie q̄re gᵒ pumit̄
in execucōe poris R̄n̄o cū is q̄ ordi
nat̄ recipit p̄m ordinē gerit in aīo
vt illo nō ꝯtēt᷒ eodē die recipiat ſe
cundū ꝛ iō aī deſtiacōe peccat in re
cepcōne p̄mi· In ſecūdi vero recep
cione peccat re ipſa·i·ipſa recepcōe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ſimile ad illō̄ · ſ · de tēpo · or · lrās
An āt q̄s poſſʒ oēs ordies recipere
dic · vt nō · ē · de tēpo ordi · §. ordies
miores · ¶ Circa h̄ potent q̄libʒ diſ
pēſare · ſi ꝓhibicō fcā nō ſit ſb̄ inter
miacōe excacōis vel pena ne q̄s ad
duos ordies eodē die aſcēdat vt ꝯ̄ · e ·
c · i · ꝓmo videt̄ ꝙ h̄ liceat abbati i
ſuo mōſterio vt ꝯ̄ · e · cū h · i ſi · lʒ quī
dā velint itelligē illō̄ in epō̄ q̄ vicē
epi gerebat i ecc̄a cui preerat q̄ regu
laris erat ⁊ epal̄ · vt · ē · de iud · cām
ſʒ ſi intimiacio fcā ſit tūc diſpēſacō
fieri nō p̄t ſine auct̄e ⁊ lūa ꝓpe vt
ꝯ̄ · in · c · innotuit in fine ·

¶ De exceſſibus prelatorum ·

Tractauī ē de q̄bꝰ dā exceſſi
bus ſb̄ditoꝝ in p̄latos vt de
hijs q̄ p ſaltū l̄ p furtū ad ordies
aſcēdūt ſʒ ne ex h̄ aliq̄ prelatis ob
repat elacō ſb̄iacet̄ h̄ rubca de exceſ
ſibꝰ p̄la · in ſb̄ditos · Nos āt de mlt̄
tis exceſſibꝰ aliq̄s ꝓſeq̄mur ne p̄
lati h̄ ad aīm reuocēt currūt eñ in
ter iſamiā ⁊ bonā famā vt ſeducto
res ⁊ veraces · vt vi · q · i · ſūt plurimi
¶ Excedūt p̄lati in exigēdo dū ipo
nunt tallias ⁊ collcās · vt ꝯ̄ · e · c · i. ⁊
vt no · de hoc · ē · de cēſibꝰ ⁊ exac · §.
nūc videaꝰ · ¶ Excedūt vt dū eccē
rōne vel ciꝰ legatus i aliq̄ ſb̄ueniūt
q̄rūt p̄dā potiꝰ q̄ ſubſidiū in ſub
iectis vt no · ē · de rap · §. hūt quidā
cū deberēt manꝰ ſuas ſuare innox
ias dō legi ⁊ p̄ncipi nullūqʒ ꝯtigē
lucꝝ vt in autn̄ de mā · p̄n · §. i · coll̄
iij · C · ō ſup indic · l · i · li · x · ff · de dāp ·
inſec · l · Ex dāno · §. i · in autn̄ de col ·
§. h̄ q̄ʒ · coll̄ · ix · n̄ ex mag̃ cā ⁊ in ſpā
libꝰ caſibꝰ · vt xvi · q · i · §. nouaꝝ · ē ·
de cen · Cū apl̄s · ē · de iure pa · p̄tēa ·
¶ Excedūt q̄ de facili ſine cā ⁊ ſine
ordine iuris excācant ⁊ ſuſpēdūt cū
excācio q̄ ē eterne mortis dāpnacō
ſine cerca ⁊ manifeſta cā ferri non d̄
beat nec ꝓ puis ⁊ leuibꝰ cauſ · vt
xi · q · iii · nemo · ⁊ · c · deꝰ oipotēs · ē · d
appel · rep̄henſibil̄ xij · q · i · indigne
ꝯ̄ · de ſen · ex · ſacro · ¶ Excedūt q̄ in
iudicijs clericoꝝ ſuoꝝ ꝯ̄ſilijs non
vtūtur ꝯ̄ id qd̄ legitur xv · q · vij · c ·
plt̄ · ⁊ vlt̄ · ſicut ⁊ p̄ſes p̄ntibꝰ offi
cialibꝰ ſuis iudicare dʒ · vt · C · de ſē ·
et int̄ lo · ō · iud · l · Cū ſmāʒ · ¶ Exce
dūt quid ī minio rigore quid in oī
moda relaxacōe rigoris cū ex vtro
qʒ vnū ſit faciēdū tempamētuʒ vt
nec rigor iuſticie ſit rigidꝰ nec mā
ſuetudo diſſoluta ſit vt xlv · di · diſ
ciplina · ¶ Excedūt qui ſupbe p̄di
cāt ⁊ ſine ꝯpaſſiōe ꝯdēpnāt · vt xlv
di · hʒ h̄ ꝓpriam · ⁊ · c · vera iuſticia ·
¶ Excedūt dū malos clericos ordi
nāt de quibꝰ canon loquit̄ facit hoc
nimia remiſſio ſacerdotū nr̄oꝝ qui
pompā multitudīs q̄rūt ⁊ putant
ex hac turba aliquid ſibi digni
tatis acquiri hinc paſſim numero
ſa pluralitas ⁊ i hijs locis vbi ſoli
tudo ē taliū repit̄ dū prochias ex
tendi cupiūt aut q̄bus aliud p̄ſta
re nō p̄nt diuinos ordies largiun
tur · vt lix · di · ſi officia · ¶ Excedūt
dū exq̄ſita ⁊ ſingularia querūt q̄s



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ĩcrepat Jeron⁹ dicẽs natus ĩ paupẽ
domo ⁊ ĩ tugurio ruſticano qui vix
milio ⁊ cibario pane in vẽtrẽ rugiẽ
tẽ ſaturarẽ poterã· nũc ſimulã ⁊ mel
la faſtidio· vt xij· q· ij· gl'a· ¶ Exce
dũt q̃ circa diuicias ⁊ ornatũ eccaꝝ
oẽ ſuũ ſtudium apponũt ⁊ de miſ
tris nulla ẽ cura ꝯ q̊s inuehit Jeꝛo·
ĩ pall'· c· dicẽs· Marmora nitẽt au
ro ſplẽdẽt laq̃aria gẽmis altarẽ diſ
tinguit ⁊ miſtroꝝ xp̃i nulla eſt di
lectio ¶ Excedũt in ſupbis geſtis
et elatis dũ ſe int' ſacdotes gerũt
dãnabilit' canone dicẽte Ep̃s in ec
cleſia in ꝯſeſſu pbroꝝ ſe collegam
eẽ ꝯgnoſcat· vt xcv· di· Ep̃s· ¶ Ex
cedũt in ꝓcuracõibꝯ vt no· ſ· de cẽ·
et exac· ¶ Excedũt dũ inferiorib⁹
honoribꝯ derogãt· vt ĩ· e· c· ad hoc
qꝫ ſicut nõ vult q̃uis oneris ſarci
nas ferre ita nõ audeat aliĩ ipõnẽ ĩ
portabile pondus· vt ij· q· vi· q̃ ſit
¶ Excedũt dũ bñficia vacãcia cle
ricis ꝯferẽda ſibi retinẽt· vt ĩ· e· c·
ad aures ꝙ non lꝫ ĩ ex cã cũ ſuo ca
pitulo p̄latus ſtatuẽt de aliq̃ pſo
natu vel bñficio ſupprimẽdo· ut· ſ·
vt eccle· bñfi· ſine di· ꝯſe· vt nr̃m·
vt· ſ· de ꝯſtit· Cũ acceſſiſſent vel ĩ
h᷑ p p̃uilegiũ ſeu indulgẽciã aliq̃s
optinẽt· vt ĩ· de v'bo· ſig· tua nob·
¶ Excedũt epi dũ ab abbatibꝯ ⁊
mõchis aliq̃ exigũt ꝯ ordis inſtitu
ta vt ĩ· e· c· ſane· ſ· de ſymõ· ne i dei
eccaꝫ· cũ ea q̃ tenẽt abbates epis
ſcripta ſũt· vt xviij· q· ij· h᷑ tm̃· ⁊ c
abbates· ſ· de offi· ord· ꝯqueren
te· vñ ſi epi indebita ⁊ inſolitã exi
gãt pũt abbates iure ꝓ̃prio denega
re vt ĩ· e· c· ſane· ⁊· c· Cũ ad q̃rũdã
x· q· i· qꝫ ꝯgnouit⁹ ĩ p̄lat⁹ eẽt in poſ
ſeſſione l' q̃ſi ei⁹ qđ exigit tũc eni il
lud ſbtrahẽ ſbdito nõ licẽt· vt· ſ·
vt lite pẽ· A mẽoria· xvi· q· ij· volu
mus· ⁊ xviij· di· ſ· hic diſtinguendũ
¶ Excedũt dũ r'ligioſos ꝯ indulgẽ
cias ⁊ p̃uilegia ſua moleſtant· vt
ĩ· e· c· nimis· ⁊· c· tãta· Sꝫ ⁊ religi
oſi caueãt ne p̃uilegiis abutãt' ⁊ ne
ꝓpt' indulgẽcias ĩſoleſcãt· ſed in
hũilitate regulari ſic degãt ut eccã
rũ p̄lati efficacõres ⁊ ꝓmpcõres ex
iſtãt ⁊ ad exhibendũ eis de ſuis ma
lefcõribꝯ iuſticie ꝯplemẽtũ eorũqꝫ
p̃uilegia diligẽci⁹ ⁊ pfecti⁹ ſtude
ãt obſeruare· vt· ſ· de deci· nuper
in fine· Ceterum ſi cum aliis ſimi
lem vitam ſuſceperit ſimilem cum
eis ĩ legibꝯ ſẽtiret diſciplinã· vt· ſ·
de ſta· regu· Recollẽtes ¶ Excedũt
eẽ ⁊ abbates qui ſuis finibꝯ ĩ ꝯtẽ
ti manẽ ad ea q̃ ſũt ep̃al' dig̃tatis
extẽdũt ꝯgnoſcẽdo de cauſ mĩoia
libꝯ ⁊ alia ep̃alia excẽdo· vt ĩ· e· c·
Accedẽtibꝯ· Sꝫ videtur ꝙ de cau
ſis mĩoialibꝯ cauſ ꝯgnoſcẽ poſſit
vt· ſ· de ꝯſãg· ⁊ affi· ex lrĩs· Ad qđ
rño illđ cõpetit abbati ex p̃uilegio
ſpeciali ⁊ in h᷑ ꝯcordat dec' ĩ· e· c·
Accedẽtibꝯ i fi· vbi dt ĩ forſã q̃lq̃
coꝝ ſpãli ꝯceſſiõe l' alia cã ltia ſup
hmõi valeat ſe tueri vtpote p̃ſcp
cõne nãm poteſt abbas quedam
iura epiſcopalia preſcribere que

epale officiū non reqrūt·ut·ſ·de p̄ ſcp̄·Auditis·⁊ eodez mō ex ↄſuetudie p̄ſcp̄ta p̄t ↄgnitio cāꝝ m̄noia liū ad archidiaconū ptinē·ut·ſ·ð reſti·ſpo·lrās·

¶ De noui operis nūciacōne·

In ſuperiori rubrica dixi⁹ de plātis excedētibꝰ in ſubiectos in pn̄ti ât rubrica agit̄ de ſbiectis excedentibꝰ in ↄtēptū iuris ł poris ſeu p̄lati·vn̄ ſbiciatur h̄ rubrica de noui op·nūc·Videð ē igit̄ q̄d ſit nouuz op⁹·q̄d nūciare nouū op⁹·ad que noua opa pertineat nūciacō·cui ſit nūciandð·q̄lit̄ fiat nūciacō·⁊ q̄s ſit nūciacōis effcūs ¶ Op⁹ nouū facē videt̄ q̄ â edificādo aut detrahēdo aliq̄d p̄ſtinā faciē opis imutat·vt ff·e·t·l·i·§·opus nouū·Si q̄s aūt vet⁹ edificiū fulciat â ſi vnū vel alterꝝ cemētū iponat nouū op⁹ facē nō videt̄ vt·ff·e·t·l·i·§·ſi q̄s edificiū·⁊·l·ſtipulacō·§·opus lōge eīn aliud ē facē aliud reficē vt·ff·ð itinē actuq̄ꝫ p̄ua·l·tcia·§·reficē ſ̄ de iuð cōſuluit·⁊·c·Judei ar·tamē ↄ·ff·i mor·iferē·l·i·§·edificaē ¶ Nūciaē idē ē qꝫ p̄hibē vn̄ p̄ eodē habeo q̄ ad effcm̄ ſiue q̄s dicat nūcio nouū op⁹ vel p̄hibeo nouū opus vt ꝭ·e·c·ſigſficātib⁹·⁊·ff·e·t·l·i·§·nūcia⁹ h̄ ât edcm̄ non oia opa ↄplectitur ſꝫ ea ſola q̄ ſolo ↄiūcta ſūt q̄ꝝ edificacio vel demolicō videat̄ nouū op⁹ cōtinē·vt·ff·e·ti·l·i·§·h̄ ât edictū· ¶ Fit nūciacō oib⁹ exiſtētibus in edificō·vt·ff·e·t·l·opis noui·⁊·l·ciuilibus·⁊·l·de pupillo·§·ij·⁊ iij·Sꝫ q̄d ſi fiat nūciacō ad ipſū locū neie i edificō exn̄te nūq̄d tꝫ denūciacō ſic·qꝛ ſi null⁹ ſit i edificō p̄t aliq̄s eē p̄ns ⁊ audiē denūciacōez ⁊ dn̄o opis indicaē vn̄ ſufficiat in pn̄ti nūciari·vt·ff·e·t·l·de pupillo·§·iij·⁊ ꝯptēa nō obſtat abſēcia dn̄i opis vt ꝭ·e·c·Cū ex iūncto i pn̄·ↄſcīt ad idē·C·de dāp·iſec·l·dies·§·tociēs·⁊ ff·qꝛ vi·â clā·l·ât·§·i·i ſi· ¶ Quid ſi fiat nunciacō noui operis non tamen in ope videtur qꝫ nulli⁹ ſit momēti qꝛ i re pn̄ti fi dꝫ vt dcm̄ ē· et probatur·ff·e·t·l·ð pupillo·§·ſi q̄s forte ſꝫ oœn⁹ ē qꝫ teneat nūciacō ſicu̇ illa q̄ ſit i re pn̄ti dn̄o opis abſēte ⁊ neie iſiſtēte vt ſupi⁹ dcm̄ ē dī ât nulli⁹ eē momēti nūciacō q̄ ſit dn̄o abn̄te q̄ntū ad ea q̄ ſiūt i ope añq̄ ipſe ad op⁹ r̄ꝺeat n̄ ei oia q̄ fcā ſūt p⁹ talē denūciacōez demoliēda ſūt ſꝫ tm̄ illa q̄ p⁹ regreſſum eius edificat̄ ¶ In nūciacōe noui opis necāriū ē iuramētū ð calūnia ſi tn̄ ab adūſario exigat̄·vt·ff·e·t·l·de pupillo·§·q̄ op⁹ nouū·q̄ð tn̄ dicūt legē illā hodie nō tenē p aut̄ ð h̄ijs qui igre·ad ap·§·vl·col·v·⁊ ſigt̄·C·de iuē iurā·ꝓpt̄ calūpni auc·h̄ ſacm̄tū et i alio autn̄ h̄ ſacm̄ēto ibi eīn dꝫ in inicō litis h̄ ē i ↄteſtacōe litis de calūnia iurandū eē ne ſepi⁹ iuretur Alij ât dn̄t qꝫ illð autn̄ loq̄t̄ de iuramēto qꝫ i ↄteſtacōe litis p̄ſtat̄ vel p⁹ vn̄ qꝫ dīt ne ſepi⁹ iuret̄ ſupplēt poſt litis ↄteſtacōem vn̄ leges que

dicu̅t de iuramento p̄ſtādo ācte litē
ɔt. nō reuocatur p autū ille paſſ.
ff. de noui op. nūc. l. de pupillo. ff.
de dāpno īfec. l. q̄ bo. §. q̄ dāpni ꝛ
§. ſi q̄s ſtipulatur⁹ ꝛ. ff. q̄ ſatiſ. co.
l. de die. §. iubet. qđ tn̄ itelligendū
ē p⁹ nūciacōez cū is cui nūciatū eſt
adit p̄torez vel p̄latū poſtulās ſibi
remitti nūciacōez ꝛ ille de calūpnia
iuret q̄ denūciauit a p̄ncipio ei nō
exigit p̄toris auctoritas. vt. ff. e. ti.
l. i. §. nūciacio. ꝛ. §. ex h̄ edcō ¶ Itē
q̄ nūciat necē h̄z demōſtrare in q̄ lo
co op⁹ nouū nūciat vt ſciat edifica
toꝛ vbi poſſit edificaē ꝛ vbi interī
abſtinendū ē. vt. ff. e. t. l. pupillo. §.
q̄ nūciat. Itē q̄ op⁹ nouū nūciat ſi
q̄d iā opis fcm̄ eſt inteſtacōes re
ferre dz vt ſciat poſtea q̄d fcm̄ ſit.
vt. ff. e. t. l. nō ſolū ¶ Itē modulos
dz ſumē is q̄ nūciat vt ꝓbari poſ
ſit q̄d poſtea edificatū ſit. vt e. l. §.
ſciend̄. Itē q̄ nōīe alieno nūciat
necē h̄z ſatiſdaē rē ratā dn̄m habi
turum vt. ff. e. t. l. q̄ i re. §. q̄ ꝓcurato
rio q̄ locū h̄z ſm̄ q̄ſdā cū de māda
to dubitaƒ ſm̄ alios ec̄ ſi de māda
to ɔſtet ꝛ ē ibi ſpāle ſic ꝛ alibi. ff.
ad trebell. l. q̄dā ¶ Tribꝫ modis
ſit nūciacio p verba. per p̄toris in-
ter ꝛ p iactum lapilli ꝛ in h̄ vltio
mō dicūt q̄dā v̄ba nō debē intuei
re. Alij dicūt v̄ba poſſe intuenīe vt
nūciās ſic dicat nūcio vob̄ nouum
op⁹ p iactū lapilli. ¶ Effcūs nūci
acōis ē vt q̄cq̄d p⁹ ea edificatū fu
erit iure ł iiuria deſtruaƒ. vt. ff. e.
ti. l. i. i p̄n. ꝛ. l. p̄toꝛ. §. i. ꝛ ī. p totū.
vn̄ ſimilia ſūt h̄ q̄ ad h̄ noui opis
nūciacō ꝛ excō q̄ꝛ vtraq̄z tz ſiue fiat
iure ſiue iiuria. vt xi. q. iii. ſn̄ia. In
nūciacōe ē rō ſpreta p̄toris auctas.
In excacōe ɔtēpt⁹ clauiū. ¶ Eſt ꝛ
ali⁹ effcūs denūciacōis nā ſi q̄s v̄
bis nūciat fcīt aduſariū poſſeſſorē
vt. ff e. t. l. i. §. i opis ꝛ. l. ð pupillo
§. memiſſe ſec⁹ ſi p p̄torē ſiue p iac
tū lapilli vt ibidē. Rō diuſitatis h̄
ē q̄ꝛ poſſeſſio ſolo aīo aīttaƒ vt cū
q̄s ſuſpicaƒ ſe poſſe repelli. vt. ff. de
acq̄. poſ. l. poſſideri. §. i amittēda. ꝛ
l. ſi id qđ. §. vlt. Sed q̄ lapillū ꝓi
cit ꝛ ſic nūciat nō p̄tēdit ſignum ti
midi ꝛ fugiētis ſꝫ audacis ꝛ pug-
nati ac poſſeſſoēz defēdē volētis ꝛ iō
nō amittit poſſione ꝛ idē ē cū q̄s p̄
torē adit ł p̄latū loq̄ns ei i audacia
mētis ſue dn̄e tal̄ edificat i meo fa
ciatis eū incōtinēti exire alioquin
iā videbitis q̄d fiet vbi vero q̄s in
huilitate v̄boꝝ ꝛ aregna ꝓpoit edi
ficatori ſtudēs i ōꝛtu ꝛ e xpoliacōe
v̄boꝝ ł ſmois p h̄ ipſū mouē intē
dēs vt de poſſeſſiōe exeat vel i miſe
ria ꝛ depſſiōe q̄dā ſupplicās ꝛ exo
rās vt exeat pdit poſſeſſionē vt dic
tū ē Tercī⁹ effcūs ē vt ſi is cui ē no
uū op⁹ n̄ciatū nolit ſe defēdē trāſfe
ratur in eū on⁹ ꝓbacōis. vt. ff. e. l.
ſi p̄us qđ veꝝ ē ſi nolit defēdē īfra
tres mēſes q̄ ſpāle ē i hac cā. vt ī.
e. c. vlt. C. de edi. p̄ua. l. vl. Prim⁹
et terci⁹ effcūs nūciacōis tollūtur
p remiſſionē. vt ī. e. c. Cū ex iūctō

ſiue ſit exp̄ſſa rēiſſio. vt ꝗ. e. c. ſi no-
uū. ⁊. ff. de remiſſi. l. i. ſiue tacita. vt
ff. e. t. l. i. §. ⁊ pꝰ opis. l. non ſolū. §.
morte.

¶ De p̄uilegijs ⁊ exceſſi. p̄ui.

Oſtēſū ē ſ̄ ti. 2º de exceſſibꝰ p̄-
latoꝝ. nūc agit̄ de exceſſibꝰ
ſb̄ditoꝝ q̄ p̄uilegijs ⁊ indulgēcijs
abutunt̄ vn̄ ſb̄iat̄ h̄ rubca de p̄ui.
et exceſſibꝰ p̄uilegiatoꝝ. ¶ Videaꝰ
itaqꝫ q̄d ſit p̄uilegiū. vn̄ dicat̄. q̄t
ſūt ſpēs p̄uilegioꝝ q̄s poſſit ↄcedē
p̄uilegia. qn̄to tp̄e durat p̄uilegiū
qd̄ p̄uilegiū alt̄i p̄iudicꝫ. ⁊ q̄bꝰ mo
dis p̄uilegia tollant̄. ¶ Priuilegiū
ē bn̄m ↄ̄ ius ↄ̄e ↄceſſuꝫ. Nō ei ē p̄ui
legiū aliq̄d n̄ īdulgeat ſpāle vt ꝗ.
d̄ v̄. ſig̃. abbate ꝗ. e. i bꝫ̄ſ. C. de the
ſau. l. vna li. x. ff. ad munīci. l. i. ff.
dele. i. l. ſi qn̄ xxv. q. i §. vl. ff. d̄ vſu.
et ha. l. diuꝰ. ¶ Priuilegia dicitur
leges p̄uatoꝝ. i. a iure ↄ̄i exceptoꝝ
vt iij di. p̄uilegia. Priuilegia ei ſin
guloꝝ vt ait Jeroꝰ. coēꝫ legē facē
nō pn̄t ut xxvi. q. ij. n̄ exº. ¶ Spēs
p̄uilegioꝝ ſūt due p̄uilegioꝝ ei ali
ud gn̄ale aliud ſpāle. Gn̄ale eſt q̄
corpi l' collegio ↄcedit̄ vt ꝗ. e. c. Cū
et plātare ⁊. c. ſi de t̄ra. ⁊. c. porro. ⁊
c. i bꝫ̄ſ ⁊ in mltis alijs dec̄ ibi poſi
tis l' vniūſitati ut xvij. q. iiij. ſi q̄s
ſuadēte ꝗ. de ſē. ex. ↄtigit ſ̄ de fo. ↄ.
Si diligēti. Itē illd̄ qd̄ ↄceſſum ē
minoribꝰ ⁊ ecc̄ijs ēca ↄ̄dc̄ꝰ l' q̄ſi et
ēca iudicia. vt. ſ̄. de īint. reſti. c. i.
et. ff. e. t. p toti. Itē qd̄ ↄceſſum ē
mulierībꝰ ēca fideiuſſoēs. ¶ Spā

le ē qd̄ pſone ↄcedit̄ ⁊ extīguit̄ cū
pſona. vt. vij. q. i. petiſti. ff. de re.
iur̄. l. p̄uilegia inſti. de iure nā gen.
et ci. §. ſꝫ ↄ̄ p̄ncipi in v̄. plane Alia
ſūt trāſitoia ad hēdes vt. C. de deai.
l. dorothei. ⁊. ff. de re. iur̄. l. p̄uile-
gia ⁊ h̄ realia vocant̄. vt. ſ̄. de iſti.
Cū veiſſent. ¶ Poteſt ↄcedē p̄uile
gia p̄pa l' ipator q̄ ſūt ſui iur̄ ⁊ iu
ribus nō ligant̄. vt. ſ̄. de ↄceſ. p̄b.
c. ꝓpoſuit ⁊. C. de le. ⁊ ↄſti. l. digna.
Cōcedit p̄uilegia ⁊ ep̄s vt. s. de r̄li
gio. domi ↄſtitutus. ⁊. s. de ceſ̄ib. ↄ.
Cū venerabilis xvij. q. ij. vib. s. de
ſē. ⁊ re. iud̄. Cū int̄ vos. dū tn̄ h̄ fa
ciat de ſui capl̄i volūtate. vt. s. de
dō. paſtoral̄ ꝗ. e. c. cū olim. ¶ Pri
uilegiū datū ad eligēdū tanto tp̄e
durat qn̄to tp̄e durat actio ſup q̄
p̄uilegiū indulget̄. Non eñ veriſi
mile ē rōnū potificē naturā actiōis
velle imutare p p̄uilegiū ar. C. de in
offi. teſta. l. qn̄. s. de elec. Ecc̄a vrā
Si vero p̄uilegiū ↄcedat̄ ad eligē
dū excipiēdū ſi nūquā agat̄ nūq̄
excipiet̄ ⁊ ſic p̄uilegium ſēp durat
q̄ꝛ q̄ tpalia ſūt ad agēdū ppetua
ſūt ad excipiend̄. vt no. s. de c̄mie
fal. §. vlt. Sꝫ ſi agatur ⁊ is cui cōpe
tit excepcō ex p̄uilegio nō excipiat
ſiet ei preiudiciū q̄ ad illū actū de
q̄ agitur. vt. C. de epiſ. ⁊ cle. i autħ
p̄ſbit̄. Sꝫ ſi agat̄ de iure ipſius rei
ſup q̄ p̄uilegium ē ↄceſſum ⁊ exci-
piat̄ de p̄uilegio ac in iudicio ex-
hibeat̄ iudex āt ferat ſn̄aꝫ ↄ̄ illud
tunc p̄uilegiū reprobaſſe videtur

Si vo nō fuit exhibitū ꝑtextu p̄-
uilegiū de nouo repti nō dꝫ ſn̄a re
tractari· ꝟ de ſē· ꝛ re· iud· ſboꝛta ī fi·
Et tūc fit p̄iudiciū ī ꝑpetuū in rē iu
dicatā ſn̄a trāſeūte· Itē ſi q̄s extra
iudiᵐ tāto tpe ꝯ p̄uilegiū veniat n̄
vtēs ſuo p̄uilegio vt veriſimile ſit
ipſū p̄uilegio ſuo renūciaſſe puta
ſpaciō xxx· vel xl· ānoꝝ vel vlteriori
pit p̄uilegiū ī ꝑpetuū ꝛ ſic ītelligo
ꝗ· e· c· Accedētibꝰ· ꝛ· c· ſi de t̄ra· ꝛ h̄
vera ſūt ī p̄uilegio ad ius ꝯceſſo· i·
ad agēd̄ l̄ excīpēdū Priuilegiū cō
ceſſuꝫ ad feīm v nico actu ꝯ̄rio tollit̄
vt· ꝟ· de ꝯſti· Cū acceſſiſſent· s· de p̄
bē· ꝑ illoꝝ xi· q· iii· p̄uilegia ar· ad
idē· s· de his q̄ fi· a ma· pte ca· Ex
ore· C· de iꝑē do· ī pe· l· ij· C· de pac· int̄
ēp· ꝛ vē· l· ꝯſſorie ꝫ ſi n̄ intueiat ac
tꝰ ꝯ̄riꝰ ꝫ fieri obmittat̄ qd̄ ex p̄ui-
legio ꝯpetit nō tollit̄ ꝑ decēdiū vt
· C· de nūd· l· i· tollit̄ ꝑ ſn̄aꝫ· vt· s· d̄
ſē· ꝛ re· iud· ſubor· Itē tollit̄ p̄ui-
legiū p̄ᵐ ꝑ poſteriꝰ ſi in poſteriori
fiat mēcio de p̄ori al's nō vt· s· d̄ p̄
ſcp̄· veniens· ꝟ· de offi· dele· Ex pte·
Quid̄ tn̄ dicit nō eē nccariū ꝙ 2ᵐ
p̄uilegiū faciat mencōeꝫ de p̄ᵒ ad h̄
vt p̄ᵐ tollat̄ ꝙ cū p̄uilegia ſint le
ges p̄uatorū vt dcm̄ ē· s· e· §· ij· ꝛ
lex poſterioꝛ tollat p̄orē ꝛ ſi de ipſa
nō faciat mencōeꝫ vt· ff· de leg· ꝛ ſe
na· cōſul· l· nō ē nouū ꝛ id̄ p̄uilegiū
poſteriꝰ tollit p̄ᵐ ꝛ ſi de eo nullā fa
ciat mencōeꝫ vt dn̄t· Ad qd̄ rn̄o il
lud locum hꝫ in legibꝰ ꝯibꝰ ꝛ clau
ſis ī corpe iuris ſecꝰ in p̄uatis ꝛ nō

clauſ· Itē tollit̄ ꝑ abuſū· vt xi· q·
iij· priuilegium· Itē tollit̄ ꝑ ꝯpriā
et exp̄ſſam renūciacōeꝫ· vt· s· de de
ci· nup· Itē tollitur ꝑ ſupioris re-
uocacōeꝫ· vt· s· de decīs ſuggeſtuꝫ·
ꝗ· e· c· dilā· Eo tn̄ ſaluo ꝙ priuile-
gio fori ꝛ tutele clericoꝝ renūciari
nō p̄t· vt· s· de fo· ꝯpe· ſi diligēti· ꝛ
ꝗ· de ſē· ex· ꝯtigit· ꝙ ē ſpāle in illis
al's āt priuilegio publico p̄t q̄libꝫ
in ſuū p̄iudiciū renūciare· vt· s· de
fo· ꝯpe· dilā· Nꝫ obicit̄ pactis pri
uatoꝝ iuri publico derogari n̄ poſ
ſe· vt· ff· de pac· l· ius publicū· Ad
qd̄ rn̄o Ius publicū auc̄te ꝛ vtili
tate pactis p̄uatorū tolli nō p̄t vt
ſi paciſcar ne furti ꝯmittēdi vel in
iuriaꝝ faciēdaꝝ noīe agā h̄ enī ius
ſcꝫ vt maleficia puniātur publicū
ē auc̄te ꝛ vtilitate· Nā publice in
tereſt penā furti ꝛ iniuriaꝝ timeri
et id̄ h̄ ius ꝑ pactū tolli nō p̄t· vt
ff· de pactis ſi vnꝰ §· pctā· ſimilit̄
publice int̄eſt vt ingrātꝰ noīe col
lege cōueniāt̄ ꝛ h̄ ius publicū eſt
auc̄te ꝛ vtilitate ꝛ id̄ ꝑ pctm̄ non
tollitur vt· ff· de admi· reꝝ ad ciui·
pti· l· ij· §· ius rei publice· Ceteruꝫ ſi
ius fuit publicū auc̄te priuatū vti
litate vt niunꝰ tutele vel cure vt in
ſti· de excuſa· tu· ī pri· c̄ca hāc actio
nē tutele vel cure remittendā vel tol
lendā locū hꝫ renūciacio ꝛ pact̄ vt
· C· ꝛ· ff· de pac· ꝛ de trāſac· in pleriſ
qꝫ legibus ibi poſitis Itē ius pub
licū eſt auc̄te ne q̄s trahatur vltra
duas dietas ad iudiciū· Itē ne q̄s

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cōueniatur tpe messiū vel vindemi
arꝝ. Itē ne exne9 eligatur q̄ꝫ diu ꝑ
bone9 i gremio inueniatur ⁊ tn̄ hīs
iuribꝫ ⁊ cōsimilibꝫ q̄ q̄libꝫ studio
suis excogitare poterit p sceip siū locū
bꝫ pctm̄. vt. s̄. de resc̄p. nō nulli in
fi. s̄. de dilac. c. vlt. in fi. de elec. cū
int. In hijs ergo ius p̄uatā ꝯtin=
gēs vtilitatem ꝯstituitur deteri9 ꝑ
pctm̄. vt. ff. de pac. pactū. Sed in
alijs q̄ publicā vtilitatē ꝯtigūt nō
cōstituitur deteri9 vt. ff. d̄ pac. ius
publicū ⁊. l. ius gēcū. §. si paciscar
et ꝓptēa illud ius de q̄ agitur i illa
dec. s̄. de fo. cōpe. dilc̄. ⁊ si eēt pub
licū aucte ꝯstituētis erat tn̄ p̄uatū
vtilitate ⁊ iō poterat ꝯstitui deteri9
ꝑ pctm̄ An āt ꝑ pactū tollatur p̄=
uilegiū masedoiam ⁊ velliani no.
s̄. de fo. ꝯpe. §. nūc r̄stat. ⁊. s̄. de re.
nūc. §. renūciare. Sꝫ pone q̄ i iudi
cio p̄uilegium exhibetur nūquid d̄
ip̄o poterit ordiari9 vel delegat9 iu
dicare videtur qd̄ nō vt. s̄. de iud̄.
Cū venissent qd̄ sic itelligo vt cum
dyocesan9 agit ꝯ aliq̄ ecc̄am iure
ꝯi ecc̄a dicāt sē exēptā ⁊ dn̄o ꝑpe sb̄
eē in mediate ꝓducāt p̄uilegiū de
tali p̄uilegio nō potit iudicari ii ꝑ
ꝑpam ⁊ si ꝑ aliū fuit iudicatū nullū
p̄iudiciū fiet dn̄o ꝑpe. s̄. de int. r̄s.
cū venisset. s̄. de sē. ⁊ re. iud̄. sub ōr.
s̄ de elec. ꝯstitutis tn̄ ⁊ si spōte vo=
lueit nō p̄t p̄uilegiat9 sine lr̄a rō
ni pōtificis renūciare priuilegijs ⁊
idulgēcijs libtatis q̄ mōsteriū vel
ecc̄aꝫ iudicāt ad ius ꝗ ꝓpetatē rōne

ecc̄e ptinē. vt. s̄. de arbi. Cū tpe sꝫ
dicā p̄t q̄ vbi v̄ba priuilegij sunt
obscura vel ābigua ordinari9 vel de
legat9 de ip̄o nō p̄t iudicare. Is ei
int̄pretari p̄t vel declarare dꝫ priui
legiū q̄ ꝯcessit. vt ī. e. c. priuilegia
et ar. s̄. de seq̄stra. poss̄. ad h̄. ī. de
sē. ex. int alia. C. de le. l. q̄uis. ⁊ le
gat9 int̄pretat̄ rescriptū dn̄i ꝑpe.
s̄. de post. ad h̄. ceteꝝ si v̄ba sint clā
et idubitata q̄ indicāt maifeste ec
clesiā fore exēptā iudex poterit iudi
care absoluēdo vel si v̄ba p̄uilegij
sūt ꝓtectionis ⁊ nō exēpcōis potit
condēnaē vt ī. de priuile. recepim9
fateor tn̄ q̄ ꝑpa poterit postea ius
suū ꝓseq̄ si velit vt dicāt illa decre.
suborta i si. Et nō q̄ vbi de priui
legio q̄rit̄ v̄ba illi9 sūt inspiciēda
vt ī. e. c. porro. ⁊. c. recepim9 sic ⁊
cū q̄ritur de hijs q̄ ex testō ꝓficiscū
tur. vt. ff. de trāsac. l. de hijs plus
tn̄ mētē attēdē debem9 q̄ v̄ba. vt
i. q. i. marchion. xxxviij. di. sedulo
ff. dele. ⁊ sena. ꝯsul. l. scire. nō ei sp
verba sectari debem9. vt. ff. d̄ fū.
instru. instrumētoqꝫ lega. l. cū de=
lamonis. §. asina. q̄ prior ⁊ poten
cior ē mēs q̄ vox. vt. ff. de supplec
tile. l. labeo. Sꝫ q̄ de priuilegijs cōi
b9 religiosoꝝ plerūqꝫ q̄ritur ⁊ du
bitatur aliq̄ de hijs tāgam9. Est
igitur sciēdū q̄ tēplarij ⁊ hospita
larij ⁊ cysterciēn ⁊ alij albi mō=
chi hn̄t illud priuilegiū vt soluāt
decīas de hijs t̄ris q̄s ꝓpriis mai
b9 ⁊ sūtibꝫ excolūt. vt. s̄. de deci.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex pte. Qd hodie ē reſtrictū. vt. ſ.
de decīs nup. de hᵒ p̄uilegio ⁊ de ma
teria deciaꝝ dcīm ē. ſ. ḋ decīs. Alij
vero mōchi hn̄t p̄uilegiū i nouali
b⁹ ſuis q̄ ꝓprijs manibꝫ ⁊ ſūptibꝫ
excolūt i ortis ⁊ nutrimētis aialiū ſu
orū vt i p̄dcā dec. Ex parte. leproſi
hn̄t hᵒ p̄uilegiū vt vbicūqꝫ tot ſi-
mul fuerīt q̄ cōi vita ↄgregati q̄ ec
cleſiā cū cimiterio ſibi ↄſtituē ⁊ p̄
p̄o gaudē valeāt p̄b̄ro ſine ↄdictō
ne aliq̄ p̄mittant̄ hre. Itē de ortis
et nutrimētis aialiū ſuoꝝ hᵒ ē de feti
b⁹ q̄s nutriūt decīas t̄ buē nō tenē
tur. vt. ſ. de ec. eo. Cū dicat. Item
ↄē p̄uilegiū ē oim mōchoꝝ. vt ſi q̄s
man⁹ violētas iniciat i ↄfrēz p̄ ab
ſoluciōe ad curiā nō mittat̄ ⁊ idez p̄
uilegiū hn̄t canōici regulares. vt
ꝗ. de ſē. ex. mōchi. ſ. ḋ vita ⁊ ho. cl.
Cū. ſ. idulge⁹. Idē p̄uilegiū ↄpe
tit moialib⁹. vt ꝗ. de ſē. ex. de moni
alib⁹. Itē teplarijs ⁊ hoſpitalarijs
vt ꝗ. de ſē. ex. canoica. talib⁹ igitur
ↄiter viuētib⁹ ſi i canonē illū ſi q̄s
ſuadēte icidāt idubiū eſt eoꝝ abba
tib⁹ ⁊ p̄orib⁹ abſolucōis bn̄ficiū i
ptiri ñ eoꝝ exceſſus difficil̄ extiteit
et enormis vtpote ſi ad mutilacōez
mēbri l' effuſionē ſāguis ē p̄ceſſuz
vt i ep̄m l' abbatē l' p̄orē man⁹ in
iecta ſit violēta. Si vō clauſtralis
aliq̄s i rligioſā pſonā alteri⁹ clau
ſtri man⁹ iiecit violētas p̄ abbatē
ꝓpⁱuz ⁊ ei⁹ q̄ paſſus ē iniuriā abſol
uat̄ q̄ ſi clicū ſclarē paſſiſſent nō ñ
p̄ ſe. ap. abſoluāt̄. vt ꝗ. de ſē. ex. cū

illoꝝ. Itē hn̄t p̄uilegiū teplarij ⁊
hoſpitalarij vt cū ad eccāz venerīt
intdcāz ñ ſemel i āno ad officiū ec
cleſiaſticū admittātur ꝗ. e. c. Cū et
plātare. ſ. q̄ ſi teplarij. q̄ i vna tm̄
eccā ciuitatis vel caſtri fieri p̄t ⁊ ſi
multas hēant i loco eodē. Sꝫ nūq̄d
hᵒ fiet in aduētu vni⁹ vel plurium
et ſi vni⁹ c⁹ qꝫ p̄mi l' maioris Rn̄o
fiat hᵒ i aduētu illius q̄ hᵒ p̄uilegio
vti volet q̄ vtente illo āno nō erit
p̄uilegio loc⁹. Itē hn̄t p̄uilegium
religioſi ⁊ idē puto in q̄libꝫ colle-
gio eccāſtico q̄ ſi in ꝓp̄o ſolo capel
lā ↄſtruxerīt nō ſolū ius p̄ronatus
acquirūt qḋ i p̄ntando ↄſiſtit ſed
eccā ē eis ſbiecta in oib⁹ t̄palib⁹.
vt no. ſ. de locis reli. in p̄n. cū laici
et clerici ſingulariſ̄ eccās cōſtruen
tes vel dotātes ſolū ius p̄ronat⁹ ac
quirūt. vt. ſ. de iure pa. nob. Itē
ſūt q̄dā q̄ tale p̄uilegiū obtinēt vt
non p̄nt ſuſp̄edi intdici vel excom
ab aliq̄ Archiep̄ō vel ep̄ō. qḋ p̄ui
legiū ſi rōne loci ↄceſſum eſt clerici
delinq̄ntes in loco p̄uilegiato vel ē
ca rē p̄uilegiatā puniri ab ordina
rio non p̄nt niſi notorium eſſet de-
lictū in quo oē p̄uilegium ceſſat vt
ꝗ. e. t. pentib⁹. ⁊. c. tua. Nā ceſſat
auxilium iuris ↄis ſcꝫ appello. ſ.
de appel. Cū ſit rōna. ⁊. c. pueit. C.
q̄ꝝ ap. nō re. l. ij. ceteꝝ ſi alia bn̄fi
cia habeant vel alia loca in quib⁹
vel circa que delinquūt priuilegiūz
non habet locum. vt ꝗ. e. c. Cum ca
pella. ⁊. c. quoniā per confeſſionez

Item quidam habent priuilegi=
um vt tempore generalis interdic
ti liceat ſuis confratribus non ex=
cõmunicatis vel interdictis nomi=
natim eccleſiaſticam concedere ſe=
pulturam quod de quibus confra
tribus intelligendum ſit legitur·
ꝗ·e·c·vt priuilegia· Item non nul
lis religioſis eſt indultum vt cum
cõmune terre fuerit interdictum ex
cõmunicatis ⁊ iterdictis excluſis
poſſint ianuis clauſis ſuppreſſa vo
ce ⁊ non pulſatis campanis diui=
na officia celebrare qd ad epiſco=
pos hodie eſt extenſum· Sed illo
priuilegio tunc vtentur cum cau=
ſam aliq̄ non preſtiterit interdic
to vel aliquid fraudis īgeſſerit·vt
ꝗ·e·c·non nullis· cum enim cauſaꝫ
preſtant ceſſant a diuinis ſicut et
ceſſant cū ꝓpter eoꝝ exceſſus poni
tur interdictū ꝗ·e·c·petiſtis ¶ Que
rūt frequenter religioſi quomodo
ſubmiſſa voce· Ad quod reſpōdeo
ſcilicet legendo ⁊ non cantando vel
ſi cantando aut legendo ita plane·
vt ab alijs qui ſunt extra eccleſiaꝫ
audiri non poſſint ¶ Item predi
catoribus ⁊ minoribus eſt indul=
tum vt vbicumqꝫ fuerint ſine par
rochialis eccleſie preiudicio cum
altari viatico valeant celebrare qd
eis licet ſine licencia prelatoruꝫ·vt
ꝗ·e·c·in hijs ¶ In ſumma ſcienduꝫ
eſt ꝙ non oēs confratres religioſo
rū vti dnt ꝓuilegiis ⁊ libertatibus
eoꝝ ſꝫ illi q̄ oio ſe trāſſert ad eoſ dē

vt ꝗ·e·cum ⁊ plantare·§· de confra
tribus· ⁊ ꝗ·e·c·pl'·ſicut nec dicit
quis de numero militum priuſq̄ fu
erit inter eos vt·ff·de mili·teſta·l·
ex eo ⁊ miles ſi cum meatu accep
to remanet in domo ſua non habꝫ
priuilegiuꝫ abſentis cauſa rei pub
lice· vt·ff· quibus ex cauſis ma·l·
miles· Illi tamen confratres ad=
huc in ſeculo remanentes priuile=
giorum ordini ſunt oblati vt qui
eis ſua dona dederint inter viuos
retento ſibi q̄ diu vixerint vſuſfruc
tu recipi poſſunt ad eccleſiaſticam
ſepulturam apud religioſos tem=
pore interdicti ꝗ·e·vt priuilegia·
¶ Item notabis ꝙ non omnis ce=
ſualis romane eccleſie eſt exemp=
tus nam aliquādo cenſus ſoluitur
ad indicium libertatis aliqū ad in
dicium ꝑcepte ꝓtectionis·vt ꝗ·e·
recepimus ¶ Item per inuocacio
nē priuilegij nichil noui iuris acq̄
ritur ſed vetus tantūmō ꝯſeruatur
vt ꝗ·e· Ex parte· ⁊ licet hoc per im
ploracōnem officij petatur ⁊ fiat ſi
tamen pars contradicat aduerſa i
nouacio fieri nō debet niſi cauſa
contradictionis audita vt·ſ· de cō
fir·vti·vel inuti·Cum dilecta ⁊ ac
cedunt ad hoc ſimilia bona·ff· de
aboli·l·nam ita diuus·ff·de mino·
l·cauſas ·C· de auc·pra·l·vlti·ff·de
na·reſ·l·ij·C· ſi minor ſe·ab heredi·
abſti·in auc·ad hoc·

¶ De purgacione canonica·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAcǀtenꝰ tractatū ē i hͦ libro
de delictis ꝛ exceſſibꝰ Nūc qꝛ
in hijs ſepiꝰ ad purgacōez puenī
tur · iō ſbiciť hͦ rubca de purgacōe
canoica · ¶ Videaꝰ igiť q̄d ſit pur
gacō · q̄t eiꝰ ſpēs · An indicēda ſit
purgacō · q̄liť faciēda · q̄s nūs pur
gatoꝝ · ꝛ an purgatꝰ ſup eo de q̄
ſe purgauit valeat accuſai · ꝛ q̄ ſit
pena deficiētis i purgacōe · ¶ Pur
gacō ē de obiecto c̄mie inocēcie oſtē
ſio · Spēs purgacōis ſūt due cano
nica ꝛ vulgaris Canoica ſit p iura
mētū vulgaris p ferꝝ candēs p du
ellū p aquā frigidā ſiue buliētē Ca
noica approbať vulgaris reproba
tur vt ij · q · v · mnōma ꝛ̄ · e · c · ex tua
rū ꝛ̄ · t · px · p totū ¶ Purgacō indi
cēda ē īfamato de c̄mie dūmō īfa
matꝰ ſit apud bonos ꝛ g̃ues ꝛ īfa
mia nō habuerit ortū ab inimicis
vt ꝛ̄ · e · Cū iuuētute Nā ꝗuis gn̄a
liť rōe c̄mis purgacio indicať ibi
ciť aliqn̄ rōe defcīs · vt ꝛ̄ · e · t · c · Ac
cedēs · Aliqn̄ ꝓpt ſurrepcōez vt · ſ̄ ·
de of · ord · Ex pte aliqn̄ imere cum
libꝫ purgacō idicatur vt videtur ſ̄
de ſē · ꝛ re · iudi · Cō ad ꝯſultacōez
ſm̄ vnā lecturā · ¶ Forma purga-
cōis hͦ ē qꝛ iurabit īfamatꝰ ſe innu
nē a c̄mie q̄ īfamať purgatōes iurā
būt ſe credē veꝝ illū iuraſſe · vt ꝛ̄ · e ·
q̄ acēs ꝛ · c · vlt · Aliť āt deponē non
deberēt ne ſciret anceps pīurium
vt · ff · de in litē iurādo · l · videaꝰ · ꝛ
ff · rerum amota · Marcellꝰ ¶ Nūs
q̄ purgatoꝝ ē ut eps ſe purgꝫ cū xij
ordīs ſui · ſacdos cū ſex · diacoꝰ cū t
bꝰ ut ij · q · v · oibꝫ ſiliter · ꝛ · c · pbr ſi
a plebe · Vnᵉ ¶ Pōtificē parū ma
nꝰ purgat duodena · ſex̄ ſacdotē le
uitā t̄cia purgat Quē plebs īfamat
purgabiť i maifeſto Quē clerꝰ an̄
cloꝝ ſua ſit purgacō p̄ſto · vbi em̄
ꝯtigit malū ibi moriať vt ij · q · i · ſi
peccauit · hodie nūs ꝯpurgatoꝝ ar
bitrariꝰ ē iſpcā pſone q̄litate ꝛ īfa
mie q̄ntitate vt ꝛ̄ · e · c · Cū iuuētute
ſ̄ · de accu · Cū p · ꝛ ij · q · v · oibꝫ i fi ·
et iō adiciūť alij vſꝰ hͦ · Hodie iu
dicis ābitro r̄ſtat maior maioi mi
noꝛ ē adhibēda mioi · Nūc videaꝰ
an purgatꝰ poſſit ſup eo de q̄ pur
gatꝰ ē accuſari ꝛ i hͦ dicūt q̄dā ꝙ ſi
accuſacōe p̄cedēte purgacō idicať
purgatꝰ iteꝝ accuſari nō p̄t · ſ̄ · de
accu · ō hijs xxiij · q · iiij · ſi illic · ne ō
hꝰ hois fcō ſepiꝰ q̄rať · ff · nau cau ·
ſta · lꝫ p̄terq̄ꝫ i caſibꝫ · ff · de p̄uari · l
iij · ff · de accu · ꝫ cū § · hijſdē · ſecꝰ ſi
nulla accuſacō e p̄cedēte nā tūc poſt
purgacōez denuo poterit accuſari
ar · ij · q · v · hꝫ hͦ ꝓpū · ꝛ · c · mēnā Ibi
eī purgatꝰ ſe purgat ſi tn̄ ceſſauit
accuſatoꝛ ꝛ ſi nullꝰ eū accuſet inuit
gͦ ꝙ pꝰ p̄mā purgacōꝫ admittať
accuſacio ar · ad idē · xxxiij · q · ij · ad
monē vbi q̄s pꝰ p̄mā accuſať Itē
ſic pꝰ abſolucōez iudicis purgacio
ita pꝰ purgacōꝫ admittēda ē accu
ſacō · ſ̄ · de accu · veniēs · Alij vō dicūt
ꝙ ſiue accu · p̄cedēte ſiu non purga
cio indicatur purgatus de eo-
dem non poterit iterum accuſari ·

q̄ꝛ ſacĩmētū ē maioris auctis ꝙ ſmīa
vt. ff. de iure iurā. l. ij. ⁊ iuramentū
bō fide exactū ↄſuīt actionē ꝑplare
ut. ff. e. t. l. eū q̄. §. in ꝑplaribꝰ. pu-
to ꝙ purgatꝰ nō poſſit accuſari ſu
per eo de q̄ ſe purgauit n̄ accuſans
ſuū dolorē ꝓſeq̄tur doceat ⁊ ſuam
purgacōez indcāz ſe ignōraſſe ar.
ad h̄. ff. de accu. ſi cui. §. h̄iſdē. ⁊. s̄
q̄ ma. accu. poſ. Cū ī tua vel n̄ velit
ꝓbaē deieraſſe purgatū ꝙ fieri p̄t
cū iuramētū ſit iudiciale ⁊ ↄ̄ iuraᵐ
iudiciale ꝓbai pꝰ ſit vt ff d̄ iu iur.
admonēdi. ¶ Reſtat vidē q̄ pena
iponēda ſit ei q̄ deficit ī purgacōe ī
q̄ regulā trado ſic q̄s puniret de cri
mie de q̄ ipetebaꝫ ↄſideāto mō agē
di ſic puniet ſi ī purgacōe deficiat
vn̄ ſi p modū accuſacōis agebaꝫ
de c̄mie ⁊ deficiēte accuſatore pur-
gacō indicaꝫ ſi purgādꝰ ī purga
cōe deficiat deponeꝫ. vt ꝗ. de ſymo-
de h̄. ⁊ ꝗ. e. c. inꝫ ſollicitudies in fi.
Sz ſi velis dicē ꝙ illa decre. inꝫ lo
q̄tur ī inq̄ſicōe nō ī accuſacōne tūc
dices ꝙ ibi inq̄ſitū fuit de enormi
c̄mie ſcz de c̄mie h̄ēſis d̄ q̄ eē p mo
dū inq̄ſicōis faciēda fuiſſet depoſi
cio p̄t ſolēnē exauctorizacōez rei p
modū illū ↄuicti. ut s̄ de accu. inq̄.
et s̄ de ſimo. p tuas. ⁊ ꝓptēa eadē
pena ipoīꝫ ex defcū purgacōīs q̄
ex īq̄ſicōe deſcēdit ꝫ aliq̄ntulū ob-
ſtat. s̄ de ſimo. inſinuatū vbi defec
tꝰ purgacōīs deſcēdētis ex inq̄ſicōe
ſup ſimoīa q̄ ē enormis ut s̄ de ac.
inq̄ſi. iduāt tm̄mō p̄uacōez a b̄nfi
ciis. ¶ Ad qd̄ r̄nō ibi plimi erāt ⁊ iō
g̃ue erat depoī oēs ut s̄ d̄ cle. ex mi-
latoēs. ¶ Si vō c̄mē ꝓponaꝫ ī mod̄
excepcōīs ↄ̄ aliquē vt a b̄nficō exclu
daꝫ defcūs purgacōīs deſcēdētis d̄
c̄mie ſic ꝓpoſito excluſionē a b̄nfiᵒ
induāt. ut. s̄. de accuſa. c. A cœdes

¶ De purgacōe vulgari.

Dictū ē s̄ de purgacōe canoni
ca. nūc dicaꝫ d̄ purgacōe vul
gari. ¶ Vidēdū ē igiꝫ q̄d ſit vulga
ris purgacō. quaē ſit ꝓhibita. an
hm̄oī purgacōī ſteꝫ. ¶ Eſt igiꝫ ſci
endū ꝙ huiꝰ purgacō dr̄ quē ſibi
vulgꝰ īſtituit ſcz p duellū aquā ⁊
ignē. vt ꝗ. e. p totū. ij. q. v. mōchiā
mēnā ↄſuluiſti. Triplex āt ē rō q̄re
hm̄oī purgacō ꝓhibeꝫ. Prima q̄ꝛ
h̄ fcā fuit iuidiā fabcāte vt ī. c. mē
nā. Secūda q̄ꝛ deꝰ ī ea tēptari vi
deꝫ. ut ꝗ. e. c. vlt. Tercia q̄ꝛ plerū-
q̄z inocēs ↄdēnaꝫ ꝗ. e. c. ſignificātibꝰ
deꝰ āt tēptari nō dꝫ ut xxij. q. ij. q̄re
et officiū athletaꝝ hodie r̄probaꝫ
eē ſᵐ leges. ut. C. de gladiaꝫ. l. i. li
xi. lꝫ ſit ar. ↄ̄. ff. ad le. aq. l. q̄ accē.
§. ſi q̄s ī colluctacōe. ¶ Vltio modo
vidēd̄ ē an ſmīa q̄ ex tali purgacōe
vel ꝓbacōe ↄſurgit detecto errore
valeat r̄tractari. Ad qd̄ dico ꝙ ſic
q̄ꝛ taꝫ ſmīa lata ē ↄ̄ ius ſcp̄tū ⁊ idō
nulla. ij. q vi. §. diffinitia ī v̄. ſi ſmīa
et. C. de ſē. ⁊ inꝫ lo. om. iud̄. l. ꝓlataꝫ
vel dico q̄ retractaꝫ aliq̄n ſmīa vei
tate ↄpta. ut. ff. de condic. ſine cā. l.
ſi fullo q̄nq̄z ꝓpter delictū aduſarij

vt. ff. de iure iurã. admonẽdi l. dic
q᷑ ppt pbabilẽ errorẽ sĩia reuoca
tur vt s. d̉ frigid. ⁊ mal. Fr̃nitatis
in fi. ⁊ ff. qñ actio de pe. ẽ añ. l. i. §.
vlt. xxxv. q. ix. sĩnr̃. ⁊ c. gue.

De iniurijs ⁊ dampno dato.
Ractatũ ẽ s. d̉ crĩib⁊ ⁊ excessi
b⁊ ȝ q᷑ ex hijs iniurie pue
niũt ⁊ dãna freq̃nc⁹ inferũtur ido
sbseq̃t h rubca de iĩuriis ⁊ dãpno
dato. Videndũ ẽ igr̃ q̃t modis dicat
iĩuria. q̃s possit iĩuriã face. q̃b⁊ mo
dis fiat. cui dee h actio ⁊ ɔ q̃s. i. qñ
tũ dee. ⁊ q̃l fit pena videbi⁹ d̉ dã
no dato. Gñalit iĩuria dr̃ oẽ qd̉
iure nõ fit. Specialit ãt dr̃ iĩuria ĩi
q̃tas l' iĩusticia iudicãtis q̃si ius ini
quũ ex eo dcã q̄ iusticia ⁊ iuẽ caret
dr̃ ⁊ iniuria culpa vt i. l. acql. dr̃ i
iuia ɔtũelia ut insti. e. t. in pn. ⁊ ff.
e. t. in pn. ⁊ l. apd̉ labeonẽ. §. ɔuici
um. ⁊ §. abduxisse Pñt face iniu
riã q̃ ⁊ pati pñt qd̉ fallit in furiosis
⁊ pueis ñ doli capacib⁹ q̃b⁹ iĩuia
fieri pt ipsi ãt alijs facẽ ñ pñt vt ff
e. t. l. id qd̉ ⁊ xv. q. i. illud. Fit ãt
iĩuria tb⁹ modis Re verb ⁊ lrĩs Re
cũ man⁹ iferunt ut. ff. e. t. l. i. §. iĩu
riã. verb q̃ñ oés man⁹ nõ iferunt ȝ
ɔuiciũ fit ut. ff. e. t. l. i. §. verb ⁊ e. c
oli. Quid ãt fit ɔuiciũ ⁊ quõ l' q̃lit
fiat legit. ff. e. t. l. Itẽ apud labeo
nẽ §. ɔuiciũ. lrĩs cũ ad ifamiaȝ alicui⁹
libellũ l' carmẽ famosũ ɔficit l' ɔscri
bit l' edit. ff. e. t. l. Itẽ apd̉ labeonẽ
§. Itẽ ait ptor ne q̃d ifamãdi cã cũ
seq̃ntib⁹ §. ⁊ v q i q̃dã maligni d̉
q̃ agi pt crĩialit ṗ leges scȝ ad pe
nã capitis tã ɔ illũ q̃ fecit q̃ ɔ ipsũ
q̃ iuẽit ñ corrũpit l' ɔbusseit l' nulli
reuelauit iuẽtũ ut. C. de famo. li. l. i.
⁊ v. q. i. si q̃s famosũ pt ⁊ cĩlit agi
iĩuriar̃ sic dcm̃ ẽ ṗm canões q̃ libel
lũ faõsũ ɔficit flagellat ⁊ excatur
vt. v. q. i. q̃ in alteri⁹ ⁊ c. hũ q̃ ȝ si
ctũ eẽt q̃s ɔfecit pt accusai ⁊ depo
ni cũ sit gue pctm̃ ⁊ accusacõe ⁊ dã
nacõe dignissimũ. xxv. di. nc ãt. In
iuriar̃ actio datur iĩuriã passo pa
tit ãt q̃s iĩuriã i se ipõ i filio quẽ hȝ
in ptãte insti. e. t. §. patitur. ⁊ epũs
in cliĩs ⁊ abbas in mõchis simi
litudis rõe. Itẽ patit q̃s iĩuriã in
ṗuo si ad sugestiõeȝ dñi ci ec leuis
iĩuria fiat l' ñ ad suggulacõem dñi
atrox. vt insti. e. t. §. ṗu⁹ ãt. ff. e. t.
apud labeonẽ. §. ptor ait ⁊ §. si q̃s
Itẽ patit q̃s iĩuriã in vxoẽ q si sit
filia fami. tb⁹ psõis dat actõ mu
lieri passe iĩuriã pri ⁊ viro nec vna
actio ɔsũitur p aliã Sȝ si fiat iĩu
ria viro actio ñ dat vxoi q᷑ vxoẽs
a viris nõ vi uxoib⁹ defẽdi equũ ẽ
ff. e. t. l. i. §. ult. ⁊ l. ii. ⁊ spõso dat
iniuriar̃ actio si iĩuria fiat spõse.
ff. e. t. l. Itẽ apud labeonẽ. §. spõsũ
q̃ȝ qd̉ intelligo i spõsa de pñti Itẽ
dat iĩuriar̃ actio hẽdi ppt iĩuriã
irrogatã cadauẽ defũcti c⁹ hẽs exis
tit l' si fama defũcti fuit lacessita vt
ff. e. t. l. i. §. p semetipõs. Nõ solũ
ãt iniuriar̃ actio datur ɔtrã eum
qui percussit sed etiam contra eum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui dolo fecit ł curauit vt cui mala
pugno pcutetˀ vt iſti·e·ti·§·nō ſo
lū·§·ſi mādato·ꝗ·§·paulus ¶ Eſt
āt ſciendū ꝙ cū ī hac actiōe ſaciēda
ē ꝯdēpnacō pecuiaria ſic puenitˀ ad
eā nā poſtꝗ̄ de iiuria fuit in iudicō
fcā fides iudex deferet iuramētuꝫ iīu
riā paſſo vt iuret qn̄tū vellet dediſ
ſe de ſuo ꝑuſꝗ̄ talē iniuriā patetˀ ꝗ
qꝛlꝫies aioſe iurārēt ꝑus iudex tax
abit ctā qn̄titatē ꝗ̄· quā iuretur in
q̊ ꝯſiderabit q̄litatē ꝑſone iniuriā
paſſe· Nā ſ͛m ḡdū digtatis viteqꝫ
honeſtatē creſcit ac minuitˀ eſtiacō
iiurie vt iſti·e·§· pēa ꝗ ſimilˀ taxa°
fit al·iij·q·iiij §·ſpacium v̍·ꝙ fieri
C vñ vi·ſi qn̄·ſ̄·ꝙ met⁹ cā·c·vlti·
ꝫ p⁹ ꝯiuratū fuit nō licebit iudici ī
miori qn̄titate ꝯdēnaē·C de iud̄·auc
hodie ꝗ ī auc̄ de iu·§·oꝫ col·vi·ꝗ ſic
itelligo ꝗ̄·e·oliꝫ Hec actio famoſa ē
vt·ff·de hijs q̄ no·iſa·l·athletas §·
vlt·ꝗ·C ex q̊bꝰ cau·iſa·irro·iiuriaꝝ
et·ſ̄·de ſē·ꝗ re·iud̄·cū te ¶ Reſtat
vidē de dāno dato· Videndū ē igitˀ
q̄d ſit dānū cui ꝯpetat actio de dāp
no·ꝗ iqn̄tū·ꝗ q̄litˀ· Dānū ē dimiu
cio ł adēp̄cō pmonij·vt·ff·de dāp·i
fec·l·iij ¶ Dānu āt datˀ ā ī pſō hoi
mis ā ī beſtijs ꝛ alijs rebꝰ ſi ī hoīe ā
ī libo ā ī ſuo ſi ī libo ut qꝛ pcuſſus
et ī pſō leſus agitˀ ad ip̄eſas fcās ī
medicos ꝗ̄·e·c·i· Dabitˀ āt libo ho
vtilˀ actio legis acq̄l·non dircā qꝛ
mēbroꝝ ſuoꝝ nemo ē dn̄s·ff ad le·
acq̄·l·liб hō ꝗ deformitatis rō non
hēbitˀ qꝛ libm corp⁹ nō rapit eſtia

cōez·ff·de hijs q̄ de·ł effu·l·i·§·hi
fcm·ff ſi q̄dru·pau·fe·dicatˀ·l·ex h
ff·ad le·rod̄·de iac·l·ij·§·corpm·ſi
v̍o ſu⁹ fuit vulneāt⁹ tenetˀ vulnēa
tor dn̄o ſui ī qn̄tū ſuuꝫ detiorē fe
cit·ff·ad le·acqui·l·ſi ſuuꝫ·§·rupiſ
ſe pt ꝗ lib hō pcuſſus agē iiuriarū
ex·l·cornel·q̄ ī trbꝰ caſibꝰ locū hꝫ cū
q̄s dt ſe pulſatū v̍beratū domū ue
ei⁹ vi itroitā·ff· de iiur̄·lex cornelˀ·ē
āt dīa itˀ pulſare ꝗ v̍berare pulſam⁹
ſine dolore v̍bera⁹ cū dolore· vt ī e·l·
§·int ꝫ actio legis ac· hero· datˀ di
rcā·i· dn̄o rei ī q̄ dāpnū datū ē·ff·
ad le·acquil·l· Itē mela·§·legis·
noīe v̍o dn̄i ꝯtinetˀ hēditas· ffe·t·
lib hō·§·ſi ſu⁹ vtilˀ ā datur bone ſi
dei poſſeſſori ꝗ fructuario vt ī·l·p̄dcā
Itē mela·§·ſi ſu⁹·ꝗ·§·vlt· Itē cū
q̊s foueā ł cyſternā apuit in loco
aliq̊ ꝗ aīal vicini cecidit qui foueā
fecit rēddet p̄ciuꝫ aīalˀ mortui ꝗ aīal
mortuuꝫ erit eius· vt ꝗ̄·e·c·ii·ꝙ ve
rū ſi fouea ī publico apiatˀ ſecus ſi
in ꝑuato·ff·e·t·qui foueas· Qn̄do
āt aīal alicuius dānuꝫ dat ſi motū
ſit ad dāpnum dādum ꝯ̄ naturaꝫ
ſui gn̄is tenetˀ dn̄s vel dare qđ no
cuit ꝑ noxa·ł reſtituē dānuꝫ vt ꝗ̄·e
ſi bos cornupeta ff ſi q̄dru·pau·fe·l
i·§·ꝗ gn̄aliter·ꝯ̄ naturam ſui gn̄is
mouetur bos ſi cornu petat ſeruuꝫ
meum boues eñ preſertim domiti
ſolent manſueti eſſe non cornupe
te ſecus enim eſt in equo dolo
re concitato vel ab aliquo ſtimu
lato calce feriente· Nam tunc

ceſſat actio de paup̄ie ꝯ dn̄m ⁊ agi
tur actiōe i fcm̄ ꝯ illū q̄ ꝯcitauit vt
ff· ſi q̄dru· paup· fe· l· i· §· ⁊ gn̄alit
et· ff· ad le· acq̄l· l· ſi ex plagis· §· q̄
dā· ꝫ aliud ē ſꝫ equ⁹ ab alio olſcāis
calce reiciat ⁊ dānū det qꝛ tūc dn̄s
eq̄ tenet̄ de paupie· vt· ff· ſi q̄ pau·
fe· l· Agathoſa· Actio legis acq̄lie
in ſimplū dat̄ ſꝫ i h̄ ſimplo nō ſolū
corpis i q̄ dānū datū ē fit eſtiacio
ſꝫ ꝯputātur oēs vtilitates corpi ad
hēntes ⁊ eē extrīſece vt ꝓbant̄ h̄
inſtitu· ad le· acq̄· §· illō· ff· e· ti· vt
ait lex ⁊ l· ꝓiō· ⁊ l· iñ neracı⁹ R̄ꝫ° i·
§· ide iul̄· ſcribit· creſcit h̄ actio p i
ficiacōez· vt· ff· de peti· hēō· Itē re
miūt· §· cū p̄dixi⁹· ff· ad le· acq̄· l· iñ
neracius· §· h̄ actio· ff de iuē iurā· cū
q̄· ¶ In ſūma ſciēdū ē q̄ oli erāt t̄a
capita l̄ capittula leg̃ acq̄lie ſꝫ ho
die ſblato ſcd̄o remanēt duo tm̄ ⁊
ex p̄° capite agit̄ de hoie ocaſo l̄ q̄
drupede ocāſa q̄ pecudum nūo ē ⁊
gregatī hētur vt ſunt boues oues
capre muli eq̄ aſini ⁊ ſues canis āt
int̄ pecudes nō ē ꝫ nec beſtie i nūo
pecudum ſūt vt vrſi leōes panthe
re elephātes āt ⁊ cameli q̄ſi mixti
ſūt nā iumentoꝝ opaꝫ p̄ſtāt ⁊ nā
coꝝ fera ē ſꝫ qꝛ i eis nā p̄ualꝫ benig
nior in p̄° capite ꝯtinētur vt cū ex
p̄° capite agit̄ eſtiat̄ res q̄ñti plu
rimi fuit eo āno retro in q̄ venient
oia ꝯmoda q̄ rē faciūt p̄ciōſiorē vt
ꝓbant̄ h̄ oia iſti· ad le· acq̄· i· R̄ꝫ°
et· §· q̄ āt· ⁊· §· de hijs v̄bis· ⁊· ff· e·
l· ij· ⁊· l· ide neracius· §· in ſūma· In

t̄cio capite de oi dāno cauet̄ q̄d ho
die ē 2ᵐ ſiue dānū q̄s dederit qꝛ iuſ
ſerit fregerit l̄ rupit ⁊ in h̄ capite
fit eſtiacō q̄ñti res plurimi fuit īt̄·
xxx· dies retro inſti· e· t· §· capite· ⁊
ff· e· t· l· ſi ſuus· §· t̄cio capite ⁊· §· ſe
q̄nti ⁊· §· inq̄d lex· ſꝫ ſi q̄ras q̄re ma
ior fit eſtiacō in p̄° capite q̄ i ſcd̄o
qꝛ in p̄° q̄ñti res plurimi fuit āno
In ſecūdo q̄ñti res plurimi fuit īt̄·
xxx· dies retro in p̄° capite agit̄ d̄
ocāſo In ſcd̄o de rupto ⁊ iō qꝛ ma
gis peccat̄ in p̄° capite q̄ in 2° ma
ior iponit̄ pena vt· ff· de offi· preſid̄
diu⁹· q̄s ei dubitat ſceleracius eſſe
pcīm q̄d ḡuius iudicat̄ vt xxiiij· q
i· nō afferamus hec due actiōes re
tro reſpiciūt ſic ianus de q̄ dicatur
iane biceps āni tacite labēti⁹ origo
tu ſol⁹ ſuſcepis p⁹ tua terga vides

¶ De penis·

Dictū ē ſ̄ d̄ crīmibꝫ ſꝫ qꝛ p crīmi
bus pene debent̄· ic̄ ſbiicit̄ h̄
rubica de pe̅is· ¶ Videdū ē igit̄ q̄d
ſit pena· q̄t ſūt ſpēs penaꝝ· q̄ q̄bus
inferri debeāt· a q̄bꝫ ⁊ ex q̄bus cau
ſis extenuent̄ ⁊ q̄ delinq̄ntes a pēa
excuſēt̄ ¶ Pena ē delictoꝝ debita
cohēcō Duo ſūt gn̄a pēaꝝ q̄d ei pēe
iferūt̄ pſoi⁹ q̄d i rebus ſꝫ odio p
ſonaꝝ ⁊ q̄ in pſonis inferēde ſūt cō
mutari nō dn̄t in penas reꝝ nō eñi
res ſūt q̄ delinquūt ſꝫ q̄ res poſſidēt
ſed q̄dā rēi p̄cant ordinē cū eos q̄
dā q̄ digni ſūt pena dimittūt illos
aut auferūt res alios ꝓ illis pu·
niētes q̄s lex forte ad ſucceſſionez

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coꝝ vocauit vt i autn̄ de mā·pn·§·
oz·coll·iii·vn̄ ꝑ cmibꝫ nō ſūt pene
pecūiare iponēde ꝗ·e·c·lz·xvi·q·vi
illō·nec obſtat ſ̄·vt lite n̄ ɔt·qm̄
§·vlt·vbi dī ꝙpena que magis ti
met̄ iponēda ē ɔtūaci ſcz miſſio in
poſſeſſionē vel exco·Nā qlibz illaꝝ
debita ē ⁊ ordinaria ꝑ ɔtuacia ꝙ
uis ordiatum ſit vt fiat miſſio ſic
loci hēat·ſ̄ vt lite nō ɔt·Tue·caſu
alit tn̄ pena in pſonā iferēda ɔſti
tur i penā pecūiarā ut ſ̄·de iud·poſ
tulaſti·ſ̄·de rapto·i archiepatu ſʒ
ɔnuſo pene pecūiarie ɔmutant̄ i
pēas corpīs ſi hn̄ q danādi ſūt iuei
unt̄ iopes·vt xij·q·ij·Frnitas xiiij
q·vi·ſi res aliena·ff·de iuriſdic·ō·
iudi·ſi qd·§·i ſuos·ff·de iius·vo·l·
vlt·§·libt·¶ Pene q iferūtur ꝑ
ſoīs ſm̄ iura canoica ſūt hec ſuſpē
ſio excō depoſicō intruſio carcera
cio ⁊ vberacō de qbꝫ tribꝫ pmis pe
nis legit̄ xxiij·q·iiij·forte·de itruſi
one hēs lxxxi·di·deide·ſi qs xvi·q·
vi·de lapſis xxvij q·i ſi q mōchaꝝ
⁊·c·ſi qs rapuit ꝗ·e·tue·de icarcera
cōe hēs·ſ̄·depoſi·ꝗuis·ſ̄·de apoſ·
A nobꝫ ꝗ·de vbo·ſig·c·nouit·de vl
tia legit̄ v·q·v·illi q·vi·q·i·§·veꝝ
in ſi·iiij·q·iij Jtē in criali v·ſi ea
rei cōdiac xxiij·q·v·cācellˀiones·
¶ Pene q iferunt̄ i rebꝫ ſʒ odio ꝑ
ſonaꝝ ſūt miſſio i poſſioñē rei peti
te ꝑ mō debiti declarati·ſ̄·vt lite n̄
ɔt·Qm̄·ſ̄·de eo q mit·in poſſeſ·cā
rei·ſ p to· Jtē pua° a bn̄fi° ut·ſ̄·
ſ̄ cle·ɔiu·ꝑ to·reꝝ oim̄ ɔfiſca° ſ̄ ſ̄

iudeis ⁊ ſarra·ita qudā·⁊·c·ad li
berādā ⁊ ſic eccā hʒ pſcpcōez exiliū
relegacōez depōrcōez·l·di·acœdes
ij·q·vi·biduū·xvi·q·i·§·nouaꝝ·⁊
in·l·placz·Sʒ differt int̄ ſe iſta ſi
cut in iſtis vſibꝫ ɔtinetur·¶ Exul
abit ſine ſpe prie reditusqz reiqz·
¶ Juſcptꝰ manz ꝑpria ſʒ re ſpoliat
Amittit pſcptꝰ opes nec poſſe ruīt
Qui ſʒ relegatꝰ ſua cū remeabit
hebit· Punit iudex eccāſticꝰ i expē
ſis ſui i diff itā ut ꝗ·e·c·calūnia ſi n̄
cit ſ̄ de ap·rephēſibil ſ̄ de ſeqſ·ad
h·ſ̄·de dolo·⁊ ɔtu·Cū dilcōs in ſi·
ſ̄ de ꝑc·auditis· Jtē ipoit mulctaz
pecūiarā ɔtūaci ꝗ·e·dilcīs· Nā oi
bꝰ ingrātibꝰ hꝰ pmiſſuz ē iuriſdcō
nē ſuā defēdē penali iudicō·ff ſi qs
ius di·nō obtē·l·i ¶ Penas pecūia
rias pt iponē ordiariꝰ ut·ff·de iud
l·ij·§·int· Jtē delegatꝰ·C·de ſpor·l·
ij· Jtē arbit·ff·de arbi·nō ex oibꝰ
hʒ ⁊ alias pēas eccā qs laicis ipoit
nā aliqn̄ t̄raꝭ nobiliū ſbicit intdcō
vt·ſ̄·de offi·dele·ſane ſ̄ de ſpōſa·n̄
ē nob abſoluitvaſallos a fidelitate
aliqꝝ·ut xv·q·vii·nos ſcōꝝ·⁊·c·
iuratos·ſ̄ de hēti·⁊·vl·puat eos iu
re pronatꝰ qd i eccijs hn̄t ꝗ·e·c·ꝙ
in qbuſd·⁊·c·gnē ſalutis alijs pnis
q raptoribus hēticis fautoribus ⁊
credentibus eoꝝ ⁊ deferētibus mer
ces ſarracenis ꝓhibitas imponunt̄
ſic de hiis i ſuis locis bn̄ tractauiꝰ·
¶ Penas ſpūales q iponūt̄ pſonis
iponē pn̄t tā ordiārij ꝙ dlegati ex
cepta pena depoſicōis q nō iponit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

n̄ ab ep̄o nō tm̄ ſolo·ſ̄·ō traſla·int
corpalia xv·q·vi·ep̄us ſolus·ꝫ pe
nas corpales ipone ꝑnt ordiarij in
feriores ab ep̄o·iii·ſ̄·de ap·dilcīs
pen̄s v̄o pecuiaias ipoit tā ordiari⁹
vt·ff de iſdic·l·ij·§·vl·ꝙ delegat⁹
vt·C de ſpor·l·ij·Itē ⁊ arbit·ff·de
arbi·nō ex oīb⁹ vt tn̄ notes dīam
int penaꝫ ⁊ mulctā q₂ Pena ē cta
⁊ a iurē iducta Et mulcta q̄ a iudice
p ſn̄aꝫ irrogat vn̄ a pena non ap
pellat ꝫ a mulcta appellat·vt·ff·
de vbo·ſig·l·ſi q̄ pena·Itē nō ꝙ cū
pena ſiue mulcta fuerit exacta nō
cedit in vtilitatē iudicis ꝫ in vtili
tatē publicā ꝯuitit vel in fiſcū·ut·C
de modo mulc·l·mulctarꝫ ⁊ has pe
nas iponē ꝑt q̄libꝫ iudex vt ſupius
dcm̄ ē excepit dīm iuris·ff· ſi quis
ius di·nō ob·l·i·in ꝑn·⁊ defēſoēs
cītatū·C de defē· ciui·defēſoēs ꝫ qd̄
ꝓprie dici pecuniarias penas exac=
tas ad fiſcū ꝯuti recipit obiectioēꝫ
q₂ vbi de morꝫ correctione agit ſiſ
cꝰ rōe nō habet·C de ſecūdis nup·
l·ij·vn̄ verius puto ꝙ pene exacte
p iudices eccl̄ſticos rōe delicti dāp
nū vel iuriā eccē ꝯtigētis dn̄t eccē
applicari cui dānū datū ē vel iuria
irrogata·vt ⁊̄·e·ti·c·ii·ſ̄· de ſimo·
Audiuim⁹ xxvii·q·i·ſi q̄s rapueit
xviij·di·Q̄m quid ſ̄ de cen·ꝓcura
cōes in fi·i autn̄·de ſciſ·epiſ·§·ſi q̄s
deiceps·C de raptu·vḡ·l·vna·ſi v̄o
dānū vel iniuria reſpiciat ꝑuatū ei
applicabit pena ſiue fuit a iure in
ducta·ſ̄·ti·ꝓx·c·i·ii ⁊ iij·⁊ vlt·ſi=

ue ſit a iudice irrogata·ut no·ſ̄·t·
ꝓx·§·ē āt·ſiue ſit ꝯuēcional·ut·ſ̄·
de arbi·dilcā·⁊ ar ⁊̄·e·conſtitutus·
Pene delinq̄ntibus ſūt iponēde
q₂ pctā ſuos tenēt auctores nec pe
na ē vlterius trahēda ꝙ delictū fu
erit i excedēte reptū·ſ̄· de hijs q̄ fi·
a ma·p·c·q̄ſiuit ⁊·C d̄ pe·ſci⁹·C ne
vxor ꝓ ma·l·ob maritorꝫ· xvij·q·
vij·illud·i·q·iiij·c·i·ꝫ ꝯ̄· de ꝯ·di·i·
in ſcā·xv·q·vlt·Cū multe vi·q·i·
q̄ſquis·ſ·de ſpōſa· nō ē nob·ſ· de
offi·dele·ſane· ⁊·c·p·⁊·g·ꝫ iura ꝑo
ra locū hn̄t in penis etiā i q̄bꝰ ge
neralit verū ē qd̄ pctā ſuos tenent
auctores ⁊ ꝙ fili⁹ nō portabit iniq̄
tatē pr̄is ⁊c̄·hoc tn̄ fallit in origia
li pctō qd̄ intrauit p adā ⁊ ptn̄ſit
mors ⁊ trāſit p oēs ſicut dicit apl̄s
p vnū hoīeꝫ intrauit mors ⁊ p oēs
trāſit iura vero poſteriora loquunt
in penis tpalibꝰ ⁊ ſic loquit xxvij
q·iij·ſi hēs·⁊·i·q·iij· pctō achor·
Sed q̄rit an pſone eccl̄ſtice pe
nas exigē ꝑnt· Ad qd̄ rn̄o ꝑnt pe
nas a iure iductas vt xij·q·ij· ep̄s
xxxiij·di·ꝙ̄ꝙ in fi·xxij·q·ij·Cū de
notiſſimā i legibꝰ xvij·q̄·iiii· ſi q̄s
cōtumax· ⁊·c·q̄ſq̄s· ⁊ ſi q̄s domū
et·c·q̄ ſubdyaconū ⁊ ad idē iduā
poſſunt iura·ſ·in fi·ꝓxi·§·allegata
Quid de pena ꝯuēcionali Rn̄o idē
qd̄ de canonica vt·ſ· de arbi·dilcā
⁊̄·e·t·c·ꝯſtitut⁹ ꝫ ꝯ̄ hic talit alle=
gat abſit vt eccā cū augmēto reci
piat ꝙ de rebꝰ t'renis videt amittē
et lucē pcijs q̄rē vt xij·q·ij·ſratitas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Itē beignı⁹ ē a viris eccāſticas exi
gēd̄ ne tq̄ exactoēs videt̄ lucꝭ ibia
re tpalib⁹ ut s de cē· ex pte ī ſi· Nā
i pſois eccāſticis ⁊ negocijs rigor
et diſtrictō iur̄ n̄ req̄rit̄ s de dolo· ⁊
ↄtu· c· i· Itē ꝑ hac pte allegat̄ ī·
e· t· ſuā puto pēas exigi poſſe ſu̇ ſit
canōice ſiu ↄuēcōales vt dcm̄ ē ſiue i
paīia exiſtāt ſiu ī alio· ut i· q· vij· q̄
āēs s de elec· cū dilcīs ī ſi· equū ē ei
vt q̄s penā ſue ↄtuāc̄ie reportet vt
ff· de coll̄· bo· l· ıı· §· ſi cū duob⁹· ff· d̄
tabul̄· exhi· l· locū· Quid tn̄ dicūt
q̄ tūc petı pt pēa ↄuēcōal̄ cū loco ī
tēē veit ſ̄m canōes· l· s̄ fideiuſ· pucit
et· c· ↄſtitut⁹· ff· de ac· ēp· ⁊ vē· l· p̄
dia Ad ıura āt ꝑ pte ↄ̄ria allegata
ſic R̄n̄o canō ille ſr̄nitas ſic loq̄t̄ in
fō pmali dec illa ex pte loq̄t̄ inotas
q̄ꝝ mēſuā erat icerta dec āt de dolo
⁊ ↄtu· loq̄t̄ durāte āno a tpe miſſio
nis ī poſſeſſionē re⁹ offert debitā cau
cōez Itē rn̄o ad dec ī· e· ſuā ibi pro
maiori pte ſatiſfcm̄ eāt ī ſorte nıhil
omi⁹ pēa ī ſolid̄ petebat̄ ⁊ ꝓptēa ibi
d̄r pēa xxx· liboꝝ mēoratoēs rcōres
decetēo n̄ moleſtes nec ꝑ h̄ negat
qui ꝑ rata ī ſolute agit poſſit ad pe
nā ī q̄ tn̄ ſic diſtiguo refert an ſub
pena ꝓittat̄ id qd̄ ↄſiſtit ī dādo l̄ i
faciēdo ſi ī dādo ſic ↄittit̄ pēa ī ſolid̄
ſolucōe ei⁹ qd̄ ē ꝓſſuz fcā ꝑ pte ſ̄
obſtat doli excepcō ſi ſolida pēa pe
tat̄· ff· de v̄· obl̄· l· ıı· §· vl· ff· ſi quis
cau· l· ſi h⁹· §· ſi plurıū ſi v̄ o ↄſiſtit
ī faciēdo tūc r̄fert an id qd̄ ſi ↄueīt
ſit ididuū Et tūc pē ↄaittat̄ ī ſolid̄ ſ̄
ſi n̄ fiat q̄ ↄueīt· ff fam̄· hāſ· l· hēdes
§· an ea· ff· de v̄· ob· l· ſtipulacōnū
§· vult an diuiduū et tūc ꝑ pte ↄit
tit̄ pēa· ff· rē ra· hri· l· ſi ꝓcurator· q̄
dā tn̄ dicūt eē ī obligacōib⁹ q̄ faci
ēdo ↄſiſtūt ī ſolid̄ penā ↄitti ſ̄ de eq̄
tate ſi d̄z ↄdēnacō ꝑ pte ut· ff· de v̄·
ob· l· ī executorib⁹ ī pn· ⁊ §· vl· ⁊ ff
depo· ſi duo hēdes· excuſat crimina
etas ſ̄ d̄ delic· c· ī pn· violēcia abſo
luta· s· q̄ met⁹ cā ſacꝭ· l· di· pōdēt
xxxij· q· v· v̄giali· iuſta ignorācia·
vt xxxiiij· q· i· Cū ꝑ bellicā· ⁊· c· in
lcm̄· extrema ncctas ar· ſ̄· d̄ furtis
ſi q̄s ncc̄itate ſ̄ d tbi· it ſcīſtia dina
r̄uelacō ut ſ̄ de diuor· gaude⁹ iuſta
cā ut· ff· q̄ ſatiſda· cogūt̄· l· vl· ſ̄· d
pig· ſig̃ficāte· ſurpz ut· ff· de of· pſ̄
l· diu⁹ xv· q· i· §· vl [illegible] ebetas ut x
v· q· ıı· ſane· ⁊· c· ie bauerit· In peis
īfligēdis ↄſiderant̄ m̄lta digtas· s
de offi· dele· ſane· ıı· q· vij· q̄lꝭ xl v
di· Cū btūs· Nobilitas ut xxiiıı· q
ı· q̄ ↄ pace· ff· de peis· in h⁹oꝝ ordo
ut· l· di· ↄtuaces· etas s de r̄lig· pu·
c· i· in ſi· ⁊· c· ij· met⁹ cā ut ſ̄ q̄ me·
ſacꝭ· l· di· pbros īſania· vt xv· q· i·
inſamēs Itē q̄litas delicti īſpiciēd̄
ē alit̄ ei pūit̄ uis publica q̄ puata
cū ārmis q̄ ſn̄ ārmis furta maīfeſta
q̄ occl̄ta ut ff· d vi pub· de vi· ar·
⁊ vt ſ̄ dixi⁹ de fur· Itē q̄litas tps
loc⁹ ⁊ euēt⁹ ut ff· de pe· ā fcā· Itē ↄ
ſiderat̄ m̄ltitudo delīq̄nciū· ut· l· di·
ↄſtituēt̄ ſ̄ d̄ cle· ex mi· c· latoēs· ali
q̄n tn̄ q̄ exaggāt̄ maleficoꝝ ſup
plicia cū m̄ltis craſſantibus opus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt exēplo vt in .l. aut frā. §. vlt. h̄
igit̄ ⁊ alia ſūt ꝓpt̄ q̄ pctā extenuāt
et mitigant penas.

¶ De penitēcijs ⁊ remiſſionib⁹.

DIctū ē. ſ. de penis q̄ in tribu
nali corꝑm inferūtur. nūc di
cam⁹ de penis q̄ in iudicō aīaꝝ ipo
nūtur. ⁊ iō ſbiciſ h̄ rubca de peni
tēcijs ⁊ remiſſionib⁹. ¶ Vidend̄ ē
igit̄ q̄d ſit pnīa. vn̄ dicat̄. Itē de
trib⁹ actionib⁹ pn̄e. ⁊ trib⁹ ſpēb⁹
eiuſd̄. An p⁹ pnīam pctā redeāt. q̄
ſint neccāria i vera pnīa. q̄s ſit effec
tus pn̄e. Et demū de remiſſionib⁹.

¶ Pnīa diuſimode deſcribit̄ a ſcīs
nā ābroꝝ ſic deſcribit. pnīa ē pctā
preterita deplāgē ⁊ iteꝝ plāgēda
nō ↄmittē. Aug⁹. ſic pnīa ē quedā
dolētis vindcā i ſe puniēs qd̄ ↄmi
ſiſſe dolet. ut de pe. di. iij. c. i. ⁊. iiij.
Eſt āt pnīa ſcda p⁹ naufragiū ta
bula. vt de pe. di. i. Itē ſcda. nam
baps ē pma tabula in q̄ vet⁹ hō ex
uit̄ ⁊ iduit̄ nou⁹ hō. ſecūda ē pnīa
q̄ reſurgim⁹ p⁹ pctm̄ p has tabu
las naufragij picl'ū euitaus ⁊ ad
portū dancurr ſalutare. ¶ Dicit̄ āt
pnīa a penitēdo. vt de pe. di. iij. de=
riſoꝛ. Tres āt ſūt pn̄e actiones ſi
cut dicit Aug⁹. Vna ē q̄ nouū
hoīez pturit donec p baptiſma oīm
preteritoꝝ fiat ablucō pctoꝝ. oīs
eīn q̄ iā volūtatis ſue arbit̄ ↄſtitui
tur cū accedit ad ſacmēta fidei niſi
eū peniteat veteris vite nouā icho
are vitā n̄. pt ab hac pnīa cū bap
tiſātur ſoli puuli ſūt imunes. Mū
dū eīn vti pn̄t ꝓprio arbitrio. Alte
ra actio pn̄e ē q̄ p⁹ baptiſmū agē
da ē de venialib⁹ pctīs q̄ hūane fra
gilitati q̄ꝟ ius parua tn̄ crebra fuīre
pūt q̄ ſi collctā ↄ̄ nos fuerit ita nos
gūabūt ⁊ oppimēt ſic vnū gn̄de
pctm̄. Quid eīn int̄ eſt qn̄tum ad
naufragiū vtꝝ vno grandi fluctu
nauis opiat̄ ⁊ obruat̄ an paulatī
aq̄ ſubrepēs i ſentinā p negligēciā
culpā delicta atq3 ↄtēpta cōpleat
nauē ⁊ ſbmergat. ꝓpt̄ h̄ ieiunia ⁊
elemoſine ⁊ orōes iuigilēt in q̄b⁹
tn̄ dicim⁹. dimitte nob̄ debita nrā
ſic ⁊ nos. ⁊c. Manifeſta⁹ nos hrē
qd̄ nob̄ dimittat̄ atq3 i hiis verb
humiliātes aīas nrās cotidianaz q̄
dā mō pnīaz agē nō ceſſam⁹. Ter
cia actio pn̄e ē q̄ ꝓ ill' pctīs ſbeū
da ē q̄ lib̄ decalog⁹ ↄtinet ⁊ de qui
b⁹ apl's ait ſi nos eīn iudicarē⁹ nō
vtiq3 a dnō iudicaremur. vt pbā
tur h̄ de pe. di. i. tres ſūt actiones.

¶ Itē tres ſūt ſpēs pn̄e. ſolēpnis
publica ⁊ puata. ſolēnis pnīa ē il
la de q̄ agitur .l. di. in capite. h̄ aūt
ſolēpnis iponitur ab epo tm̄ vel ip
ſius mādato ⁊ iponēda ē de crīmine
publico ⁊ vulgariſſimo qd̄ totā cō
mouet vrbē. vt xxvi. q. vi. c. vltīo
h̄ pnīa nō ē reiterabil' q2 ſacmētal'
vt .l. di. ↄfirmādū. ⁊. c. Alienū. Et
nō. ſ. de hac materia de ſac̄. n̄ iterā.
§. hoꝝ h̄ pnīa nō d3 iponi clerico n̄
depoſito n̄ q̄ eā egerit pmoueri nō
d3 vt in pallegatis iurib⁹. nec mri
moniū ↄ̄hē. nec miliciā aſſumē. vt

xxxiij·q·ij·§·de penitētibꝫ ꝛ ca·ātiq
et·c·de hijs·ꝛ·c·ij·Dz de hac ma
teia nō·plenī? s̄ de eo q̄ dux·i ma·
qͥ pol·p adul·§·ꝛ alia c̄mia·Alia
v̄o iteratur q̄cies op? fuit·ut d̄ pe·
di·iij·c·repriunt ſepcies·ꝛ·c·ad h̄
iſtāt Itē p? talē pn̄az nō p̄t q̄s cli
c? fieri neq3 miles·ut xxxiij·q·ij·ad
monē·nec laicalē hītū deferre·l·di·
c·vl·tū ſ̄m regulā eccāſticā viuē dz
vt de pe·di·v·c̄ͥtiū·ꝛ·c·falſas ꝛ ē ɔ
ueniēd? ſb̄ iudice eccāſtico·ut xi·q
i·aliud·de peni·di·i·Aliud·¶ Pub
lica pn̄a ē cū alicui i̇ponit̄ pegna
cō cū baculo cubitali l̄ cū aliq̄ gn̄e
veſtis religioſe·ut de pe·di·vi·ſac=
dos·Itē cū q̄s ꝓpt̄ delictū iuit? in
trudit̄ i mōſteriū·ut·l·di·Pi ille
q̄ vltro q̄vtq3 q̄ nichil al⁹ dicēd?
ē n̄ penitēs ꝓpt̄ ſimilitudinē i vigi
lijs ꝛ ieiunijs ne ſit c̄ͥtiū qd̄ legit̄·
ij·q·i·In p̄mis·vbi epi i mōſteriū
intruſi ad agend̄ pn̄az p? ſex mē
ſes ſuo ordi reſtituūtur l̄ ibi agit̄
de tpalit̄ itruſ·Nos āt egim? de i
truſ ꝑpetuo ꝛ eadē ſimilitudine
dī q̄s agē publicā pn̄az i ꝓpa do=
mo·vt xxxiij·q·ij·admonē·dī aūt
publica l̄ qꝛ publice·l̄ qꝛ ꝓ pub
lico c̄mie i̇ponit̄ ꝛ hāc i̇ponē p̄t ſim
plex ſacdos nō em̄ iuenio ꝓhibitū
et h̄ i̇poni nō dz n̄ de poſito ꝛ ꝓ cri
mie publico ꝛ enormi·ut de pe·di·
vi·Sacdos q̄·e·q̄ſitū·¶ Priuata
pn̄a ē q̄ cotidie i̇ponit̄ hijs q̄ ſecre
to pc̄tā ɔfitētur·An āt pc̄tā i pn̄a
dimiſſa redeant p pc̄tōꝝ recidiuā

varie ſūt opiones doc·iuris·Quid̄
em̄ ſimpliciē dicūt q redeāt nō ſo=
lū q̄ ad reatū ſ3 ecīā q̄ ad eēnciā et
penā ꝛ i h̄ declinare videt̄ grān? d̄
pe·di·iiij·c·vii·vbi d̄t ſic ergo bō
q̄ pc̄tō moriūt̄ p pn̄az reuiuiſcūt
ad p̄miū ſic ꝛ mala q̄ p pn̄az delē
t̄ reuiuiſcūt ad ſuppliciū·vn̄ ꝓpha
Ex pſona penitētis deplorat dicēs
putruerūt ꝛ corrupte ſūt cicatrices
mee·i·plage mee ſanate ſūt p bap
tiſmū·Dic ecīā idē ꝓpha·Quāuis
in fide ꝛ ſacmēto c̄ircūciſiōis ab ori
ginali pc̄tō ſe mūdatū ɔgnoſcēt
tn̄ adulteriū ꝛ homicidiū qd̄ cōmi
ſerat illud reuixiſſe intelligēs nō ſi
ne cā int̄ cetera ɔfitet̄·Et d̄t·Ecce
em̄ i iniq̄tatibꝫ ɔcept? ſū ꝛ i pec·ꝛc̄
vt de peni·di·iij·c·vii·ꝛ plt̄·Et ac
tio ſemel peremp̄ta reſtituit̄·ff·ſi ex
noxa·cā agat̄·l·ſ3 alio iure in fine
Alij dicūt q nō redeūt illa ſ3 alia
eiuſd̄ gn̄is cū em̄ ſimilia forte p̄ori
b? ɔmittam? redeūt pc̄tā nō eadē
ſ3 alia eiuſdē gn̄is q̄dā ſimilitudi
ne ſic ꝛ flōres dicūtur redire i vere
Tercij dicūt qd̄ pc̄tā tn̄ redeūt ꝓp
ter aliqd̄ ex hijs quatuor pc̄tis ſc3
odiū fratꝝ vt in euangelio ſue ne
q̄ ꝛc̄·ꝓpt̄ c̄imen apoſtaſie q̄cūq3
em̄ p? baptiſma ſiue prauitas hēti
ca ſiue mūdana cupiditas arripuit
mox oim̄ ꝓſternet i vna vicioꝝ vt
de pe·di·iij·q̄cūq3 ꝓpt̄ pn̄az pn̄e
ar·xviij·q·iiij·ſūt q̄ opes·Itē ꝓpt̄
cōteptū penitēdi·ut de pe·di·iij·
apl̄s ¶ Quarti dicūt q pc̄tā ſemel

ff i nō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dimiſſa ñ redeũt ſemel ei i abolicõez
miſſa punicõ recidiuo doloẽ iterari
nõ dz. ſꝫm imitacõz diuine clemẽcie q̄
dimiſſa pctã ĩ vlcõez veire nõ pati
tur. ut xxiij. q. iiij. illic. ⁊ alibi di
citur eſt a morte libat nõ vtiq; a
morte illa quã ſemel ſãguis xpi ex
tixit ⁊ aq̃ nos ſalutaris bapi ⁊ re
dẽptoris grã liberauit ſꝫ ab ea q̄ per
delicta poſtmõ ſerpit ut de pe. di.
i. miror Jdẽ dicit ꝙ nõ ẽ idẽ in bo
nis ⁊ i mal vt ſic mala redeat ſic ⁊
bõ reuiuiſcũt ſic ⁊ alibi in ꝯſimili
dt Aug⁹. nõ eñ ſic culpa ꝯicat p
alteri⁹ volũtatẽ queadmõ grã p
ſpũs ſci vnitatẽ ut de ꝯ. di. iiij. q̃ris
ẽca pn. Jn hac aũt varietate ſequor
doctores meos dicentes nõ redire
pctã. dñr aũt redire q; remiſſiõis bñ
ſꝫm ſeqnti culpa amittit ob ingrati
tudinẽ nã is q̄ p⁹ pñiaz delinq̃t ita
puabit grã ſpũs ſci ꝓpt ſeqns de
lictum ac ſi nulla pctã dimiſſa fuiſ
ſẽt. ut d pe. di. v. fr̃es ⁊ oẽs auctes
q̄ inuũt pctã redirẽ h̃ ſonarẽ vident
ſcꝫ ꝙ ita q̃s puniendꝰ ẽ ꝓ pctis ſe
q̃ntib⁹ ac ſi ei ñ fuiſſet dimiſſa p̄oa
¶ Tria ſũt neccãria i vera pñia cor
dis ꝯtricõ oris ꝯfeſſio ⁊ opis ſatiſ
factio. ut d pe. di. i. pfcã pñia q; ei
trib⁹ mõis deũ offendim⁹. delecta
cõne cogitacõne Jnprudẽcia locucõ
nis. Et i ſupbia opis vt ꝯria ꝯrijs
curent. Et q; ſꝫm regulaz iuris oĩs
res p q̄ſcũq; cãs naſcit ꝑ eaſd diſ
ſoluit ff. de re. iuris. oĩs trib⁹ mõis
oppõ ſatiſfaciam⁹. Cordis ꝯtricõ ẽ
oppoſita cogitacõi male. Oris ꝯfeſ
ſio i prudẽcie locucõi ⁊ ſatiſfactio ſu
pbie opis d hijs trib⁹ gdib⁹ p q̃s
deuenit ad ꝯſũmacõez pcti dt Je
mias. Primũ pctm ẽ cogitaſſe que
mala ſũt. 2m acq̃euiſſe cogitacõib⁹
puſis. tciũ ꝙ menti decreuerit ope
ꝯpleſſe addiat ⁊ q̃rtũ ſcꝫ p⁹ pctm
nõ agẽ pñiaz ⁊ ſuo ſibi cõplacẽ di
licto ⁊ ſic Jero⁹ expoit vba amos
ꝓphete ꝯminãtis ezechieli regi da
maſci ⁊ dicẽtis ſup trib⁹ ſcelerib⁹
damaſci ⁊ ſup q̃rtũ non ꝯũtam eũ
vt de pe. di. i. trib⁹ hij ſũt tres mor
tui q̃s dñs legit ſuſcitaſſe filia ar
chiſinagogi. vt de pe. di. ij. ſ. non
ſũt h. ⁊. c. quẽ penitet in fi. fili⁹ vi
due. vt de pe. di. i. fleat. et de pe. di.
i. q̃ntũlibet. puellã ſuſcitauit in do
mo ⁊ ſic int⁹ ſuſcitauit quã int⁹ in
uenit ecce pctm cogitacõis. puerꝫ
ſuſcitauit in porta ciuitatis ecce pctm
locucõis. lazarꝫ in ſepulchro q̃dri
duanũ ⁊ iã fetentẽ ecce pctm opa
cõis q̃s eñ ex inuenit ex ſuſcitauit
hos duos ſuſcitauit lacrimis flenciũ
flebat eñ turba p⁹ filiũ vidue fle
bat martha ⁊ maria ſupplicãtes
ꝓ frẽ flebat ⁊ turba q̄ mariã ſue
rat ſecuta lacrimis marie admonita
in q̃ docemur publice peccãtib⁹ nõ
ꝓpriũ ſed eccẽ ſufficẽ meritũ hec ꝓ
bãtur de pe. di. i. quẽ penitet ẽca fi.
Et iõ dt Ambro⁹. flebat ꝓ te mr
eccã ⁊ culpã tuaz lacrimis lauet. vt
de pe. di. i. fleat. Cordis ꝯtricõ eſt
dolor de pctõ ꝯfitẽdi ⁊ ſatiſfaciẽdi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et nō ſit ſatis ꝙ doleat ſ; ex fide do
leat ⁊ nō ſēp doluiſſe doleat ut de pe.
di. iij. ſi apſus i ſi. h̄ ꝯt cio p̄apit p̄
ꝓphām dicētē ſcidite corda vrā ut
de pe. di. i. ſcidite. l' cordis cōtricio ē
ꝯuſio cordis a malo ad bonū a dia
bolo ad deū iux̄ illud ꝯutimi ad me
⁊ ego cōuertar ad vos. cōuſio cord̄
ē vndiq; uſio ut de pe. di. i. cōutimi
Uan āt ad delēdū pccm̄ cōt cio cor
dis ſufficiat quō ē ⁊ i hc̄ doctores
diſſenciūt Nā q̄d dicūt ꝙ ſola cōt
cio cord̄ nō deleat ut ſacdotis copia
hētur ut de pe. di. i. c. ult. grān⁹ dix
it h̄ arbitrio lectoris relīqndū vt
d̄ pe. di. i. ꝭ. q̄bꝫ auctibꝫ. alij dicūt
ſufficē cordis cōtricōz ſi facultas n̄
ſuppetat penitendi ar. xlv. di. due
Alij āt h̄ negāt ⁊ dicūt ꝙ ſic tribꝫ
mōis deū offendim⁹ Corde ore ⁊ o
pere ſic ⁊ trib⁹ mōis faciēdū ē ut de
pe. di. iij. pfcā. vn̄ dicūt tria eē ne=
ceſſaria cordis cōtricōz oris cōfeſſi
onē ⁊ opis ſatiſfaccōez vt de pe. di.
iij pfcā. Auctes āt illas q̄ dicūt pec
cata dimitti ſola ꝯtricōe aſſerūt itel
ligēdas eē cū oris cōfeſſiōez articu
lus ncāitat excludit. ſ. cū q̄s vē con
teritur ſ; morte p̄uenit l' aliq iuſto
ipedimto cōfiteri l' ſatiſfacē ꝓpedit
Quarti dicūt cōdicōnalē fieri remiſ
ſiōem p cordis contricōnē. ſ. ſi ſeq̄
tur oris confeſſio ⁊ opis ſatiſfactio
vt de pe. di. iij ſane. Dz hug̃ dixit
ſola cordis cōtricōe deleri pccm̄ in
adulto vt de pe. di. i. mag̃ ſi vere
cōterit ⁊ ꝓponit n̄ peccare ⁊ de cō

miſſ ꝯfiteri ⁊ ſatiſfacē ſed ſi poſtea
oris cōfeſſio ⁊ opis ſatiſfaccō n̄ ſeq̄
tur pccm̄ iā dimiſſū nō in cōtricōe
redit ſ; peccat mortalit̄ is q̄ p̄t cōfi
teri ⁊ ſatiſfacē ⁊ omittit Et auctes
q̄ dūt pccā nō dimitti ſine oris cō
feſſiōe ⁊ opis ſatiſfaccōe intelligit
ipē de itiori cōfeſſiōe q̄ ē recognicio
peccatū l' ꝓpoſitū cōfitendi l' grā q̄
ſic hō diſpōitur ut doleat de pccō ⁊
velit ꝯfiteri ſi loc⁹ ⁊ tēp⁹ affuerit.
et eo mō itellit d̄ itiori ſatfcōe q̄ ē do
lor intior ⁊ amaritudo aīe ut de pe.
di. iij. ſatiſfactio ⁊ c. ſi apſus ⁊ d̄ pe.
di. i. ꝭ. hijs v̄b. ſed ſi ei opponet̄ ſic
cū ſola ꝯtcōe delat̄ pccm̄ ad q̄d op⁹
ē oris cōfeſſio ⁊ opis ſatfcōe q̄re dt̄
peccai mortalit̄ ſi h̄ n̄ intuemāt cū
oportunitas det̄ .. debat ipē et dic
necē ſūt ad huīlitatē ⁊ iuſticiā excē
dā ut de pe. di. iij pducior ⁊ vt ſa=
tiſfaciat eccē q̄ leſa ē ex pccō. Veri⁹
tn̄ credo ꝙ nec cord̄ cōtricio nec oris
ꝯfeſſio nec ſatiſfactio pccā dimit=
tit ſ; ſola grā dei. vn̄ Ambroſ v̄bū
dei tollit pccā mūdi ut de pe. di. i. v̄
bū Aug⁹. nemo tollit pccā mūdi n̄
xp̄s ſol⁹ q̄ ē agn⁹ tollēs pccā mūdi
de ꝯ. di. iij. nemo ſ; cordis ꝯtricōez
p̄cedit grā ſpē ſci. hc̄ extiorem ſatiſ
factōz intior ꝯtricio. grā tn̄ i oibꝫ p̄
ueniēte Nā q̄d q̄s hēs merita p̄uēt ex
g̃cia donat Nā deus i nob' p̄ter dō
corōt ut d̄ ꝯ. di. iij grā vn̄ pccā remi
ſſio attribuēda ē g̃cie dei q̄ ē cā eē na
turaliter grā precedit ꝯtricōnē ſeq̄
tur dilcō. qm̄ q̄ g̃ciam hēt diligit ⁊

ff ij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dilecc̄oꝫ ſeq̄tur contricō q̄ ei diligit
cōtitur ↄtic̄oꝫ ſeq̄t pcc̄oꝝ remiſſio-
ꝓceſſ⁹ iſte colligit̄ de pe-di-i-ōis q̄
diligit caritas ā ē via ad cōtric̄oꝫ et
pcc̄oꝝ remiſſionē ſz ei ſine via nl⁹
puenit q̄ tēdit ita ſine caritate q̄ dcā
ē via nō ābulare pūt hoīes ſed erra
re vt de pe-di-ij-caritas qꝛ āt ꝓxie s̄
dixi-qꝛ ſol⁹ xp̄c tollit pccā mūdi nō
excludit pr̄ filius nec ſpūſſanct⁹ qꝛ
īſepabilia ſūt opa digitatis t̄nitat̄
ut de ↄ-di-iij quō ēca me- ⁊ qō ſꝫ o
pinio ſit uia patet p exm̄ lazari quē
do⁹ p⁹ ſuſcitauit ⁊ viuificauit dicēs
lazare veni foras ⁊ poſtmōdū is q̄
viu⁹ fuerat egreſſus ē a diſcipul̄ ſo
lut⁹ ut xi-q-iij-tūc vā ē abſolucō p̄
ſidēns patꝫ ſꝫ p decē lepſos q̄ i via
mūdati ſūt āteq̄ ad ſacdotes veni=
rēt Itē ex° lepſi quē dn̄s mūdauit
⁊ poſtea ut ſacdoti ſacrificiū offerꝛꝫ ex
lege p̄cepit ut de pe-di-i-§- ſi aūt cor
nēm-ſacdos igit̄ ei cui dn̄s iā ꝓpt cō
tric̄oꝫ pccm̄ idulſit iponit ſatſcōem
⁊ penā tēpalē remittit ⁊ ſic itelligo
de pe-di-i-mltiplex ⁊ c-quē penitꝫ i
fi-⁊ de pe-di-v-cōſidꝫ i fi ¶ Qualit̄
āt ſatiſfieri ꝓ pccō deāt reliq̄tur ar
bitio ſacdotis q̄ iu̇s ē aīaꝝ ↄſtitut⁹
ut de pe-di-v v̇bū-igit̄ dn̄s remittit
penā et̄nā ſacdos āt tēpalē qꝛ ꝓ pec
cato dux pena debet̄ eterna ⁊ tēpal̄
ut d̄ pe-di-i pccm̄ ⁊ c-ſic paul-Sed ē
dū ē āt qꝛ ⁊ ſi pnīā illoꝝ q̄ de pccīs
q̄buſd̄ cōſitent̄ de q̄buſ d̄ n̄ ⁊ ſi cōſi
teāt̄ de oībus dicūt tn̄ de q̄buſd̄ ſe
abſtiē n̄ poſſe nā n̄ ſic ē eoꝝ ↄfeſſio

admittēda ⁊ crebris ac ſalubribꝰ
monit̄ ē pnīā idicēda vt ī-e qō qui
buſdam ⁊ hoc iō ē qꝛ ſenciet fruct⁹
hmōi pnīē cū de aliis pnīāꝫ egerint
vt de pe-di-iii i fi-Sed qd ſi nō peni
teant de aliis nūq̄d valebit eis pnīā
talis Rn̄o ſic nā oia bō que quis in
hac vita facit proderūt ei ad vitā et̄
nam ꝓmēndā aut ad minus ſuppli
cium ſubeūdū ut de pe-di-iii-ſi quis
ā Aut ad bō tempalia aſſequenda
ut xxij-q-ij-ſi quilibꝫ-aut ad hoc ut
deus citius illuſtret cor ipſi⁹ ad ve
ram pnīām vt de peni-di-v-falſas
⁊ di-iij-§-vltio in fi-talis aūt pnīā
ꝑticularis de qua ſupius dixi ſi de
aliis penitēcia nō accedat n̄ ꝓdeſt
ad vitam eternam ut de peni-di-iiij
penitentes ⁊ c-irriſor xxiiij-q-ij le=
gatur Sed nunquid cōpellēdus eſt
quis ad pnīām Rn̄o ſic vt s̄-de ſpō
Ad audiam xxiij-q-iij itaqꝫ vi-q-i-
illi qui xxij q-i predicanduꝫ Sed nū
quid veniale ↄfiteri tenet̄ videt̄ qꝛ
non nam illa delentur per oracōem
dnicāꝫ vt de peni-di-i-tres ſūt oīs
accōes ⁊ de pe-di-iij-de cotidianis-
qō verum intelligo niſi veniale ali
qō foret in conſuetudinem deduc=
tum quia nullum eſt adeo veniale
qō non fiat mortale dū placet vt
xxv-di-§-criminis-vnde ebrietas ſi
aſſueta ſit in numero mortaliū ↄpu=
tatur vt xxv-di-§-als eadem cū als
ſit veniale peccatum vt xv-q-i ſane
in fi-niſi data ad hoc opera fiat vt
xxxv-di-ante omnia ſed et ſermo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cotidie ociosus vt dicit q̄d induāt
mortale pecc̄m licȝ al's venialit̄ peccȝ q̄
plus loq̄t̄ q̄ꝫ optet · xxv · di · ſ · q̄ āt
ſūt minuta puto tn̄ melius ⁊ pfectiꝰ
eē ſi tā de venialibꝫ q̄ꝫ mortalibꝰ q̄s cō
fiteat̄ de mortalibus ⁊ venialibꝫ hēs
q̄d exͣ xxv · di · ſ · c̄mis Faciēda eſt
pccōꝝ ꝯfeſſio ſacerdoti cui data ē hec
ptās mediatoꝛ ei dei ⁊ hoīȝ hō dn̄s
nr̄ ihꝰ xp̄c hāc ptātē ipſe ecce dedit
ut cōfitētibꝫ pccā penitēti ſatiſfcōeȝ
dicēnt ut de pe · di · i · mltiplex vn̄ ſac
dos ē iudex ut · c · di · v̄bū h̄ tn̄ fallit ī
ſacerdotibꝰ r̄ligioſis q̄ȝ illi nec pniās
dare nec baptiſare nec p̄dicaē pn̄t
nec alia q̄ ad curā aiaꝝ ptiet exerce
n̄ fuerit a pp̄ l' epō cū ꝯſēſu abbatis
ſui l' ſupioꝛ ꝯſtituti ut xvi · q · i Alia
puenit ⁊ ſ · ecce ⁊ ſ · ide Pȝ āt ꝯfi=
ten q̄s ꝓpo ſacerdoti ut ē · e · c · oīs ⁊ de
pe · di · vi · placuit h̄ tn̄ fallit in quiqȝ
caſibꝰ · Primꝰ ē cū q̄s hȝ indiſcretū
cōfeſſorē ut de pe · di · vi · placuit q̄ ei
ꝯfitei vult q̄rat ſacerdotē ſciētē ligaē
⁊ ſoluē vt de pe · di · vi qui vult ē · e · c
oīs ſ · ſacerdos · Secūdus cū alienꝰ pro
chianꝰ trāſfert domiciliū ī prochiā
meā ſic dicimꝰ ī fō cōuētionāli vt · ff ·
de iud · hēs · ſ · de fō ꝯpe · c · vlt · Ter
cius cū vagabūdꝰ exiſtit · Quartꝰ
cū q̄s delicto domicilio nauigat l' it
facit q̄rēs q̄ ſe trāſferat ⁊ vbi ſe ꝯſti
tuat q̄ ſine domicilio ⁊ ſine prochia
ē ut · ff · ad municipa · l · labeo in pn̄° ⁊
l · eiꝰ ſ · caꝰ · quitꝰ cū alienus prochi
anꝰ pccāt in prochia mea q̄ntū ad
pecc̄m illud ſubit forū aīe ī prochia ī

qua delinq̄t ut vi · q · iii · placuit vnū
tn̄ n̄ omitto q̄d mgr̄ ray · nōīt ī ſūma
ſuā · e · t · q̄d pbr̄ prochial' nō p̄t au=
dire cōfeſſiōes n̄ ei ab epō fuerit da
ta ptās q̄d n̄ nō placȝ naȝ prochie
ſūt diſtincte ſic ⁊ dyoceſes vt xiii · q
i · c · i · Itē vnuſq̄ſqȝ pbr̄ prochialis
ſuis t̄mīs ſit ꝯtētꝰ ⁊ talit̄ ſibi plebē
cōmiſſam cuſtodiat ut āte t̄bunal
eterni iudicis ex omībꝫ ſibi ꝯmiſſis
racōꝫ reddat ut ibi dicit̄ a iuē igitur
data ē h̄ ptās ſacerdotibꝰ de pe · di · i ·
multiplex ⁊ c · v̄bum Et iō canones
pniāles ſcire debēt ut xxxviii · di · nul
li ⁊ c · q̄ ſūt ⁊ iō cū a iuē lrāȝ hn̄t au
diēdi cōfeſſiōes nō egent lrā epiſ
copoꝝ vel ipe hic frater ray · diat
niſi velit illud q̄d dicit intelligē de
lrā generali q̄ꝫ ſacerdotes ⁊ maxie p
rochiales ī ſua ordiacōe l' iuſtitucōe
ſortiūtur ⁊ ē ſile q̄d dicit̄ al's ordīa
cōes epōꝝ auctē ap'lica ſūt celebr̄nde
ut lxiiii · di · ordiacōes Itē nō bis q̄ꝫ
epi nec nō minores plati exēpti pret
ſui ſupioris lrāȝ puidū ⁊ diſcretū
poſſit ſibi eligē ꝯfeſſorē ē · e · t · c · vlt ·
Itē ⁊ a° nōb q̄ꝫ ſi defit copia ſacerdot
ptēq̄s clerico l' eciā laico ꝯfitei ut de
pe di · i quē penitȝ de ꝯ · di · iiii ſc̄m ē h̄
q̄d ſi q̄s a ſuo ſacerdote lrāȝ petat ut
ſibi liceat alti ꝯfitei nec eāȝ aſſignȝ
ſacerdos ſi ſe reputet ſufficiētē lrām
dare nō dēt p̄ſumē ei dȝ q̄ꝫ iō h̄ faci
at vt cōfeſſicōȝ euitȝ erubeſcit ei hō
eād dicē de q̄bꝫ ꝯfeſſus fuēāt ⁊ iō ex
pedit ut lrā deneget̄ nā erubeſcēcia
ptē remiſſionis hȝ mlt̄ū ei ſatiſfcōis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obtulit q̄ erubeſcēcie dn̄āns michi il
doꝝ q̄ cōmiſit di nūcio denegauit g i
tꝰ qđ q̄s ꝑ ſeipꝫ dt ſacerdoti ⁊ erubeſ
cēcīā vicīat tiore offenſi fit venia crimis
vt de pe·di·i·ꝙ penitet· Confiteat̄
q̄s ſacerdoti ꝑ ſemetipm nō ꝑ nūciū ꝉ
ꝑ ſcptū vt in p̄dicto canōe quē pe-
nitet· nec obſtat alius canō q̄ dicat
pniāꝫ ꝑ ſcpturā recipiēdā vt xxx·q
v·q̄l̄ i ſi·illud ei itelligit̄ n̄ de pn̄ijs
cōfeſſione ſꝫ de ſacerdotis iniūctōe q̄
ſcptis redigit̄ ne obliuioni det̄· vn̄
ꝓpħa nō dicat ſcbe ſed dic tu iniq̄ta
tes tuas vt iuſtificeris vt de pe·di·
i·§·alii eꝫ ⁋Debent āt nō ſola peccā
in cōfeſſione exꝑmi ſed ⁊ cīcūſtācie
peccoꝝ vt de pe·di·v·cōſideret·dixe
rūt tn̄ quid qđ circūſtācie agg̃uāt
peccm̄ ita vt i eode gn̄e delicti plꝰ in
telligat̄ peccare clericꝰ ꝙ laicus ſa
piens ꝙ ydeota prelatꝰ ꝙ ꝑuatus
Itē magis peccāt i loco ſacro ꝙ pro
phano i die feſto ꝙ ꝓfeſto vt xxv·
q·i·nulli fas·i·q·iij ſaluator xi·q·iii
p̄cipue·xxxij·q·v·q̄ vidis xix·di·c·
nulli xv·di·ſi ꝑꝑ hō xpianꝰ·ff·de re-
mili·one delictū·§·auget̄ ſ̄·de hēti
cis·excamꝰ·§·ꝑtea verꝰ tn̄ puto ut
peccm̄ iudicet̄ leuiꝰ ⁊ g̃uiꝰ ſm̄ q̄li-
tatē cōtēptus vt vij·q·i·§·cū vero
volūtas ei ꝯꝓpoſitū diſtigūt male
ficia·ff·ad le·cor·de ſic·l·dyuꝰ ꝗ̄·ti·
ꝓx·de volūtate·nō ei qđ tm̄ fiat ſed
q̄ aīo fiat attēdēdū ē vt xv·q·vi·c·
i·i ſi·ſed qꝛ eccāmilitās ignorat qn̄
titatē cōtēptꝰ ꝯſiderat exteriora·ſ·
cīcūſtācias deꝰ ā ꝯſiderat q̄litatē ⁊ qn̄
titatē cōtēptus vt·xxxiiij·q·iij·deꝰ

et ꝓptea eccā militās iudicat peccm̄
g̃uius ſm̄ cīcūſtācias ⁊ penā durio
rē īpōit vt xxiij·q·iiij·nō affcāmꝰ
vbi āt eq̄les ſūt ꝑſone delinquētes
et eq̄le delictū eq̄lis īpōit̄ pena vt
ī autn̄ vt ſīm ſi·§·vlt̄ colla·ix ⁋Ef-
fectus pn̄ie eſt vt ꝑ ipiꝰ medicinā
ſpes vite repetur et ne ut q̄ reg̃cōis
dona violauit ꝓprio ſe iudicio ꝯdēp
nātes ad remiſſionē peccoꝝ ꝑueniant
vt de pe·i di·i·multiplex ⁋In ſūma
nōndū ē ꝙ talꝭ ē ēga hoīes dei pietas
vt nūꝗ̄ ſpnat pniām ſi ei ſicē ⁊ ſim
pliciť offerat̄ ecīa ſi ad ſūmū ꝑueniat
quis maloꝝ vt de pe·di·iij talis vn̄
amb·q̄ntūlibet mortu fetoꝛ ſit abo
let̄ oīs niſi ſacꝝ redoleuit vn̄ q̄uētū
ſurgit lazarus ⁊ ſolui iubetur eius
vincula ⁊ tollr̄ velamē de facie eꝰ qđ
veritatē grē quā accepit obūbrabat
reſuſcitatū iudei volebāt ocīdē ihs
n̄ reuōt bn̄ficia ſed tumulos libtat̄
āplificat reuiuiſcit ſolite ſuſcitatꝰ
⁊ celebrata reſurrectōis grā letꝰ ad
cenā venit vt de pe·di·i·q̄ntūlꝫ Reſ
tat vidē de ſcdā ꝑte rubrice·ſ·de re-
miſſiōibꝫ Et ē ſciēdū ꝙ remiſſiōes
ꝑuatas i iudicijs aīaꝝ ſacerdotes facē
pn̄t vt ſupiꝰ dcm̄ ē ſꝫ gn̄les puta in
edificijs pōcīū ⁊ i dedicacōibꝫ eccāꝝ
⁊ i pn̄s locis epi ⁊ archiepi facē pn̄t
q̄ ſolꝭ ſubiectis faciēcīū ꝓhīt ut ꝗ̄·e·t
qđ āt·ſed metropolitāꝰ pōt ꝑ totā
ꝓuinciā ſuā ꝯcedē lrās indulgēcie ſeu
remiſſiōis vt ꝗ̄·e·t·nēo qđ ē ſpeāle
cū alꝭ in ſubiectos ſuffraganeorum
ſuoꝝ iuriſdcōez ſuā gn̄liter excē nō
poſſit pret ꝙ in viij caſibꝫ q̄s nōui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex̄·de offi·ordi·§·ordinariā In bi9
idulgenciis annuum in principio ꝛ
xl·dies anniuſario ſiū ab vno epō
ſiue a pluribꝰ ſimł ſiant ſiue i dedi=
cacōbꝰ eccīaꝝ ſiue in alijs de iiūctis
pn̄ijs remiſſio nō excedat vt ꝭ·e·ti·
cū ex eo i fi· ¶ Sz de hmōi indulgē
cijs dubitaē an idulgeāt qͦ pmit
tūt nā qbuſdā videē abſurdͦ vt ſi t
ipoſita fuerit pniā vii ānoꝝ qͦ daē
vii denarijs i vii pōtibꝰ ł dedicacōi
bus eccīaꝝ vel in alijs i qbꝰ remiſſio
ē indulta tocͦ9 pnīe libacō fiat ꝛ lz
qͦ ex hͦ diuſimode ſēcīāt ꝛ iē pretēē
idulgēcias iſtas· Ego tn̄ ſimplicīē
intelligo ſic ſonat vt hmͦ qͦ pmit=
tūt indlgeāt ꝛ remittatur nā qͦliter
cūqz ſatiſſiat eccē n̄ refert ꝛ abſolu
tus ē quē eccā abſoluit ꝛ ligat9 quē
ligat vt xxiiij q ij·qn̄cūqz ē tūi ei ē qꝛ
eccē licz vtrūqz ut de pe·di·i·verbū
qͦlitates āt ꝛ tēpa pniāꝝ ꝯmittuē
arbitio ſacdotū ut de pe di·i·§·n̄ ſ ē hͦ

¶ De ſnīā excōcacōis

Dixtū eſt ſupius de penis ſꝫ qꝛ
excōicacō ē pena cōtumacium
vt xij·q·iij·nullus ꝛ c·ctū ē ꝛ ſic ē
et ne mortis dāpnacio vt xi·q·iij ne
mo cꝯuis nō dū morł ſed medicinał
eē dicaē vt ij·q·i·multi Jō p9 tcta
tū de penis ꝛ pn̄ijs ſbiciē iſte tcta
tus de ſnīā excōicacōis ¶ Videam9
igitur qd ſit excōicacō·q eius ſpēs·
a q·ꝛ cui·ꝛ p qbus cauſis ſit infli
gēda·a q ꝛ qͦliter tollaē·ꝛ q pena
feriātur pticipātes excōicatis ¶ Ex
cacō eſt aliqn̄ a ſacmentis excluſio

Aliqn̄ a cōioe ſidelīū ſepacio vt xi·
q·iij·§·euidēter ꝛ iij·q·iiij engeltru
da ex̄·de excep·A nobis ꝭ·e·c·plī·ł
gn̄aliter dici pt qꝛ excōicacō ē a qͦlz
licita ꝯione vel legitimo actu ſeper
acio vn̄ adam fuit excōicat9 ab eſu
ligne vite dicēte dn̄o videte ne for
te ſumat de ligno uite ut i predicto
§·euidēē ¶ Spēs āt excōicacōin iſi
nite eē pn̄t qꝛ qͦt ſūt ſpēs ꝯionis tot
ſūt vel eſſe pn̄t ſpēs excōicacōis ſed
de duabꝰ frequēci9 agit eccā ꝛ nos
i iuē tctam9 Vna ē q dicitur Ana
thema que excludit ab igreſſu eccē
a cōione ſideliū ꝛ ſacmentis hͦ dicē
maior excōicacō· Alia que ſeparat a
ſacmentis ꝛ hͦ dicē mior excōicacō
vt ſupius dictū ē Itē ſciēdū qꝛ qn̄z
excōicacō mior infligitur a hoīe qn̄z
a iure vt de hͦ pleni9 nōui·ex̄·de cle·
ex·mi·§· Itē ſciēdū Que tn̄ a iure i
fligiē aliquādo excludit a ſacmētis
plerūqz ſepat a communione ſideli
um vt ibidē dixi maior autem excōi
cacio ſiue ꝯſ̄bat ab hoīe ſiue a iure
ſepat ab vtroqz Sed qͦ dixi·qꝛ
mior excōicacio cum a iuē ꝯbiē p p
ticipium excōicati excludit tn̄ a ſac
mentis veꝝ eſt niſi perticipans per=
ticipet in cmie criminoſo quia tunc
contrahit eādem excōicacōem qua
ligatus eſt pͥmus vt ꝭ·e·c·nup ꝛ c·
ꝯcubine An autē tunc cōtrahatur
excōicacō ab hoīe vel a iuē quidam
dubitauerunt m̄ autem videbatur
qꝛ ab hoīe contrahatur nam ſp tale
pticipium i eū delinqͥtur qui pͥmus

excāuit ꝛ iō ab eoꝝ ē abſoluēdꝰ vt
dicit dec·nup Cōmbie a iure excōi
cacio maioꝛ in xviij caſibꝫ·Primꝰ ē
cū qs incidit i hēſim iā dāpnatā vt
ſunt ille xxiiij·q·i·c·ij·ꝛ iij·ꝛ q·iij·
quiꝰ ꝑ nouā ꝯfīgit ꝛ ꝗlit queciū
qꝫ ꝛ quoſcūqꝫ rōna eccłā vel epiſcopi
ſinguli p ſuas dyoceſes hēticos iu
dicauerit vt ꝭ·de hēticis ad abolen
dā·Secūdus cū quis receptat ꝛ defē
dit hēticos vt·ꝭ·de hē·ſic ait·Ter
cius cū qs dixerit rōnam eccłāz nō eē
capud ꝛ ei tāq͂ capiti nō voluerit o
bediē vt xix·di·nulli·Qrtꝰ cū qs in
clericū mōchū ꝑ monialē ꝑ ꝯuſū ꝑ ꝯuſā
ꝑ i aliquā religioſā pſonā maꝰ iiecē
rit violētas vt xvij·q·iiij·ſi qs ſua
dēte·Quītus cū quis pōt clericū de
fēdere a violēta manuū iniectiōe et
n̄ facit vt ꝭ·e·t·qn̄te preſſi p cōis·qꝺ
quidā intelligūt ſimplicit ſic lrā ſo
nat dicētes hꝫ in fauorē clericoꝝ eſſe
inductū qꝛ defenſio ſpectat ad ius
publicū vt·i·di·ius pblicū Alij āt
itelligūt de hiis q pn̄t aucte iuedic
cionis ꝛ officij vt·xxiiii·q·iii forte
eſt·Sextus cū ptās cōſules ꝛ recto
res ciuitatū ꝛ locorū angarias ꝛ ex
accōes idebitas ipoñūt clericis iuriſ
diccōez ꝛ aucteni prelatorū ita eua
cuant vt nichꝫ ptāis eis in ſubdit
ſuis videtur remāſiſſe ꝛ ꝯmoniti de
ſiſtere noluerit tā ipi q͂ fautores eo
rū excōicacōni ſe nouerit ſubiacē ut
ꝭ·de emu·ec·ñ eo minꝰ·Septimꝰ
in icendiariis ꝛ violatoribꝫ eccłiaꝝ
vt ꝭ·e·c·ꝯſti ſūt xi·q·iij·canonica
xvi·q·iij·oēs ꝭ·de rap·in lrīs Alii āt

qui aliter offendūt eccleſias vel bō
ipſaꝝ diripiunt ꝛ ſi ſacrilegi ſunt n̄
tamen ſūt ipō iure excati ꝭ·de fo·cō
pe·ꝯqueſtus·Item alii incendiarii
non ſunt excōicati ipſo iure vt xxiij·
q·vlt̄ peſſimam ſed poſt q͂ ſunt per
eccleſie ſniām pblicati pro abſolu=
cōis bn̄ficio ſunt ad ſe ap·mitten=
di vt ꝭ·e·tua Octauꝰ eſt cum qs
a paucioribꝫ q͂ a duabus partibus
cardialium in ſummū pontificē elec
tus p ipp ſe geſſerit ſi hūilr noluerit
ſe abſtinē ut ꝭ·de elec·licet Nonꝰ
eſt cum quis falſat lrās dn̄i ppe vel
ſciēter vtet̄ illis ecīam ab alio falſa
tis vt ꝭ·de falſa ad falſarioꝝ De
cimus eſt cum quis defert arma fer
rum ligamia galeas vel naues ſar=
racenis vel regimē excet i eorum na
uibus vel galeis vel aliqꝺ eis ſubſi
dium impendit in diſpēdium terre
ſācte vel xpianorum vt·ꝭ·de iude·
quorūdam ſignificauit qꝺ olim ād
libandaꝝ·Vndecimus cum magiſ=
ter ꝑ ſcolaris bonon̄ tractat cum ali
quo ciue bonon̄ de ipſiꝰ hoſpicio con
ducendo irrequiſit̄ ſcolaribꝫ inquili
nis ꝭ·de loca ꝛ conduc Ex reſcpto·
Duodecimus canonicꝰ cum vel mō
chus regularis leges vel phicā au=
dierit niſi infra duorum mēſiū ſpa
ciū ad clauſtrum redieret ꝛ idē ē in
clericis habentibꝫ pſōtus ꝛ i pbris
niſi ifra pſcptū tempus deſtiterit ꝭ
ne·cle·vel mo·non magno ope ꝛ·c·
ſup ſpecula·Terciusdecimus ē i ſa
gittariis ꝛ baliſtariis cōtra xpianos
in bello iniuſto·ꝭ·de ſagit·c·vno·

Quartuſdecim⁹ ē in hiis q̄ ſtatuta
ꝯ eccl̄iaſticas ꝯſuetudīes l̄ poci⁹ ab
hiis q̄ oēs ꝑuai faciūt ꝯ eccl̄iaſticā libta
tē. Quītuſdecim⁹ ī ſtatuarijs in ſcp
toribꝫ ſtatutoꝝ illoꝝ. Sextuſdecī
mus ī ptātibꝫ ꝯſulibꝫ rectorib⁹ ꝛ cō
ſiliarijs locoꝝ ī q̄bꝫ hm̄oi ſtatuta l̄
cōſuetudīnes edite fuerūt ul̄ ꝑuate
Septiuſdecī⁹ ī hijs q̄ ꝑ ſuꝑſert ſc̄m
ea iudicare. xviii⁹ q̄ in pblicā for
mā redegīnt iudicata hos caſus hēs
ꝗ̄.e.t.c. nouerit. ¶ In canōe aūt illo q̄
ad tutelā ē edit⁹ clericoꝝ vt xvij.q.
iiij ſi q̄s ſuadēte due regle ꝯtinent.
Pri^a ē h̄ q̄cūq3 man⁹ temē iniecerit
in clericū incidit in excōez. Scdūs ē
q̄cūq3 ꝓpt violēciā man⁹ incidit ī ex
cōcōez mittēd⁹ ē ad curiā rōnā pro
abſolucōe. Prima r̄gula fallit ī xiiij
caſib⁹. Pri⁹ ē in apoſtata pcuſſo q̄
cleric⁹ ignorat a pcuſſore vt ꝗ̄.e.ſi
vo. Scdūs ē ī apoſtata admonito
ſe n̄ corrigēte ut ꝗ̄.e.c.i audiēcia Ter
cius ī eo q̄ gerit pcuracōez ꝛ admiſt
cōez ſc̄larium pſōꝝ ut s̄. ne cle. l̄ mo
ſacerdotibꝫ. Quart⁹ in eo q̄ ex cā ioci
ma⁹ inicit ī clericū. Quit⁹ ī magro q̄
h̄ facit grā diſciplie ut ꝗ̄.e.c.i. Sex
tus ī eo q̄ vim ſibi illatā a clerico ui
repellit. Septi⁹ in eo q̄ clericū dep
hēdit ī adulterio l̄ ſtupꝛ cū vxore mrē
ſorore l̄ filia ut ꝗ̄.e.c. ſi uo. Octau⁹ ī
eo q̄ auctē ſue placōis l̄ de mādato
plati man⁹ ī clericū inicit vt ꝗ̄.e.c.
Ex tenoē. Non⁹ ī ſeniorib⁹ eccē decī⁹
in dn̄s. vn̄decī⁹ ī prib⁹ famil. duo
decim⁹ ī ꝓpinq̄s vt ꝗ̄.e.c. Cū volūta
te. Terciuſdecim⁹ ī eo q̄ man⁹ ūicit
in clericū depoſitū ꝛ cuīe t̄ditū ut s̄.
de iud. Cū n̄ ab hoie xvij.q.iiij.ſi q̄s
deincps. Quartuſdecī⁹ cū clericus
tr̄ſfert ſe ad vitā pꝛoꝛſus ꝯtrā cleri
catui l̄ q2 facit ſe militē l̄ ꝯbit biga
miā ut lxxxiiij. di. q̄ſq̄s. Scd̄a r̄gu
la ſimilit̄ fallit in xv caſib⁹. Pri⁹ cū
is q̄ ī clericū man⁹ iicit violētas ē ī
articulo mort̄ ut ī eodē ṫīo. ſi q̄s ſu
adēte. Scd̄s ī eo q̄ hꝫ inimicicias ca
pitales l̄ alias iuſtas excuſacōes vt
ꝗ̄.e. de cetēo. Terci⁹ ī hoſtiario qui
ncc̄itate officij ſui clericū n̄ enormit̄
leſit vt ꝗ̄.e.c. ſi uo alic⁹. Q̄rt⁹ ī infir
mo. Quit⁹ ī paupe pregnato. Sext⁹
ī ſenectute depſſo ita ꝙ ad rōnā cu
riā laboꝛaē n̄ poſſit ut ꝗ̄.e.ꝙ de hijs.
Septi⁹ ī clauſt̄li q̄ n̄ ad enormē ꝓ
ceſſit leſionē ut ꝗ̄.e.c. Cū illoꝝ. Oc
tau⁹ ī mulie. Non⁹ ī hijs q̄ ſui iuris
n̄ ſūt. Deci⁹ ī hijs q̄ n̄ magne ſūt po
tēcie ꝛ ita delicati ꝙ laborē veniēdi
ad curiā ſuſtinē n̄ pn̄t ut ꝗ̄.e.c. muli
eres. Vn̄deci⁹ ī hijs q̄ clericis n̄ enoꝛ
mē ſꝫ leuē ul̄ modicā iniuriā irroga
uerūt ut ꝗ̄.e.c. pueniit. Duodecī⁹ in
pubē ut ꝗ̄.e.c.i. ſiū an ſiue p⁹ pubta
tē ſe poſtulet abſolui ut ꝗ̄.e.t.c. vlt̄
Terciuſdecī⁹ ī ſuo cū dn̄s multū ḡ
uaret̄ ī amiſſiōe opaꝝ ſi ſu⁹ ꝓ ab
ſolucōe ad curiā mitteret̄ l̄ cū ſuus
ī fraude dn̄i ma⁹ iicit ī clericū vt ma
teriā hēat euagādi vt ꝗ̄.e.c. relatū.
xiiij ī moialib⁹ ut ꝗ̄.e.t de moialib⁹
xv in oib⁹ ꝯit viuētib⁹ ut s̄. de vita
ꝛ ho. cle. Qm̄ ¶ Circa h̄ ipedimēta nōn
dū ē ꝙ q̄dā ſūt temporalia ꝛ muta
bilia q̄dā ꝑpetua ꝛ immutabilia in

ꝑmis lꝫ ꝑuadū eſt i abſoluēdo ut is
q̄ abſoluit̄ iuret vt reſūptis uiribꝫ
optūītate cōceſſa l̄ īpedimēto ceſſā-
te is q̄ abſoluitur ad ſe· ap accedat
mādatū eiꝰ hūilit̄ ſuſcepturꝰ vt ꝭ.
e· t· qd̄ de hijs ⁊ c· cꝯuis īādes ⁊ ſic
ceſſante ncītate ceſſat eīmūitas de n̄
eūdo ad curiā ſaltē ꝑ mādato ſuſci
piēdo ar· ad hoc· īꝗ· i· ꝙ ꝑ ncītate
xxvi· q· vi· q̄ credūt ¶ In ꝑpetuis ⁊
immutabilibꝫ īpedimēt̄ hꝫ locū n̄ hꝫ
vt i ſenectute ⁊ ſexu corruptū cꝯuis
pueoꝝ ſtatꝰ mutet̄ ⁊ ita ſucceſſu tpꝫ
ceſſat īpedimētū nō tn̄ ceſſat emuni
tas de nō eūdo ad curiā ꝑ abſolucōe
l̄ mādato ſiū puer an̄ pubtatē l̄ pꝰ
poſtulꝫ ſe abſolui cū· ꝓpt̄ defcūs eta
tis i q̄ fuit ꝯmiſſus exceſſus rigor iꝰ
a māſuetudīe tēꝑādus ut ꝭ· e· t pue
ris Sed q̄rit̄ de hijs q̄ tēpali labo
rāt īpedimēto an ceſſante īpedimīto
eis nō eūtibꝫ ad curiā ꝑ ſuſcipiēdo
mādᵒ ſic ī abſolucōe iurarīt utꝝ ex
cacō reuiuiſcat· Ad qd̄ R̄n̄o q̄dā de
plano dn̄t ꝙ ſic· inducētes· i· q· i· ꝙ
ꝑ ncītate xxvi· q· vi· q̄ recedūt ⁊ c·
de hijs vero ⁊ C· q̄ bonis ce· poſ· l· ult̄
qd̄ m̄ nō placet Nā obligacō ſemel
extincta nō reuiuiſcit vt· ff· de ſoluc̄
l· q̄ res ſ· areā ⁊ ſemel ī abilicōe miſ
ſa punicō recidiuo dolore īcarn̄ri dꝫ
vt xxiij· q· iiij ſi illic ⁊ Ambro dicit
ibꝫ non reuoͣt bn̄ficia vt de pe· di· i·
q̄ntūlꝫ ⁊ libtas īdebite optēta nō re
tractatur ut· C· ſi aduſus libtatē· l· i·
mittet̄ igit̄ ad curiā nō abſoluēdi
cū ſint abſoluti ſꝫ puniendi ꝑ piurio
et ꝯtēptu puto etiā qd̄ excandi ſūt

quoꝝ excacō donec mādatū ſuſce
ꝑint ⁊ ſuſceptū ꝑ poſſe fuerint pro
ſecuti dꝫ firmit̄ obſuari ut ꝭ· de ap·
qōꝫ ¶ Poſſunt excare epi ⁊ eoꝝ ſup
iores nō inferiores ſm̄ quoſdā qꝛ vt
dicit̄ mucro epi ē excōicacō· vn̄ alibi
dicitur feliā mucrone epi ſacdotum
placl̄a recēſētur ut xvi· q· ii· viſis in
fi· ⁊ alibi dicitur qꝛ ⁊ ipa q̄ dāpna
cio noiat̄ ꝙ facit epāle iudiciū q̄ pe
n̄a i ecc̄a nulla maior iuenit̄ ut xxiii
q· iiij corripiat̄· Alij āt dicūt qd̄ n̄
ſolū epi ſꝫ alij prelati ec̄ oīs q̄ pre
ſunt collegijs ut abbates ⁊ priores
excare pn̄t excōicacōe maiori ut ꝭ· de
offi· ordi· Cū ab eccāꝝ ꝑlatis · Ter
cij dicūt ꝙ q̄libꝫ ſacdos hn̄s ecc̄aꝫ
ꝑrochialem pōt hoc facere vt ii· q· i·
nēo ⁊· ꝭ· de offi· or· ſi ſacerdos ꝙ pre
lati excōicare poſſint planū ē qꝛ iur
dictōꝫ hn̄t vt ꝭ· de iud· decimiꝰ gᵒ
excōicare pn̄t qꝛ iuriſdictio nulla ē
ſine cohercōne vt ꝭ· de offi· dele· Ex
lr̄is ⁊ ff· de offi· eius cui manda eſt
iuriſdictio· l· vlt̄ ꝙ abbates excare
valeant ꝓbatur· ꝭ· de ſymo· ſic nā
ad eos ſpectat mōchoꝝ cohercio ut ꝭ
de offi· ord· Qn̄to pn̄t excare ꝑores
vt ꝭ· de ma· ⁊ obe· Cū in ecc̄ijs Itē
plebam vt in dec· cum ab eccleſiaꝝ
Item Archidiaconi nā iuriſdictōꝫ
ordinariā habēt vt ꝭ· de offi· arch
dic̄o de ꝑbē referēte ꝑᵒ ⁊ d̄ mīnōijs
ꝯgnoſcūt vt ꝭ· de reſti lr̄as Itē de
cani iuriſdictōꝫ habēt ut ꝭ· de ap· di
lcō ſed ⁊ pbr̄i ꝑrochiales excōicare·
poſſunt vt xvi· queſti· i· Alia· ii· q

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

.i.nemo.xi.q.iij.quo.ſ.de eo q̄ fur-
orō rece.c.i.ij.q.vij. Item cū dr̄ ſ.
q̄ filij ſūt le.p venerabilē.xvi.q.iiij.
c.i.ſ.ō offi.or.ſi ſacdos. Ad hoc dico
q̄ ſoli epi excare pn̄t cū illa ſolēpni
tate q̄ habet̄ xi.q.iij debēt. Alij vo
prelati q̄ p electōez aſſumūt̄ iurdic
tionē habent de iure cōi ꝛ excare pn̄t
ar.i autū de defēſo.ciui ſ.nos igitur
coll.iij.ꝛ.C.de iurdic.om.iud.l.vlt
nō tn̄ cū ſolēnitate epali de q̄ ſupi⁹
dixi. i ceteris āt platis q̄ n̄ aſſumūt̄
p electōz ꝛ in pbris pꝛochialib⁹ cō
ſuetudinē ſua q̄ dat iurdictōz ut ix
q.iij ꝯq̄ſt⁹ ſ.de offi.orō duo ſiml' ꝛ
.C.de emā.lib.l.i. Tradūt̄ due re-
gule i excādo ꝛ t'cia i abſoluēdo p̄a
ſit mioꝛ maiorē n̄ pōt ligare l' abſol
uē. Scdā q̄ pōt ligaē ꝛ abſoluē ꝛ t
cia .pt abſoluē ꝛ ligaē colligūt̄ iſte
regule xxi.di.inferioꝝ p̄ma regula
recipit iſtācia cū maioꝛ ſe ſubiciat ar-
bitio mioris ut xi.q.i.pueit Scdā
regula fallit i icēdiario quē epūs ul'
ali⁹ plat⁹ excare pōt ꝫ abſoluē n̄ pt
p⁹ q̄ fueit nūciat⁹ ut ꝗ.e.tua Item
fallit nā iudex delegat⁹ p⁹ ſnīaꝫ dif
finitiuā exeq̄ pōt ꝛ excare parē volē
tē ꝫ excatū abſoluē nō pōt p⁹ annū
vt ſ.de offi.dele.q̄reti Tercia regu
la fallit i epō.q̄ accuſatū metropoli
tan⁹ cū epis pūicialib⁹ abſoluē pōt
ꝯdēpnaē n̄ pt vt iij q.vi q̄uis fallit
i ſenatoꝛe l' clariſſimo q̄s accuſatos
p̄ſes abſoluē pōt n̄ ꝯdēpnare vt.C
vbi ſenato.ul' clari.l.q̄c.ſ.ꝫ h̄ ſolū
mō Scꝫ q̄d ſi ip̄ mādet alicui ut excꝫ
nūq̄d ꝛ abſoluē pōt videt̄ q̄ ſic ar-
illi⁹ canonis xxi.di.iferioꝛ.ff.de re
gul' iur. nemo Sēā excōicacō ꝛ abſo
lucō pari ꝯdōē ꝯſēt vt de pe.di.i.
vb⁹.q̄ō itelligo verꝫ eē cū mādat̄ ali
cui cū cē ꝯgnicōe excaē Cetꝫ ſi iā ip̄
ꝯgnouit l' foꝛte rōe notorij exceſſus
demādꝫ excare is cui ſic ꝯmittit̄
abſoluē n̄ pōt n̄ ei ptes iudicis ob
tinꝫ q̄ n̄ ei iurdictio ſꝫ miſteriū po⁹
ei ꝯmittit̄ i hc̄ pte ut.ſ.de offi.dele.
c.vlt i fi. Pōt āt platus excare ſb
di tos ſuos vt ix.q̄.ij.p totū ſubdi
tos itelligo rōe domicilij rei ꝯctus ꝛ
delicti vt.ſ.de.fo.cōpe.lꝫ Et ut nōui
i ſūma illi⁹ ti.ſ.ſoꝛtit̄ cū ſequētib⁹
ſ.q̄ō gn̄aliter verꝫ ē n̄ q̄s p pūilegiū
eximat̄ ut excari n̄ poſſit ut xv.q.i.
fr̄ n̄r ꝛ de h̄ pleni⁹ dixi.ſ.de pūil.ſ.
Itē ſt q̄ō Excacō fieri hꝫ duabus
de cauſis vt videt̄ dicē decret ꝗ.de
vb⁹ ſigni. Ex pte i.i.ſ.ꝯtumacia
l' offenſa videlicꝫ vt q̄ aliq̄s iuſſus
noluit maleficiū emēdare ſꝫ certe ꝛ
h̄ ꝯtumacia ē vt.ff.de rei vē.l.q̄ reſ
titue vn̄ ſi recte inſpiciat̄ n̄ excōica
tur q̄s n̄ p ꝯtūacia. Scꝫ multiplex
eſt contumacia Aliqn̄ ꝯmittitur in
non veniendo Aliquādo in nō reſpō
dendo Aliquādo in recedēdo an̄ tēp⁹
vt xi.q.iij. certū Aliquādo in latēdo
vel abſentādo vel pꝛocurando ne ad
citatum citacio valet puenire vt ſ.
vt lite nō ꝯt q̄n̄ frequēter Aliqn̄
in non reſtituendo vt in .l. pꝛeall'
qui reſtituere Aliquando in non e-
mēdando delictum vt in dicta decꝛ.
Ex parte Aliquādo i non exhibēdo
vt.ff.de ap.l.creditoꝛ ſ.nl'⁹ vn̄ q̄ō

dē cano͂ ille xi·q·iij·certū ē ꝑ hijs t
bus cmībꝫ aliquē excari debē ⁊ cē ex
pone·i·ꝑ hn̄s tbꝫ ſpebꝰ ꝯtuāc in
q̇bꝰ magnū cmē ꝯmittit ē ei quaſi
pccm ariolādi·repugn̄re ⁊ q̄i ſcelus
ydolatrie nolle acq̇eſcē vt viij·q·i·
ſciendū plerū3 tn̄ ipo͂it ꝑ alijs cul
pis noīe pene ut lxxxvi·di·tāta ō pe·
di·iij·accoē ꝯ ſic q̇ plelatus pt iure
ordinario excare ſubiectos ſic ⁊ ab
ſoluē ꝯtrius h̄ regula fallit vt·no·ſ̄·
e·§·t ouīt pt inq̄ abſoluē excatos
a ſe Itē excōtos a ſuis iſerioribꝫ ſi
ad eū ꝑ appl'lacōez excacōnū negoꝫ
cia deferāt qō vez ē ñ ſit tale geꝰ ex
cōicacōis cꝰ abſolucō ſedi appoſto
reſuet ut ſ̄·de offi·dele·prudeciā §·
ſexta In ſex āt caſibꝫ excatoꝝ ab=
ſolucio ſedi appoſtolice rſuat Pri
mꝰ ē cū q̇s manꝰ iiciti i clericū mōch
um mōchā ꝯuſū ꝯuſā ut ꝭ·e·c·nup
ſꝫ ꝯtrius h̄ ſibi dn̄s pp retineat idulg3
tn̄ h̄ idē ſuis legat q̇ de latē ipiꝰ pce
dūt ut ꝭ·e·ad emineciā h̄ ei ex ipē le
gacōis officō cepit iā licē legatis ut
ſ̄ de offi·leḡ qō tn̄ſlacōi ſeruata tamē
diſtictōe int legatos q̇ mittūt ex
latē dm̄ ppe ⁊ alios q̇ de ipius latē
ñ mittūt ⁊ eos q̇ eccāꝝ ſuaꝝ ptextu
legacōis ſibi vēdicāt digitatem vt
ſ̄·de offi·le·excat ut no·plenꝰ de h̄
de offi del'·§·officiū Sꝫ qritur an
epꝰ poſſit relaxare ſniā3 excōis latā
a ſuo Archidiacono decano ſeu ple
bano l' alio iuriſdictōz habēte Ad qō
Rn̄o nō ſine ꝯgrua ſatfcōe ⁊ abſq3
excōicatoris cōſcia vt·ſ̄·de offi·ord
cū ab eccāꝝ plat in fi Sꝫ qō ſi co

in cōſulto abſoluat Rn̄o abſolucio
t3 nā epus ordianꝰ ē iudex oim q̇ in
ſua dyoc ſunt ut xi·q·i·de pſona ⁊
ar·in·autn̄ de deſē·ciui·i pn̄ coll'·iij·
vbi diat q̄ nō ꝓhibet deſēſor cītat
cui epus ꝯpatur ꝯgnoſcē de cauſ i
ſerioribꝫ muīcipalibꝫ magtibꝫ pt
miſſ ſꝫ nō idē i metropolitano ⁊ epis
ſuffraganeis obſuat q2 ſniā3 exca
cōis latā ab epō i ſuos ſbditos ñ pt
metropolitanꝰ reuocare ñ cā excōis
ad eā delata fuit ꝑ appellacōez l' ꝑ
q̄relā·⁊ h̄ iō q2 ſbditi epoꝝ ñ ſbſūt
arepis niſi i caſibꝫ vt·ſ̄·de offi·ord
paſtoral'· Sꝫ hn̄ duo caſus ſūt de
ſpēalibꝰ·ſ·cū negociū tn̄ſfertur ad
metropolitanū ꝑ appellacōz ut ſ̄·de
offi·ord duo ⁊ c·paſtoral' ⁊ ix·q·iij
ꝯq̄ſtꝰ l' ꝑ q̄relā q̄ q̇s de epō ſuo ꝓpo
nit vt ſ̄·de offi·ord ad repmedā et
x·q·iii·q2 ꝯgnouiꝰ· Quare āt ſuet
alid i metropolitāo ⁊ ſuis ſuffraga
neis ⁊ aliud i epō ⁊ ſuis iſerioribꝫ ꝑ
lat tetigi h̄ ⁊ ſ̄·de offi·ord·§·ſꝫ q̄ri
tur Sꝫ q̄rit an cū cā excōis ad me
tōpol' tn̄ſfert teat rmittē excatū ab
ſoluēdū ad ep3 q̇ excauit i q̇ q̇ō dīa3
nōuerit it appellacōez ⁊ q̄relā dn̄tes
q̄ ſi ab audia epi tn̄ſferat cā excōis
ad metropol' ꝑ q̄relā ncce h3 metro
politāꝰ ſuffraganeo ſuo deferre ⁊ ex
cōicatū ad eū remittē abſoluēdū ut
ſ̄·de offi·ord Ad repmedā ꝭ·e·t·ſa
cro ſꝫ ſi ꝑ appellacōz tuc ñ h3 ncce de
ferre ſꝫ pōt ſi vult ut ꝭ·e·c·ꝑ tuas ⁊
pt eē rō drē q2 forāꝰ tn̄ſfertur iuriſ
dictio in ſuperiorē per appellacio
nem q̄ per querelā nam appellans

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtatī eximit̄ a iuriſdictōe eꝰ a q̄ appel
lat ſaltī q̄ ad negociū ſup q̄ appella
tur ut ſ̄· de app· directe ⁊ c· paſtoral'
ſed q̄ ꝯqritur ñ tñſfert ñ litē ꝯteſte
tur añ ei nō dicit̄ agē ſed agē velle
ut· ff· re· ra· ha· l· aplius ⁊ l· q̄ ei tiore
Sꝫ obicit̄ ñ eūdo ad ſupiorē cā q̄ele
videt̄ q̄s appellare fcō ut ſ̄· de app·
dilecto Rño illō locū hꝫ cū it̄ ad ſu
piorē anteq̄ȝ iudiciū ordietur nā pꝰ
nccia ē app° uocis t' ill° vez ē cū it̄
ad ipm ſecꝰ ſi ad metropolitanū· ve
riꝰ tñ puto q̄ ſiue p appellacōꝫ ſiue
p q̄relā tñſfert· cā excacōis ab epō
ad metropolitanū deferre poſſit ſuo
epō ⁊ excatū ad eū remittē abſoluē
dū ſꝫ i neutro caū tenet̄ q̄uis ā dixe
rim ſ̄· e· t· §· excacō ſi ſine cā fiat ul'
ex fl̄ā cā tenꝫ ⁊ ligat q: ſnīā excōis ſi
ue ſit iniuſta ex cā ſiue ex aīo ſiue ex
ordīe tenet vt xi· q· iij· c· i· §· ſi g° in
iuſte deiecti· q̄ ē ſpēale i hēc ſnīā al's
aūt ſnīā plata iur̄ ordie ñ ſuato nō
tenꝫ ut· C· de ſē· ⁊ iterlo· om iudō· l· p
latā Vnū tñ nōb' q̄ ſi ſnīā excacōis
ſit iuſta ex cā q: cā ñ ſbeſt ꝓpt q̄
excat̄ ⁊ ſi liget q̄ ad ecc̄iāꝫ militātē
q̄ fallit ⁊ fallit̄ ut ſ̄· de ſē· ⁊ r̄· iu lator
xxiiij· q· ij· ſi q̄s ñ recto ſ̄· de frigidis
⁊ male· f̄mitat ſ̄· de inint̄ g̃ reſti· ex
lrīs xxxv· q· ix· ſnīāꝫ ñ tñ ligat q̄ ad
ecc̄iāꝫ triūphātē cꝰ iudi^m innitit̄ ve
ritati q̄ nec fallit nec fallit̄ ut ī· e· t· a
nob' xxiiij· q· iij deꝰ de ꝯ· di· ij panē
q̄ ita demū ligatū hꝫ quē ligat ecc̄ā
militās ſi liget claue ñ errāte ⁊ ſic i
tellige· xi· q· iij· qnō cū ſequētib' ca·
q̄d vez ē ñ ꝯtēpnat̄ ut xxiij· q· iij no

tandū i ſi· ⁊ xi· q· iij· §· cū g° de ſnīā
i ſi· Sꝫ cū ecc̄ā rōna ñ hēat maculā
t' rugā l' aliq̄d hꝰ ut xxi· di· q̄uis
et de pe· di· i· Eccā cū mich' iuſtū ab
ea pcedē deāt q̄re ſtatuit q̄ iniuſta
ſnīā ligaret ⁊ quā ē dedit materiā p
latis ſeuiēdi i ſbditos Rño ut Cla
ues ecc̄e i maiori reuēnēcia hēnat̄ dū
timent hoīes iuſtas ſnīās ul' vt ho
bū ꝯditus creſcēt p obedīe meritū
pens iuſte ſnīē ⁊ ſe recognoſcēs ſe
ligatū iuſta ſnīā ut xi· q· iij q̄d g°
Et eadē rōne ſtatuit ecc̄ā rōna vt ſi
ab ea iugū graue ⁊ vix ferēdū ipoñ
tur pia deuocōe tollet̄ xviij· di· i me
moriā Eſt ⁊ a° ſpēale i ſnīā excōis
ut ñ rleuet̄ p appellacōꝫ h' iō ꝯtigit
q̄ excacō ſecū t' hit execucōꝫ ut ſ̄· de
ap Paſtoral'· q̄i dicā aliud ſuat̄ in
aliis ſnīis ꝯdēpnatoris ⁊ a° i ſnīā
excacōis nā i aliis ſnīis h' optinet
vt pꝰ decēniū execucōi mādet̄ nam
q̄ȝ diu appellari pt execucō ītuenīē
nō pt vt· ff· de verbo· ſig· l ſi· q̄ pena·
ſꝫ aliud ē i ſnīā excōicacōis q̄ cū a iui
referat̄ ſtati hēt effcm̄ nec denūcia
cio q̄ ad effcm̄ aliq̄d opat̄ ſꝫ q̄d fac
tum eſt publicat ⁊ inſinuat vt ſ̄· de
app· nouit xi· q· iii· q̄re ⁊ c· dꝫ ſ̄· de
teſti· co· Preteā· ff· de teſtā· l· hēdes
⁊ eadē racō eſt in ſnīā inter dicti· ſ·
vt iō non ſuſpendat̄ p appellacōez
quia illa ſecum trahit execucōm
opponitur quelibꝫ ſnīā diffinitiua
vt ſ̄· de app· ad hec Qm̄ ¶ Sed
⁊ abſolutoria ſecum trahit execucō
nem non enim indiget alia execucō
et tamen appellatur ab ea vt ſ̄·

de excep· ſignificauerit ſ̄· de teſta·
raynuci⁹ ⁊ c· raynald⁹ vñ q̄uis h̄
uer̄ ſit q̄ ſn̄ia excōīs ſecū t̄hit ex
eacōz ⁊ idē i ſn̄ia ſuſpēſiōis ⁊ it̄ dic
ti nō tñ ē illa rō q̄ ē ſn̄ie hm̄oi ñ ſuſ
pēdātur p appellacōz· ſʒ ē illa verior
rō q̄ ſn̄ia excacōis ē medicinal̄ vt
ij· q· i· mľti ⁊ ē diſciplia ñ eradicacō·
vt xxiij q· iij· nō̄n· ē mucro epi ut
xvi· q· ij· uiſis vñ cū i hm̄oi ſētēcijs
cēſura ecc̄ cōſiſtat ut ī· c· px· q̄ p
cenſurā ſpēaliter idultū eſt q̄ ſn̄ie
hm̄oi nō ſuſpēdātur p appellacōz
ut magis cēſura ecc̄ tīeat ⁊ h̄ vā
ſūt i ſn̄ijs hm̄oi platis ſecus ſiſb̄ ɔ
dicōe ferāt ut ſ̄· de appel· ptēa Itē
ſec⁹ cū ſn̄ia fer̄ ⁊ i ipa ſn̄ia ſuſpen
dit e⁹ eff̄c⁹ ut ſ̄· d̄ appel· dilcis· tol
lit̄ excacō p abſolucōz ⁊ q̄ excacio
intulit abſolucō reddit vt xv· q·
vi· nos ſcōz ⁊ c· iuratos ⁊ ar· in· q
iiii beat⁹ ⁊ ſ̄· de elec· q̄ diligēcia ñ
tamen oīa q̄ ſi iuſta fuerit excacōis
ſn̄ia puēt̄ medio tēpe pcepti ñ re
petit̄ ut· C· q̄ mili· ñ put· l· ſtipēdia
et· l· Cū allegātur nec ei pene r̄peti
ſolēt ut· ff· de ɔ· in de· l· pene· ff· de p
cura· q̄ ppo· ſ· ut ictis· ff· de tutel̄ ⁊
cō· diſtra· l· i· ſ· nunc t̄ cte⁹ ¶ In ab
ſolucōe āt h̄ doctrina ſuet̄ ut is qui
abſoluēd⁹ ē iur̄et ſtare mādatis iu
dicis ut ſ̄· q̄ met⁹ cā· c· i ī· e· c· ſa=
cro cc̄ finē ⁊ c· nup i fi· Alibi dicit̄
q̄ q̄s iurare deāt ſtare mādat̄ ecc̄
ut ſ̄· d̄ ap· ad h̄· et ſ̄· c Cū deſidēs
i pñ· puto tñ q̄ excatus iurare deat
ſtare mādat̄ excōicatoris quē ɔtēp
ſit ⁊ ſi alicubi īuenēris q̄ vitād̄ ſit

qd̄ mādatis ecc̄ ſtet̄ expone· i· pla
tel̄ iudicis ¶ Eccā ei ⁊ plat⁹ ſynoīma
ſūt ut vij· q· i· ſcire· poſſit t am̄ nōn
dīā int̄ vnā forāʒ ⁊ reliquā nā cū iu
rat aliq̄s ſtare mādat̄ ecc̄ ſtabit̄
mādat̄ excatois l̄ ſucceſſoris eiuſd̄
roale ei videt̄ h̄ iuramītū ar· ſ̄· d̄ of
ficō dele· qm̄ abbas cū iurat aliq̄s
ſtare mādatis cte ⁊ noiate pſone
ad pſonā ſuccōris nō extēdit̄ iura
mētū niſi ⁊ d̄ ſucceſſore fuit iuram̄
to adiectū ut· ff· iud̄ ſol· Cū apud·
Cū oli Dz i p° caū ſi appeat iuſte
exca· i hē forma iurabit q̄ excat⁹ ē
roe ɔtūacie q̄ ɔſtitit i ñ veniēdo ad
iudiciū l̄ ad tēp⁹ recedēdo l̄ iudicii ñ
parēdo ut xi· q· iij· certū ē mādabit̄
āt ei· vt pareat iuri ut ī· e· t· p tuas
Si vo aliq̄s p offēſa ſit excat⁹ ā
offēſa illa ſit manifeſta· ſ· p ɔfeſſi
onē i iudicō factā l̄ pbacionē lr̄iaʒ
ā euidēciā rei q̄ nulla poſſit t̄giuer
ſacōe celari ⁊ tūc nō relaxabit̄ ſn̄iā
ñ p⁹ ſufficiēs preſtet̄ emēda· ſi uo
dubia ſit offēſa ſufficit ad ſn̄iaʒ re
laxādā ſi pēdi mādato ɔpetēs cau
cio pſteat̄ vt ī· e· t· Ex pte ⁊ c· oli ſʒ
in p° caū ſi appareat iiuſte excatū
nichil mādabit̄ abſoluto vt· ſ̄· de
reſti· ſpo· lrās i fi ī· e· c· venerabil̄ ⁊
ſic itelligo· ſ̄· de offi· delega· Cū ɔti
gat ⁊ c· prudēciā ſ· ult ¶ Itē is q̄ ex
cato dicat i cīnie cū iuramīto dʒ ab
ſolui q̄ āt ei dicat ſʒ ñ i cīnie re⁹ali
ari potit ſine iuatoia caucōe ut ī· e·
nup ſ· is aūt· ei q̄ p offenſa fuit ex
catus mādabitur vt de cetero ſimi
lia ñ ɔmittat̄ vt xxiij· q· vlt̄· ſ· peſſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſolēpnitate illa q̄ ħetur xi. q. iij. cū
aliq̄s n̄ tn̄ puto ſolēnitatē illā eē de
ſb̄a ꝛ iō ſine illa ſolēnitate fit abſo
lu° cū miſerere mei deꝰ ꝛ cū aliqn̄tis
v̓gaꝝ paſſionibꝰ ſimilit̄ cauco in
ratoria nō ē de ſb̄a q̄ꝛ hodie q̄ excā
ti ſūt pſtāt. pocīꝰ ad cautelā ex con
ſuetudīe ecce q̄ꝛ rigoꝛ ē canōis. ut ꝫ.
e. t. Cū deſidēs. Cū v̓o aliq̄s ſit ex
catꝰ ꝓpt̄ iniectionē manuū in cleri
cū h̄ for̄ ꝓuat̄ ut is q̄ abſolucōem
petit de parendo mādatis ecce et
mādet̄ eidē ne de cetero i clericū mō
chū l̄ alicuiꝰ religionis ꝯuſū ma
nꝰ iniciat violētas niſi ſe defendē
do ā de mādato ſuoꝝ p̄latoꝝ faci
at vel n̄ ſup eū p̄lacōis miſteriuꝫ ā
magiſtēm ħeat ā cū ipō i eadē eccā
ſociꝰ eē noſcat̄. ut ꝫ. e. c. Ex tenore
Sꝫ ſi ſatiſfactio ſit pecuniaria q̄
rit̄ cui d̄eat applicari. Ad qd̄ rn̄o ſi
manꝰ iniectio fuit fcā i mōchū vel
conūſū ſatiſfactio pſtita applicabi
tur mōſterio ar. xij. q. i. nō dicatis
inſti. de iniur. §. ꝑuꝰ āt ſi clerico ſecu
lari tūc eidē applicabit̄ n̄ i ꝯtūeliā
ecce ſit pulſatꝰ q2 tūc actō iniuriaꝝ
ecce competit. vt. ff. de iniur. l. i. §.
vlt. ꝛ ei debet̄ ſatiſfactio in cuiꝰ ig
noīaꝫ dī fcā pulſacō vt. ſ. de ſymo.
de h. ꝛ. c. audiuimꝰ xxvij. q. i. ſi q̄s
rapuerit. i autn̄ de ſcil. epiſ. §. ſi q̄s
rapuit coll. ix. Sꝫ q̄d ſi q̄s ꝓ plu
ribꝰ exceſſibꝰ vna ſn̄a ſit ligatus
et i abſolucōne nō exp̄mit oēs exceſ
ſus ſꝫ q̄ſdā nūq̄d ē abſolutꝰ Rn̄o nō
vt ſ. de of. or. Ex pte. abſolu° ei ſuꝫ
repta n̄ ꝓdeſt ut ꝫ. e. t. officij tanc āt
ſcpſit ꝯm qd̄ n̄ placꝫ nec obſtat ꝫ. e
t. cū ꝓ cā v̓ dī ipm taq̄ꝫ excatū ſatiſ
facē ecce ſue ꝓ alt̄a monicōe p̄miſ
ſa cogatis illō ꝛ tq̄ꝫ n̄ ē ſimilitudi
nariū ſic. t. dixit ſꝫ veritatꝰ expſſiuū
poſſꝫ tn̄ eiꝰ ſn̄a tolleari cū ex igno
rācia l̄ negligēcia cā ſupp̄mit̄ ar. ſ.
de reſcp̄tis ſup l̄ris ſecꝰ cū occulta
tur ex fraude. ut ſ. de of. ord. Ex pte
Itē q̄rit̄ q̄d ſi q̄s pluribꝰ ſn̄ijs ſit
ligatꝰ a pluribꝰ p̄latis hn̄tibꝰ iu
riſdcōez i eo l̄ ab vno Rn̄o necce ē ei
vt a q̄libꝫ abſoluat̄ vn̄ vltia abſo
lucō ꝯſicībit p̄cedētes. ut. ff. ad tre
bel. l. i. i ſi. p̄mi rn̄ſi. ſ. d pe. ꝛ rmiſ.
qd̄ q̄dē. ff. de ꝑuit. ruſti. p̄dio. l. p
ſūdū. pluēſ ei abſolōes necce ſūt ar
ff. de no. op. nūc. l. de pupillo. §. ſi
ex pluribꝰ. ij. q. iij. §. nōnō. Sꝫ nū
q̄d i h̄ cāū cū ab vna ſn̄a abſoluit̄
ab alia n̄. dicēꝰ eū ptim abſolutū
pti excatū Rn̄o i q̄libꝫ abſoluit̄ ſꝫ i
vltia ē abſolutꝰ ſic i eo dixiꝰ q̄ de
vno ꝯfitet̄ ꝛ peitꝫ ſꝫ de alio n̄ q2 tūc
eit p̄ma fructuoſā cū de a° peitebit
vt ſ. de pe. ꝛ rmiſ. q̄ꝛ q̄dā. pn̄t tn̄ ex
catoēs vni ꝯittē abſolucōnez ꝛ ille
poſſꝫ oēs excacōes i vnā abſolōeꝫ r̄
ducē ſic ꝛ pluēs obligōēs vna ac
ceptilacōe tollūt̄. ff. de accep. l. plu
ribꝰ ꝓcedūt iſta i illā ſn̄aꝫ q̄ dīcꝰ
excatū poſſe iteꝝ excāi q̄ ad vnū ef
fcm̄ excacōis. Eſt āt duplex eff̄ cāis
excacōis. ſ. deiectō ꝛ ligō ſm̄ p̄mū
effectū excommunicatꝰ amplius ex
cōmunicari non pōt quia qui foris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ē expelli nō pt q̄d ei ad nos de hijs
qui foris sūt·ij·q·i·c·multi·ꝛ·s̄·de
iud·Cū nō ab hoīe iux̄ aliū effectū
pt excatus iterū excari·ut iij·q·iiij·
engeltrud·pt ligat⁹ apli⁹ ligari
et foris posit⁹ diuci⁹ ex teneri sicut
vides i eo q̄ pluib⁹ ligat catħenis
ꝛ secundum h̄ itelligo engeltrudā
xi·q·iii·excellentissim⁹ ¶ Pena nō ꝑ
uātis excacōez ē vt tardius recipia
tur ad veniā·ut xi·q·iii·q̄ iubēte a
ā⁹ morte pueniꝰ·ut xi·q·iij·epi·et
si cleric⁹ excat⁹ ingerat se officijs
diuis exequēdis icurrit irregulari
tatē idispēsabilē tāq̄ ex enormi de
licto·ut xi·q·iij·si q̄s eps ¶ Itē si
q̄s credēs se iuste excatū ɔtēpnat
incipit ligari ex suo ɔtēptu vt xi·q
ij·ſ·cū igiꝰ· Itē excat⁹ nō suscipit
ptē i eccā·ut xxxij·di·pret h̄·ꝛ nō
tm̄ i vna eccā h̄ ɔtigit·ſʒ i plurib⁹
ecclesijs locum hʒ cū excat⁹ in vna
eccā in oib⁹ sit vitād⁹ vt xi·q·iij·c·
ii·ꝛ vi·q·i·si q̄s p̄sbiꝰ·illi puētus
eccāstici merito s̄btꝰhūꝰ cui eccē ɔio
denegatꝰ·ut s̄ de app·pastoral·l·si·
¶ Sʒ q̄riꝰ de suspēso an ei puētus
eccāstica s̄btꝰhāꝰ Rn̄o cū suspēsio
plerūqʒ fieri solʒ ex leui cā vtpote
ꝓpt solā īfamiā l̄ scādalū ꝓpli siue
plebis·ut ij·q·v·p̄sbiꝰ·tali suspen
so bn̄ficiū s̄btrahi nō dʒ q̄d nō sub
trahiꝰ ñ ex mag̃ cā·ut xvi·q·ii·iuē
tū·Nā q̄ppe cū alijs remedijs loc⁹ ē
nō sūt stipēdia s̄btrahēda·ut·C·de
excep·re·iud·l·stipēdia·si tamen ex
mag̃ cā suspēsio fiēt·sec⁹ eēt·ut s̄·

de pūrga·ca·inꝰ sollicitudies ij·q
v·sup cām· Itē si suspēs⁹ ɔtēnʒ sus
pēsiōez puād⁹ ē iterū bn̄ficijs·ut s̄
d̄ eta·ꝛ q̄·or·c·Cū bone· Restat
vidē d̄ pēa illoꝝ q̄ pticipāt excatis
i q̄ distiguiꝰ An q̄s ɔicʒ cmi ꝛ cmi
noso·ā cmioso tm̄· In p° casu icur
rit eādē excacōnez i nūo q̄ teneꝰ is
cui ɔicat videꝰ ei i eū delinq̄re qui
dānauit·vn̄ ab eo l̄ ei⁹ supiore eit
absolucio req̄rēda·ut ꝭ·e·nup·ꝛ·c·
si ɔcubie· Diāt ɔicat excato nō tm̄
in cmie s̄b distiguiꝰ q̄ꝛ ā erat exca
t⁹ cū suis fautorib⁹ ꝛ ɔicatorib⁹ ā
nō In p° casu ɔicās icurrit eādē ꝛ
ab hoīe nō a iure·ut xi·q·iij·rogo·
In 2° ɔicans excato in osculo salu
tacōe simplici loq̄la orōe l̄ mēsa icur
rit a iuē excacōez miorē·ut xi·q·iij·
sic excat⁹ cū excato q̄ ɔicauit·h̄ aūt
excacō i tcia psonā nō trāsit·ut xi·
q·iii·qm̄ mltos excipiūꝰ q̄dā cas⁹
i q̄b⁹ ɔicātes excatis nullā icurrūt
excacōez·Vn̄⁹· Hec anathema q̄d
faciūt ne possit obeē·Vtile lex hūi
les res ignorata necē Vtilitas ei⁹ q̄
excato ɔicat ꝛ scieꝰ fāt vt nulla ex
ca° incurraꝰ vt cū q̄s ab excato exi
git q̄d sibi debʒ·ut ꝭ·e·t·fine· Itē
vtilitas ɔicādi aliqn̄ fāt vt cū q̄s
cū excato loq̄ꝰ d̄ hijs q̄ ad excacōz
ptinēt ꝛ ad correctōez ipi⁹ faciūt vt
xi·q·iii·Cū excato lex ꝓpt eādē·ll·q̄
ē mlier ɔicās viro excoicato ñ ex ɔi
cacōz icurrit vt xi·q·iij qm̄ mltos ſʒ
nūq̄d idē ē eɔ° vt vir sciēs vxorē ex
cōicatā ꝛ ei ɔicās excōiceꝰ ñ puto q̄ꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vix femias ſubditas ⁊ pene famu-
las lex eſſe voluit vt xxxiij·q·v hec
ymago viri maritus poteſt vxorez
cogē ſatface et abſoluit ar·vii·q·i
ſic huile ſicut ē in filijs ſeruis ācill'
mancipijs ruſtic ⁊ ſubiectibus nec
non in oib⁹ alijs que adeo nō curi
ales ſunt vt eoꝝ conſilio ſcelea ꝑpe
tret vt in·c· qm multos ⁊ qd dixi
de filijs intellige de hijs q̄ in poteſ
tate pris ſunt·ſecus in emācipatis
res ignorata vt ſi qs alti dicat ig-
norans eum excōicatū dum tamen
ignorācia nō ſit craſſa ⁊ ſupina vt
ē·ō cle·ex·de aplice necē ut cū quis
tūſiſt per ſtam excōicatoꝝ vt ꝭ·e·t
c·Cū volūtate dūmō necītas ſit ūa
et nō ſimulata ut in·c·qm multos
Et nō ꝙ omis pſone tente i·c·illo
qm vſq; ad illud verbuz quicūq;
āt oio ⁊c̄ tenētur coicare ſuis ſupi
oribus excōicatis ꝑpt obnoxitatē
qua illis tenentur aſtricti ſed alie
pſone q̄ in eo de·c·ſubſecūtur nō te
nētur dicare ymo debēt euitarē niſi
articulus necītatis immineat vt ꝭ·e·
c·inter alia Sed nūquid parētes
poſſunt licent dicare filijs excōicat
dñi familiaribꝰ ſuis dixerunt quid
ꝙ ſic nā eadem fide ſunt aſtricti ſu
piores inferioribus que inferiores
ſupioribus ut xxii·q·vlt·de forma
fidelitat veri⁹ tñ puto ꝙ maioēs ñ
excōicantur dicantes ſuis inferiori
bus ⁊ hō i pena maiorū qui corrigē
debuerūt miores ne incidēt in ex-
cacōē in ar· ad hō xxvij·q·i· de filia

parentes āt caſtigare ⁊ erudire fi
lios debēt als digni ſūt pē ut xxvij
di·legatū Erubeſcit lex filios eſſe
caſtigatores pntū ut autū de nup·
ꝭ·ſcitū ¶ Queritur An peccet mor
talit is qui in caſu nō cōceſſo dicat
cum aliq̄ excōicato R̄ñō ſic vt colli
tur ex illa dec·ō·ꝙ metus cā ſacs ⁊
ꝓbatur als nam talis eſt excād⁹
vt xi·q·iij ſic def miat dec·ē·de cle·
ex·mi·ſi celebrat in ſi·non autez dz
qs excōicari niſi ꝑ mōrlē vt xi·q·i
nemo ⁊·c·nullus ¶ Quid ſi epūs
excōicet aliquē ⁊ poſtmodū dicet
nūquid icurrit miorem R̄ño ſic nā
illa a iuꝛ incurrit·vt ꝭ· e·c·nup ⁊
ideo non obſtāt iura q̄ in cōtrium
poſſent induci ꝙ nullus ꝑt eſſe iux
ſui ipſi⁹ vt·ff·de arbi·l·plſ·ff·ad
trebell' ille a q̄·ꝭ·tēpeſtiuū Itē ſi qs
epūs excōicet aliquē rōe cmis ⁊ ipe
idē coicat excōicato icrīē ¶ Itē qd
ſi excēt aliquē cū fautorib⁹ ⁊ coica
toribꝰ ſuis ⁊ ipē p⁹ea illi dicat In
hijs duob⁹ caſib⁹ ſcꝑſit fr̄ Raym-
in ſūma ſua epz ligatū excōicacōz
maiori ñ ſua ſētēciā ſed iuris ⁊ ab
ſolui debēre a ſuo ſupiori p dec ꝭ·e·
nup ꝙ michi nō placet R̄ñā primo
caſu is qui fauet in crimie non cōñ
hit excōicacōem a iure ſed a iudice
videt enim i eū delinqre qui dāp-
nauit ⁊ ideo ab l' a ſuo ſupiore dz
abſolui vt dicit illa nup ꝙ in caſu
premiſſo dicā non poſſz vt epi ſua
ſentencia ligarent ⁊ idem dico in
caſu ſ°· nam cum quis excōicatur

ſuū roe crīmīs nūquid nō ſubditꝰ
coīcās ei in c̄rmie ligatꝰ ea ſniā vide
tur q̄ non vt ı̄.e. A nob' p̄mo nec
r̄miſſio alicꝰ epiſcopi expeditur ad
ſubditos alienos ut.ſ̄.de pe.ꝛ re=
miſ. q̄ āt.puto tn̄ ꝯrīu eo q̄ ille q̄
coīcat in c̄rmie videt in cū delinq̄re
qui dāpnauit vt i dec̄ nup vn̄ ꝯbit
forū roe delicti ꝛ quo ad hoc efficitꝰ
ſubditꝰ excāts. ❡ Querit de excato
An poſſit intr̄re eccīaꝫ Rn̄o excatꝰ
miori excōe p̄t audie diuia p̄t miſ
ſā eo q̄ a ſac̄mētis ē tm̄mō excluſꝰ
vt dixi.ſ̄.e.t.c̄c̄ prīn.ſecūrꝰ tn̄ pu
to ſi ex deuocōe abſtinuit ar.v.di.
Ad eiꝰ ūo ❡ Sꝫ nūq̄d clericꝰ miori
excacōe ligatus p̄t de choro cū alijs
officiū ſuū pſeq̄ Rn̄o nō ſi ſcietꝰ et i
ꝯtēptu eccāſtice diſcilipe coīcauit
excato ꝛ ſic ꝯbit miorē q̄ꝛ tūc ē in
mōrli pccō ꝛ anathemate feriēdꝰ
vt ſ̄.de cle.ex.mi. Si celebrat i ſi.
❡ Et vt nōt ſ̄.e.t.§.q̄rit an peccꝫ ❡ Ce
terū ſi quis coīcēt excato caſualitꝰ l
negligēter ul' ex verecūdia pocīꝰ q̄
ex cōtēptu poterit pſeq̄ officiū non
tn̄ celebrare nec ſac̄mēta recipē vel
ꝯferre vt in illa dec.ſi celebrat lau
do tn̄ vt p̄us faciat ſe abſolui q̄ ſu
um officiū i choro cū alijs pſeq̄tur
❡ Si ūo q̄s ſit excatꝰ excacōe ma
iori eccīaꝫ intr̄ē n̄ dꝫ vt xxxiij.q.iiij
vir cū ꝓpa xi.di.cleros in ſi.ꝛ ſi i
t̄uerīt clerici exire det officio dimiſ
ſo vt xi.q.iii ſic apl'i ꝛ.c.excato ꝯ ꝛ
c. q̄ coīcauit xxiiij.q.i. oīs q̄ reſe
dit q̄d intelligo faciēd cū notoriū
ē de excacōe illiꝰ alioq̄n p̄blice nō
euitabūt ne ꝓdē videatꝰ ut vi.q.ij.
ſic tn̄ ꝛ c.placuit ꝛ.ij.q̄.i.ſi pecca
uit monē dn̄t tn̄ eūdē i ſecto ut exe
at nā īngēndo ſe ꝯicacōi alioꝝ pec
catꝰ mōrlitꝰ ut i.c.ſi tn̄ ꝛ ſ̄.de cle ex
cōi.ca illō c̄ca ſi. Sꝫ ſi monitꝰ nolit
exire tūc ſi clerici poſſunt īfra ab of
ficio deſiſtē vt p hō occultus excatꝰ
nō p̄blicetꝰ deſiſtāt l' exeāt ſciētes l'
remaneāt ignorātes ſi quid ſciūt
et quid ignorāt caute tn̄ hō fiat vt
ille n̄ ꝓdatur ſi ei ocaultū ē ut dixi
in p̄uato vitādus ē vt ſaltē vēcun
die rubore ſuffuſus ꝓ latēti exceſſu
ſatfacē compellatꝰ vt ı̄.e.c. Cū non
ab hoīe ❡ Sꝫ q̄d ſi publice aliq̄s
excōicatus intret eccīaꝫ Rn̄o p̄blice
exire moneatꝰ ſi nō exeat dimittatꝰ
officiū n̄ ſacdos canonē incepit q̄ꝛ tē
pficē dꝫ nō ei intrupta l' nō cōple
ta dimitti debent ſac̄ miniſteria vt.
vij.q.i nichꝰ pſcō āt canōe ꝛ ſupꝰ
corpē ꝛ ſangne ihū xp̄i āpliꝰ i miſ
ſa n̄ pcedatꝰ excato p̄nte ſed ſi eccā
habēt iurdictionē tēpalē poſſꝫ ipꝫ
excludē violēter ſed vbi nō hꝫ iu
riſdictōꝫ ꝛ excōicatꝰ āmonitꝰ n̄ exi
ret ꝫ ſe igret pcaatꝰ ꝛ ptue iuōri
poſſꝫ brachiū ſeculare ❡ Sꝫ nūq̄d
clericus excatꝰ tenetꝰ dicere horas
Rn̄o ſic cū ei ad pēnā ſuitutꝰ cleicꝰ
teneautꝰ t ſ̄.d cele.miſ.c.i. Ab hē
ſuitute p excōꝫ n̄ libeābitꝰ q̄ꝛ pē n̄
hꝫ imūitatem.ff.de int dic.ꝛ r̄lega
l.relegatoꝝ.§.vltꝰ dicꝫ ēgo horas
ſuas nō officiando eccīaꝫ ſicut p̄us

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel iur̃ ꝯſuetudīez ꝓcedēte vt xi·q·
iii ſi q̄s epūs i ꝯalio idē dico i ſuſpē
ſis poterūt bini ł t̃ni excati ſuſpēſi
dicē lȷ̄oās ſuas ꝫ excōicat⁹ ex eccāſ
ſuſpēſi ł it̃dicti i eccl̃ijs eciā int̃dic
tis ianuis clauſis it̃dictis ⁊ excāt
excluſis voce dimiſſa ita q̄d audi-
ri nō poſſint ut ſ̃·de pe·⁊ remiſ·q̄d
in te Itē nō ꝙ ſi clericꝰ ſciēt ⁊ ſpō
te ꝑticipēt excatis a ꝑꝑ ⁊ ipōs i offi
cijs recipiāt eād excacōis ſniā iuol
uūt̃ nec abſolui pn̄t n̄ a ꝑꝑ vt ī·e·
c·ſignificauit ⁊ hūc rigorem induāt
magnitudo excōicacōis·ſ·ꝑꝑt̃ excel
lēciā coꝝ i q̄bꝰ cōicant̃ ⁊ cū ſit penāł
h̄ cōſtitucō n̄ extēdo eo ꝙ pene emo
liēde ſūt nō extēdēde ut pe·di·i ſ· pe
ff·de pe·l·int̃ꝑtacōe ꝙ ā dicat̃ ⁊ i of
ficijs receꝑunt intelligo oībꝰ offi
cijs q̄ i eccā ł ex eccāꝫ celebrāt̃ ut ð
horis diurnis ⁊ q̄d dicat̃ ſpōte itel
ligo excludi coaccōꝫ abſolutā n̄ ꝯdi
cōnalē q̄ nō defēdit ab excacōe ⁊ ſa
tiſfaciēdo i ꝑte defēdat ut ſ̃·ꝙ me
tus cā ſacꝭ Querit̃ an h̄ v̓ba ſuf
ficiāt ad excādū ſcias te excatū eē ł
te excōicatū ꝯgnoſcas ł hēas te ꝓ
excōicato ł reputes te excatū Et vi
det̃ ꝙ ſic ut·ſ̃·de teſ·co·c·ij·ſ̃ð app
ꝑtēa nā i ſniā n̄ refert an ituemāt
v̓ba directa ł eq̄polēcia ut ī·t·ꝑx·i
h̄ vn̄ ſi iur̃ dicat videt̃ ticiū mich ð
bē ſcio videt̃ ticiū abſoluē ff·de ar·
l·qui tn̄·ſ·i· Itē ſola volūtate ali-
qn̄ excōicat̃ ut xi·q·iij ſi inimicus ſic
et voluntate abſoluit̃ vt ī·e·t·ſi ali
qn̄ Itē ſi teſtatoꝛ dicat Dāat hē
des mei me donaſſe libꝰto meo tales
res it̃ vinos ex hijs v̓b dn̄iuꝫ tn̄ſit
ad libtū q̄uis dōacō nō ꝓceſſit vt
ff·ð dō·l·ex hᵉc ſcptura Itē ſi teſta
toꝛ ſic dicat filiā meā iō exhēdaui
qꝛ dote ꝯtētā eſſe volui ex hꝭs v̓b
cū volūtate exhēdare videt̃ vt·ff·
de hēdi inſti·q̄ volebāt ꝫ ꝯ v̓ba
illa de q̄bꝰ in ꝑn·dixi vim denūciā
di hn̄t magꝰ ꝗ ligādi ꝫ denūciacō n̄
ligat ut ſ̃·de app·paſtoral ıſi· Itē
ſi teſtaoꝛ dicat volo ut hēs meus
maūmittat ſuū meū cū multoꝝ ſ
uoꝝ capita ſibi relinqn̄ ſi n̄ ſit ſeꝝ
ſuos fuiſſe relictos nec hēdi dabi
tur accō nec ꝯpellit̃ maūmittē ſ
nū ſuū ut ff de le·ij·l·ticia ſ·ſeꝝ Itē
nulla ē ſubſtitucō ſi nō inuemat̃ in
ſtitutum·ff·de heredi·inſti vt ex
fcō·eciā agitatū puto v̓ba illa non
ſufficē ad excōicādū vnde in dec̄ il-
la preterea ſubaudi te excōico ⁊ ex
cōicatū te ſcias ⁊ eodē mō ſubaudi
in dec̄·de teſti·co·nā excōicacio odi
oſa ē ⁊ ideo reſtringenda non am-
pliāda ff·de lib·⁊ poſtu·l·cū q̄dā
ſ̃·de ꝯſang·⁊ affi·q̄d dilecto·⁊ ad
ſuꝑiores racōes ꝓ prima ꝑte iduc
tas Rn̄o prima n̄ ob·qꝛ equipollē
cia intelligo h̄ excōico ł a ꝯione ec
clē excludo nō ob·lex illa ex hᵉc ſcp
tura qꝛ illud benigna interꝑtacōe
ꝯcludit vt in lrā ꝯtinetur Itē non
ob·lex illa q̄ volebat ꝙ illud ex vo
lūtate teſtatoris procedit ⁊ in vlti
mis volūtatibꝰ volūtas teſtatoris
lex ē vt in autn̄ de nup·ſ· diſponat



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coll' iij. Itē dicā ꝯſueuit ꝙ ñ aliqd
ꝓhibet' ſb initiacōe excācōis excacō ñ
incurrit' quis fuerit ꝓhitū ut ſ. de
iuē pa. relatū ⁊ qꝛ ꝯmiacōes vim
ſniē nō hñt ſecꝫ vt ſb diffinicōe ex
cacōis tūc ei ſtati icurrit' excōicacō
cū ſit ꝓhibitū vt ſ. emiū ec. nō eo
minꝰ i fi ⁊ eodē mō cū mādat' ali
qd ſb peñ excōicacōis vt lxiij. di. ſa
lomitane ñ a iuē mādet' vt xxx. di.
p totū Et ē rō qꝛ iuꝰ magꝰ naſcitur
i ꝯtēptu miſtriuꝫ qꝫ i ꝯtēptu ſui
ipiꝰ vt. ff. d arb. l. ſi cū dies. §. vlt.

¶ Queritur pone ſup caput clericī
vibrē baculū volēs ipꝫ pcutē ñ tñ
pcucio nūqd icadō i canonē videt'
ꝙ ſic qꝛ q manū eleuat verſus ali
quē tenet' iniuriꝫ ut de pe. di. i. ſi qs
pulſatꝰ ⁊ ſine violēcia manꝰ iādit'
in excacōꝫ ut. e. t. nup i pri. ⁊ xvij. q
iiij ſic ꝗ. ⁊ eadē qō mouet' d eo q cle
ricū ſeqt' ut ūbēt lꝫ ñ vbēt qꝛ nō ca
pit advt' mqꝫ gōnē ſic dico ꝙ neut'
iādit i canonē qꝛ canō iᵉ ſi qs ſwa
dete fcm exigit. ſ. maꝰ iniecōeꝫ dū
dicāt iniecerit Itē iniuriā dū dicāt
ſwadete dyabolo Itē violēciā duꝫ
dic violētas manꝰ q vba cū effcū i
telligo vt de pe. di. i. ħ āt Itē cum
illa cōſtitucō ſit penal' ipſā nō extē
do pone ꝙ qs mādet maꝰ violētas
inicī in clericū ⁊ tanō pcitet āte ma
nus iniectōeꝫ nunqꝰ ſecuta manus
iniecōe iādit mādato i canonē
vt ꝗ. e. t. muliēs R ño ſic ñ mādatū
reuocet' ita qd mādatati reuocacio
pueit ad mādatarium vt. ff. mād
l. ſi mādaſſe. ſ. de pai. audit Pꝫ
pone mādator moriat' añ manꝰ in
iectōꝫ dicūt quid cū nō iādē i excōi
cacōꝫ iā mortuū. tū qꝛ morte finit'
mādatū ff. mād. l. it cās. §. i. ſ. de
offi. dele. gtū ⁊. c. lꝫ nōdū tū qꝛ eccā
ſub t'ra nō ligat ut ꝗ. e. t. A nob ⁊
xxiiij. q. iij. ligat Pꝫ verꝰ dicāt' cū
fore excatū pꝰ morte ñ mādatū re
uocꝫ añ morte cū itelligas decedē i
eadē voluntate ut ſ. de bap. ⁊ eꝰ effcū
maiores hñ āt qs excat' pꝰ morte
vt xxiiij. q. ij. ſane Itē qd ſi ñ mā
det ſꝫ ratū hꝫ dicūt quidaꝫ ꝙ iādit
i canonē nā rati habicō ⁊ in maleſi
cijs locū hꝫ vt ſ. de ſymo. ſic. ar. ꝯ
ff. de hijs q no. infa. l. q digni. ff.
mād. l. ſi uo. §. ſi pt ff. de vi. ⁊ vi. ar
l. q igit' ꝙ meo noīe geſtū nō ē ratū
habē nō poſſū. ff d neg g. l. ſi pupil
li. §. ſꝫ ſi ego ¶ In ſūma nōndū ē ꝙ
q manus inicīat i clericū violentas
duos offēdit ⁊ illū quē ledit ⁊ eccāꝫ
leſo ſatiſfieri debet p hūiliacōem ⁊
dilectōeꝫ l' pecūiē preſtacōꝫ ſi dāp
nū interuenit vt ꝗ. e. c. ea noſcitur
Eccē āt ſatiſfit cū iurat' de pēdo mā
datis ipſiꝰ ⁊ mādatū ſuſcipit' illd
de quo hēs ꝗ. e. t. ex teore ſꝫ ſi ſñ mā
dato ⁊ ſatſfcōe hmōi abſolucō fiat
valꝫ ⁊ tꝫ ut ꝗ. e. c Cū deſideres ſic ei
excōicacō facta nō ſuata forma va
let ⁊ tenet vt xi. q. iij. ſi epūs ſic ⁊
abſolucio eīm p dñs iꝰs eſſe voluī
vtriuſqꝫ ligandi ⁊ ſoluēdi ⁊ nō ꝙ
licꝫ canō ad ꝑſidiū editꝰ clericorū
ille ꝗ. xvij. q. iiij ſi quis ſnadete tia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reqrit qn̄tū ad h̄ ut icidat ī ipm̄.ſ.
iniectoꝝ dū dic̄ ıīecerit.violenciā dū
dic̄ violētas ⁊ iıurıā dū dic̄ ſuadē
dyabolo.fallit h̄ caſualit̄ nā aliqn̄
icidit ī illū canonē ſine ıīeccōe ma⁹
ꝑpt̄ violēciā ut ı̄.e.nup ī pn̄.aliqn̄
ſine violēcia ꝑpt̄ iıurıā vt ı̄.e.ꝯtin
git.aliqn̄ ſine violēcia ⁊ iıurıa ꝑpt̄
ſolā ıīectōꝫ ut ı̄.e.t.vniuſitas Itē
no.ꝙ oli ſ͛m āntiq̄s canōes q̄libꝫ au
diebat̄ volēs de iniuſta excācōe do
cere vt xi.q.iij.ſi eps Hodie ei nō
audit̄ niſi in duobꝫ caſibꝫ ſi dicat
ſnīaꝫ excācōis datā p⁹ appellacōꝫ le
getie ı̄nt̄iectā ł intollerabilē errorē
in ſnīā fuiſſe expſſū ut ı̄.e.t.p tuas
intollerabilis error pt̄ dici qⁿlꝫ mōı
le pccm̄ vt ſi q̄s excat aliquē qꝛ nō
furat̄ ł qꝛ n̄ fornicat̄ ł itollerabił
error dici pt̄ cū expſſe ꝯ ius ꝑnūcia
t̄ vt ıı.q.vi.§.diffinitā.ff.q̄ ſnīe ꝯ̄n
app.re.l.i.§.i ⁊ tal̄ ērōr fac̄ exhēda
cōꝫ nullā.ff.de lib ⁊ p⁹.l.p⁹hum⁹
ſic nec valet tutoris dacio ſi error
fcā ſit idacōe expſſ⁹.ff.de tuto.⁊ cu
ra.l.ſepe ſic ⁊ obli° p ērorē fcā n̄ tꝫ
ff.ſi q̄s cau.ſꝫ ⁊ ſi.ł error ı ſnīā exca
cōis expıt̄ cū excator dic̄ exco te qꝛ
credis ı deū vel qꝛ caſte viuis ł pōe
exēplū.vt ſi dicat excōicator exco n̄
miſſā dixis ꝑ aīa tał hētıcı vt xi.q
iii.ſi q̄s epūs.hug̃ tn̄ dixit tūc de=
mū ſnīaꝫ excōicacōis ꝯtinē itollera
bilē errorē cū fert̄ ꝑ ꝯ̄rıo eius ꝑ q̄
ferri ſolet ſolet ei ferri ꝑ ꝯtumacia
vt xi.q.iij.nemo ⁊ c.c̄tū ſi g° ferat̄
ꝑ obedīa vt ſi excat̄ q̄s qꝛ obedit

ſnīā ꝯtinet itolle abilē errorē veri⁹
tn̄ puto qd̄ p⁹ dixi.et lꝫ duo ca⁹ aſ
ſignāt̄ ı q̄bꝫ ſnīā excācōis n̄ teat
ipō iurē vt dcm̄ ē.ego aſſigno ⁊ ali
os t̄s vt ſi eps excedat ı exaccōe ꝑ
curacōis ⁊ qꝛ ſibi nō pet̄ excet vt
ī.de exceſ.pla Cū ad q̄nıd Itēꝫ cū
q̄s ſupponit ſe ꝯtecciōi rōne eccē
et ex ſimplicitate non appellet ſnīā
excācōis ı cū lata nō tꝫ vt de appel.
Ad audiaꝫ.Itē ſi ſnīā excācōis fe=
ratur a p̄lato hētico ł excato vt xx
iiij.q.i.Audiuim⁹.Et nō qd̄ vbi
iudex vel p̄latus dic̄ excōico intelli
gēdū ē de maiori excācōe nō de mio
ri vt ı̄.eꝫ.ſi quē nō obſtāte.l.ff.de
penis.l.ſi preſes.

¶ De verborum ſignificacione.

O Ictū ē de pſōis ı pmo libro ı
2° de iudicijs in t̄cio de vita ⁊
rebꝫ cleicoꝝ in q̄rto de ſpōſalibꝫ ⁊
mrio° laicoꝝ In quīto de c̄minibus
Poꝫ qꝛ c̄ca verboꝝ intpretacōes ⁊
ītellc⁹ oriūt̄ qōes freq̄ncius ita vt
p̄erūqꝫ nexā ſoluim⁹ nodū ligem⁹
vt ı̄.e.t.Cū oli iō ponit̄ h̄ rubrica
de verbo.ſig. ¶ Videa⁹ q̄d ſit v̄bū
vn̄ dicatur q̄lit̄ h̄ ſumat̄ q̄lit̄ ſit ı
terptadū q̄s poſſit v̄ba dubia int=
ptari vltīo videdū ē qn̄ poſſit artari
ł ꝑrogari intpretacō ¶ Verbū eſt
ps orōis cū tēporib⁹ ⁊ mod̄ ſīn cau
ſig̃ficatiuū accōis ⁊ paſſiōis h̄ aūt
ponitur v̄bū in larga ſig̃ficacōe ut
ſuppōat ꝑ q̄libꝫ pte orōis p q̄ꝫ is
qui loq̄tur qd̄ aīo geit in noticiam

alioꝝ deducat. vba eni no ꝓptea in
ſtituta ſūt vt p ea ſe inuice toies fal
lāt ſed vt eis q̄ſqȝ in alteri⁹ noticiā
ꝑfāt. vb igitur vti ad fallaciā n̄ ad
qḋ ſt īſtituta pccm̄ e. Intereſt ei quē
admodū vbū pcedat ex aīo reā lig
uā nō fac n̄ rea mens vt ꝓbātur hec
xxij. q. ij. is āt vn⁹. nō n̄ mēte rea fit
mea lingua rea. vn̄ qḋ nō mēte loq̄tur
nichil diāt q̄ nō dicit qḋ cogitat q̄
vox illud nō ſigt nec dic qḋ vox ſigt
q̄ illud nō intēdit g̃ nichil diāt. vt
ff. de reb⁹ du. l. in ambiguo. verbū ā
diātur fili⁹ dei q̄ ꝛ ſic p vbū expri
mit volūtas dōis ſic p filiū di volūtas
pris vt de pe. di. i. vbū dei dimittit
pccā. diāt āt vbū ab aeis vbatu qḋ
ꝯē accn̄s ē oib⁹ ptib⁹ oracōis ſu ſuāt
i pa ſigcōe ſiue i ſa In puil ſu i ẋpt
intptabūtur vba ad id ad qḋ ſūt i
ſtituta vt xxij. q. ij. qḋ āt. nō em ſp⁹
extrinſecus alienū ꝛ exneū debetis q̄
rē vt xxxviij. di. relatū ꝛ ad ꝯēz itelli
gēciā vba ſūt refēnda vt s. de ſpon.
Ex lr̄is Pꝫ ꝯ pleruq̄ȝ dum ꝓpetas v
boꝝ attēditur ſp⁹ veritatis amittit
vt ı̄. e. ti. ꝑterea nā pocius mēs attē
ditur qḋ verba ſint ꝯſiderāda ut xxij.
q. v. humane. aln̄ ꝯ ꝯēm intellectū ſit
intpretacō ut s. de poſtulādo Ad hec
et poti⁹ ꝯſiderādū ē qḋ teſtator ſēſe
rit qḋ ipſa vocis ſignificacō vt. ff. de
ſūdo iſtruc. l. cū delamiōis. §. aſinā.
et hec uia ſūt n̄ iterptacō verbi. heret
a iure ſic canō iterptat ſtati. i. vſq̄ȝ
ad ānū ꝛ diē vt xx. q. i. puella puto
qḋ in reſcptis ꝛ priuil magis mēs ꝛ
itencio ſupioris attenda ſunt qḋ ver

ba ꝯſiderāda vt s. de offi. dele. Sup
eo s. de deci. Ex mltiplici. s. de puil
q̄nto ꝛ c. in hijs nā q̄uis verba puī
legioꝝ inſpiciēda ſūt vt s. de puile.
Porro plus tn̄ ꝯſideranda ē mēs vt
ff. de le. ꝛ ſe. ꝯ. l. ſcire ı̄. e. t. itelligēciā
et idē dico in teſtō q̄ mēs poꝛ ꝛ po
tēcioꝛ eſt qḋ vox vt. ff. de ſuppel. le. l.
labeo i ſi. vnde ſi teſtatoꝛ m̄ legauit
ſeruū ſub appellacōe ſtichi cū vōres
tur pāphilus nō ſtich⁹ q̄ ex verb ſig
nificatur ſed panphil⁹ debetur noīa
n. ſignificādoꝝ hoim grā repta ſunt
qḋ ſi q̄libet alio modo intelligātur
nich itereſt vt iſti de le §. ſi q̄s i noīe
et idē ē ſi in ſūdi noīe ſit erratū vt. ff.
de le. i. l. iij. ſecus in noibus reꝝ. rerū
em̄ vōbula imutabilia ſūt hoim mu
tabilia vt in e. l. in ſi. i. Re ¶ Verba
reſcptoꝝ dn̄i ppe interptat pp s. de
ſequeſt. c. i. aln̄ ꝛ legatus intptatur
vt s. de poſtulādo. c. i. Quis āt poſſit
intptari puilegia dixi s. de puil. §. ſꝫ
poē. de intptacōe vero iuris diſtic° ē
āt iq̄ intpretacō gn̄alis ē necēa ꝛ iſcp
tis redigēda itpretacō pn̄cipis vt. C.
de le ꝛ ſe. ꝯ. l. nō dubiū s. de ſē. ex. it
alia ¶ Gn̄alia necēa ſꝫ n̄ inſcptis redi
gēda intpretacō ꝯſuetudis vt. ff. de
le. ꝛ ſe. ꝯſul. l. Si de intpretacōe s.
de ꝯſue. Cū dilc⁹ Nō gn̄al ſꝫ necēa
iſcpt redigēda intpretacō iudic. ff
de le. ꝛ ſe. ꝯ. l. nō pn̄t Gn̄al nec ne
ceſſaria n̄ iſcpt redigēda intptacō
mgr̄i vt. C. de pfeſ. l. i. li. xij. q̄ nlli⁹
addict⁹ i vba mgr̄i ſūt interpreta
a iure q̄bo p oia ſtādū ē vt i dec. hic
poſitis ꝛ C. ꝛ. ff. e. t. p totū Pꝫ pter

has iuris iterp̄tacões iuemimus ꝛ
alias nā noie bñficii nõ ↄtinet recto
ria ꝉ pſõtus vt ſ̄. de p̄be. Cū oli ꝛ h̄
ne iuri eoꝝ ad q̄s ſpectat electio deꝫ
baꝫ ꝛ ſile als ſ̄. de offi. dele. ſup eo
v vba illa ordiet eccāꝫ talē itp̄tacõꝫ
recipiūt ordiet p aliū inſtituētē ad
quē inſtitucõ ſpectat ſꝫ noie bñficij
ↄtinet p̄bēda ut ſ̄. de prebē. ꝑ illoꝝ
nõ obſtat hijs ī. e. t. Tua vbi p̄bēde
ꝛ maiora officia noie bñficij ↄtinet
illō ei optinꝫ fauore eccē a debitis re
leuād ꝛ iõ dic̄ lrā ī h̄ cau. iõ ius itp̄
tatꝫ ↄſtitucõeꝫ illā ſ̄. de cõ ce. p̄bē. ꝉ ec
ñ va. c. nulla qd ad arcepātus ꝉ epā
tus ñ ſolꝫ extēdi ſꝫ ad pſõtus alios
et miora bñficia coartarı ut ſ̄. d ↄceſ
prebē. ꝉ ec. c. diſc⁹ q̄uis hodie illi di
lect⁹ videaꝫ derogatū p ↄſtitucõꝫ il
lā ſ̄. de elec. ne ꝓ defcū ſic interpreta
tur eādē dec̄ nulla locū ñ habē i p̄bē
de fuerit diſticte ut ſ̄. de ↄceſ. pre. c.
Ex pte aſtēꝑ ſic itp̄taꝫ eādē ↄſtitucõꝫ
nulla ut i vi mēſib⁹ de q̄b⁹ loq̄ꝫ tem
p⁹ ſuſpēſiõis nullaten⁹ ↄputeꝫ Cū
illa lataneꝑ ↄālii ↄſtitucõ ↄ neglige
tes tm̄ fuit ꝑmlgata vt ſ̄. de ↄ. pre
qꝛ diuſitatē Interpretaꝫ elcõ ↄfir
macõ vt ſ̄. de ↄſue. Cū diſc⁹ Itē ius
interpretatur clauſulā illā q̄ inter
ponitꝫ i reſcp̄t Qd ſi duo ꝉ oms int
eſſe nequeiꝫ ꝛc ut intelligaꝫ de ipoſ
ſibilitate iur̄ ꝉ fcā ut ſ̄. d reſcp̄t ſiſci
tat⁹ ꝛ illa dec̄ itpretaꝫ illā ſciſcitat⁹
ꝛ illā ſ̄. de offi. dele. pruděciā dicēs
ꝙ ſi clauſula ꝙ ſ oēs ꝉ ãbo poiꝫ i re
ſcp̄to ꝛ vn⁹ īteſſe ñ p̄t nec ↄmittē
pōt ſ̄. de offi. dele. Corā Itē dec̄ illa

itꝑretaꝫ p tuas aliā. lꝫ hely d ſymo
Itē dec̄. illa ſ̄. de offi. dele. ſup qõnū
iterp̄taꝫ illā cū te ↄſulēte Itē dec̄ illa
de ↄſā. vir. q̄ a ſtipite itꝑretaꝫ aliā
eiuſ dē t. ñ ꝥet ſic ꝙ aliq̄ diſtātes iꝫ ſe
q̄rto gdu poſſit ↄhē imī q̄uis alꝫ
diſtat a ↄi ſtipite iiij° gdu alꝫ q̄nto
Itē dec̄ illa ſ̄. q̄ filii ſūt legi. p tuas
in ſi. itꝑretaꝫ aliā eiuſd. t. tñſimiſſe
dū dic̄ q̄ i cāu diſſimili loq̄ꝫ Itē ꝙ dic̄
dec̄. ia q̄ ſi. ſūt le. cū iꝫ io vetēꝫ ꝙ filij
nati ex illꝯ pntib⁹ q̄ ignorātes ipedim
tū in facie eccē ↄtꝯxerūt lti. ſūt itp̄taꝫ
alia i e. t. dicēs idē eē ſi alꝫ ↄiugū ig=
noret ipedimitū Itē ꝙ dic̄ dec̄ ſ̄. d vi
ꝛ ho. cle. qm̄ ꝛ alia ſ̄. de ſē. ex. mõch
ꝛ. ꝙ ſi aliq̄s de ↄiter viuētib⁹ ma⁹
icõfratrē iiciāt violētas a ſuo abba
te ꝉ ſupiore potent abſolui iterp̄taꝫ
dec̄ ſ̄. de ſē. ex. Cū illoꝝ dū dic̄ ñ ex
ceſſus extiterit difficil ꝛ enormis vt
ſir ad multia cõem membri ꝉ effuſi
onē ſāguinis ē ꝓceſſū ut i epm̄ ꝉ ab
batē violēta ma⁹ iiecta Itē dec̄. illa
ſ̄. d ↄgā. ſpūali. c. i. iterp̄taꝫ illos
canões xxx. q. iii. ſup q̄bꝫ ꝛ p⁹ ſuſcep
tum hec exempla ꝛ alia hijs ſilia de
iuris interpretacõe nõre p ſe poterit
quilibet ſtudiſug Item progatur
iuris interpretaco racõe fauoris vt
ſicut indultum ſit retinere beneficia
vacancia in ſua eccleſia ꝛ fruct⁹ eo
rum percipere ac in ſolucõem debi=
torum eiuſdem eccleſie conuertere
per interpretacõem extēdūt nomen
beneficii ad prebendas vel beneficia
maiora vt infra. e. tua nobis Item
verbum illud labores extenditur ad

oīa q̄ quidā religioſi ꝓꝓijs manibꝫ
et ſūptibꝫ excolūt vt ṡ· de decī· Ex p
te Jtē priuilegiū indultū de decīs
n̄ ſoluēdis extenditur ad decimas
p inťpretacōz poſſeſſonū q̄ poſtmodū
acquiruntur ut ṡ· de priuił· q̄r ccā· Jtē
qđ q̄buſdā religioſis indultū ē· ſ·
vt cū ꝯē ťre fuerit ſub eodē excōis
et interdictis excluſis p̄nt quoqꝫ ia
nuis clauſis ſuppſſa voce n̄ pulſatꝭ
cāpanis diuia officia celebrare ad
epōs ꝓrogatꝭ ut ṡ· de p̄uił· qđ n̄ nul
li hic p inťpretacōes extēdi⁹ d̄ d̄cōes
ut ṡ· de d̄· Cū dilcī vn̄ ſi ipr̄ donet
domū inťpretatꝭ cū oībꝫ iuribꝫ ⁊ p
tinencijs ſuis eē dōtū vt· C· de do
na· l· ſi qn̄ Jtē facim⁹ i teſtamētis ſi
mił roē fauoris vn̄ ſi aliq̄s legꝫ vi
na inťptam̄ ⁊ vaſa vinaria legaſ
ſe ff· de vi· ⁊ tri· le· l· ſi cui· §· vinum
et cuibꝫ legatis ⁊ cuiaria debētꝭ ut
ff· de le· iij· l· Cuib⁹ n̄ ei i cā teſtam
toꝝ ad diffinicōez vtiqꝫ deſcēdēdū ē
cū pleruqꝫ abuſiue loq̄ntꝭ hoīes nͤ
ꝓpis nomib⁹ ł vocabuł vtātur vt
ff· de le· iij· l· nō alit' ioqꝫ Cartarū
appellacōne libroꝝ intelligi⁹ eē le
gatos cum vox teſtatoris volūtas
vrgeat vt cū q̄s dixerit cartās me
as vniuſas q̄ mich a° ꝗ libros hē
at ſtudioſus ſtudioſo relinq̄ns ut
ff· de le· iij· l· libroꝝ· Jtē ꝓrogatꝭ iur
inťpretacio roē gn̄litatis ut cū q̄s
obligat bō ſua ⁊ futura bō intelli
gatur obligare vt· C· q̄ res pigno·
ob poſ· l· vlt· Jtē cū q̄s fundū obli
gat nich excīpiēs ius ꝓnat⁹ qđ i
eccā i ſūdo ſita optīz obligaē videtꝭ

vt ṡ· de iure pa· Ex lrīs Aliqn̄ inť
pretacō iurē artatꝭ ut i ꝓcuracōe exi
gēda ne ſbiecti grauentꝭ vt ṡ· de cen·
q̄ñto Jtē artatꝭ ut exaccōis ⁊ aua
ricie nō vitetꝭ ut ṡ· de cē· ex pte Jtē
inťptacō ātatꝭ odij racōe ut cū decīe
laico ꝯcedūtꝭ i feudū ꝗ male fit vt
vt ṡ· de hijs q̄ fi· a pla· ſine ꝯ· ca· c·
Cū aplica Jtē in hͦ caſu occacōe de
cimacōis ātiq̄ nō ſūt decīe noualiū
vſurpāde cū i talibꝫ n̄ ſit extēdēda
lrīā ſed pocius reſtrigēda vt ṡ· de
decī· tua· odia em̄ p inťpretacōz re
ſtringēda ſūt vt ff· de li· ⁊ p⁹· l· cū
qđ ṡ· de ꝯſāg· ⁊ affi· qđ dilcō Jtē
artatur vēdicō p interptacōz vt nō
videatur ēptū vel venditū ł in vēdi
cōe exceptū qđ vēdicōis tpe n̄ exta
bat vt ff· de ꝯtrē· emp· ⁊ vē· l· rutilia
et hͦ ideo q̄r in vēdicōe i̇ſpiciꝭ tēp⁹
ꝯtcꝰ· Jtem i fauorē rei fit reſtitucō
p inťpretacōz nā ſi q̄s legauit nū=
mos ⁊ neſcim⁹ de q̄bus ſēſit tūc ſu
mitur ꝯiectura ex plurib⁹ ſpectatꝭ
em̄ cōſuetudo pr̄is famił in primis
deinde regionis i qua teſtator ver
ſatus eſt· ſed ⁊ mens patriſfami
lias ⁊ legatarij dignitas ł caritas
et ncc̄itudo· Jtem ſummam que
precedunt vel ſequūtur ſcpta ſcru
tanda ſūt vt ff· de le· i· l· fili⁹ famił
quia ſi nec ex illis coniectura capi
poſſit tunc locum habet qđ dicitur
nūmis indiſtincte legatis exiguio
res debentur ſi neqꝫ ex conſuetu=
dine patriſfa· neqꝫ ex regione vn=
de fuit neqꝫ ex contextu teſtamenti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

possit apire vt. ff. de le. iij. l. nūmis. qd iō ↄtigit qr cū hēs dampnat⁹ sit nūmos dare in ptāte ei⁹ ē q̄s ve lit dare ⁊ se libare vt. ff. de le. iij. l. qui cōcubina. §. i.

De regulis iuris

Hoc eximij opis ↄsumacōe ⁊ nūs tōꝝ iur̄ canonici īstruccōꝫ ꝑfectissimā doctrinā diffinicōes iuris sū regule supponūt vn̄ intitulat̄ rubica de regul̄ iur̄. Videdū ē qd sit regula vn̄ dicat̄ q̄lit̄ fimat̄ ex q̄bꝰ regula surgit. Regula q̄dē ē que rē breuiter enarrat nō ut ex regula ius sumatur ſꝫ ex iure qd ē regula fiat vt. ff. e. t. l. i. Pꝫ ī gmatica regula ē inl̄toꝝ ↄsimiliū collectio. reᵃ ē eo ꝙ recte ducāt nec aliū aliorsū t̄bit. Alij dixer̄t regulā dc̄am l̄ ꝙ regat l̄ ꝙ normā recte viuēdi ꝓbeat l̄ ꝙ distortū prauūq̄ꝫ corrigat vt iii di regula. Sed obiciēs si hoc facit regula gᵒ regula ē ius ſꝫ ↄ̄riū dicas n̄ vt ex ea ius fiat R̄n̄o ī dec. sumitur reᵃ ſᵐ ꝙ canō grece latīe regula nūcupat̄ vt iij. di. Canō. sumit̄ āt reᵃ l̄ ex signo vl̄i ut. ꝗ. e. t omīs res. ff. e. t. l. oia l̄ ex sigᵒ īdiffinito ut ꝗ. e. ti. l. q̄ꝙ calore iracūdie l̄ ex aᵒ gn̄lit̄ dicto ut ꝗ. e. t. ꝙ n̄ ē licitū. Sumūt̄ regule ex iur̄ ↄstituto vt. ff. e. t. l. i et vt supi⁹ dixi. Quero tn̄ sūt in q̄bꝰ regule l̄ diffinicōes ꝓdite nō sūt qr nec t̄di pn̄t diffici l̄ ē eni aliq̄ꝝ reꝝ diffiniᵒ vt more. ff. d̄ usu. l mod̄ ipn̄. sic ⁊ alibi lex dic̄ in ipēsis fact̄ in rebꝰ dotalibꝰ q̄āt ipēdia ex rebꝰ dotalibꝰ dedu/cā debeāt n̄ tā facile in vniūsū diffiniri q̄ꝫ singl̄a ex gn̄e ⁊ magnitudīe ipēdioꝝ extimari pn̄t ut. ff. de ipē. i. reb⁹ dota. fac. l. qd dicit̄ i fi. Itē n̄ potuit diffiniri q̄nta fides sit testibꝰ adhibēda ⁊ iō h̄ arbitrio iudicis reſuat̄ dū dicit̄ cum magis sci re potes q̄nta fides sit testibꝰ adhibēda ut. ff. de testi. l. testiū fides in vsu verba ep̄le. sic q̄nti tēpis pnīā sit pccōrib⁹ īponenda canōe nō potuit diffiniri ⁊ iō dcm̄ est tēpa penitudis habita modera cōe ↄstituenda sūt tuo iudicio ꝓut ↄuisoꝝ aīos ꝓsp̄exis eē deuotos hitꝰ respc̄ū ad etatis picula ⁊ egritudinū nccītates vt xxvi. q. vij. tēpa et. c. h̄ sic. Item q̄tenus s ⁊ c⁹ int̄sit nō potuit diffiniri eo qd nō in iure sed i fc̄ō ↄsistit vt. ff. e. ti. l. q̄tenus. hijs igit̄ ꝑmissis ad aliquā pn̄tis t̄ctatus doctrinā regulas sub hc̄ rubrica positas exponamus. Prima igit̄ regula omīs res per q̄scuq̄ꝫ cās nascitur p easdē dissoluit̄ subaudi incōn̄riū agētes vt ē vidē in emp/cōe ⁊ vēdicōe q̄ ↄsēsu ↄ̄hūt̄ ⁊ ↄ̄rio dissoluūtur rebus integris existētib⁹ secus si ad solucōez precij vel rei tradicōez pūētū sit vt. C. qn̄ lꝫ ab emp. re. l. ꝑma idem i alijs bone fidei ↄtractibꝰ vt. ff. de pac. l. si vn⁹ §. idē. idē i spōsalibꝰ de futuro vt s̄ de spōsa ꝑtea secus ī mm̄ᵒ ut s̄. de iur̄ iur̄. Tua h̄ iō qr m̄m̄ n̄ soluit̄ n̄ morte ut xxij. q. vij. licite ⁊ in autn̄ de nup. §. deinceps coll̄. iiij. ⁊ sile

ad·l·iſtā·ff·e·t·l·mcb Decõa rḡu
la ðt ꝙ ea fcīā ꝗ dubiū ē q̊ aīo fiat
in meliorē ptē interp̄tāu͂ vt·n·vir
p̄ðitus ſciā hārū ⁊ maxīe plat⁹ cū
ꝑpā ↄſāguīea ↄſīſat ↄcredi dꝫ qð̇
h̄ faciat affectōis ⁊ nō fornicacōis
cā vt ſ̄·de preſūpt Cū in iuuētute
Jtē q̄i legatus ecc̄e rōne ⁊ maxīe
cardinal̄ equū l̄ aliud modicū reci
piat ab ei⁹ ↄgīto q̄ui cōfert aliq̄d
ſpūale credēdū ē ꝙ nō ſymonie ſꝫ
ncc̄itatis cā recipiat ut ſ̄·de ſymo·
et ſi qōes ⁊ h̄ iō ↄtigit qꝛ q̄libet p̄
ſūitur bonus donec ↄ̄riū ꝓbet̄ ut·ſ̄
de ſcruti·c· vno·ſ̄·de p̄ſūp·dudū
et nullū ſue ſalutis immemorē vt·⁊·
q·vlt·ſcimus alia iuīā dicit̄ i būa
morē ptē iðubiis declināð ut ð tūſ
ac·c·ult·l·di·eos alij dicūt i dubiis
tenēdū ꝙ tuti⁹ ē Als in dubijs ꝙ
tuci⁹ ē tenē debe⁹ ut ſ̄·de pſ·n̄ bap
miſtū veniens ſ̄·de bap·⁊ e⁹ effec
de q̄bꝫ ð als i dubiis ſuis ↄſcīis bōi
es relinquūt̄ ſ̄·de iu͂ð iur̄ mulieri
xxxiij·di·habuiſſe· Tercia regula
ē vtili⁹ ſcādalū naſci pmittit̄ q̄ ve
ritas relinq̄t̄·f·fidei vl̄ veritas bo=
ne vite· Triplex ē ei veritas bone vi
te ⁊ h̄ nūq̄ dimittit̄ ꝑpt aliq̄ ſcā=
dal̄ qꝛ ꝓ nullo ſcādalo dꝫ ↄmitti
mo͂rtle pccm̄ ut ſ̄·de no·opis nūc·cū
ex iniūcto ēca ſir Jtē iuſticie reſpcū
iudicis ·diſciplie reſpcū plati Et i
hijs aliq̄n veritas dimittit̄ ꝑpt ſcā
dalū ut xxiij q·iiij n̄ pt vnus·Eſt
verum vite doct̄ne iuſticieqꝫ vnū ſē
ꝑ habe duo ꝑpt̄ ſcandala linque·
Quarta regula ē ꝙ n̄ ē licitū ncc̄i

tas facit licitū ſik̄e ad hāc regulam
de ↄſe·diſ·i·ſic ⁊ di·iij p̄uenit ⁊di·
v·diſſipulo ſ̄·ð fur·q̄ p ncc̄itatē Et
ē racō qꝛ ncc̄itas ē ↄ̄ria volūtati·ff·
ꝙ met⁹ cā·l·i·⁊ nullū pccm̄ n̄ volū
tariū vt xv·q·i·§·i·⁊ c·illa Quīta
ꝙ latet̄ aut p vim l̄ als illicite itro
ductū ē nulla dꝫ ſtabilitate ſbſiſtē i
hē p̄t pōi ex^m in exact̄ latēter aut p
impreſſiōꝫ aut p dolū a p̄latis itro
ductis q̄ ſbſiſtē de iuē n̄ dn̄t ut x·q
iij qꝛ ↄgnouim⁹·ſ̄·de excel·p̄la ſa
ne vel p̄t poni ex^m in ↄſuetudie irrō
nabili itro ducta latet̄ l̄ p vi q̄ ſub
ſiſtē n̄ dēt·ff·de le·⁊ ſe ↄſu·l·ꝙ nō
rōne ſ̄·de ↄſue·c·vlt Sexta i ipō
cē inicio non ē a qōmibus incho an
dū ↄtigit hoc iō qꝛ ad qōes nō p̄ue
nit̄ niſi p p̄ſūp cōes ar·⁊ indicia et
ꝑpt̄a nō ē a qōmibꝫ ichoāð ut ðt h̄
et ff·e·t·l·i·⁊·C·e·t·l·milites Sep
tima q̄ꝛ q̄ꝛ in ſacr̄ deo rebus ⁊ epis
agit̄ ꝓ ſacrilegio reputatur qꝛ ſac
ſūt ⁊ a q̄qūi violari n̄ dēt ſaclegiū
ↄmittit̄ ſi res ecc̄e diripiāt̄ vt·i·q·
iij·p̄uenit ſ̄ de foro ↄpe·ↄq̄ſt⁹ ſ̄·de
ſē·ex·ↄq̄ſti ⁊ qð ðt ſacrīs ſupplle
maxīe nā ⁊ n̄ ſacte p̄uilegiū hn̄t ⁊
ſui eccāꝝ ut xij·q·ii·eccāꝝ ſuos ſic
⁊ cū iniuria īfert̄ pſōis eccīaſtic̄ vt
xvij·q·iiij ſi q̄s ſuadēte ⁊ ꝙ h̄ dicāt
epis ſbaudi maxīe xvii·q·iiij ſi q̄s
deīceps Octaua q̄ ex tiore fac̄ p̄cep
tū alit̄ q̄ꝺ debeat fac̄ ⁊ ideo iā fac̄ itelli
gēð ē de precepto diuino ⁊ de eo q̄
illð fac̄ tiore ſuili· q̄ n̄ pt ēē ſiml̄ cū
caritate vn̄ talē tiorē habēs n̄ pt mā
data dn̄i adiplē·cū nō ſit i caritate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que ē ſūma oīm bonoꝝ opū vt de
pe·di·ij·caitas ſec⁹ ē de timore fili
ali q̄ ſimul habet̄ cū caritate vn̄ q̄
timꝫ deū faciet bonū Itē timor ſuil̄
introducit filialē ſic ſeta filū l̄ li
nū vt de pe·di·ij·ſic ſeta vn̄ diāt̄
creſſit caitas ⁊ minuit̄ timor vt de
pe·di·ij fore·pfcā ꝗo caritas foras
emittit tiorē vt xxiij·q·vi·ſciſmati
cā q̄ igit̄ tiore ſuili facit p̄ceptū dei
nec facē itelligit̄ ut dcm̄ ē ¶ Nona
offendēs i vno fc⁹ ē oīm re⁹·ꝙ ſic
itelligo ut offendēs i vno pcc̄o mōr
li·fiat r⁹ oīꝫ·q̄ ad ſufficiēciā dāpna
cōis·i·ita ſufficiat vnū ad etnā dā-
nacōꝫ ſic oīa·l̄ offendens i vno·i·in
vna ūtute nō ſtati ſubintrat viciū
v̄tuti oppoſitū cū excludit̄ virt⁹·ut
xxxij·q·i·cū denūciat̄ in ꝓbitati et
ſic cū h̄eat vnū viciū mōrlis pcc̄ī oīꝫ
v̄tutū fcūs ē reus qꝛ nullā hꝫ vir-
tutē·l̄ vno·i·i caritate ſine q̄ nemo
p̄t ſaluari ac ſi oīꝫ pcc̄oꝝ re⁹ eēt ⁊ ſi
mile ad iſtud de pe·di·vi·c·i· ¶ De
cima n̄ p̄t eē paſtoris excuſacō ſi lu
pus oues ꝯmedat ⁊ ipē neſcit h̄ iō
ꝯtigit qꝛ de cuſtodia tenet̄·ff·loc̄
et ꝯd·qui mercedē·paſtor eīn vigi
lare debet ⁊ aīaꝫ ſuā ponē ꝓ ouibꝫ
ut xxiii·q·iiij·tres pſone ⁊ iō tene
tur de culpa ſicut cuſtodes carceris
vt·ff·de cuſto ⁊ ex·re·l·ult̄ nō igit̄
excuſat̄ paſtor ignorācia qꝛ de neg
ligēcia tenet̄ vt plat⁹ lxxxi·di·dic
tū ſic·nec excuſatur cuſtos fornāis
ſi obdormit vel negligenter cuſto
dit ⁊ ignis euagat⁹ villam incen-
dit vt·ff·ad le·acquil̄·l·ſi ſeruu⁹
¶ Vltia regula ē idignū ē ⁊ a rōne
et cē ꝯſuetudie alienū ut ꝓ ſpūali-
bus facē q̄s hōmagiū ꝯpellat̄ h̄ iō
qꝛ ſymonia ꝯmittit̄ ut ſ̄·de ſymo
ſi diligēti Sꝫ ſacrm̄etū d̄ fidelitate
et ſi cleric⁹ p̄uatus n̄ debeat ſuo p̄
lato p̄ſtare vt ſ̄·de maio·⁊ obe·le
gebatur ſi tn̄ h̄ ꝯſuetudo depoſcat
p̄ſtabit̄ ut ſ̄·d̄ v̄bo·ſig·Cū clericī ſꝫ
a p̄lato de iurē p̄ſtat̄ ſuo ſupiori ut ſ̄
de iurē·iurē null⁹ xxiii·di·q̄ꝙ Sꝫ q̄ꝙ
uis ꝓ ſpūalibꝫ tēpalia non pſtāt̄
affeccio tn̄ ⁊ caritas idebite nō cen
ſētur Dolēt ei hōies q̄d progatia
amoris diligē illos a q̄b⁹ ſe pcepiſ
ſe bn̄ficia recognoſcūt ut ſ̄·de teſ-
tū in officiis cū igit̄ doctina iurē ca-
nonicā ſpūal̄ ſit obſequū potes o lec
tor in ret̄buē ſpūalit̄ in affcū ſꝫ ſuf
ficit ſi n̄ det̄ has ſi hoc op⁹ laudibꝫ
attollēdū ligua nō carpas venata
Sūt ei quid qui i p̄mo ſe eſtimāt
ut bō q̄ viderit diſcē ꝯtēpnāt ⁊ q̄d
ſui⁹ ē alioꝝ opuſcula q̄ꝙ vtilima
dēte lineāt viro ſuffūdūt ſi cubi v̄o
reperis ꝙ alioꝝ dicta corripiā non
v̄bis h̄ eīn ꝯſciētie q̄d exegit teme
ritas q̄ in offenſā iq̄dē timuit omit
tēdo h̄ cui vtilitas ſuaſit ⁊ indixeit
ſi fortaſſe legeris ꝙ i apparatu meo
memineris te vidiſſe ꝯſidēa ꝙ nō
oīs q̄ ſūmā hituri ſint h̄eant ap
patū ⁊ ꝓpt̄a malui repetē q̄ꝙ deeſſe

¶ Explicit Summa gaufredi·ali
as goffredi·

[illegible] issimo Christophori ipso die et festo
[illegible] honorabilis et insignis vir dns Theodericus
[illegible] [illegible] canonicus ecclesie collegiate in [illegible]
qui ad eandem ecclesiam legavit istum librum cum multis aliis et
[illegible] cuius anime requiescat in sancta pace. Amen

KR 388

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

BUCHBINDEWERKSTATT
HEINZ PETERSEN
RESTAURATOR
DÜSSELDORF-KAISERSWERTH

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf







Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vest. 1968

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf